Universidad de Deusto
Biblioteca

Ordinarium Missæ

Universidad de Deusto
Biblioteca
333

BIBLIOTECA DE LOYOLA
Sala Estante Plúteo

M. VAL. MARTIALIS

EPIGRAMMATON LIBRI XIIII.

Interpretantibus Domitio Calderino, Georgioq; Merula,
Cum indice copiosissimo:

Additis argumentis locis suis mira & dilucida breuitate
poetæ mentem explicantibus.


Hæc omnia autem quàm fuerint diligentissime castigata, si
cum alijs conferantur, facile poterit vnusquisq; doctus
animaduertere, græcis præsertim authoritatibus
Eustachij, Aristophanis, Iulij Pollucis atq; alio
rum quæ vbiq; perperam legebãtur, suæ
integritati ex archetypo restitutis.



VENETIIS
EX SIRENIS OFFICINA
ANNO MDLII.

32,2 x
Societatis Jesu.
Burgis. 1863.

Universidad de Deusto
Biblioteca



DOMITIVS CALDERI. IO. FRANC. LVDOVICI PRIN. MANTVA. FILIO SALVTEM.

NON Fuissent tot exemplis editi commentarii nostri, quos superiore æstate emiseramus, nisi tu magna ex parte impulisses: qui Martialis ingenium amas: & iocos in sago, ac castris aliquando legere statuisti. Nam cum Homerus Mãtuanus ciuis tuus, qué græcum Alexander perpetuũ comitem habuit, inter tubas tantũ canat. Nunc quoniam otium est à bellis illius lectione intermissa huius salibus, quem verus imperator Maronem suum appellabat: animum inæstinis relaxabis. Hæreditaria enim tibi studia sunt: nec ab his discedere pores: nisi cum maioribus tuis, cum Ludouico patre doctissimo principe te indignum filium fateri velis. Sed cum domesticam laudem, ac nobilitatem facile sustineas humanitate, prudentia, rei militaris industria, studio quoque literarum: quæ à domo tua omni tempore cultæ, & ornatæ fuerunt: dignum te præstas Gonzaga familia: Franciscoque in primis Cardinali fratre, qui dignitate omnium in se beneuolentia, singulari virtute: quod accepit à familia nominis, vel illustrabit, vel certe integrũ propagabit in posteros. Vnũ illud abs te magis, atq; magis peto: et, si pateris, contendo: vt si forte in scripta incideris, quibus laborum nostrorum accusatio contineatur: loca, de quibus disputabitur, conferas: nec quod ego dixerim ex calumniatoribus audias potius, quàm ex commentariis nostris cognoscas. Quosdã enim hæc nostra lucubratio ita offendit: vt de suis rationibus actum putent: nisi calumniis, iurgiis, contumeliis me de laudis possessione deiecerint, & cum multis, aptissimisque rationibus nostra probari intelligant: ea ab se accepta, & mihi tradita fuisse insigni mendacii vanitate affirmant. Quanti se faciunt Dii boni: quàm & sua amant sine riuali. Remitto illis omnem reprehensionem, modestiæ enim meæ, qua eorum insolétiam iandiu sustinui: me adhuc non pœnituit: sed eos libero eo metũ, & dolore. Ex iis enim quæ olim iactabant tantũ abfuit, vt quicquam probarim: vt ne ea quidem in commentariis nostris vsquam confutare libuerit: ne in arenas (vt in prouerbio est) arietem agere viderer. Quid enim falsum esse demonstrare oportuit: Laureolum apud Martialem mimum esse: syrios tumores callum seruorum: lacertum saxetanum; id est inter saxa versantem: Vare paretonias lata voce: pro latia vite: Mensis sorptita secundis pro scriblita: clemens Beliconis in oras: pro Helicaonis oras: quæ cuperet parcius esse sua: pro qua cuperet Pactius esse sua. Sed quid ego ista consector: quæ penè infinita sunt: paratus est (ita me Deus amet) ad editionem libellus: quo supra ducenta eorum errata, & ea quidẽ cum puerilia, tum aperta collegimus: quod altera epistola factum pollicitus sum, edidissemque: nisi Ioannis Ludouici Thuscani, & Marci Lucii Facini consilio vsus essem: quorum vterque & doctissimus, & mei amãtissimus me iniurię obliuisci maluit, quã vlcisci. Id cum ad optimatum artium scientiam, & humanitatẽ quam profitemur, pertinere videatur, secutus sum eorum voluntatem ac iudicium, quod etiam ea de causa libenter passus sum: ne Laurentium Medicem meum offenderem, qui pro sua grauitate, sapientia, & calumniatorum leuitatem alpernatus esset: & in me desiderasset facilitatem: ad quam ipse natus est, & institutus. Itaque valebunt isti. Tu quid ad Laurentium nostrum scripserim lege: ac mihi aderis testis earum laudum: quæ in homine eximię profecto, ac fermè innumerabiles sunt: cui non solum me non pœnituit has vigilias dicasse: sed meæ erga illum obseruantiæ immortali, & fidei nulla ex parte satisfactum esse arbitror. Laurentii causa suscepti sunt hi commentarii: Lau. dicati: Laurentii est Domitius Vale.

Do. in Volumen dicatum Laurentio.

Odisti vigiles liber lucernas:
Et signum calami seueritoris
Clarus conspicuæ nitore vestis:
Egressus foribus tumens vagaris:
Nec turbæ metuis subire nasum
Docto, quæ potuit placere Syllæ:
Sed currunt pueri salariorum:
Istas qui lacerent tibi lacernas:
Et thynnis faciant nouos cucullos.
Quid demum trepidus redire tentas?
Clausa est ianua: Iam liber valebis.

DOMITII CALDERINI VERONENSIS Commentarii in M. Valerium Martialem ad clarissimum virum Laurentium Medicen Florentinum Petri Medicis. F.

DOMITIVS CALDERINVS Veronensis Laurentio Medici Salutem.

IN Omni ciuitatis administratione præclare actum arbitrari soleo Laurenti: si quis cum maiorum splendore, & opibus: tũ suis laudib⁹: ita omni numero exi stat: vt ad eum & gratia apud ciues, & apud omnes authoritate publicatum rationum consilia deferãtur: quod non modo Plato excellenti doctrina philosophus: & diuino ingenio vir in tua illa Repu. exquisitissima: quam supra mortalium conditionem constituebat, optare visus est: sed omnis antiquitas immortali studio, & industria semper est prosecuta. Nam in Græcorum exercitu, quem Aristoteles ad ciuitatis formam præclaro Homeri ingenio, & carmine ex omni primum memoria instructũ fuisse scrib. nisi primas tribuissent ducibus, vel intestinis seditionibus labefactati, vel diuturna oppugnatione fessi rebus infectis in patriã aliquando reuertissent ait. Nec iis in locis, in quibus bene institutæ reipubl. vestigia postea apparuisse memoriæ proditum est: domestica amplitudo, & hæreditarium nomẽ defuit: quod à cunctis priuata pietate, & publico consensu maxime obseruaretur: Barcinii Carthaginem: Dorii Cretam: Reges Lacedæmonem: Alcmeonum Athenas sublatis simultatibus in officio sæpe insigni authoritate continuerunt: atque ea vna re suis proferunt plurimum, & communem tutati sunt vtilitatem. Id cum maxime optandum sit liberę ciuitati: tum quenquam id dignitatis assequi, & præstare: vt sine imperio suorũ hominum voluntate, & consilio ipse potissimum colatur: diuini cuiusdam animi, & singularis virtutis esse existimo. Nam vt à rege discedamus: quem Plato tanto præstantiorem esse humano genere oportere scribit, quanto diuina natura ipse sit inferior: vt eum optare quidem debeant omnes: sperare possit nemo. Quem tandem populus libertatis tuendæ & conseruandæ studiosus amplectatur potius, quàm qui accepta à maioribus ornamenta omnia, opes, gratiam virtutis, laudem adæquabilem, suorum societatem conferat: nihil sibi assumat seorsum: omnia publica causa velit, & cupiat. Hunc quicunque populus nactus fuerit, ciuem eum, & perbeate agere contenderim, & perpetua libertate fruiturum facile suspicari licet. Hæc tu omnia Laurenti adeo cumulate præstas populo Florentino: vt minus mirandum sit: si publica eis commoda, quorum accessio maxima facta est intra paucos annos æterna tranquillitate constitutã in dies summa cum laude augẽtur. Nam cum tibi summa omnia contigerint: quæcunque vel ab amplissimorum maiorum gloria, vel à fortunæ cõmodis proficisci solent: ea animi facilitate, virtute, sapientia cum tuis viuis: vt non modo pristinam domus tuæ dignitatem in te residere patiantur, sed maiorem, & optent & deferant quotidie. Fatentur enim te Cosmi aui tui: cuius nomen immortale nullis vnquam literarum monumentis satis celebrabitur: & Petri patris viri præstantissimi ita hæredem esse: vt cum optandum esset te alterum imitari: alterum vix sperare auderent: vtriusque ingenium & virtutes clarissimas singulari moderatione susceptas in te vno intueantur. Illud vero admirantur plurimum: quòd cum Cosmi senis grauitatem, & sapientiam sustineas: nil tamen de comitate remiseris. Quæ ista ætate iuuenili, qua es, maxime omnibus iucunda esse solet. hinc illud nimirum es consecutus: quod semper habitum est difficillimũ: vt iidem te ament, & colant, In senatu cõsiliorũ authorẽ sæpe retineãt. Domi cõsuetudiné expectant tuã vbiq; amplectãtur: & suis laudibus extollãt. Omni vero iniuria in tãtis opibus ita abstineas: vt aliquã tibi inferri ob id vnũ doleas

Universidad de Deusto
Biblioteca

vehementer: quod scilicet vereris ne propulsando offendas. Omne enim studium, cogitationem, animum ad beneficentiam contulisti tuorum primum ciuium, quod officii ratio postulat: tum externorum omnium. Omnique orbis emporio homines habes non magis, qui tua gerant negotia, quàm maxime & honestissima sunt: quàm qui multos officiis & liberalitate tibi denuncient: ita quos nunquàm vidisti homines, & principes, & tota Europa, & magna Asiæ parte tibi se debere profitentur. Nemo vnquam de te, aut tuis beneméritis pauciora accepit, quàm volebat: multi plura tua munificentia, q̃ sperabant. Moderationem vero animi illud maxime declarat, quod cum ciuium eximia in te benevolentia & studio amplissimo loco sis: ita te intra tuum ordinem, & dignitatis conditionem contines: vt cum nihil tibi arroges, reiicias in alios quamplurima. Quibus moribus non modo patriæ charus, & iucundus semper fuisti ciuis, sed vel nostri, vel externi principes, aut tuam ineunt amicitiam, aut certe exoptant. Eos vt omittam singulos, Petrus antistes diui Sisti: quem operibus, & gratia apud Pont. Max. florentissimum esse intelligis: cũ superioribus diebus pontificum suffragiis Præsul Florentinus declaratus esset: nullam in eo rem commodiorem duxit, quàm quòd pietatis necessitudine, & religione tecum coniunctus esset: cuius viri & principis iudicium maximi faciendum esse non ignoras. Nam quanuis incredibili quodam fauore ingentes diuitias, & honores sit consecutus: quantos & antea paucissimis in eo genere contigisse legimus, & nostra ætate meminimus: nemini tamen eum se præstat. ita omnes bonas artes ad pristinum decus, & gloriam reuocare studet: vt quem nunquam ad eum locum peruenturum cogitauimus: ampliore dignũ fateamur: habeamus q̃; gratias fortunæ, quòd tantam ingenii, & virtutis laudem nostra memoria in medium & lucem publicam produxerit. Ego quoq; quòd ad me attinet: ita tua omnia admiror, & laudo: vt ea non modo sempiterna fore confidam: sed si in his augendi locus est, cumulatissima esse cupiam ad tuam enim beneuolentiam comparandam, nec maiorum imagines, quæ nullæ sunt: nec diuitias, quarum iandiu spectator potius fui quàm possessor, affero: sed obseruantiam, fidem, animi voluntatem egregiam: quæ tu in his probare soles potissimum: qui in tuorum numerum, & ordinẽ asciscuntur. Cum ita affectus essem, audieremque superiori anno Romæ ex sermone, qui de te institutus fuerat, inter cæteras laudes tuas: quæ maximæ, & fermè innumerabiles sunt: ingenii acumen quoddam & extemporalem vrbanitatem laudari summoperè: mihil tibi maius, quod quidem efficere valeam, præstari posse arbitratus sum, quàm si M. Valerii Mar. epigrammata interpretater. Qui enim apud nostros, aut vrbanius laudet: aut in eo genere scribat elegantius, est nemo planè: vt pro certo habeam M. Ciceronem: qui Cordubenses poetas peregrinum quiddam sonare scribit: aliquid de sententia sua remissurum fuisse: si hunc vnum Hispanum aliquando ei legere contigisset: ita enim linguæ vrbanitate eruditus est: vt si illic non est natus: tamen non alibi quàm in vrbe didicisse videatur. Sermo in eo quotidiano vsui propior quàm affectatæ sublimitati: sed dum suas rebus singulis appellationes reddit, & verba fingit noua: noniun quam & in obscœna incidit sæpissime: ea tamen obiurgatione: vt alienum potius turpitudinis, quàm eius vitæ testimonium accipias. vita enim tam aperte nominat, quàm imprudenter commisit qui reprehenditur. Sales præterea arguti, & qui repẽte moueant plurimum. In rebus vero vel minimis enarrandis tanta est copia: quantum vix res ipsa capiat: in quo ad ingenii vsque ad ostentationem versatur. Nusquam obscurior, quàm vbi peculiarem sibi assumit elocutionem. Latent verborum inuolucro plerunque aculei: quos modo admouet: modo emittit. Ambiguitate in primis suspensum auditorem circunscribit: quem vni intentum parti altera occupat. Denique delectat omnes: alienat nemi nem. nam eum quoque, qui dicto lædítur, risu retinet. Tanta vero in eo est rerum cognitio: quantum in nullo apud nostros esse contenderim: vt diuus quoque Hieronymus librum hunc in manus aliquando sumpserit. In his explicandis multa vel ex Græcorũ, Latinorumque disciplina: vel nulla studii intermissione me animaduertisse affirmauerim: quæ iampridem aut incognita habebantur, aut certe parum recte tradita fuerant: in quo facile redargui patiar ab æquo iudice, qui opus nostrum legens aliter statuerit. Idem efficere studui superiore triennio: quo Romæ publica mercede docui in Silio, Cicerone, Syluis Papinii, aliisque, quos professi sumus, scriptoribus. Quantum vero in eo sim assecutus, aliorum sit iudicium. Illud certe prædicare non desistam: & constantissime tueri in iis M. Valerii commẽtariis: quos olim tuo nomine suscepi, & nuper dicaui tibi, si minus ingenii, & doctrinæ, laboris certe & industriæ nostræ laudem existere. Quinq; habui codices vetustissimos: & eos quidem admodum emendatos, sed quædam occurrebant aliquando ádeo vel ambigua, vel remota, vel vna tantum dictio per complures dies sæpe me suspensum habuerit. Postremo non defuit: qui lucubrationem nostram maledictis interpellaret. Q uidam enim in meam, de quodam loco, sententiam edita epistola grauissime inuectus est: cui quid responderim in fine huius operis leges. Multa condonaui familiaritati: qua mecum olim coniunctus fuerat. nihil tamen remisi de rationibus nostris: quas omni (vt arbitror) ex parte: vel ipsi, qui reprehenderat probauimus. In toto vero opere eadem leges aliquando repetita nulla quidem obliuione, sed consilio. Nolui enim siquis quid de vno tantum epigrammate sentirem, fortasse quæreret aliquando: eum alibi scripta desiderare. ita nec te offendent, nec lectorẽ inconstantem habebunt. Hos igitor cõmentarios ab homine tibi deditissimo accipies: & cum per tuas licuerit occupationes, vel solus leges, vel vnà cum viro doctissimo Gentile Vrbinate. Q ui cum Martialis argutias epigrammate exprimat: non poterit non iis delectari: in quibus tam suũ agnoscet ingenium, quàm illius admirabitur. Siqua vero aliquã do vel eadem, vel his similia in aliquorum manibus esse audies, nihil est cur mireris magnopere. Nam auditores quædam huius generis cum imprudenti mihi quotidiana furripuerunt consuetudine: tum à docente publica professione exceperunt: quæ aliquando in lucem prolatum iri facile cõicio: vniuersa quidem illa: atque haud scio: an etiam sub alterius nomine. Non enim desunt: qui nostras sibi vigilias, & labores vendicare studeant: sed in illis complura non dubito quæ castigatione indigeant. Sunt enim non tam verbis nostris tradita, quàm alieni studii calore susceptа. Itaque hoc vno exemplo, & perfici debebunt, si inchoata erunt: ac rudia & facile refelli poterunt, si omnino aliena videbuntur. Nam tuo iure ad te pertinent omnia: cuius vnius causa hęc à nobis peruestigata, & elaborata fuerunt. Vale.

VITA MARTIALIS IN COMMENtarios, quos Domitius Calderinus edidit.



ARCVS Valerius Martialis in Hispania Bilbilin patriam habet: quod ipse cũ alibi tum eo carmine indicat: Nec me tacebit Bilbilis. Est autem oppidum nõ ignobile in Celtiberia & Strabonis testimonio, & Sertorii pugna: qui illic aduersus Metellum dimicauit, Salone fluuio proximo ex ferri temperatura inclyto. quod ipse non tacuit: videbis inquit altam Liciane Bilbilin: equis & armis nobilẽ. præterea: Q uam Salo ferri temperator ambit. Celtiberũ se profitetur: Vir Celtiberis non tacende gentibus: Nostræque laus Hispaniæ. Parentes Romana appellatione Frontonem, & Flacillã nominat. Obscuros quidem, ac filii tantum testimonio vix cognitos. Literarum causa Romæ cum ageret: ingenium nulli studiorum generi accommodare potuit: quanuis alii ad causas agẽdas, alii carmen heroicum, & iustum poema hortarentur: præter quàm epigrammatis scribendis otii & epicureæ sectæ: quam veram vitam appellat. Supra Horatium, Catullum, aliosq; poetas studiosus tenui supellectile contentus: suos hortos in ianiculo admiratur, quanuis tenues: ac Nomentanum iactat: in prædii donati ab amico exiguitatem festiuo carmine iocatur. Cũ iã ætate ad senectutem ingraueſcente rerum vrbanarum tædio affectus esset: rediit in Hispaniam peragrata prius Gallia Cisalpina. Vnde quartum librum emisit: ita. 11. epigrammaton editis triennio tacuit. Demum hortante Prisco amico: qui & ipse in patriam ab vrbe redierat. 12. addidit: in quo Neruæ & Traiano assentatur clam damnatis Domitiani temporibus: quibus seruili fermè adulatione blanditus fuerat: non suo magis ingenio, quàm imperatoris arrogantia: qui diuinam adorationem à suis exigit. Amicos

git. Amicos coluit poeta: Stellam in primis, Silium Italicum. publicis caruit honoribus: equestri donatus dignitate prætura: & iure trium bellorum. in Hispania obiit non sine Plinii etiam mœrore, qui Epistola quadam sua cum poeta familiaritatem testatus, cum & deflet, & laudat summopere. Acri ingenio epigramma composuit: cuius lex est vt iocandi, cauillandi, deridendi licentia lasciuiat: nudis verbis propè Satyricum vrbanitate ciuili. Denique nihil sit: quod aut felle non aspergat: aut risu non condiat. Assurgit nonnunquam in magnitudinem heroicam, sed perrarò: vt illud: Tanta tibi est recti reuerentia Cæsar, & æqui. Heroicis tamen numeris abstinet: quanuis id & sole re & posse fieri contendat. Inseruntur verba græca imitatione Pytholeonis Rhodii: qui primus ita scripsit epigramma. Lucilius reprehenditur, quòd in Satyra idem fecerit. Verba sunt, nec figuris poeticis sublimia: nec humanitate quotidiana depressa: ita mediam quandam elocutionem seruantia, vt proprium retineant locum. Corpus epigrammatis sua constat dimensione: quam si versuum numero prætergrediaris, optatum amittas leporem. Affectus sæpe tentat: quos omnes vltima effundit perio do. Hec ita à Martiale seruata sunt: vt & Græcos superauerit: quanuis apud illos vix singulis epigrámatis claruerint pauci, & solus in hoc scribendi genere apud Latinos elaborasse, ac profeciſse videatur. In lasciuioribus habet authores Augustum Cæsarem: qui libello epigrammaton magna licentia lusit, & Lucanum, & quàm Pharsalia sua intermissa in eo lasciuisse ostendit: Marsum præterea Pædonem, Getulicum, & Catullum. Ipse opus suum in hunc ordinem redegit: quo legitur præter primum librum: qui totus in spectaculis laudandis versatur. Nam nec in antiquis codicibus prima fronte ponitur: nec absurdum iudicari debet diuersis locis, & temporibus edita singulis spectaculis epigrammata in vnum tandem librum redacta fuisse.

Plinii Secundi Epistola ad Cornelium Priscum.



Vdio Valerium Martialem decessisse & moleste fero. Erat homo ingeniosus, acutus, acer: & qui plurimum in scribendo, & salis haberet & fellis: nec candoris minus: prosecutus eram viatico secedentem: dederam versiculis, quos de me composuit. fuit moris antiqui eos, qui vel singulorum laudes, vel vrbium scripserant, aut honoribus, aut pecunia ornare. Nestoris vero temporibus, vt alia speciosa, & egregia, ita hoc in primis exoleuit. Nam postquam desiuimus facere laudanda: laudari quoque ineptum putamus. Q uæris qui sint versiculi: quibus gratiam retulerim: remitterem te ad ipsum volumen, nisi quosdam tenerem. Tu, si placuerint hi, cæteros in libro requires. Alloquitur musam. Mandat vt domum meam in Aesquiliis quærat: adeatque reuerenter.

Sed ne tempore non tuo disertam
Pulses ebria ianuam videto.
Totos dat tetricæ dies Mineruæ:
Dum centum studet auribus virorum
Hoc quod secula, posterique possint:
Aripinis quoque comparare chartis,
Seras tutior ibis ad lucernas.
Hæc hora est tua, dum furit Lyæus,
Dum regnat rosa, dum madent capilli.
Tum me vel rigidi legant Catones.

MERITO ne Eum, qui hæc de me scripsit: & tunc dimisi amicissime, & nunc amicissimum defunctum esse doleo? dedit enim mihi quantum maxime potuit: daturus amplius si potuisset, tametsi quid homini potest dari maius, quàm gloria, laus, & æternitas? Aeterna quæ scripsit non erunt fortasse: ille tamen serò scripsit tanquam futura.

IO. P. PINCIVS AD CENSOREM.

Incultum quod erat censor tua tetrice fortis
Hoc nuper lima dente momordit opus.
Nec qui peccarant, illis delicta pepercit:
Sed latum resecans inuia fecit iter.
Quem dudum angusto lassabat tramite callis:
Hac poterit lector sospes adire via.
Postera ne timeat nemus hoc intrare vetustas:
Immites cuius non habet vmbra feras.
Lustrasti cauta primus tu indagine saltus
Vt siqua exiret bellua, præda foret.
Nec fuit vlla adeo latitans secura tenebris
Quæ visa, & docta non sit adempta manu.
Non opis est igitur nostræ persoluere grates:
Sed quæ debemus, dent tibi cælicolæ.
Nos tibi: Veronæ quod debet Marcus alumnos
Marcus Domitio debet: vterque tibi.

M. LVCIDI PHILOSOPHI EPIGRAMMA.

Quisquis amat lepidum vatem, latiasque camœnas:
Et vitam, & mores noscere quisquis amat.
Ille mei Domiti generosos vsque labores
Perlegat, excultis quos dedit ingeniis.
Et quos vt posset multis prodesse peregit:
Inque dies varios officiosus habet.
Vos nimium tetricæ frontis, miserique Catones
Ite, procul vestrum ferte supercilium.
At tu docta cohors: & tu Romana propago
Laudibus innumeris hunc celebrate virum.
Tu quoque qui fueras mutilus, mendosus, & asper:
A cunctis poteris nunc bene Marce legi.
Ecce tibi eximium partum est interprete nomen.
Redde vicem: alternum diuide Marce decus.
Vt si forte labor fuit hic communis, & ipsa
Gloria communis vestra duobus eat.

¶A.ante.B.vsque.Y.
Abdera 82
Abolla 36.68
Academia 60
acerra 36
Acies 37
acipensis 110
acipenser 110
acibellones 84
acus 112
addico 71.83
aduentoria 98
ægis 54
aegeria 83
aenigma 16
Aeolus 66
aerarii 102
Aesopus histrio 71
æthiopes 6
agrippa 88
alabastrites 90
alabastrum 90
alauda 102
alani 57
albium 90
albulæ 32
albi lapides & nigri 67
albanum 124
Alcestis 38
alcòntius 52
alcinous 38.58
alec 30
alica 20.104
alicula 104
algidium 37
almo 28
almyrotes 88
alphicus 79
alpheus 70
altinates lanæ 66
alteres 114
amethystinus 16
amethystina lana 118
amethystus lapis 118
amictorium 118
amica 60
amiternum 107
ammon 4
amphora 10
amphinomus 56
amyclæ 80.111
amyntas 93
analecta 56.115
anaglypta 35
analepta 56
annapia 56
anates 108
Annæus serenus 71
ancillarioli 102
ancillariolus 102
anchiala 96
ancilla prostituta 102
andes 14
Andromede 8
Androginus 52
Andremon 81
annapia 56
annexus 71
anser 28
ansæ quales 64
antium 83.40
antlia 72
antipolis 110
anulorum origo 75
anxur 40
Apelles 61
Apellis opera 61
aphe 60
aphronitrum 114
Apicius 23
apinæ 17
Appia: Valeria: & latina 29
Apollodorus 14
apophoreta 34.115
apophthegmata 50
Apollo pronoplo 75
Apollo Smintheus 75.121
Apollo gryneus 121
apri in portentis tres 7
aquarum doctus 51
aquilenia 34
arabus lapis 31
arabia 6
archetypa 55.11
arctophylax 32
architectus 44
arcuatus 90
ardeliones 19
ardelio 19.39
argiletum 9
argilla 9
argentum purum 35
argonauis 56
argentum postulatum & pustulatum 61
arria 10
arpastum 57
arlaces 74
arsacidæ 74
artemidorus 69
ascaules 80
asparagus 107
asturcones 88.119
astragalizontes 106
attagena 21.108
atas 34
atthis 24.67
attedius melior 237
attina 88
atlantes 53
atlas 116
auctographi 56
aues missiles 66
aues Palamedis 109
augustinus 110
aulon 111
aurata 109
aurum obrizũ 61.102
aurum tolosanum 79
aureoli 100
auriscalpium 112
autolicus 69

¶B.ante.A.vsque.Y.
Babylon 4
Baccharis 51
Bacchi sacerdotes 68
Bacchilio 66
baltheus 49
balsamum & opobalsamum 90
bardocucullus 13
bardi 13
bardiacus 33
basis 75
bascauda 116
batracus 13
battaui 18.53
Bauli 37
Bebius massa 99
berilli inæquales 62
betæ 28
bethis 85
bethica lana 117
beta 106
biblis 83
bilbilis 14
bison 17.8
Bito & Bacchus 67
blatta 105
boletus 10
bombix 66
bonus 61
bootes 32
botellus 48.92.10
botulus 115
botryo 91.98
bractea 66
bracca 91
britani picti 116
Brutianus 34
Bryseis 93
bubalus 8
bucella 53
bulbi 30
bulla 66
bulbus 107
burdigalus 74
Buxetum 19

¶C.ante.A.vsque.Y.
Caballus 12
Cacus 45
cadus 10
cadurci 118
cælenæ 43
cælum 116
caieta 40
calamus 113
calceus 104
calathus 76
calydon 17
calua 30
callimachus 80
caledonia 83
Calculator & Notarius 86
calculus 112
campi murini 75
Camillus 90
cammarus 21
candelabrum 114
candela 114
candelabrum ligneum 114
candelabrum corinthium 114
canis vetargus 119
canusinatus 73
canus 80
cappadocia 74
capitolium vetus 61
capuæ 64
capelliana 94
capistrum 110
capræ 110
carere genio 61
caruca 29
cariota 66.92
cariotides 66
carinus 69
cariotæ 107
carus 99
carpophorus 7
cassis 29
Caseus lunensis 107
caseus vestinus 107
caseus velabrensis 107
Catulli patria 14
Catullus 119
catasta 74
cataplus 104
catta 109
caucasus 75
Cayster 13
celtiber 59
censeri 14
centũuirales cœnæ 60
cerussa & ochra 14
Celenæ 86
ceroma 34.57
cerdo 26
Cercopitechus 61
cereus 113
Certus 45
ceruical 118
ceruus 110
cestos 120
Charta virgo 14
chamę 47
charidemus 51
charistia 76
caristos 74
Charta angusta 79.112
charta pergamena 112
chersinæ testudines 115
Chimara 8
chirurgus 11
chione 11.94
chion 27
chia ficus 107
chius 106
Chrysendeta 21.116
chrysia 65
chrysophysia 102
chrysia 121
Cibi fatui 30
cicer 12
cicindela 113
cilices 6
cilicina 62
Cinyps 62
cinypheæ segetes 62
cinna 82
ciperus 65
Ciraton 62
cirrati 74
circæi 40.83
cirrinæ carnes 56
cirri 56
circe 67
circæus 67
circulator 80
circulus 117
cistifer 42
Claudius Hetruscus 54
Claranus & Modestus 82
cleone 46
climice 11
clinicns 11.79
cliens 83
clinopali 119
coctanum 59.107
Cocta & decocta 24
coccinatus 16
coclearia 117
Codrus cremitus 22
cœnatorium 88
cœna recta 68
coliphium 60
columba 108
columbæ 66
colossus 6
Colocasia quæ & Cyamon 66.108
colostrum 107
colum 116
comessator 33
comessationes 33
conchis 30.42.61
confirmo 51
condicere 93
condylus 48
consulta 10
conturbatores 57
copta rhodia 114
copton 114
cophinus 42
copo 106
cors 57
coris 31
Cornelius Fuscus 13
Corynnæ duæ 41
corynna 41.70
coronis 80
cordilla 94
coruus 115
coracinus 109
coris 31
Coronæ pactiles & subtiles 45
Corduba 77
coricum 6
Cosmicus 58
costum 91
cotila 70
cotillus 70
cothurnus 63
couinnus 99
credere 26
crepitaculum 114
Crispus Passienus 37
critici 62
crispini tres 62
crocus 90
crudus 26.104
crusmata 53
cordillæ 25
crystallina 116
cubus 106
cucullus 13.87
cucuma 87
cuneus 11
cuniculus 108
curiosus 94
custodes 14
cyaneæ 96.97
cyaneæ & minyæ 97
cydonium 107
cygni 109
cyllarus 34.65
cyllene 61
cynosura 32

¶D.ante.A.vsque.Y.
Dactylotheca 94.117
Damascus 42
damno 58
Dama & Lippus 99
Daphnis 25
daphnon 26
dapes adipales vel adiiciales 101
daphnones & laureta 101
declamare 19
decoquere 19
deducere & reducere 23
defrutum 36
defioculus siue dexioculus 102
Deiphœbe 74
Demetrii multi 16
demereor 76
dentiscalpium 112
dentifriciũ 112.114.31
designatores 89
depygium 31
diadumenus 29
diapasmata 15
diana auentina 86
diana nocticula 86
Diaria 97
Diatheca 103
Dianæ ephesiæ templum 4
dicteria 50
didymus 27
dindymene 71
Diodorus 74
dipsas 28
dipiron 36
discinctus 99
Discus 118
docimita 50
Dogma: scita: consulta: & placita 16
Dominus 48
domicœnium 46
Domitiani ædificia 47
domus neroniana 6
Donare 37
dorcas 86
Dorienses 8
doriphorum 90
dobata 81
Drauci 10.60
Dropax 30.86

¶E.ante.A. vsque.Y.
Earinus 72
echinus 109
Electri natura 68
Elephantis 101.105
elpenor 96
emporiæ conditores 111
encausti 36
encaustus 36
enchiridium 9
Endymion 80
Endromis 34.117
enterocella 85
enthei 43
enyo 49
epaphæresis 68
ephesos 86
ephippium 115
epimenium 50
epitrapegius Apollo 75
epitrapegia vasa 75
epidypnidas 85.92
epidorpisma 85
epicus poeta 105
epityrum 107
epos 105
epsema 36
eques non alienus 42
eques 91
Equites 117
Erigone & Imera 95
eruca 30
eryx 45
enchiridium 38
Euadne 38
euganei 88
euocati 33
Eurysteus 77
euthycus 52
eutrapeli 61
eurotas 78
excalciatus 104
exhibeo 7
exiguæ staturæ homines 75
exoticum vnguentũ 90
extricari 111

¶F.ante.A.vsque.Z.
Fabricius 90
Facere panem 65
factiones quatuor 84
fagutal 19
fagutalis 19
faleucium carmen 9
falernum 110
Fascia 108
fallere 20
ferula 18.115
Fibula 43.106.120
ficedulæ 49
ficus 60.107
ficus libycæ 59
ficetum 100
ficedula 44
flagellum 49
flaminea 95
flagra 115
floralitiæ feræ 69
floralia 84
fluxus 43
focale 35.50.117
follis 34
foliatum 92
Fontanilla 28
fontes Aponi virorum 50
Forum Cornelii 25
forum triplex 27
formiæ 83
fritillus Halueolus, simum 106
fronto 13
frumentũ triticeũ 106
fullones 54
fundanum vinum 111

¶G.ante.A.vsque.Y.
Gabata 58
Galba 12
Gallaciũ metallũ 35
galbanum 16
galliambus 24
galesus 65
galericulum 114
Gallina 108
Galbula 100
Gallinæ numidicæ 109
ganeę 109
garum 54
gargetius 83
Garum 110
Garum sociorum 110
gausapina 51
gausapa 112
Gausape 118
gelasinus 56
Gemma 66
gemini 84
genesta 12
genius 52
gerres 30.100
geryones 76
gestatio 41.102
getæ 98
gorres 30
glandula 31
glandium 32
glabriones 34
glabratiæ oues 34
glastum 161
glis 108
gobius 109
gordius 54
gorgones 80
Graius 37
graphiarium 111
graphium 112
grues 109
gusto 92
gustatorium 115
guttus corneus 114
guttus ligneus 114

¶H.ante.A. vsque.Y.
Habere nasum 104
Harpastum 34.114
harpyiæ 80
Hebe 77
Heltiarii 38
Helena 8
helice 32
Heliogabalus 83
helleborum 121
heros 45
hermaphroditus 52
Hercules conopius 75
hersilia 86
Hesione 8
hesperides 80.36
hexaphorum 53
hexaclinon & triclinium 76
hictericus 90
hyppocomi 14
Hippocrates 79
Hippodamia 93
hircosus 75
Hispanienſis 98
Hispanus 98
homeromastix 62
homericæ quæstiones difficillimæ 64
hoplomachus 70
horrere pilis 14
horrere mento 14
Horatii 28
horti pensiles 64
Horatii locus 105
hyacinthus 93
hybla 21.110
hybrida 65 ~~50~~
hybleum mel 110
hydrocelæ 85
hygea 94
hylas 44.52
hylus 73
Hymettus 110
hypnos 92
hyppodromes 101
hyrcania 7

¶I.ante.A.vsque.Y.
Ianthina 13
Ianus 63
ianus bifrons 83
ichnemon 62
ida 32
iduma 84
iecur anseris 108
ientacula 15
illece 23
inæqualis 16
Incitatus 87
inficiator 17
ingenuus 27
intrita 26
inulus 119
Iphigenia 31
iphianassa 31
iris 99
irrumare 22
irrumatæ aquæ 23
irus arneus 43
iuglandes 62
Iunius risticus 10
Iulianæ 48
Ius Latii 65
Iuuenalis 56

¶L.ante.A.vsque.Y.
Lactuca 28
Lactucinii 28
Lacertus 61
lada 89
ladon 88
Lena 117
Lagopode 61
Lagopus 61
lalage 23
laletana 11
laletania 13
Lalisio 110
lamina 80
lampsacus 91
lanista & magos 53.95
lana canusina 117
lances 58
largiri 37
laronia 20
Latinus 9
latoclaui 42
latinæ feriæ 65
Latmius 80
Latrones 99
laterna 114
lecticula 79
lemma 96
lemmata 111
lentitudo 22
lentiscus 31
lens 106
lentus homo 106
lentiscum 112
Leonemeus 77
lerna 76
leucopheatus 16
leuconicum 91
Liba 30
Liburnum 13
Liber 14
libripens 16
libertinus 27
libelli 44
libo 54
libitinarius 89
Libripendes 16
licinus 20
liceo 52
licitator 52
Licinius Crassus 63
lichenes 36
ligula 42.117
ligna acapna 106
ligula 69
lingones 13
lingula 20.117
lingere 96
lintea 117
locatii 42
loculus eburneus 112
loculi vitelliani 112
loculi chartei 112
lomentum 27.54.114
lorica 54
lotos 33
lotophagi 33
lubricum ætatis 76
Lucanica 36.107
Lucilius 105
lucerna cubicularis 113
lucerna polymyxos 113
Lucanus 139
Iudiæ 42
Lunius rusticus 10
luna 13
lupatum 17
luperci 34
lupus 73.105
lustrum 32
lustricus brutianus 34
luscinia 115
lutum venetum 30
lychus 37
lydia 91
Lygdium marmor 48.50
lyris 83.109

¶M.ante.A.vsque.Y.
Machaones 19
macta hostia 33
macellum 85.109
Macer 87
mænas 92
Mala 65
malagmata 15
malchiones 31
Malcio 31
mammatæ tegulæ 57
Mamurra 76
mammillare 114
mamertinũ vinũ 119
Manlius Verna 12
mangones 14.53.95
mangonizo 95
manni 99
massicum vinum 110
meridiana 123
meretrix 105
Marcus Anton. Tolosanus 79
Marsus 35
mattia aqua 50
matisca 56
martes 84
mereotis 14
masturbari 15.75
massilia 73
massesili 73
massicum vinum 119
maternus 16
matella 81.117
matteum 85
Matteo 85
matteolicus 85
Mattea 85
Mattya 85
Mattyassini 95
Mattiacum 112
matutina spectacula 110
mausolea 45
mausoleum 6
Mecœnas 68
Meduacus 66
megalenses ludi 84
megara 93
melandria 30

melimella 12.56
meleagrides 29.109
melioris pueri 61
mella 93
Meleager 7
memphis 4
memor 90
menſa citrea 116
menſa acerna 116
menapli 108
menſæ citreæ 21
mentor 27.68
Menandri quatuor 41
menſores 82
menta 83
mentagra 96
meſſala 63.80
meta 12
metreta 42
metalla 50
methymna 68
metallum dalmaticum 87
Metius 87
midas 54
miletus 66
mimi 19.21
mimographi 19
minural 92
mitylene 86
mœnianum 11
Moloſſi 98
molles honores 4
Moneta nigra 16
moneta fulua 16
monaulos 114
moriones 31
morio 50.64.120
mulus 21.109
mulio 76
mulſum 79
munera prætoritia 66
muria 34
murena 109
Muſeus 105
muſcarium bubulum 115
mutuno 30
myrrha 19.27.87.116
myrrhina 121
myrtus 32
myrobolanum 114
myrina 121
mys 67
mytillus 29

¶N.ante.A.vſque.Y.

Nanus & Pumilio 12
Napi 107
Narnia 62
Nardinum 92
Narthetium 115
Naſo 14
Naſutus 106
nauiculor 26
nauficaa 100
negare nihil 33
nemeta 13
nemea 13.46
nemea ſylua 6
Nemeſis 119
Neronis puer 68
Neſtoris vas 64
nicerotes 95
nilus 6
nimbus 116
nitella 45
nitrum 107
Nobiles 13
nomas 68.78
nomenculator 83
nomentanum 111
notarii 120
Nouarii duo 15
nouacula 113
nuces ſaturnalitiæ 62
nugæ 55
numidicæ aues 29
nux pineæ 107

¶O ante.A.vſque.Y.

Obeliſcus 15
Obolus & ſcrupulus 85
Obſonator 120
octophorum 24
Oenogarum 57
oſella 84
officium parochi 113
oliuæ picenæ 12
olmeus 15.70
omaſum 23
onocrotalus 91
onyx 50.62.105
ophites 50
ophthalmicus 70
opobalſamum 114
orciniana 81
origanum & oxigarum 28.29
orix 110
orneus priapus 51
ornea ſacra 51
oropigium 31
oſtrea 29

¶P ante.A.vſque.Y.

Pacorus 74
Pæſtum 36.100
Pægma 16
Paganica pila 114
palinurus 30
palliolum 74
palumbus 108
pannæ 30
panarium 44
pantices 52
panes 81
pannuceus 93
pannicula 93
panes picentini 108
papyri vſus 67
paphus & palepaphus 79
papyrus 105
parthorum tribus 22
parthenius 75
parthenopeus 80
parthi 98
paracon 113
paracos 113
paraci quæſtores 113
paſtillus 15
Paſſum 110
pathici 10
patrobas 20
parinæ cumanæ 44
patronus 49
Patroclus 93
Patella 109
pauo 109
peccare 79
peloris 47
pelias 53
pella 109
Penelope 14
penula toga 22
penula 118
percidere 23
perdix 108
pera 36.115
permeſſus 15.20
periſtereones 29
periandri edictum 47
perfricare frontem 92
Perſica 108
perna 108
petauri 24
petaurus 91
petauriſta 91
pethalion 107
petaſo 108
peuce 50.61
pexatus 22
phædrus 26
phaſianus 29.109
Philomela 13
philiſtio 21
philomelus 27
phidias 27
philænis 60
phiala 66
phineus 73
philoſtratus 95
philogis 94
phœnicopterus 29.109
phœnix 51
piconia fons 50
pica 115
pleria 90
pila trigonalis 114
pila 7.21.5
pilum 84
pimpla 90
pimplea 90
pindaricus 65
pipere 95
pipillo 95
pirithous 56
piſcina 28
piſtor 65
pithiuſa 91
plagiarius 13
platanus 28
placenta 30
placita 10
platani memorabiles 77
plecuſa 23
platanon 26
poeta clanculatius 80
polla 56
polycletus 68
polinctores 89
pollincere 89
pollucere 89
polluctum 89
polypſus 100
polymita 118
polentia 118
pompilius lenas 42
pompilius 45
Pomponius Atticus 57
peridanum 110
populare ſacrum 84
porticus claudia 56
porphiriones 109
porrum 93
porrum ſectiuum & capitatum 107
porcellus lacteus 108
pragmaticus 103
præcidere 239
præciſum 23
præteriti 61
præſiderare 62
præſideratio 62
prætorium 87
primæ pilæ 88
priapus orneus 51
priapus ſiligineus 215
proculator 115
pronopio 75
propino 14
promathidas 64
prometheus 75
prototomus 84
protopum vinum 84
pruritus 11
pruna damaſcena 107
pſilotrum 30
pſitacus 80.115
ptyſana 103
puer Bruti 78
pugio 113
pugillares 111
pultes iulianæ & tractogalæ 46
pulſula 102
purus 94
puſtula 68
putidus 34
putidulus 34
pylades 56
pyropecilos 15
pyrgus 98.112
pyramides 4
Pythagoras 90

¶Q ante.A.vſque.Y.

Quadraginta viri Venetiis 60
Quincunx 11
Quintilianus 24
Quincupedal 116
Quincuplices tabellæ 112

¶R ante.A. vſque.Y.

Ramex 85
Ramicoſus 85
Rapti 73
Raptum 106
Raptis 83
Recta cœna 23.56
rectus iambicus 24
recutiti 57.76
redemptor 53.116
redimo 53
refibulare 73
regelare 31
regulus 43.50
regius morbus 90
repono 99
res archetypa 55
thiti populi & vindelici 78
rhinoceros 9
rhombus 74.10.109
rhodos 86
Romæ porticus a C. Octauio ſtructa 76
ronchi 9
roſæ mileſiæ 53
rudis 27
rumpere latus 85
rupti 85
ruſticula 109
rutilius 44

¶S ante.A. vſque.Y.

Saba 106
Sabei 6
Saccus niuarius 102
Sagum 9
Salamandra 23
Salaria 38
Salebræ 76
Salmacis 80
Salonæ 87
Salo 37.115
Sanctonicum 79
Sanctones 74
Sandapila 24.53.81
Sanus 54
Sapa 36
Sappho 60
Sapo 66.112
ſarrire 31
ſarſina 76
ſardanapali ſepulchralis inſcriptio 96
Saſſina 29
Saturio 39
Satureia 30
Sathire 31
Sathis 31
Saturninus 33
ſauromatæ 98
Saurus 13
ſcazon 16.24
Sauronytius 119
ſcarus 42.109
ſcalptorium 115
ſcheda 34
Scita 10
ſcombria 107
Scorta 117
ſcrinium 9
ſcriblita 26
ſcribilito 26
ſcrupulum 34.42
ſcurra 12
ſcutula 70
Scylla 58
ſecepiſta 79
ſectium 79
ſecuricula 75.113
ſegmentatus 63
ſegumenta 53
ſelibra 16
ſelibra 42
ſellaria popina 46
ſellariola 46
ſeleucides 64
ſemitatus 53
ſeptentriones 38
ſeptitiana 70
Seres 98
ſeſqui 55
ſeſqui plaga 55
ſeſquipedalis 55
Setinũ vinũ 54.87.115
Setinum 87
ſetina 87

ſetina

Sextius 12
ſexcentum 51
ſica 65
Sicarius 92
ſicambri 6
ſidus 62.96
ſiderati 62.96
Signinum vinum 111
Silenus & Alebedus 51
Silius 52.93
ſiligo 71
Sillæ 109
ſimites 15
ſimila 106
ſindon 19
ſindones 34
ſinadicum marmor 50
ſiſtrum 83.100
ſiſyphus 81
Smaragdi ſcythici 76
ſmyrna 86
Smynthei Apollinis delubrum 121
Smyntheus Apollo 75
Soccus & Cothurnus 63
ſolium 21
Sophos 9.14
ſorba 107
ſoteria 92.102
ſparulus 29
Spado 52
ſplenia 20.67
Sportula Baiana 14
ſportula 23
ſpongia 51.101
ſpondylus 56
ſtare 30
ſtatumina 34
ſtella 14
Stella quæ Aſter & Aſteris 48
ſtirii gutta 58
ſtipadium 115
ſtola 11
Strabonis locus 84
ſtropha 25.90
ſtructor 84
ſtringiles 114
ſtringere 114
ſtrigmenta 114
ſtymphalus 79
ſtylus 112
ſubligaria 31
ſubſellia 11
ſuburra 52.99
Subulcus 115
Succinum & electrum 30
ſuccinctus 99
ſuillus 29
ſulpitia 83
ſummœnium 11
ſumen 108
Sura palphurius 13.52
ſurrentina 110
ſuſtulit digitum 45
ſuſcitare 42
ſybariticí libelli 105
ſyene 74
ſylla 90
ſymnas 78
ſymplegades 56
ſymplegma 191
ſyntheſis 36.118
ſyreum 36
ſyrma 36.105
ſyrinx 77

¶T ante.A.vſque.Y.

Tabula citrea 115
Taius & ſenio 106
Tali & Teſſeræ 112
Tantalus 81
Tarracho 13.89.111
Taratalla 13
Tarentum 21
Tarteſus 65.77
Tarentus 86
Taygetum 50
Tenia 112
Terpſicore 30
Terracina 49
Termegiſtus 42
Tertium forum 67
Tereus 70.106
teſſera 76
teſtudo 77
tartheſus
Theta ſignum mortis 58
therapnæ 180
themiſon 99
theca 112
Thiodomas 44
traſeas 10
thuſculum 83
Thus 106
Thymele 9
thymbra 30
thymum 93
Tidæ 37
tigilinus 26
tigena 76
Tigellus Hermogenes 99
Tigrinæ menſæ 116
timauus 66
tintinabulum 118
tityrus 68
Tityus 92
Toga pexa & raſa 21
Togatus 117
tomus 14
Tomentum leuconicum 118
Tomentum circenſe 118
torrores 79
traducere 29
tractare 31
trachina 40
trapetum 37.167
trebula 46.107
tribas 60
tribades 16
trigon 34
tripatinea 44
trieteris 62
tribulis contribulis 75
Tripatinea 44
triuiæ aricinæ facerdotes 77
triumphalis Hercules 27
tricæ 111
triplices 112
trifilina 111
tripholinus ager 111
Triton 8
trochus 91.118
trochus & cantus 118
trulla 79
trua 79
truleum 79
tubus 94
tuberes & apirina 108
tucca 52
tunica moleſta 82
Turnus & Memor 62
turtur 108
Tymbra 30
tyrianthina 13

¶V.ante.A.vſque.Y.

Vacerra 70
Valerius probus 25
Vale 45
Vale æternum 45
Vari 57
Varius 65
Varus 65.121
Vaſa archetypa 67
Vatineſſa 37
Vatinius Beneuentanus 80
Venus: Colias Coris Chius 106
Venenum 15
venafrum 103
Venabulum 112
Veredus 98
Veredarius 98
Vero 12
Verones 12
Verminari 118
Veſpillo 11.89
veſuuius 36
veſica 66
veſtis citroſa 107
vſens 84
Via Appia 77
Vibius Criſpus 37
Vici in vrbe 61
Vienna 62
Vinum vaticanum 10
Vinum opianum 18
vinum melitites & piperatum 33
Vinum conditum 33
Vinum picatum 110
Violantilla & Hiantis 48
Virgilii patria 14
Virgilii locus 66
virus 15
Virgo fons 50
vtiligatores 62
vitis latia 82
vitelianæ chartæ 112
Vlyſſes 29
vmbilicus 40
Vmbella 95
vnde parochi 113
Vnio & margarita 66
voberta 13
Voconius poeta 56
vocator 61
vocatio 61
volſella 34.20.73
vrbanus 12
vrbici tres 62
Vri 8
vropygium 31
vrſa minor 32
vſipii 52
vſtor 31
vtricularius 80
Vuæ duracinæ 12
Vultur 52

¶X ante.A.vſque.Y.

Xenium 34
Xenia & Apophoreta 105
Xenia 105.106

¶Z.ante.A.vſque.Y.

Zoilus 21.62

Universidad de Deusto
Biblioteca

MARCI VALERII MARTIALIS EPIGRAMMATA CVM DOMITII CALDERINI AC GEORGII MERVLAE COMMENTARIIS.

DOMITIVS.

BArbara Pyramidum, Hoc primo epigramma te assentatur Domitiano, cuius amphitheatrum operis magnificētia & dignitate omnibus ædificiis scribit anteponēdum: quę cunq; antiquitas admirata est. Id destinauerat Augustus: media vrbe Vespasianus extruxit: Titus filius dicauit maximo apparatu vno die quinque millibus ferarum occisis: vt Eusebius & Tranquil. scribunt. Dicauit autem, quoniam publica ædificia numinibus consecrabātur. Cur autem huius laudem tribuit Domitiano cum illud neque extruxit: neque dicauerit: ratio est: quòd Domitianus ex quo puer capitolium defendit vnà cum Sabino patruo putauit sibi deberi Imperiū: quod ab ipso acceperat. Quare poeta vult quæcunque gesta sunt vel à Vespasiano: vel à Tito ad Domitianū referri: cuius imperium: vt supra dictum est: fuisse assentando innuit. Præterea imperantibus patre & fratre non destitit se principem imperii gerere. Ego tamen existimauerim hoc Tito imperanti scriptum fuisse: cui vera laude nūc assentatur. Pyramides, lapides erant erecti miræ magnitudinis in acutum tendentes: dicti ab ipsa figura, quę flammā imitatur igneam πῦρ dicitur ignis vnde Pyramis. Reges Aegyptii primum excogitauerunt id genus ædificii: vel ne pecuniam successoribus relinquerent: vel ne plebs otiosa esset: cum multæ essent in Aegypto: tres maxime impleuerunt orbem fama & admiratione: quæ erant in parte Africa inter Memphi & Deltam in monte sterili: quarum amplissimam. 60. hominum millia. 20. annis construxisse dicuntur: authores sunt Stra. Plin. & Solinus. ¶ Miracula pyramidum) ita & à Plin. dicuntur: quoniam ad admirationem potius quàm ad vsum constructæ erant Strab. in vltimo scrib. se vidisse cumulos reliquiarum: quæ remanserunt ex cibis operarum: eodem versu poeta vtitur alibi: Barbara Pyramidum Cæsar miracula rides. ¶ Memphis,) regina Aegyptiorum ab Ogdoo rege ædificata: cuius filia Memphis nomen dedit. Puella ea est: cum qua Nilus sub imagine tauri dicit concubuisse. Vrbis ambitus erat. 100. & 50. stadiorū: septum Ampidis habebat & templum Veneris: author est Strab. & Diodorus. ¶ Babylona,) Babylon vrbis caput Chaldearum gentium: ambitus. ccc. & 50. stadiorū ædificata à Semiramide regina æmulatione Ninæ vrbis: quam Ninus eius vir construxerat. Accersita sunt, teste Diodo. ex omni regno ter decies centena hominum ad opus iuuandum: Clytharcum & Alexandrum secuti scriptum reliquerunt quolibet anni die stadium vrbis fuisse absolutum. ¶ Assiduus labor,) multorum annorum. ¶ Iactet,) extollat & laudet, id est cesset laus & ostentatio Babylonis. ¶ Triuiæ templo,) id est Dianæ. de templo Dianæ Ephesiæ intelligit: quę erat in Panorio portu ad Ephesum in Asia: fuit admirationis & magnificentiæ: vt Plin. cc. & 20. annis structum à tota Asia in solo palustri: ne terræmotibus quateretur. Columnas habebat. c. & 37. ex quibus. 35. erant cælatæ miro artificio. Cresiphon fuit architectus: alii Archiphron. sunt qui scribant primum Dianæ templum fuisse minus: secundum maius: quo incenso ab Herostrato tertium ædificatum aiunt ornamentis mulierum ad id collatis. ¶ Molles honores,) id est luxuriosi & asiatici honores: quoniam præter ædificium multa erant vt scrib. Plini. quæ nihil ad speciem naturæ pertinebant: sed ad luxum tantum. Quid alii hoc suspicentur: non percipio. ego, vt dixi, molles honores interpretor: quoniam, vt dixi, erant in eo multa ornamenta ad luxum & molliciem potius pertinentia, quàm ad ædificii solidam laudem, vt verba Plinii. indicant. ¶ Molles honores,) id est luxuriosa ornamenta. nam amphitheatrum sua sublimitate & ædificii præstantia admirandum est: non propter luxum aliquem rerum: qui in eo sit, quemadmodum in templo Dianæ Ephesiæ. Erant præterea in eo eunuchi sacerdotes qui Mezabolizi dicebantur: cum quibus virgines aliquas sacras esse oportebat: vt scribit Strabo. ¶ Ara frequens,) de templo Iouis Ammonis intelligit: quòd apud Nasamones populos Libyæ erat Iuppiter lingua Aegyptia Ammon dicebatur vnde corrupto nomine Ammonem dixerunt Afri: author est Hero. prætermittuntur opiniones Seruii & Diodori. Pausania scribit Ammonem dictū ab Ammone pastore: qui primo ei illic templum erexit. Multæ erant huic Deo dicatæ: author est Plinius in Africa: quod & Virgil. testatur in. 4. Templa Iouis centum latis immania regis: Centum aras posuit.

ARGVMENTVM.

MVLTA Sane, Antiquitas quę admirata est, extitêre, ex quibus septem apud eam summæ magnificentiæ fuerunt & admirationis. Templū scilicet Dianæ Ephesiæ ducentis viginti annis a tota Asia extructum.

Mausoli sepulchrum ab Artemisia eius vxore egregiis operibus ædificatum. Colossus Solis apud Rodios: Iouis olympici simulachrum quod ex ebore fecit Phidias: Babylonis Muri quos Semiramis Regina constituit: Domus Cyri Medorum regis quam Menon arte prodiga illigatis auro lapidibus fabricauit. postremum memphyticō Pyramides.

Quibus omnibus Matt. Domitiano assentans, vult amphitheatrum illius tum operis magnificentia, tum dignitate, anteponendum. silere igitur iubet hæc omnia cum ad ipsius Domitiani amphitheatrum ferè haud comparanda sint.

M. VAL. MARTIALIS EPIGRAMMATA in Amphitheatrum Cæsaris.

I.

DArbara Pyramidū sileat miracula Mēphis,
* Assiduus iactet nec Babylona labor,
Nec Triuiæ templo molles laudentur honores,
Dissimuletq; Deum cornibus ara frequens,
Aere nec uacuo pendentia Mausolea
Laudibus immodicis Cares in astra ferant.
Omnis cæsareo cædat labor amphitheatro,
Vnum pro cunctis fama loquatur opus.

* Alcia-tus legit Assyrius

Pyramides

Memphis

Babylon

Dianæ Ephesiæ templum

Mausolea

Colossus

Ammon

Molles honores

Ad Eundem Cæsarem. 2.

Hic ubi sydereus * propius uidet astra colossus,
Et crescunt media pægmata celsa uia,
Inuidiosa feri radiabant atria regis,
Vnaq; iam tota stabat in urbe domus.
Hic ubi conspicui uenerabilis amphitheatri
Erigitur moles stagna Neronis erant.
Hic, ubi miramur uelocia munera thermas,
Abstulerat miseris tecta superbus ager.
Claudia diffusas ubi porticus explicat umbras,
Vltima pars aulæ deficientis erat.
Reddita Roma sibi est, & sūt te præside Cæsar,
Delitiæ populi, quæ fuerant domini.

* propior

Porticus Claudia

Pægma

Domus Neroniana

Ad Eundem. 3.

Quæ tā sepositā est, quæ gens tā barbara Cæsar,
Ex qua spectator non sit in urbe tua?
Venit ab Orpheo cultor rhodopeius Hæmo,
Venit & epoto Sarmata pastus equo,
Et qui prima bibit deprensi flumina Nili,
Et quem supremæ Tethyos unda ferit.
Festinauit Arabs, festinauere Sabæi,
Et Cilices nimbis hic maduere suis.

Nilus

Arabia

Sabæi

Cilices

Coricum

Nimbus

GEORGIVS.

¶ CASSIDVVS Iactet nec Babylona labor,) Non recte exponit Domitius assiduum laborem multorum annorum: si pro annum absoluti muri fuerunt. Sed potius de hortopensili Babyloniæ sentimus: qui & ipse inter septem orbis miracula numeratur cuius irrogationem: vt Strabo scripsit: multa hominum millia addicta erant: vt merito assiduum illum laborem ad ministerium diuturnum respiciens assiduum dixerit. ¶ Molles honores) non luxuriosos & asiaticos vt Domitius sentit. Sed molles honores accipimus in commendationem tum artificum: tum statuarum. quæ in templo magnificētissimo stabant: qua appellatione ære & lapides frequenter commendari solent. Virgilius. Excudent alii spirantia mollius æra. Et Horatius: Molles imitabitur ære capillos Philostratus, ἐν ὀκονόμοι de porticu respiciente mare Tyrrhenum: hæc ἥδραπται μὲν οὖν καὶ λοίτοις ὑπόσους ἐπιτυχὸν τεύξει hoc est splendescebat autem lapidibus quolcunque mollicies commendat. Verba vero, quibus niti videtur, non sunt eius scriptoris: sed quæ ip-se stulte excogitauit, & temere corrupit: hæc est enim vera Plin. lectio, Cætera eius operis ornamenta plurium librorum instar obtinent nihil ad speciem naturæ pertinentia: hoc est, vt ego sentio, inquibus nulla est species: aut maiestas rerum naturalium. quæ scribi debeant.

¶ Mausolea,) Mausoleum sepulchrum fuit Mausoli regis Cariæ in Alicarnaso: quæ prius Zephyra dicebatur: cōditum ab Artemisia coniuge, & enumeratum inter orbis miracula, hac vna de causa, quòd erat columna, in qua sculpenda claruerunt quatuor excellētissimi sculptores, scilicet Scopas, Brias, Timotheus, Leochares: cingebatur. 36. columnis: certabatur etiam illic à poetis: vnde extabat tragœdia à Theodecte, authoꝛ Gellio, quæ Mausolus inscribebatur. Mausoleum & non Mausolum dicitur. Proper. Nec Mausolei diues fortuna sepulchri. ¶ Vacuo aere,) quia non habitatur, & vacuus perpetuum epitheton est aeris. ¶ Cares,) populi subditi Mausolo. Mausoli meminit Demosthenes in oratione pro libertate Rhodiorū. ¶ Hic vbi sydereus,) Domitia. vrbem distinxit, & alibi à poeta laudatur: nunc vero extollitur: quòd plura ædificia erexit in eo solo loco & spatio, quòd ædes Neronis occupauerant: & argute ait, Romam sibi redditam esse quam prius tyrannus occupauerat, & nunc loca patere delitiis populi, quæ olim vni tantum domino seruiebant. ¶ Sydereus,) altissimus. ¶ Propius astris,) id est vicinus, hyperbole figura amica poetis, vt scribit Quin. Colossus: dicitur ingens statua: ἀπὸ τοῦ κολόσσυτα ὕσσα, id est ab hebetando aspectu: vt Suidas apud Græcos interpretatur: vel à Colosso primo conditore: vt Pompe. scrib. hic loquitur de Colosso Neronis. nam Nero accersito Zenodoto ex Gallina: eius opera, & artificio iussit sibi strui colossum centum & viginti pedum: quæ statua eo mortuo dicata est Soli, mutato nomine. & erat in atrio olim eius domus: de hoc inquam loquitur, quoniam vt Sueto. scrib. erant in atrio domus Neronianæ: vt etiam hic, & quod indicat Martialis, inuidiosa feri radiabant atria regis. Erat prēterea Colossus Domitia. in vrbe equestri habitu: de quo alibi loquitur poeta. Inde sacro veneranda petes palatia cliuo: Plurima qua summi fulget imago ducis. de eodem multa apud Papinium in prima sylua. ¶ Pægmata cælsa via,) pægma significat compactum ædificium: quod vel statuis, vel alio aliquo ludibrio ornatum: interdum pueris considentibus producebatur in scenam, hinc est quod à Sueto. scribitur Claudium consueuisse obiicere bestiis etiam illos, qui parum diligenter & prospere, pægna in scenam produxissent. C. princeps produxit in scenam pægma: in quo erant centum & quinquaginta pondo argenti: vt scrib. Plin Inde illud est. Iuue. Et pægma & pueros inde ad Valeria raptos. quod praue interpretantes pægma pro ludo accipiunt: cum machinam significet: vt dixi. ¶ Atria feri regis) domus Neroniana à palatio tendebat in Aesquilias: quam primo appellauit transitoriam: postea auream habentem porticus triplices millaria: stagnum instar maris, arua, vineta: sylvas cum omni genere pecudum, & ferarum: fistulas spargentes flores, & vnguenta: cœnationem rotundam: quæ in modum cæli mouebantur: aues argenteas, in solariis lapidem spheregitem: quo perpetuus dies illucebat. Tacitus & multi senserunt, & Sueto. incensam fuisse vrbem vt tantam domum ædificaret. ¶ Inuidiosa,) maxima, & redundantia delitiis. ¶ Radiabant) splendore mons Thraciæ, id est accola Thraciæ. ¶ Sarmatæ,) populi septentrionis pascuntur pulte e milio: vt Plinius ait, lacte equino sanguine admisto. ¶ Epoto equo,) id est sanguine equi cum pulte è milio: ¶ Deprensi Nili,) Nilius incerti ortus est: propterea poeta ait deprensi Nili. nam deprehenduntur ea quæ sunt occulta. Sunt qui putent Nilum oriri ab vltimis Aethiopiæ finibus. longa est Plin. ex Iubæ testimonio disceptatio. ¶ Deprensi,) tandem inuenti. ¶ Et quem supremæ Tethios vnda ferit,) de Britanis potes intelligere: qui extremi hominum abluūtur Oceano: potes & de Morinis, qui sunt ad Oceanum Gallicum. Virgilius. Extremique hominum Morini. ¶ Ferit,) abluit. ¶ Arabs,) Arabia diuidit ludæam ab Aegypto: quæ triplex est authore Ptolemæo Felix, Petrea, & Deserta. Arabs & Arabus dicitur. ¶ Festinauit,) ostendit magnam famam fuisse ludorum. ¶ Sabæi,) populi sunt in felici Arabia: qui thus mittunt è regione appellata Saba: quod significat mysterium. ¶ Cilices,) populi Asiæ minoris ad Taurum montem, crocum habent præstantissimum, id antrum maxime quod coricum appellant: vnde crocus Coritius. Plini. & Strab. testes. ¶ Nimbis suis,) id est croco. Nam croco trito & misto vino dulci perfundebantur theatra vasis: quod nimbū appellabant. Marti. in distichis de nimbo: A Ioue qui veniet misceuda ad

pocula largas Fundet nimbis aquas, hic tibi vina dabit. intellige vinum dulce croco trito immisto. Cum enim bonus odor croco ſit, & Romani herba vti non poſſent: ad coronas, eſt enim apta: hoc quod dixinius, excogitatũ. Quod autem theatra ſpargebantur croco: teſtatur Martialis alibi. Prope. Pulpita ſolennes non oluere crocos. Ouid. & Sal. in hiſtoriis: qui de Metello ſcribens & illius luxuriam deſignans: cum in Hiſpaniam, inquit, prætor acciperetur, ita ſcenis ad oſtentationem ſtructis ſimul croco ſparſa humus. ¶Nimbis ſuis,) id eſt crocei.

DOMITIVS.

Sicambri

¶SICAMBRI) Populi ad Oceanũ in Germania. ſunt qui & colorare crines, & calamiſtrare Romanos impulerũt: oblectatos capillorũ pulchritudine q̃ Sicambris erat natiua. ¶Aethiopes,) duo genera Aethiopum ſunt Aethiopes heſperii, & Aepes ad meridiem: vt ex verſu Homeri in primo odyſſeæ coſmographi tradiderunt. Poeta, vt puto, loquitur de Heſperiis: qui remotiores ſunt, & deſertam magna ex parte regionem incolunt: dicti ab Aethiope Vulcani filio, vt Plinius tradit. ¶Turba grauis paci) initio principatus Domitianus delatores grauiſſima pœna affecit: ſolitus dicere, delatores qui non caſtigat, irritat. Multi autem erant qui leuiſſima de cauſa & nonnunquam ficta accuſabãt: cum ex fiſco eis daretur pars pecuniæ: qua mulctabantur accuſati: propterea Tranquil. appellat calumnias fiſcales. Conuerſus poſtea princeps ad auaritiam & crudelitatem non modo non puniebat delatores, ſed etiam fouebat. nunc laudatur quòd eos expulerit, & inter cætera munera data Populo Roma ait etiam vitam hominum eſſe aſcribendam principi: quã ſublatis delatoribus dediſſe videbatur. ¶Turba,) delatorum. ¶Grauis,) moleſta, quia paci aduerſabantur: & quieti. ¶Placidæ,) epitheton quietis. ¶Miſeras opes,) id eſt miſerorum ciuium. nam opulenti timebant delatores. ¶Getulis,) Getuli Africæ populi nam nocentes grauiore exilio mittebantur in Africam: mitiore Tybur: Prænęſte, & in inſulas Campaniæ. ¶Nec cepit arena nocẽtes,) id eſt qui puniendi erant, in theatro puniebantur: vt arena, id eſt theatrum accipias. Cum autem mittendi eſſent in exilium pari, ſcilicet ſupplicio: quo ciues olim afficiebant non ſunt puniti in theatro, ſed in nauigia impoſiti eiecti in exilium: quod Plin. multis verſibus in Panægyrico teſtatur. ¶Impẽſis vitam principis annumeres,) Impenſis, id eſt muneribus. nam præter alia munera, quæ tibi dedit princeps: dedit vitam: quoniam eiecit delatores, qui te vita priuabant. Malo tamen ſentire hoc etiam epigramma ſcriptum in gratiam Titi Imperatoris: nam is delatores primum cæſos fuſtibus in arena, in aſpertima inſularum aduehi iuſſit. Sue. in Tito: Inter aduerſa temporum delatores, mandatoresq́ue erant & licentia veteri: hos aſſidue in foro flagellis ac fuſtibus cæſos: ac nouiſſime traductos per amphitheatri arenam: partim ſubiici in ſeruos ac vẽnire imperauit: partim in aſperrima inſularum aduehi. Inde ait poeta: Nec cepit arena nocentes. ¶Iunctam Paſiphaen,) Paſiphae filia Solis, & vxor Minois regis Cretæ amauit taurum: quoniam cum Minos pulcherrimum taurum conſueuiſſet ſacrificare Neptuno: mactauit deteriorẽ: iratum numen Paſiphaem in turpem tauri amorem compulit: cum vellet concumbere cũ bellua: habuit bouem ligneam arte Dædali fabricatam: ſub qua latens coitu tauri potita eſt. Hoc ſpectaculum editum eſt à Domitiano quod etſi hiſtoria non tradidit: non poteſt tamen non videri veriſimile: quoniam Tranquil. ſcrib. Neronem hoc ſpectaculi genus ediditſe. ¶Accepit fabula priſca fidem,) id eſt facta eſt veriſimilis: & creditur vera. ¶Longæua vetuſtas,) id eſt antiquitas: quæ fabulas finxit. ¶Non miretur,) non extollat, quoniam tu omnia repræſentas & facis eſſe vera ſpectaculis. ¶Quicquid fama canit, donat arenatibi,) id eſt quæcunque fabulæ finxerunt, & canunt tu repræſentas in theatris vera actione. ¶Belliger,) Domitianus vt Trãquil. refert, edidit pugnas non modo virorum, ſed etiam mulierum & venatores, cum nuper eſſet proſtratus leo à muliere. Martia. blandiens principi ait proſtratum leonem ab Here: non eſſe amplius dignum admiratione: cum in theatro Domitiani fœmina idẽ peregerit. Hanc venationem mulierum carpens Iuue. ait: Cum Meuia thuſcum Figat aprum, & nuda teneat venabula mamma. De eadem pugna Papin. in ſyluis: Stat ſexus rudis, inſciuſque ferri: Vt pugnas capit improbus viriles: Credas ad Tanaim, ferumque Phaſim Thermodontiacas calere turnas. ¶Sæuit & ipſa Venus,) non ſatis eſt quòd tu edideris pugnas virorum in ſpectaculis: ſed edidiſti pugnas mulierũ. ¶Nemees,) Nemea ſilua inter Philoxem & agros iuxta Cleonas: vbi primo certamine leo ab Her. eſt proſtratus Strab. ¶Fama,) fabula. ¶Priſca,) id eſt priſca monumenta ſileant. ¶Munera) poſtquam tu edis ſpectacula. ¶Qualiter in ſcythica,) in ſpectaculis comœdiæ, & nonnunquam tragœdiæ recitabantur: vt Tranquil. eſt author: qui cum aliàs de hoc traditum ſcrib. Caligulam egiſſe laureatum mimum: in quo actor ruina ſe proripiens ſanguinem vomit. Tragœdia erat, quæ inſcribebatur Laureolus à Laureolo: in eo introducebatur ſublatus in crucem. Domitia. cum multos afficeret ſupplicio, voluit non ſine voluptate ſpectatorum eos interire: iuſſitq́ue recitari vera repræſentatione inter cæteras tragœdias Orpheum, & Laureolum: ita vt damnati repræſentantes perſonam Laureoli non ficta cruce, ſed vera penderent, & perſonam Orpheitita vt non fictis mulierum manibus, ſed à feris laceraretur. Cum hęc olim recitata eſſent à Lentulo ciue Romano in theatro ſubeunte perſona Laureoli: non vera vt nunc, ſed fictam: clamat Iuuena. debuiſſe illum interire vero ſupplicio: quo, ſcilicet hiſtrionicam exerceat: Laureolum velox bene Lentulus egit Iudice me dignus vera cruce. Ait igitur poeta hunc, qui nuper ſub perſona Laureoli pendebat vera cruce iuſſu Domitiani ſuperaſſe ſcelera Laureoli fabuloſi: quoniam ſcilicet id ſupplicium, quod in Laureolo fuit fabula: in ipſo fuerit verum. ¶Laureolus,) damnatus, qui ſubibat perſonam iuſſu Domitiani recitans tragœdiam. Nævius poeta ſcripſit in carcere Laureolum & Leontem, vt Gelli. ſcripſit.

Crinibus in nodum tortis uenere Sicambri,
Atq́ aliter tortis crinibus Aethiopes.
Vox diuerſa ſonat populorũ, eſt uox tamen una,
Cum uerus patriæ diceris eſſe pater.

Ad Cæſarem, quòd expulerit delatores. 4

Turba grauis paci, placidæq́; inimica quieti,
Quæ ſemper miſeras ſollicitabat opes,
Traducta eſt Gyaris, nec cepit arena nocentes,
Et delator habet, quod dabat exilium.
Exulat Auſonia profugus delator ab urbe,
Impenſis uitam principis annumeres.

Blanditur Cæſari. 5

Iunctam Paſiphaen Dictæo credite tauro,
Vidimus, accepit fabula priſca fidem.
Nec ſe miretur Cæſar longæua uetuſtas,
Quicquid fama canit, donat arena tibi.

Blanditur Cæſari. 6

Belliger inuictis q̃ Mars tibi ſæuit in armis,
Non ſatis eſt Cæſar, ſæuit & ipſa Venus.
Proſtratum Nemees & uaſta in ualle leonem,
Nobile & herculeum fama canebat opus.
Priſca fides taceat. nam poſt tua munera Cæſar
Hæc iam fœminea uidimus acta manu.

Pœna Laureoli. 7

Qualiter in ſcythica religatus rupe Prometheus
Aſſiduam nimio pectore pauit auem:

Nemea ſylua

GEORGIVS.

¶TRADITA Eſt Getulis: nec cepit arena nocentes,) Auſim ego affirmare mẽdoſum codicem haberi & pro Getulis: vt alias notauimus: gethicis aut Gyaris legendum: quando in vtrunque locum relegarentur nocentes. nam nimis licenter contra rationem græcam & vſum latinorum primas ſyllabas poeta corripuiſſet: nulla metri neceſſitate coactus, eſt tamen, qui corrigat tradita Getulis, quam correctionem non improbamus: quanquam vt vera ſic frequens lectio ſit traducta: non tradita.

¶Vſo,)

DOMITIVS.

¶VRSO Caledonio,) id eſt britanico. Calcedonia ſylua Britaniæ: ad quam arma Romana proceſſerunt: vnde ſæui vrſi mittebantur. ¶Scythica rupe.) id eſt caucaſea. Prometheus enim religatus in Caucaſo mõte fuit. ¶Nimio pe.) id eſt rena ſcenti. ¶Auem aſſi.) id eſt aquilam. Nota fabula extat de Prometheo tragœdia Aeſchili, quę inſcribitur Prometheus. ¶Viuebant,) id eſt palpitabãt. ¶Stillantibus membris,) manãtibus cruore. ¶Inq́; omni nuſquam corpore corpus erat,) & nulla facies corporis erat in toto corpore. ¶Dædale Lu.) hic Dædalus obiectus fuit feris & laniatus: alludens ad nomen poeta ait Dædalum nunc optaſſe habere pennas: vt fabulæ finxerunt Dædalum habuiſſe. Nam Dædalus Mitionis filius fuit Athenienſis: præclarus architectura, & ſtatuaria: Talum ſororis filium interfecit inuidia ingenii: quoniam inuenerat figuli rotam, & ſerram: damnatus Ab Areopagitis dicit adhibitis alis euolaſſe in Cretã: inde ὁ πολύτροπος ingenioſus ¶Lucano vrſo,) ex Lucania vrſi mittẽbatur in theatrum, vt Var. ſcribit feritate & magnitudine. ¶Præſtitit exhi.) Rhinocerotem primus oſtendit in ſpectaculis Põpe. Tum Augu. Domi. animal eſt buxei coloris: inimicũ elephanto: cuius alum elimato cornu petitur in pugna: nuper fuerat in theatro, & diu ſtupẽs ad pugnam non poterat irritari: quod ægre ferebat Domiti. tandem facto impetu in taurũ illum non ſecus extulit in altũ quàm ſi fuiſſet pila. ¶Exhibitus,) datus in ſpectaculum. nã exhibere eſt in ſpectaculũ dare. ¶Quæ non pro. præ. rhinoceros,) vel quia cum pugnat cũ elephanto. nunc autẽ cum tauro pugnauit: vel quoniam nõ videbat poſſe irritari in pugna quod placet. ¶Pronus,) inclinato cornu: quod habet in naribus. ¶Cui pi. ta. er.) pilæ dicebãtur veſtes in globum & ſpeciẽ pilæ collectæ: quæ obiicebantur cornibus taurorum, vt irritarentur. Rudis antiquitas homines è ſtramine formabat ad opus, teſte Pædiano: poſtea luxus in tantum auctus eſt, vt veſtes purpureæ obiicerentur. Ouidius: Haud ſecus exarſit, quàm circo taurus aperto, Cũ ſua terribili petit irritamina cornu Phœnicias veſtes: eluſaq́; vulnera ſentit. Iocans igitur poeta ait taurum cui pilæ ſolent obiici: nunc fuiſſe pilam Rhino. ¶Læſerat ingrato,) leo manſuetus factus ductus eſt in theatrum: reuerſus in priſtinã feritatem lacerauit magiſtrum Iuſſu Domitiani telis confoſſus eſt. laudatur princeps, quòd humanos mores non modo velit eſſe in homine, ſed etiam in fera. ¶Contemerare,) violare. ¶Tam notas manus,) id eſt familiares. ¶Tulit tela,) id eſt paſſus eſt tela: quia confoſſus fuit telis iuſſu Domitiani quòd magiſtrum violauerit. ¶Quos,) quales, id eſt mitiſſimos: cum velit feras habere. ¶Mitius ingeniũ,) mores humanos. ¶Præceps ſanguinea,) nouitate venationis oblectatus eſt Domitia. captis feris viſco, Iubet poeta in aſſentationem venatores petere aerem, & volucres, quod aucupis eſt: cum aucupes petant feras. ¶Implicitam vi. perdidit ille fu.) quia non potuit fugere vrſus implicitus viſco. ¶Arena ſangui.) id eſt theatro ſanguineo conſparſo ſanguine multarum ferarum. ¶Tecto fer. cel. ve.) id eſt reponantur & recondantur venabula in vagina: quoniam iis opus nõ eſt, nam viſco ferę capiũtur. ¶Inter Cæſ.) ſus grauida icta in venationibus editis à principe emiſit filios incolumes ipſa mortua: nunc ait poeta non eſſe mirandum: quòd canunt fabulæ Bacchum Deum natum mortua matre: quoniam iam fera nata eſt. ¶Cæſareæ Di.) id eſt Cæſareæ venationis. ¶Haſtale.) quia ſi grauis fuiſſet, percuſſiſſet filios. ¶Exiliit per.) id eſt exilierunt filii. ¶Lucina,) Dea quæ præeſt parturientibus, & venientibus in lucem. ¶Triſte iter,) id eſt vulnerum. Bacchus natus fuit Semel fulminata: nutritus intra femora Iouis. nota fabula. ¶Icta gra. te.) Idem argumentum de ſue grauida. ¶Perdidit, & dedit vitam,) perdidit, quia mortua eſt. ¶Dedit) quia peperit filios.

Nuda Caledonio ſic pectora præbuit urſo,
Non falſa pendens in cruce Laureolus.
Viuebant laceri membris ſtillantibus artus,
Inq́; nmni nuſquam corpore corpus erat.
Deniq́ ſupplicium dederat necis ille paternæ,
Vel domini iugulum foderat enſe nocens.
Templa uel arcano demens ſpoliauerat auro,
Subdiderat ſæuas uel tibi Roma faces.
Vicerat antiquæ ſceleratus crimina famæ,
In quo, quæ fuerat fabula, pœna fuit.

De Dædalo. 8

Dædale Lucano cum ſic lacereris ab urſo,
Quam cuperes pennas nunc habuiſſe tuas.

De Rhinocerote. 9

Præſtitit exhibitus tota tibi Cæſar arena,
Quæ non promiſit prælia Rhinoceros.
O q̃ terribilis exarſit pornus in iras.
Quantus erat cornu cui pila taurus erat.

De Leone, qui gubernatorem offendit. 10

Læſerat ingrato leo perfidus ore magiſtrum,
Auſus tam notas contemerare manus.
Sed dignas tanto perſoluit crimine penas,
Et qui non tulerat uerbera, tela tulit.
Quos decet eſſe hoium tali ſub principe mores,
Qui iubet ingenium mitius eſſe feris.

De Vrſo. 11

Præceps ſanguinea dum ſe rotat urſus arena,
Implicitam * uiſco perdidit ille fugam.
Splendida iam tecto ceſſent uenabula ferro,
Nec uolet excuſſa lancea torta manu.
Deprendat uacuo uenator in aere prædam,
Si captare feras aucupis arte placet.

De Sue, quæ ex uulnere peperit. 12

Inter Cæſareæ diſcrimina ſæua Dianæ
Fixiſſet grauidam cum leuis haſta ſuem.
Exiliit partus miſeræ de uulnere matris.
O Lucina ferox hoc periſſe fuit?
Pluribus illa mori uoluiſſet ſaucia telis,
Omnibus ut natis triſte pateret iter.
Quis negat eſſe ſatum materno funere Bacchũ?
Sic genitum numen credite, nata fera eſt.

De eadem. 13

Icta graui telo, confoſſaq́; uulnere mater
Sus pariter uitam perdidit, atq́ dedit.

Exhibeo

* Implicitus

Pila

Rhinoceros

Universidad de Deusto Biblioteca

DOMITIVS.

¶CERTA Dextera,)quia percussit vt voluit. ¶Lucina,) Dea quæ præest parturientibus,& venientibus in lucem. dicta siue à luco:qué habebat in æquiliis Romæ:siue à luce:authores Varr. & Plin. ¶Numen vtriusque Dianæ,) id est Lucinæ : quæ præest parturientibus,& Dianæ quæ præest venantibus. ¶Et quàm est soluta,)id est facta parens.¶Et quàm peremptæ,) id est mortua. nam Diana venationibus ferarum dat cædem. ¶Sus fera,)idem argumentum.¶Maturi ventris,) quia erat propè partum & tempus pariendi: id circo maturi.¶Pignora,) id est filios.¶O quantum est subitis casibus ingenium,)Poeta ait in rebus,quæ celeritate indigent, & subitæ sunt,quandam excellentem & peculiarem vim ingenii existere:sentétia est Thucydidis,Subita ingenium experiuntur, & indicant:ita laudatur venator qui suem,vt supra dictum est,tam commode vulnerauit vt vno momento & suem feram strauerit & produxerit in lucem fœtum. ¶Summa tuæ,)duo Carpophori tem poribus Domitiani fuisse leguntur.alter mango,id est puerorum diuenditor, alter iunior,fortitudine clarus. hunc Domitianum non parum amauit & fouit,quòd eius dextra in feris conficiendis oblectaretur nam & princeps eodem studio tenebatur adeo,vt in secessu Albano centenas aliquando feras prostrauerit.inCarpophoro igitur laudando poeta Domitiano assentatur. ita enim nuper peregerat venationem in spectaculo:vt multis feris occisis, & accepto præmio fortitudine adhuc vigeret, & recens videretur,quod præter aliorum morem cõtingit. Nam qui per perfecto certamine præmium acceperunt,fessi sunt, nec integras habent vires.Duo Meleagri fuerunt : alter de quo hic Mattialis,alter qui secutus argonautas,Aeetam regem in litore interfecit.Sunt qui eundé putent. Apollonius alium.¶Fusus aper.) id est interfectus. O Meleager aper fusus à te fuit summa tua gloria, id est tu tantam ex apro consecutus es laudem,sed aper est portio, id est pars laudis Carpophori : quoniam non solũ interemit aprũ, vrsum,leonem & pardum. &, quod maius est, post confectã venationem,nam adhuc poterat:non erat defatigatus. Tres apri in portentis numerantur. Erymantheus,quem Herc. sustulit.Aper in olympo Mysiæ: in cuius venatione cecidit filius Crœsi vulneratus ab Adrasto: vt Hero.& Aper Calydonius:quẽ interfecit hic Meleager.¶Condit vr.)id est misit,& abscondit.¶In vr.præ.)id est irruenti contra se.¶Primus,)id est qui principatum & feritate & magnitudine obtinebat.¶In arce poli Arcto,)in syluis septentrionis. nam septentrio maiores feras mittit,& sæuiores,quàm aliæ partes orbis.Hispania etiam dedit vrsum in spectaculo : sed eius feræ caput apud illos comburebatur:quoniam rabiem inesse putabant.

Carpophorus

Meleager

Aprites in portentis

O q̃ certa fuit librato dextera ferro.
Hanc ego Lucinæ credo fuisse manum.
Experta est numen moriens utriusq; Dianæ,
Quaq; soluta parens,quaq; perepta fera est.

De Sue prægnante. 14.

Sus fera iam grauior maturi pignora uentris
Emisit fœtum uulnere facta parens.
Nec iacuit partus,sed matre cadente cucurrit.
O quantum est subitis casibus ingenium.

De Carpophoro. 15.

Summa tuæ Meleagre fuit quæ gloria famæ,
Est quota Carpophori portio tusus aper.
Ille & præcipiti uenabula condidit urso,
Primus in arctoi qui fuit arce poli.
Strauit & ignota spectandum mole leonem,
Herculeas potuit qui decuisse manus,
Et uolucrem longo porrexit uulnere pardum,
Præmia cum laudis ferret,adhuc poterat.

De Tauro. 16.

Raptus abit media q; ad æthera taurus arena,
Non fuit hoc artis,sed pietatis opus.
Vexerat Europen fraterna per æquora taurus,
At nunc Alciden taurus in astra tulit.
Cæsaris atq; Iouis confer nunc stemma iuuẽtus,
Par onus ut tulerint,altius iste tulit.

De supplice Elephante. 17.

Quòd pius,& supplex elephas te Cæsar adorat,
Hic modo,qui tauro tam metuendus erat.
Non facit hoc iussus,nulloq; docente magistro,
Crede mihi,numen sentit & ille tuum.

De Tigride,& Leone. 18.

Lambere securi dextram consueta magistri
Tigris ab hyrcano gloria rara iugo,
Sæua ferum rabido lacerauit dente leonem,
Res noua non ullis cognita temporibus.
Ausa est tale nihil,syluis dum uixit in altis,
Postquam inter nos est,plus feritatis habet.

¶Mole ig.)id est incredibili magnitudine.¶Decuisse Her.)id est parem esse,quia à nullo videbatur magis posse superariinsi quã ab Hercule.nam Hercules accersebatur ad ea monstra, quæ ab aliis superari non poterant.¶Poterat,)id est adhuc habebat integras vires absoluta venatione & premio donatus.¶Raptus abit) Taurus qui per machinam vexit Domitianũ in altum: vt cœlo impositus videretur.nam cũ futurum cœlum & immortalitatẽ sibiipsi vellet reputare: tauro insidẽs superiores scenæ partes in speciem cœli confectas petiit æmulatione Herculis:cuius nomẽ etiam sibi indiderat: nam Alcides appellabatur:qui taurum è Creta in Atticam ducens eius dorso insedisse dicitur.Cum autem olim Iuppiter in formam tauri cõuersus Europen in Cretam vexisse feratur : Poeta ait maiorem laudẽ tauri,qui nuper Alcidem,id est Domitianũ in cœlum vexerit quàm illius,qui vexit Europẽ: quoniam etsi par onus vtrique fuisse videatur : tamen hic altius tulit.¶Opus ar.)id est non fuit hoc artificium: non scœni cum & fabulosum, sed opus pietatis,quia pie, & vere factũ fuit.¶Raptus,)ex oculis spectatorum. ¶Alciden,) id est Domitianũ qui voluit appellari Alcides.Duæ laudes tauri:altera quòd tulerit Europen, altera quòd tulerit Alciden.¶Stemma,)nobilitatem.¶Confer,)ad æqua,& compara. alter sensus est:qui placet vt intelligas Domitianum per mimum æmulatione Iouis:qui olim se in taurum conuertit sumpta forma tauri per machinam extulisse Herc.cuius nomen imposuerat in cœlum, quẽadmodum Iuppiter taurus factus vexit Europem:vt sit sensus poetæ:maiorem laudem esse Domitiani qui tulerit Hercul. in cœlum: quem altius tulit,quàm Iouis, qui vexit. ¶Europen,) incertam per equora.¶Quod pius) Elephas nuper in spectaculo adorauerat Domitianũ. nam elephantis vt Plinius scribit, tantæ sunt docilitatis: vt non modo submittere genua & adorare,sed etiã regi porrigere coronas discant. poeta vult videri hoc factum esse non domitoris industria,sed numine Domitiani. cuius sensu Elephas submiserit genua.¶Làbere securi) Tigris data est in spectaculis ab August.Cæsa.& nuper à Domitiano mansuefacta,sed cum leonem inspexisset, eum lacerauit.vult hoc poeta videri numine Domitiani:cuius vicinitate ausa sit id,quod in syluis nõ audebat. ¶Securi magistri,) non metuentis feritatem beluæ domitæ.¶Hyrcano iugo,)Hyrcania Scythiæ pars est,quæ pãtheris,pardis, tigribus abundat : Luca. Quas nemore hyrcano matrum dum lustra sequuntur:Altus cæsorum pauit cruor armentorum. ¶Rara gloria,) ideſt maxima gloria ferarum, quæ prima erat inter tigres magnitudine. ¶Sæua,)reuersa ad feritatem. ¶Tale nihil,) id est congredi cum leone. ¶Inter nos,)in Theatro. ¶Plus feritatis,) numine Domitiani.

Hircanla

¶Qui,)

DOMITIVS.

¶QVI modo,)Ex superioribus Ouid.versibus, quos adduximus:planum est tauros irritari,& cum petunt aliquem, deuitari eorum vulnera obiectis pilis,& vestibus.nuper taurus in theatro petiit elephantum cornu:à quo prostratus est.insultat poeta tauro mortuo:quòd tandem potitus certo obstaculo:quòd,cum pilas peteret : maxime quærere videbatur,occubuerit. ¶Flammis,) iracundia & irritatione. nam inflammatũ ira dicimus. ¶Ardore cornuto potitus,) id est potitus ardore & vehementia cornuum. nam inuenit obstaculum. appellat cornutum ardorem vehementiam tauri. ¶Sic,)vt pilæ tollebantur.¶Occubuit,) extinctus est. ¶Dum putat elep.tolli,)iactari posse. ¶Sic,) veluti pilas obiectas. ¶Dum peteret,) Domitianus inter cætera spectacula reuocauit in vsum munera quæstoria, vbi sua liberalitate fecit potestatem populo eligẽdi duo gladiorum paria ex suo ludo:quę nouissime introducebantur aulico apparatu Cum autem pronunciasset se vnum par daturũ:quod populus vellet. aliiq; poscerent Myrinum gladiatorem,alii triumphum : ipse ductis manibus in partes dissidentes promisit duo. Non potuit, inquit poeta,melius finire lrẽ iocosam quàm tanta liberalitate, & magnificentia. alibi de Myrino : Nuper cum Myrino poteretur Missino læso.¶Quic quid in Orpheo.) recitata est Orphei tragœdia,vt supra Laureolus,ita vt damnatus repræsentaret personam Orphei : qui dicitur laceratus fuisse Ciconum mulierum manibus. Describit actionem huius tragœdiæ poeta, & ita ait verum fuisse laniatorem in eo:qui nuper repræsentauit personam Orphei, vt de Orpheo fictum est.Orpheum scripsit etiam Lucanus.de quo Papinius in Nerone:Et noster tibi præferetur Orpheus.¶Exhibuit)repræsentauit. ¶Rhodope,) Thraciæ mons. ¶Miranda sylua,) id est pulcherrima.vel mirãda quòd artificio veniret ipse, qui sub persona Orphei erat. ¶Ingrato vrso,)quia eius cantu non lenitus est. ¶Hæc res,) de hoc Orpheo.¶Ira vt vera est,)ita ficta alia.¶Sollicitant,)de Rhinocerote, & vrso. ¶Dum ira feræ colligit se,)id est dum inflãmabantur.¶Desperabantur,)prælia à magistris: quia non sperabant posse irritari ad pugnam Rhinocerotẽ. ¶Gemino ictu,) id est forti & vehementi. Virg. Gemino dentalia dorso. vel quoniã rhinoceros habet duo cornua:vt apud Pausaniam solum legi:quorum alterum insigni magnitudine ex naribus extat:alterum superne erumpit exiguum quidem, sed validissimum. ¶Dorica,) laudatur Carpophorus : quòd ita stantes feras superauerit:vt nuper leo perterrefactus eius dexteram fugiens:coniecerit se in venabula aliorum potius, quàm voluerit eum expectare. ¶Dorica,) Dorienses Althemene duce in Cretam venerunt per tempora troiana : & condiderunt. 10. vrbes. Tertium genus hominum fuit : qui Cretam habitarunt : vnde Cretenses Dorici.¶Dorica venabula,) id est sagittas cretenses: nam è Creta optimi calami ad sagittarum vsum ¶Et teneri carpophori,)id est adhuc iuuenis ¶Facili,)facile succisa. ¶Bison,) animal quod mittit Germania deforme quidem prolixitate iubarum : & reliquo corpore, sed ferum.¶Bubalus,) vtrunq; intelligit.nam ex Hyrcania sylua mittuntur vri specie & colore similes bobus magna velocitate, & magnitudine paulo infra elephantum. neque homini, neq; feræ inspectæ parcunt, foueis capiuntur:iidem bubali dicuntur.quanuis Plin. accuset imperitum vulgus: quòd babulos appellet: cum in Africa vri reperiantur,aut nulla,aut exigua similitudine cum bobus. ¶Corripe,) tolle lentas moras. ¶Turba,) spectatores consueuerunt pugnãtem feram plausu excitare ad fugam. monet eos Poeta nullum esse remedium feræ Carpophoro pugnãti.nam & stantem sternit : fugiẽtem adeo perterret : vt ruat in tela aliorum. ¶Siquis adest) inter cætera theatri munera Domitianus edidit Numachiã vt scribit Tranquillus : effosso lacu iuxta Tyberim:quam spectauit inter imbres & niues: vnde exit illud epigramma: Aspice quam densum taciturum vellus aquarum,Defluat in vultus Cæsaris,inque sinus. pugna fuit propè iustarum classium excitatis vndis in speciem penè fluctuum maris. Monet aduenam spectatorem:vbi vndę tãtopere concitantur, fuisse paulo ante terram,quod sit ei credibile non sit:expectet tantisper dum cesset Numachia. Videbit enim ita quiescere fluctus: vt etiam sit miraturus: quo pacto in tam exiguo lacu tantæ essent procellæ pauloante : & vtrunque tandem crediturus miraculum.¶Siquis serus spectator,) incepta iam pugna, & inceptis ludis.¶Lux) dies Naumachiæ.¶Fuit pri.in vr.)id est fi ante hunc diem non fuisti in vrbe.¶Enyo,)furor belli.¶Ratibus)classe.¶Par fre.) id est pelago:id est ne putaueris hic esse mare.¶Aequora laxent,)id est dũ pugna naualis absoluitur. Cum videbis sedatos fluctus:dices hic pauloante erat pelagus & ita credes vtrunque miraculum.

Dorienses

Bison

Bubalus Vrus

De Elephante. 19.

Qui modo per totam flãmis stimulatus arenã
Sustulerat raptas taurus in astra pilas,
Occubuit tandem cornuto ardore potitus,
Dum facilem tolli sic Elephanta putat.

Assentatur Cæsari. 20.

Dum peteret pars hæc Myrinũ,pars illa triũphũ:
Promisit pariter Cæsar utraq; manu.
Non potuit melius litem finire iocosam,
O dulce inuicti principis ingenium.

Ad Cæsarem. 21.

Quicqd in Orpheo Rhodope spectasse theatro
Dicitur,exhibuit Cæsar arena tibi.
Repserunt scopuli,mirandaq; sylua cucurrit,
Quale fuisse nemus creditur Hesperidum.
Affluit immistum pecudũ genus omne ferarum,
Et supra uatem multa pependit auis.
Ipse sed ingrato iacuit laceratus ab urso,
Hæc tamen ut res est facta,ita ficta alia est.

De Rhinocerote, & Vrso. 22.

Sollicitant pauidi dum rhinocerota magistri,
Seq; diu magnæ colligit ira feræ,
Desperabantur promisi prælia Martis:
Sed tamen is rediit cognitus ante furor,
Nanq; grauem gemino cornu sic extulit ursum,
Iactat ut impositas taurus in astra pilas.

De Carpophoro. 23.

Dorica q̃ certo uenabula dirigit ictu
Fortis adhuc teneri dextera Carpophori.
Ille tulit geminos facili ceruice iuuencos,
Illi cessit atrox bubalus,atq; bison.
Hunc leo,cum fugeret, præceps in tela cucurrit.
I nunc,& lentas corripe turba moras.

De Naumachia Domitiani. 24.

Siquis adest longis serus spectator ab oris,
Cui lux prima sacri muneris ipsa fuit,
Nec te decipiat ratibus naualis Enyo,
Et par unda fretis,hic modo terra fuit.
Non credis,spectes,dum laxent æquora Martẽ,
Parua mora est,dices,hic modo pontus erat.

GEORGIVS.

¶MYRINVM,) Miror Myrinum gladiatoris nomẽ ab hoc exponi : &eo magis cum teste nullum afferat.Relinquit præterea senarium, quo epistolam festiue claudit intactam.

Universidad de Deusto
Biblioteca

DOMITIVS.

De Leandro. 25.

Quod nocturna tibi Leandre pepercerit unda,
Desine mirari, Cæsaris unda fuit.
Cum peteret dulces audax Leandrus amores,
Et fessus tumidis iam premeretur aquis,
Sic miser instantes affatus dicitur undas,
Parcite dum propero, mergite dum redeo.

Blanditur Cæsari. 26.

Secula Carpophorum Cæsar si prisca tulissent,
Iam nullum in monstris orbe fuisset opus.
Non Marathon taurũ, Nemeæ frondosa Leonẽ,
Arcas Mænalium non timuisset aprum.
Nec * armata manus hydræ mors una fuisset,
Huic percussa foret tota chimæra semel.
* Ignipedes posset sine Colchide uincere tauros,
Soluere & Hesionem solus, & Andromeden.
Herculeæ laudis numeretur gloria, plus est
Bis denas pariter perdomuisse feras.

De natatoribus. 27.

Lusit Nereidum docilis chorus æquore toto,
Et uario faciles ordine pinxit aquas.
Fuscina dente minax nexu fuit anchora curuo,
Credidimus remos, credidimusq; ratem.
Et gratum nautis sydus fulgere Laconum,
Lataq; perspicuo uela tumere sinu.
Quis tantas liquidis artes inuenit in uudis?
Aut docuit lusus hos Thetis, aut didicit.

Laus Augusti. 28.

Augusti laudes fuerant committere classes,
Et freta nauali sollicitare tuba.
Cæsaris hæc nostri pars est quota, uidit in undis
Et Thetis ignotas, & Galatea feras.
Vidit in æquoreo feruentes puluere currus,
Et domini Triton ipse putauit equos.
Dumq; parat sæuis ratibus fera prælia Nereus,
Abnuit in liquidis ire pedester aquis.
Quicqd & in Circo spectat, & Amphitheatro,
Diues Cæsarea præstitit unda tibi.
Fucinus, & pigri taceantur stagna Neronis,
Hanc norunt unam secula Naumachiam.

Finis Amphitheatri. 29.

(QVOD Nocturna,) fabula Leadri natantis ad Hero amicã repræsentata est in theatro: sed tamen hic qui repræsentabat fabulam euasit: quanuis in ea sit Leandrũ submersum esse fluctibus. (Nocturna vnda,) id est aqua quam natasti nocturno tẽpore. (Cæsaris vnda fuit:) proprerea pepercit. Ac vnda Neptuni non pepercit Leandro. (Secula Carpophorum,) laudatur iterum Carpophorus quòd solus plures feras interfecerit quàm omnes, qui monstra domuisse dicuntur. (Nullum opus,) id est nullus labor fuisset hominibus in monstris (Tulisset,) natus esset. (Marathon,) vrbs est non procul ab Athenis ad quam Hercules abegit taurum ex Creta amatum à Pasiphae: quem taurum illic postea domuit Theseus. Plutarc. & Dio. testes. (Marathon non timuisset,) quia eum aprũ Carpophorus interfecisset. (Arcas mæ.) de apro Erymantheo intelligit: quem Hercules interfecit. (Mænalium) Mænalus mons Arcadiæ. (Nec arma ta manus hydræ,) de hydra lernæ intelligit: quam octo capita habentem Hercules oppressit. (Vna mors,) id est vno certamine superasset hydrã: quod Hercules non potuit. (Chimæra,) monstrum quod Soli mos tem interpretatur fuisse domitum à Belloro. filio Glauci. (Semel,) vno ictu. (Ignipedes) tauri euomentes ignem custodiebant vellus aureum: eos superauit Iason ope Medeæ. (Sine Colchide,) id est sine ope Medeæ, quod non potuit Iason. (Hesionem,) filiam Laomedontis obiectam monstro marino: & deuictam saxo liberauit Hercu. dum illic pugnaret vnà cum argonautis. (Andromeden,) Cephei filia fuit regis Aethiopum monstro data: eã liberauit Perseus pactus eius nuptias. Hæc erat in Iope portu: Plin. Ouid. Propert. Exoluit duris cautibus Andromedam. Pariter eodem certamine Hercu. 12. perdomuit. At Carpophorus. 10. ergo plus egit. (Lusit Nerei,) assentatur principi. nam cum Domitianus maxime studuerit: vt eius Naumachia classes iustæ, & veræ viderentur: scribit omnia ita repræsentata, ac si in mari res gesta esset veris classibus: tantique artificii fuisse hoc spectaculum: vt ipsa Thetis, aut docuerit hanc pugnam, aut didicerit: quasi innuat ope mortali non potuisse pfici. (Docilis chorus Nereidũ,) id est doctæ puellæ repræsentantes Nereides magna docilitate, & ingenio. (Toto æquore,) id est tota Naumachia. (Pinxit,) id est distinxit, circunscripsit incessu. (Fuscina,) tridens Neptuni & anchoram, & remos credimus esse veros: adeo omnia fuerunt bene repræsentata. (Sydus Laconum,) significat Castorẽ & Pol lucem, qui prospera signa sunt nauigantibus: Ioue concedente eorum meritis: vt Dio. & Higini. scripserũt. Eorum ortu occidit. sydus tempestuosum & minax: vt scripsit Plin. Horat. Sic fratres Helenæ lucida sydera. (Conspicuo,) aperto. aut docuit, aut didicit. (Augusti laudes,) anteponitur Naumachia Domitiani classi Augusti: quasi superatus est Antonius: quoniam nõ modo sit pugnatum, sed etiam nymphæ, & alia maris numina repræsentata. & præterea ludi editi: qui in terra solent spectari. Iubet igitur poeta omissa Naumachia Claudii quæ olim erat celebris: Neronis vnam hanc celebrari. Placet vt potius intelligas de vera pugna aduersus Antonium, quàm de Naumachia, quam edidit Augustus. vel certe de exercitatione classium Augusti in Lucrino lacu intelligit: vbi tota hyeme copias ad bellum siculum, authore Tranquillo exercuit. (Quota pars est hęc,) quasi dicat minima pars eorum, quæ vidimus admiratione digna. (Triton,) Salatiæ & Neptuni filius, & eiusdem numinis tubicen ferarum: quia in mari edidit lusus ferarum, & venationes. (Domini,) Neptuni solum erat in maritin quo ludi, & venationes exercebantur. (Ire pedester,) placet tamen, vt intelligas eas feras notasse: quoniam Tranquil. scribit factum esse in Naumachia Neronis. (Sæuis ratibus,) quæ illic erant. (Diues,) plena ludorum. (In Circo,) aliquando dabantur ludi. (Fucinus,) Claudius edidit pugnam naualem in Fucino Marsorum lacu: ita vt renuentes pugnare ex littore nunc adhortantibus, nunc minis in certamine impulerit: repræsentato etiam Tritone tubicine emergente ex medio lacu per machinam classis rhodia, & sicula congressæ sunt: author Sueto. (Fucinus,) Naumachia Claud. (Pigri Neronis,) Nero dedit Naumachiam aqua marina inductam in qua natarunt feræ. (Pigri,) quia nulla exercitatio fermè in illis fuit præsertim si conferantur Naumachiæ Domitiani.

Fuscina

Castor Pollux

Helena

Triton

Chimera

Hesione

Andromede

* ali. Hæc * alias Hoc armate manus * Ignifer os

DOMITIVS. ARGVMENTVM.

(SPERO me secuturum) Scribit hoc, nunc, vt demum sit editurus librũ, & hæc epistola apposita est libro cõsecta. (Quisquis de se bene senserit,) id est quicunq; sibi cõscius non sit, & sit vir bonus, non poterit de me conqueri. (Veris nominibus,) id est nudis nominibus. (Constet mihi fama vilius,) id est detur mihi fama, viliore genere scribendi. (Nouissimum,) id est hoc vltimum scribendi genus, & infimum, quia tantum in iocis versatur. (Malignus interpres,) id est absit, qui omnia interpretatur in malam partem. (Si meum esset exemplum,) id est si ego essem primus, qui in hoc genere scriberem, & essem exemplum posteris. (Non intret Cato theatrum meum,) reprehenditur sub persona Catonis ille qui cœpit legere Epigrammata, & statim damnat propter lasciuiam, nam qui accedit ad ea legenda, ita eum oportere esse certi, & constantis animi eorum lasciuia, immo, inquit, allectus es ad hæc legenda propter lasciuiam. persta igitur. (Nosses,) alloquitur seueros homines sub persona Catonis, vt hunc suum librum non aperiant, si ipsum perlegere noluerint, vt Cato fecit, qui ex theatro recessit, ne meretricibus nudis impedimento esset quo minus ludi florales fierent. Legitur de Catone, qui cum ludi in honorem Floræ Deæ celebrarentur à meretricibus nudis, ingressus est theatrum. Quem cum mulieres viderunt, se nudare noluerunt tanti viri authoritate permotæ. Cato tunc admonitus ab Cotta recessit ex ipso theatro cui mulieres nudæ probari non poterant. Martia. igitur vult suum librum, si aperitur etiam à seueris hominibus per legi constanter, cum in eo permulta bona sint. (Iocosæ,) propter meretrices nudas, quarum iocis plurimi risus excitabantur. (Hic est quem legis,) lectori indicat quis sit: simul ei agit gratias, quòd se viuo legat epigrammata, cum non nisi mortuorum poetarum libri legi soleant, carmen est faleucium à Faleuco inuentore, authore Ausonio: Faleucum authorem fuisse huius carminis. (Argutis libellis,) id est acutis carminibus. (Epigrammaton) est genitiuus græcus. (Id deus,) id est famam, quòd legit epigrammata mea ante mortem. (Rari,) vel præstantes, vel pauci, quoniam etsi multi scribunt, tamen paucorum scripta leguntur post cineres. (Qui tecum,) docet hos vbi sint libelli sui venales.

Faleucium carmen

(QVONIAM Iam animum ad scribendum appellere Val. Mar. decreuerat epigrammaton hoc ipsum opus cum statuisset in lucem emittere, id sibi negotii credidit solum dari, vt nequid suis in libellis tradi speraret, quo quispiam, de se bene sentiens, conqueri posset: Ludere enim (Salua insimarum personarum reuerentia, quod a priscis quidẽ obseruatum est quamplurimis) se affirmat. Siquis autem nimis supercilioſus adunco naso, lasciuam, ac petulantem verborum damnandam censeat licentiam, meminisse debeat improbe facere, qui in alieno libro simplicitate gaudente in genioſe censuram agit. Et quippe dignus esset, qui excusaretur, si omniũ primus ipse poeta extitisset, qui in hoc scribendi genere manum apposuerit. Verum cum eruditi quamplurimi id ipsum fecerint, vt & Catullus, Marsus, Pedo, ac Getulicus: immerito, ac temere Nasutuli illi veluti cimeriis obuoluti tenebris, id damnandum putant, quod lusui poetarum permittendum foret. Itaque hosce Catones censet author non admittendos in theatrum suum. Quibus tamen si ingressus pãuerit, spectatore, haud nasuti censores se præbere sciant. cæterum iure suo poeta fecisse asserit, si ad quod animum adiungere statuisset, conferat se.

M. VALERII MARTIALIS EPIGRAMMATON LIBER PRIMUS cum Domitii Calderini, ac Georgii Merulæ commentariis.

SPERO me secuturum in libellis meis tale temperamentum, ut de illis queri nõ possit quisquis de se bene senserit, cum salua infimarũ quoq; personarum reuerentia ludant, quæ adeo antiquis authoribus defuit, ut nominibus non tantum ueris abusi sint, sed etiam magnis. At mihi fama uilius constet, & probetur in me nouissimum ingenium. Absit à iocorum nostrorum simplicitate malignus interpres, nec epigrãmata mea scribat. Improbe facit, qui in alieno libro ingenioſus est. Lasciuam uerborum licentiam, id est epigrãmaton linguam excusarem, si meum esset exemplũ, sic scripsit Catullus, sic Marsus, sic Pedo, sic Getulicus, sic quicunq; perlegitur. Siquis tamen tam ambitioſe tristis est, ut apud illum in nulla pagina latine loqui fas sit, potest epistola, uel potius titulo contentus esse: Epigrãmata illis scribũtur, qui solent spectare florales. Nõ intret Cato theatrũ nostrũ, aut, si intrauerit, spectet. Videor mihi meo iure facturus, si epistolã uersibus clausero.

Ad Catonem. 1.

Nosses iocose dulce cum sacrum Floræ,
Festosq; lusus, & licentiam uulgi,
Cur in theatrum Cato seuere uenisti?
An ideo tantum ueneras, ut exires?

Ad lectorem. 2.

Hic est quem legis, ille, quem requiris
Toto notus in orbe Martialis,
Argutis epigrammaton libellis,
Cui lector studioſe, quod dedisti
Viuenti decus, atq; sentienti,
Rari post cineres habent poetæ.

Ad Lectorem ubi libri uenales. 3.

Qui tecum cupis esse meos ubicunq; libellos,
Et comites longæ quæris habere uiæ,

DOMITIVS.

¶Qvos,)Libellos.¶Membrana arctat,)id est qui exiguo volumine sunt compacti.¶Scrinium,)Vetustissimum verbum, id est capsa erat in qua res pretiosiores seruabantur,& Mithridates epistolas grauiores,& Darius vnguenta seruarunt.¶Da magnis,) id est repone magnos libellos in scriniis.¶Me manus vna capit,) libri qui possunt capi vna manu nalis,)id est vbi sint venales libri mei.¶Secundum,) Secundus scriba fuit Othonis authore Plutarcho,qui mortuo principe cum ad tempora Domitiani superuixisset iuncta familiaritate cum Martial.eius carmina, priusquam ederentur legebat tanquam censor. Alibi Martia. Quod si legeris ista cum dixerit:Sed nunquid simus improbi,Secundo. Quod autem dicat se venalem apud Secundū, non mirum. Nam bibliopolæ erant apud antiquos doctissimi librosq; nouos aut authoribus rogabant,vt nō minus cēsores essent,q̄ venditores.non placet intelligas de Plin.Secundo.¶Libertum.) grāmatice in libertis maxime floruit.¶Limina pacis).i.post templū pacis,quod condidit Domi. propè porticū Liuiæ.¶Palladiūq; forū) .i.post forū iuxta quod erat templū Palladis,vt inquit Papinius,potes & de foro nup cōdito à Domitiāo.ītelligere,quod postea Neruę est appellatū.¶Argiletanas) librū alloquitur iam exiturū, monetq; eū peruenturū ad cēsurā multorū,nullāq; esse causam,cur exeat,nisi quod forte cupit lituras, & crebras emendationes domini euitare.Argiletum propè Palatinum erat locus dictus,vel à morte Argi. vt Virg.placet, vel ab Argilla, quæ est terræ genus, quæ illic fodiebatur:vt Varro addit. ibi erant tabernæ bibliopolarū,vt in suburra tonsurū.De his Horat.hęc ait.Nulla taberna meos habeat,vel pila libellos.¶Dominæ Romæ,)epithetum Romæ est.¶Turba Martia.)id est turba Romanorum,qui habuere originem à Marte.¶Nimiū sapit,)nimium acris est censuræ.¶Ronchi,)dicuntur strepitus,qui fiunt & oriūtur ex corrugatione narium ficto nomine ab ipso sono, eo autem vtimur deridentes. Sunt qui putant à verbo græco trahi,quoniam illi rostrum appellāt ῥόγχος.¶Maiores nusquam ronchi).i.nusq̄ sunt maiores q̄ Ro.¶Et pueri nasum rhinocerotis habent,)hoc est producunt mentum, & rostrum in tantam lōgitudinem,ac si esset cornu rhinocerotis.¶Basia iacta).i.dum iactas te habere basia.¶Audieris cum gram.so.).i.cum verbis laudatus fueris,nam illi dicuntur audire grande sophos, qui laudantur,vt alibi:Quod tam grande sophos clamet tibi turba rogata: Nō tu Pomponi,cœna deserta tua est,tractū ab adulatione græca:Græci enim cum primum alicuius scripta vel legerint,vel audierint, statim assentando subiiciunt σοφὸς.i.doctus est.Persi. quoq; genere neutro protulit pegasæum melos.¶Audieris gran. sophos).i. cum illa simulata & derisoria adulatio secuta fuerit.¶Sagū,) est vestis militaris,& grossioris vili Romæ iuuenes per lasciuiam, quod Tranquil.& Iuue.indicāt,quos cōtinebant supposita veste in aerem iaculabantur.Id Nero & Otho.alīq̄ egerunt.¶Excussa Patauinus amauit Violātillā Neapolitanā:quæ cū amisisset columbā quā habebat in delitiis,& fleret.præbuit argumētū Stellę cōficiēdi operis de morte colūbæ,qđ opus Colūba inscribitur. Testatur hoc Venus apud Papiniū,est Stella loquēs.Hic nostræ defleuit fata colūbę,anteponit Mar.colūbā Stellę.i.opus.¶Passerē Catulli,)nā Catullus defleuit passerē amicę mortuū carmine qđ Passer inscribitur.¶Verona)patria Catulli.¶Meus)mihi amicus.

¶ET pueri nasum rhinocerotis ha.pueriliter de naso puerorū hoc dictū est,nam quo pacto mentū,& rostrum in tantam longitudiné producere poterant pueri,vt cornu rhinocerotis assimularēt?Quin potius sic exponas,pueri crispātē nasū,atq; repādū ita formāt in derisum videlicet,vt videātur imitari rhinocerota:qui (vt Soli.ait)in nare cornu vncū,& repandum habet.Hæc ille.

¶Quod

Enchiridium

Scrinium

Atgiletum Argilla

Ronchi

Sophos

GEORGIVS.

Hos eme,quos arctat breuibꝰ mębrana tabellis.
Scrinia de magnis,me manus una capit.
Ne tamen ignores ubi sim uenalis,& erres,
Vrbe uagus tota,me duce certus eris.
Libertum docti Lucensis quæte Secundum
Limina post pacis,Palladiumq; forum.

Ad Librum suum. #4

Argiletanas mauis habitare tabernas,
Cum tibi parue liber scrina nostra uacent.
Nescis heu nescis dominæ fastidia Romæ.
Crede mihi,nimium Martia turba sapit.
Maiores nusquam ronchi,iuuenesq; senesq;,
Et pueri nasum Rhinocerotis habent.
Audieris cum grande sophos,dum basia captas,
Ibis ab excusso missus in astra sago.
Sed tu ne toties domini patiare lituras,
Néue notet lusus tristis arundo tuos.
Aetherias lasciue cupis uolitare per auras,
I fuge,sed poteras tutior esse domi.

Ad Cæsarem. 15.

Contigeris nostros Cæsar si forte libellos,
Terrarum dominum pone supercilium.
Consueuere iocos uestri quoq; ferre triumphi,
Materiam dictis nec pudet esse ducem,
Qua Thymelen spectas,derisoremq; Latinum,
Illa fronte precor carmina nostra legas.
Innocuos censura potest permittere lusus.
Lasciua est nobis pagina,uita proba est.

Ad Marcum. 6

Do tibi naumachiam,tu das epigrāmata nobis,
Vis puto cum libro Marce natare tuo.

De leone Cæsaris. 7

Aetherias aquila puerum portante per auras
Illæsum timidis unguibus hæsit onus,
Nunc sua Cæsareos exorat præda leones,
Tutus & ingenti ludit in ore lepus,
Quæ maiora putas miracula,summus utrisq;
Author adest,hæc sunt Cæsaris,illa,Iouis.

Ad Maximum de columba Stellæ. #8

Stellæ delitium mei columba
Verona licet audiente dicam,
Vicit maxime passerem Catulli.
Tanto Stella meus tuo Catullo,
Quanto passere maior est columba.

Hos eme,quos arctat breuibꝰ mębrana tabellis. Scrinia de magnis,me manus una capit. Ne tamen ignores ubi sim uenalis,& erres, Vrbe uagus tota,me duce certus eris. Libertum docti Lucensis quæte Secundum Limina post pacis,Palladiumq; forum. Ad Librum suum. #4 Argiletanas mauis habitare tabernas, Cum tibi parue liber scrina nostra uacent. Nescis heu nescis dominæ fastidia Romæ. Crede mihi,nimium Martia turba sapit. Maiores nusquam ronchi,iuuenesq; senesq;, Et pueri nasum Rhinocerotis habent. Audieris cum grande sophos,dum basia captas, Ibis ab excusso missus in astra sago. Sed tu ne toties domini patiare lituras, Néue notet lusus tristis arundo tuos. Aetherias lasciue cupis uolitare per auras, I fuge,sed poteras tutior esse domi. Ad Cæsarem. 15. Contigeris nostros Cæsar si forte libellos, Terrarum dominum pone supercilium. Consueuere iocos uestri quoq; ferre triumphi, Materiam dictis nec pudet esse ducem, Qua Thymelen spectas,derisoremq; Latinum, Illa fronte precor carmina nostra legas. Innocuos censura potest permittere lusus. Lasciua est nobis pagina,uita proba est. Ad Marcum. 6 Do tibi naumachiam,tu das epigrāmata nobis, Vis puto cum libro Marce natare tuo. De leone Cæsaris. 7 Aetherias aquila puerum portante per auras Illæsum timidis unguibus hæsit onus, Nunc sua Cæsareos exorat præda leones, Tutus & ingenti ludit in ore lepus, Quæ maiora putas miracula,summus utrisq; Author adest,hæc sunt Cæsaris,illa,Iouis. Ad Maximum de columba Stellæ. #8 Stellæ delitium mei columba Verona licet audiente dicam, Vicit maxime passerem Catulli. Tanto Stella meus tuo Catullo, Quanto passere maior est columba.

Universidad de Navarra Biblioteca

DOMITIVS.

¶Qvod Magni Thraseæ,)Decianus laudatur qui grauitatem stoicam secutus,& virtutem summum bonum iudicans exitus Thraseæ, & Catonis non probat, quorum vterque stoicum se professus morte laudem quęsiuit.Pulchrius inquit est laudari ob vitam quàm ob mortem.Thrasæas temporibus Neronis ex libro quem Munatius edidit de rebus Catonis, incensus est studio stoicæ disciplinæ, adeo vt cum damnatus à Nerone solutis venis moreretur,magna cō stantia suorum fletum compescuerit, libatiq; sanguinem Ioui liberatori. Patauinus fuit. Postea Lunius rusticus, quoniam eius laudem ediderat, & appellauerat sanctissimum,dānatus est à Domitiano. Cato Antipatro Tyrio præceptore vsus,stoicam disciplinam hausit.Vticæ, ne in potestatem Cæsaris veniret,sibi mortem conscivit.¶Sic,) ea moderatione.¶Sequeris dogmata,) id est disciplinā.¶Consummati Catonis,)id est perfecti.¶Vt velis ęſe saluus,) id est vt velis laudem ex bene acta vita, non ex morte.¶Facili sanguine,) facilitate mortis.Plus enim est bene agere in vita quàm se interficere.nam hoc cuius licet, & in promptu est.¶Bellus homo,) bellus diminutiuum à bono, magnus & bellus non conueniunt.Deridet Cottam, qui volebat dici bellus, cum magnus esset, cum magno enim minimum non conuenit.¶Petit Venustus)damnat & carpit Venustum auaritiæ, quòd vellet ducere Maronillam vetulam propter diuitias.Tussit,) id est cito moritura est. Tussit verbum respondentis Martialis.¶Cum data,) ebrietatem Sextiliani equitis accusat, de quo paulo post.¶Sextiliane bibis,) Equites inter iudices numerabantur lege Cornelia. Legibus primum cautū fuit,ne supra.c. in conuiuiis consumere liceret, inde priuatim præscriptum est equitibus, cum chium, & falernum,& reliqua vina reiecta moderatione Cæsaris,& Crassi in magnum pretium peruenissent, ne supra.10. numismata equestri epulo impendere possent, nunc Sextilianus bis decies numismata solus bibebat.¶Calda,) antiqui vtebantur in mēsa, & gelida,& calida aqua. Iuuena.Gelidæ,calidæque minister.¶Itur ad Herculei,) de hoc Regulo multa apud Plin. in epistō & nonnunquam cum eius reprehensione hic causidicus habebat ad quartum lapidem & nemus, & porticum,in qua cum gestaretur paulopost statim eo egresso corruit, vnde inquit Regulū fuisse curę Diis.¶Gelidas ar.)nā Tybur est cœli frigidissimi.¶Herculei,)quia Hercules Tyburi colebatur.¶Cana Albula,)Albulæ aquæ in agro tyburtino,quæ maxime vulneribus medentur,vt Plin.& Strab.de his Papi. Iunctis fornicibus amnis,Ridet anhelantes vicino flumine lymphas, qui Albulam hoc loco pro Tyberi accipiunt,falluntur.¶Rudis,)non elaborata,& polita.¶Aestiuas vmbras).i.ipsa æstiua.¶Quam penè)quasi.¶Nimirum,)si non corruit,dum illic erat Regulus.¶Timuit fortuna querelas,)quia fortuna non potuisset sustinere nostram inuidiam,& querelas nostras qui amamus te.¶Sunt tanti pericula,)(sensus est,placet factam esse iacturam in porticu collapsa,nam periculum ipsum,quod Regulus euaserit aperto testimonio, quòd sit curæ Diis, tanti est faciendum, vt iactura porticus placere debeat.¶Stantia tecta probare).i.si tecta porticus stetissent,non poterant obstedere Deos esse qbus curæ erat Regulus.¶Casta suo) duæ Arriæ fuerunt,altera mater, altera filia,mater damnato Pæto merito fodit corpus gladio, eū demq; ipsa tradens hac voce memorabili vsa dicitur. Vulnus quod feci non dolet, sed dolet quod tu facies,quod verbum & fortis,& pii animi mandatum est monumentis. & epistola Plin.Et hoc carmine, filia vxor fuit Pæti Thraseæ, quæ morituro marito exemplum matris meditabatur, vt Tacitus scribit, sed Thraseæ verbis destitit,de matre nunc loquitur.¶Si qua fides).i.si mihi credere potes.¶Delitias Cæsar,) laudatur clementia Cæsaris in leone,qui cū Cæsaris sit, parcit lepori.¶Lusus,& iocos,) quoniam ferę non cædebantur à leone.¶Blando dente,) non lædenti ¶Vagus)liber & solutus. ¶Vnde potest).i.quomodo potest parcere leporib⁹.¶Potest) parcere quia refert clementiā tuam Cæsar.¶O mihi post nullos,)Iulium sodalem ætate ingraueſcētem hortatur ad otiū & virtutem cum voluptate,nā vera vita apud Martial. nihil aliud est, quàm dare operam virtuti cum honesta voluptate, neq; expectandum esse ait, cū labātur dies,& incertū sit,quid vesper vehat,vt Var.scrib.¶O mihi post nullos).i. ò Iuli inter primos meos sodales.¶Longa fides).i.lōga amicitia.¶Iura cana).i antiqua familiaritas.

¶DOGMATA,) Si nostros scriptores paulo diligentius reuoluisset Domitius,sciret profecto quid dogmata Latini interpretentur,& in primis Cicero qui in Academicis philosophorū decreta conquirens,atq; exponens ait:Dogmata latine appellari decreta. Seneca in.8. epistolarū moralium,cum differre docet decreta philosophorum à præceptis. Dogmata latine interpretantur decreta,scita,cōsulta,atq; placita,vnde Plutarchus græce,quæ alii dogmata dicūt ille τὰ ἀρέσκοντα, hoc est latine placita dixit,Idem de dogmate Platonis, & sentit,& interpretatur Apuleius.Sunt.n. Dogmata decreta quædā,quæ vt Cicero ait,nequaquā ꝓbare,& qbus nō stātibus philosophorū sectæ nec vim, nec locū seruāt,ad qđ alludēs hic poeta grauiore morsu Papillū lacerat,hoc modo.Tu Qui sectatorū cās,& pondera nosti,Dic mihi pcidi Papillæ dogma qđ est.Solet.n festiuus poeta nōnihil de philosophia sumptū in sua epigrāmata transferre,dicēre quo pacto differrēt decreta à ꝓceptis nisi alibi à nobis hoc tractatū foret.

GEORGIVS.

Dogmata Scita Consulta Placita

Deciani Dogma laudat. #9

Quod magni Thraseæ,consummatiq; Catonis,
Dogmata sic sequeris,saluus ut esse uelis,
Pectore nec nudo strictos incurris in enses,
Quod fecisse uelim te,Deciane facis.
Nolo uirum,facili redimit qui sanguine famam,
Hunc uolo,laudari qui sine morte potest.

Iocatur in Cottam 10

Bellus homo,& magnus uis idem Cotta uideri,
Sed qui bellus homo est Cotta, pusillus homo est.

De Venusto,& Maronilla. 11

Petit Venustus nuptias Maronillæ,
Et cupit,& instat,& precatur,& donat,
Adeone pulchra est? immo fœdius nil est.
Quid ergo in illa appetit? & placet, & tussit.

Ad Sextilianum potorem. 12

Cū data sint equiti bis quinq; numismata, quare
Bis decies solus Sextiliane bibis?
Iam defecisset portanteis calda ministros,
Si non potares Sextiliane merum.

De Regulo. 13

Itur ad Herculei gelidas qua Tyburis arces,
Canaq; sulfureis Albula fumat aquis.
Rura,nemusq; sacrum,dilectaq; iugera musis
Signat uicina quartus ab urbe lapis.
Hic rudis æstiuas præstabat porticus umbras,
Heu q̄ penè nouum porticus ausa nefas.
Nam subito collapsa ruit,cum mole sub illa
Gestatus biiugis Regulus esset equis.
Nimirum timuit nostras fortuna querelas,
Quæ par tam magnæ non erat inuidiæ.
Nunc & damna iuuant,sunt ipsa pericula tanti
Stantia non poterant tecta probare deos.

De Arria,& Pæto. 14

Casta suo gladium cum traderet Arria Pæto,
Quem de uisceribus traxerat ipsa suis,
Siqua fides,uulnus,quod feci,non dolet,inquit,
Sed quod tu facies,hoc mihi Pæte dolet.

Ad Cæsarem. 15

Delitias Cæsar,usuq;,iocosq; leonum
Vidimus,hoc etiam præstat arena tibi.
Cum prensus blando toties à dente rediret,
Et per aperta uagus curreret ora lepus.
Vnde potest auidus captæ leo parcere prædæ?
Sed tamen esse tuus dicitur,ergo potest.

Ad Iulium. 16.

O mihi post nullos Iuli memorande sodales,
Siquid longa fides,canaq; iura ualent.

Deciani Dogma laudat. #9 Quod magni Thraseæ,consummatiq; Catonis, Dogmata sic sequeris,saluus ut esse uelis, Pectore nec nudo strictos incurris in enses, Quod fecisse uelim te,Deciane facis. Nolo uirum,facili redimit qui sanguine famam, Hunc uolo,laudari qui sine morte potest. Iocatur in Cottam 10 Bellus homo,& magnus uis idem Cotta uideri, Sed qui bellus homo est Cotta, pusillus homo est. De Venusto,& Maronilla. 11 Petit Venustus nuptias Maronillæ, Et cupit,& instat,& precatur,& donat, Adeone pulchra est? immo fœdius nil est. Quid ergo in illa appetit? & placet, & tussit. Ad Sextilianum potorem. 12 Cū data sint equiti bis quinq; numismata, quare Bis decies solus Sextiliane bibis? Iam defecisset portanteis calda ministros, Si non potares Sextiliane merum. De Regulo. 13 Itur ad Herculei gelidas qua Tyburis arces, Canaq; sulfureis Albula fumat aquis. Rura,nemusq; sacrum,dilectaq; iugera musis Signat uicina quartus ab urbe lapis. Hic rudis æstiuas præstabat porticus umbras, Heu q̄ penè nouum porticus ausa nefas. Nam subito collapsa ruit,cum mole sub illa Gestatus biiugis Regulus esset equis. Nimirum timuit nostras fortuna querelas, Quæ par tam magnæ non erat inuidiæ. Nunc & damna iuuant,sunt ipsa pericula tanti Stantia non poterant tecta probare deos. De Arria,& Pæto. 14 Casta suo gladium cum traderet Arria Pæto, Quem de uisceribus traxerat ipsa suis, Siqua fides,uulnus,quod feci,non dolet,inquit, Sed quod tu facies,hoc mihi Pæte dolet. Ad Cæsarem. 15 Delitias Cæsar,usuq;,iocosq; leonum Vidimus,hoc etiam præstat arena tibi. Cum prensus blando toties à dente rediret, Et per aperta uagus curreret ora lepus. Vnde potest auidus captæ leo parcere prædæ? Sed tamen esse tuus dicitur,ergo potest. Ad Iulium. 16. O mihi post nullos Iuli memorande sodales, Siquid longa fides,canaq; iura ualent.

Alii codices inserunt multa epigrāmata reperies pa. 16. Richius

DOMITIVS.

¶ Iam. Tibi instat bis trigesimus consul,) id est iam natus sis.40.annum. antiqui terminabant vitam quadraginta annis.¶ Tua vita numerat paucos dies,) id est parum dedisti operam otio,& virtuti,& relaxationi animi,id est paucis diebus vixisti.¶ Non bene distules ris,id est non sapienter facis, & differs.¶ Cathenati labores,) id est in speciem cathenæ coniuncti & perpetui. ¶ Expectant,) non abeunt.¶ Assere,) vendica tibi.¶ Sæpe fluunt sic,) id est asserta,& vendicata gaudia. ¶ Sæpe fluunt,)adeo gaudia sunt inconstantia.¶ Viuam,) differam vitam.¶ Immo sic quoque lapsa sinu,)id est dū loquor amisimus tempus vitæ & voluptates. Persius Hora fugit hoc quod loquor inde est,quasi dicat, poteramus has horas non perdere.¶ Sunt bona,) dicit se nullo genere epigrammatis abstinere, vt librum expleat, in quem sensum dixit. Edita ne breuibus pereat mihi charta libellis.aliter enim in iustam magnitudiné non venit. ¶ Aliter,) id est nisi omni genere epigrāmatum congesto. ¶ Non fit liber,)non crescit iusta libri magnitudo. ¶ Cogit me,) respondet Tito hortanti,vt declamaret potius,quàm scriberet epigrammata,quoniam declamare esset res magna, negat hoc Martialis, cum etiam coloni sciant agere causas, quasi velit ostendere pauciores scribere, epigrammata,quàm agere causas ¶ Res magna est,)quam facit colonus,quia coloni sciunt agere causas, vt interrogando legas,nam quod affirmando legunt aliinon placet. ¶ Quid te Tucca,) auaritiam Tucæ carpit,qui cum falernum haberet miscebat in vino vaticano vilissimo,& in hoc iocatur:Vinum vaticanum est vappa.vallis Vaticanę iuxta ædem Petri. ¶ Denobis facile est,)id est iugulare nos,quos fortasse odisti facile est,& ferendum. ¶ Amphora,) vas est hoc loco alibi est genus mensuræ,vt dicitur Cæsar centum falerni amphoras diei sui triumphi dedisse conuiuis.Cadus eodem modo, vt & idem dicitur dedisse centum cados vini chii.¶ Dic mihi,)in Domitium Cecilianum scribit, eiusdem nominis fuit vir amicissimus Trastæ,hic vocatis conuiuis boletos solus edebat,eius in hospitalitatem carpit poeta:im precaturq́ue, vt par est tanto ventri, & gulæ, vt talem edat boletū,qualem esset Claudius quo venenatus extinctus fuit, de quo Iuuenalis. Post quem nil Claudius edit.Boletus in gulæ Irritamenta venit nouissimis temporibus, propterea alibi scribit Martia.Boletos mittere difficile. Plinius appellat no uissimum irritamentum gulæ. Quod autē dicit de Claudio, sequitur historiam etiam editam à Tranquillo, qui Claudium scribit venenato boleto esse extinctum. Tacitus tradit veneno necatum ab Agrippina opera Locustę,& misterio Aloti præguſtatoris,demum auxilio Xenophontis medici.¶ Turba vocata spectante,)id est spectantibus conuiuis. Imprecabor, vt edas talem buletum, qualem edit Claudius, quo periit.¶ Dum peteret regem,)tangit historiam Porsenæ, & Scæuolæ, quæ nota est. ¶ Regem) Porsenā.¶ Satellite,)id est scriba. nam Scæuola credidit se percussisse Porsenā. ¶ Iniecit se sacris focis)id est iniecit se igni, qui ad aras sacras erat.¶ Hostis pius)Porsena.¶ Satellite)id est scriba occiso. Dionysius nescio quid addit nostrum monumentis, sed nihil ad hunc locum. hæc historia repræsentata est in theatro,& propterea scribitur epigramma. Alibi idem apertius de hac eadem historia repræsentata.¶ Quid nunc sæua,)idē quod supra de leone & lepore.¶ Non timeat,) sensus est.Leones non sæuire in vilem prædam, & imbecilem exemplo Cæsaris Domitiani: qui generosi,& alti animi,ne in hostem quidem paruum, & infimum arma mouet.¶ Dacus puer,) id est hostis puer. nam Dacos domuit, quasi dicat in hostes debiles Cæsar non seuit. ¶ Inuitas nullum,)Cotta habebat balnea, & eos inuitabat, quos in balneis mentulatos inspexerat.Volebat enim subagitari,hi autem iuuenes mentulati,qui alios subagitabāt,Draci dicebātur,verbo græco quasi agentes, δράω,latine ago. Neq; mirandum est in his seruatam esse vocem græcam, quoniam, & in his qui patiuntur seruata est:nam Pathici appellantur, πάσχω quod est patior.Mentulati autem ab his,qui volebant subagitari ex balneis eligebantur,vt alibi. Oculis deuorantibus draucos,hoc est quàm audissime intuebatur,& optabat. Scio me nudum displicuisse tibi,quoniam vidisti me non satis mentulatum,vt tibi præstare operam possim. ¶ Aspicis incomptis,) notat barbatum cinædum, qui cum socraticus vellet videri,& asper, subagitabatur.hoc genus hominum carpit Iuuena. & socraticos cinædos appellat, quo loco interpretando nescio, quid multi garriant.

¶ Supercilium,)

Bis iam penè tibi consul trigesimus instat,
Et numerat paucos uix tua uita dies.
Non bene distuleris,uideas quod posse negari,
Et solum hoc ducas,quod fuit,esse tuum.
Expectant curæq́; cathenatiq́; labores.
Gaudia non remeant,sed fugitiua uolant.
Hæc utraq́; manu,complexuq́; asserе toto.
Sæpe fluunt,immo sic quoq́; lapsa sinu.
Non est,crede mihi,sapientis dicere uiuam.
Sera nimis uita est crastina.uiue hodie.

Ad Auitum. 73. 17.

Sunt bona,sunt quædam mediocria, sunt mala plura.
Quæ legis,hic aliter non fit Auite liber.

19 Ad Titum. 24. 18.

Cogit me Titus actitare causas,
Et dicit mihi sæpe,magna res est.
Res magna est Tite,quam facit colonus.

Ad Tuccam. 40. 19.

Quid te Tucca iuuat uetulo miscere falerno.
In uaticanis condita musta cadis?
Quid tantum fecere boni tibi pessima uina,
Aut quid fecerunt optima uina mali?
De nobis facile est,scelus est iugulare falernum,
Et dare campano toxica sæua mero.
Conuiuæ meruere tui fortasse perire,
Amphora non meruit tam pretiosa mori.

20 Ad Aeliam. 76. 20.

Si memini fuerant tibi quattuor Aelia dentes.
Expuit una duos tussis,& una duos.
Iam secura potes totis tussire diebus.
Nil istic quod agat,tertia tussis habet.

21 Ad Cecilianum. 77. 21.

Dic mihi,quis furor est? turba spectante uocata.
Solus boletos Ceciliane uoras.
Quid dignum tanto,uentriq́;,gulæq́; precabor?
Boletum,qualem Claudius edit,edas.

22 De Porsena,& Mutio Scæuola. 78. 22.

Dum peteret regem decepta satellite dextra,
Iniecit sacris se peritura focis.
Sed tam sæua pius miracula non tulit hostis,
Et raptum flammis iussit abire uirum.
Vrere quam potuit contempto Mutius igne,
Hanc spectare manum Porsena non potuit.
Maior deceptæ fama est,& gloria dextræ.
Si non errasset,fecerat illa minus.

23 De Leone & Lepore. 79. 23.

Quid nunc sæua fugis placidi lepus ora leonis,
Frangere tam paruas non didicere feras,
Seruantur magnis isti ceruicibus ungues,
Nec gaudet tenui sanguine tanta sitis.
Præda canum lepus est,uastos nō implet hiatus.
Non timeat Dacus Cæsaris arma puer.

24 Ad Cottam. 80. 24.

Inuitas nullum,nisi cum quo Cotta lauaris,
Et dant conuiuam balnea sola tibi.
Mirabar quare nunquam me Cotta uocasses,
Iam scio me nudum displicuisse tibi.

25 Ad Decianum. 81. 25.

Aspicis incomptis illum Deciane capillis,

DOMITIVS.

¶ Supercilium,)id est grauitatem. Et ipse qui ei stoicæ disciplinæ, vt alibi de eodem. Quod magni Thraseæ & cætera. ¶ Ede tuos,)hortatur Faustinum, vt edat suos libros compositor,& assequatur laudem,cum possit viuens eam assequi.¶ Opus cultum docto pectore,)id est ingenio tuo.¶ Quod,) opus.¶ Nec damnēt arces Cecropiæ,) nec nostri, nec Græci, hoc est opus à Græcis,& à Latinis, laudandū. Cineri gloria sera,)ex sententia Epicuri,qui omnia soli vitæ tribuit. Quicquid neqd expectamus in vita est accipiendum. ¶ Sextiliane bibis,)in Sextilianum bibacem, in quem etiam supra scripsit.¶ Subsellia,) sedes erant & ad id alludit,quoniam erat iudex: nam equites inter indices numerabantur. ¶ Bibis) quantum quinque subsellia,id est quantum quinque tui collegæ.¶ Cuneus) multitudo in spectaculo,quę ordine non sedeat Iuuena.Cuneos in habeant spectacula totis Quod securus ames. Hic accipit cuneum pro ea multitudine, quæ stat ante subsellia iudicum. ¶ Prælis pelignis,)id est non habes, nec petis vinum pelignum,quod pessimum est. alibi Massica Peligni mittunt turbata coloni. Non tu,libertus sed bibat illa tuus.¶ Vini opimi.) id est vini opimiani. Vinum opimianum dictum est à L.Opimio consule,qui eo anno gessit consulatum,quo Gracchi seditionibus popularibus interierunt, nam eo anno cœli temperie,quę cofacturę dicitur,magna vini copia & præstantia, quod vinum in. 200. annos seruatum est,redactum in speciem mellis tantæ æstimationis, vt amphora centenis numis veniret. Adhibebantur aliis medicamenta: vt opimiana viderentur. Alibi Mar. Felix autumnus opimi. Cice.in Oratore. & Plinius authores.¶ Massica cella,)de faleno intelligit,quod nigrum est: quod massicum alibi à poeta. De sinuessanis venerunt massica prælis.¶ Laletana,) prouincia est Hispanię,quę vinum turbidum,& vappam mittit,quanuis non procul sit à Tarracone, quæ habet optimum vinū, vel fæx Laletana, hoc est pete vinum laletanū, nam eius erat magna copia,quod Plinius scribit.Laletana inquit copia Tarraconensia elegantia superant. Mendosa est dictio in codice Plinii recentiore Lusitana pro laletana. ¶ Hesterna nocte,) incaluerat mero Mart. Hesterna nocte, inuitauitque Procillum ad cœnam sequentis diei.Procillus venerat cœnaturus.: dimittitur hoc epigrammate:ait enim poeta nimium periculosum esse exemplum,si ebriorum verba pondus habeant, & authoritatem: denique versu græco ait se odisse compotorem memorem verborum,quæ inter pocula exciderint, notat figurate scelus temporum suorum:nam poculo,& vino nonnunquam extorquebātur hæreditates,& testamentorum falsæ significationes, quod alibi apertius indicat.¶ Post decem peractos quincunces,) qnincūx est genus mensuræ.¶ Peractos.)exhaustos,id est postquam biberamus decem quincunces ¶ Tu factam rem tibi statim putasti,) id est tu statim putasti esse factam,& pararam cœnam.¶ Verba non sobria,)id est ebria.¶ Subnotasti,)tractum à notariis,qui in fidem,& obsignationem verba aliena scribunt.¶ Exemplo nimiú periculoso,)id est hoc esset nimium periculosum exemplum, si quæ ab ebrio excidunt,essent notāda ¶ μισῶ μνήμονα συμποτην πρόχλε,)id est ὁ Procille odi memorem compotorem, hoc est qui tenet memoria,quę medio vini calore iactantur.¶ Hesterno) carpit Acerrā,q̄ semper in lucē biberet. Vnde inquit qui putat Acerrā fœtere mero hesterno,errat, nam semper bibit in lucē.¶ Fama refert) Fidentinus versibus Martialis volebat videri poeta,quos recitabat tanquam suos. Martial.eum monet,vt eos emat ne sint tui. Iocatur alibi. Nam quod emas possis dicere iure tuum.¶ Chirurgus fuerat,) Chirurgus est medicus vulnerarius, vespillo est ille,qui effert corpora ad sepulturā à vespere dictus quoniam maiores ea hora sepeliebantur.Disticon à quo sit intelectum non video,vt alia multa, sed puto hunc esse verum sensum. Hippocrates incenso templo Aesculapii instituit medicinam,quæ clinice vocatur: vt Varro in rebus diuinis scrib. Qui eam exercebant clinici dicebantur. Alibi Martial. Sotæ clinici filia labulaea medicina, sumpsit nomē ἀπὸ τῆς κλίνης quod est lectus, & quoniam lectus tam cadauerum est,quàm ægrotantium,non inepte dicitur, q effert cadauera clinicus. Clinici medici erant in maiore pretio,quàm chirurgi.Diaulus prius erat chirurgus, nunc factus erat vespillo Iocans Martialis ait, ex chirurgo Diaulum factum esse clinicum, sed non potuisse aliter esse, clinicum, quàm elatione cadauerum,vt ridendo dicat. Diaulū factum esse vespillionem vt se quoque clinicum profiteatur. nam qui efferunt cadauera clinici quoque possunt appellari. ¶ Cœpit quo poterat clinicus esse modo,)quia aliter non poterat,cum careret doctrina medici clinici. ¶ Hos tibi Phœbe) Encolpus puer erat Auli Pudētis centurionis. Centuriones autem proxima dignitate,primipilares creabantur. Vouerat puer crines suos Phœbo, cum primum dominus factus esset primipilaris, rogat Phœbum poeta, vt auditis pueri precibus cito faciat primipilarem, Aulum Pudētem, vt puer iam tenera ætate tonsus colla candida domino seruet, & ostendat,sed tamen faciat eum serò virum. Ita fiet,vt Aulus munere Phœbi diu, & ipse etiam puer: quia & hic fiet statim primipilaris:ille serò vir. Ita Aulus erit diu primipilaris:puer diu mollis. ¶ Encolpus:)nomē fictum:κόλπος latine sinus,id est amplectendus. ¶ Vouet,)antiqui vouebant crines,& barbam Phœbo,& postea in pixide mittebant. ita egit Nero,ita Earius apud Papi. Aesculapio.

Subsellia

Cuneus

Vinū opimianum

Laletana.

Quincūx

Cuius & ipse times triste supercilium.
Qui loquitur Curios,assertoresq́; Camillos,
Nolito Fronti credere,nupsit heri.

26 Ad Faustinum. 87.

Ede tuos tandem populo Faustine libellos,
Et cultum docto pectore profer opus,
Quod nec Cecropiæ damnent Pandionis arces,
Nec fileant nostri, prætereantq́; senes.
Ante fores stantem dubitas admittere famam,
Teq́; piget curæ præmia ferre tuæ.
Post te uicturæ,per te quoq́; uiuere chartæ
Incipiant,cineri gloria sera uenit.

27 Ad Sextilianum. 83.

Sextiliane bibis quantum subsellia quinq́;
Solus:aqua toties ebrius esse potes.
Nec consessorum uicina numismata tantum,
Aera sed à cuneis ulteriora petis.
Non hæc Pelignis agitur uindemia prælis,
Vua nec in tuscis nascitur ista iugis.
Testa sed antiqui felix siccatur opimi,
Egerit & nigros massica cella cados,
A caupone tibi fæx laletana petatur,
Si plus quàm decies Sextiliane bibis.

28 Ad Procillum. 84.

Hesterna tibi nocte dixeramus,
Quincunces puto post decem peractos,
Cœnares hodie Procille mecum.
Tu factam tibi rem statim putasti,
Et non sobria uerba subnotasti
Exemplo nimium periculoso.
μισῶ μνήμονα συμπότην πρόχλε.

29 De Acerra. 88.

Hesterno fœtere mero qui credit Acerram,
Fallitur,in lucem semper Acerra bibit.

30 Ad Fidentinum. 86.

Fama refert nostros te Fidentine libellos,
Non aliter populo q̄ recitare tuos.
Si mea uis dici gratis tibi carmina mittam.
Si dici tua uis,hæc eme,ne mea sint.

31 De Diaulo medico. 89.

Chirurgus fuerat, nunc est uespillo Diaulus.
Cœpit,quo poterat,Clinicus esse modo.

32 De Encolpo. 88.

Hos tibi Phœbe uouet totos à uertice crines
Encolpus,domini centurionis amor.

Chirurgus Vespillo.

Clinice

Clinicus

¶ Arra sed à cuneis,) Victruuius, cuneos suppositos cellis in theatro tradit,ita vt non minus alti semipede sint in ea parte: quæ spectat ad cœnam. Suntque sedes in theatris, de quibus alibi idem sic.ait:Cuneis spectaculorum in theatro ita diuidantur.& Virgilius. Hunc plausus hiantem Per cuneos geminatus enim. GEORGIVS.

DOMITIVS. (PVDENS).i. Aulus Pudens. quod erat votum Encolpi pueri. Faccito tonsum, vt Pudens fiat primipilaris. Serò virum. i. serò adultũ. vt Pudens optat. ¶Amissum,) Gellia lugebat patrẽ tãtum, cũ aderant test es. Mar. in qt eã nõ lugere, sed esse studiũ laudis, & velle laudari. ¶Iussæ lachrymæ) ab Gellia. Iuu. In statione parate: Quo iubeãt manere loco. ¶Nõ luget quisquis) inqt Martial. nõ luget q cupit laudari, sed is vere luget, & dolet, q luget clã, & sine teste. ¶Incustoditis) accusat Lesbiã, q vellet spectari dũ futuere ẽ. ¶Peccas) futueris. ¶Tua furta,) stupra, & adulteria. Tibullus: Cælari vult sua furta Venus. ¶Latẽt) absc̃dita sũt. ¶Meretrix) q̃ est turpior mœchare mouet spectãtes. ¶Sera) q̃a ostiũ claudit. ¶Sũmœni) Sũmœniũ locus in vrbe ad circũ lupanaria, vñ meretrices dicebãtur vxores sũmœninæ. Plura in cõmẽtariis in Iuue. diximus eo loco. Et ad circũ iussa ꝓstare puellas. Mœniani aũt dicebanꝫ, qui ex loco edito, quem Mœnianum dicebant, spectabant. Tranquillus: Pauci ex proximis Mœnianis. ¶Laide.) Lais nobile Græciæ scortũ, cuius coitũ ob ꝓtii magnitudinẽ Demosthenes recusauit nota illa voce: Nõ amo tãti pœnitere, religs nomen dedit. Laidis aũt antigtus tumul' erat Corinthi: inscripta lena arietẽ prioribus pedib' sustinẽte. Alterum eiusdem monumẽtum in Thessalia, quo Hipostratũ est secuta eius amore capta, à siccariis patria in Siciliam abducta fuit cum puella esset, capta insula ab Athenien sium duce Nitia diuendita Corinthi meretrices omnes forma superauit, author Pausanias. ¶Chione) nomen meretricis, à cãdore sumptum, nam χιὼν significat niuẽ. Hæc tamen nigra erat, vt alibi Iuuena. Et duobus alta Chionẽ deducere sella. ¶Monimenta,) cellæ instar monimentorum. ¶Deprehendi) in adulterio: nõ veto te futui. ¶Versus scribere,) Cornelius conquerebatur Martialem scribere versus parum seueros & impudicos, qui nõ possent legi in scholis. ¶Parum seueros,) hoc est impudicos: hi libelli huiusmodi, quales ego scribo, nõ possũt placere sine pruritu. ¶Talasionem,) Deus nuptiarum, qui ita à Romanis est appellatus, apud Græcos Hymenęus, cuius laudes canebãtur versu lasciuo. Ait Martia. eiusdẽ laudes non posse cãtari, nisi versibus suis: eiq; numini dicatis. Quid si iubeas me dicere Talasionem. i. celebrare epithalamiõ. ¶Floralia,) florales ludi celebrantur à nudis magna licentia, de quibus supra. ¶Quis floralia vestit,) id est quis petit, vt ludi florales fiant nudis, quasi dicat nemo.

Summœnium.

Chiono.

Mœnianũ.

¶Grata Pudens) meriti tulerit cum præmia pili,
Quamprimum longas Phœbe recide comas.
Dum nulla teneri sordent lanugine uultus,
Dumq; decent fusæ lactea colla iubæ,
Vtq; tuis longum, dominusq;, puerq; fruatur
Muneribus, tonsum fac cito, serò uirum.

33 Ad Sabidium. 89

Non amo te Sabidi, nec possum dicere quare.
Hoc tantum possum dicere, non amo te.

34 Ad Gellia. 890

Amissum non flet, cum sola est Gellia, patrem,
Siquis adest, iussæ prosiliunt lachrymæ.
Non luget, quisquis laudari Gellia quærit,
Ille dolet uere, qui sine teste dolet.

35 Ad Lesbiam. 91

Incustoditis, & apertis Lesbia semper
Liminibus peccas, nec tua furta tegis.
Et plus spectator, quàm te delectat adulter.
Nec sunt grata tibi gaudia, siqua latent.
At meretrix abigit testem ueloq;, seraq;,
Raraq;, Summœni, fornice rima patet.
A Chione saltem uel ab Helide discе pudorem,
Abscondunt spurcas hæc monimenta lupas.
Nunquid dura tibi nimium censura uidetur?
Deprehendi ueto te Lesbia, non futui.

36 Ad Cornelium. 92

Versus scribere me parum seueros,
Nec quos perlegat in schola magister
Corneli quereris, sed ii libelli
Tanquam coniugibus suis mariti
Non possunt sine mentula placere.
Quid si me iubeas Talasionem
Verbis dicere non Talasionis.
Quis floralia uestit, & stolatum
Permittit meretricibus pudorem?
Lex hæc carminibus data est iocosis
Ne possint, nisi pruriant, iuuare.
Quare depositа seueritate.
Parcas lusibus, & iocis rogamus.
Nec castrare uelis meos libellos,
Gallo turpius est nihil Priapo.

37 Ad Lucanum & Tullum 93

Si Lucane tibi, uel si tibi Tulle darentur
Qualia ledæi fata leones habent.
Nobilis hæc esset pietatis rixa duobus.
Quòd pro fratre mori uellet uterq; prior.
Diceret infernas siquis prior isset ad umbras,
Viue tuo frater tempore, uiue, meo

38 Ad Bassam. 94

Ventris onus, misero, nec te pudet, excipis auro,
Bassa bibis uitro, carius ergo cacas.

39 Ad Fidentinum. 95

Quem recitas meus est ò Fidentine libellus,
Sed male cum recitas, incipit esse tuus.

40 Ad Decianum. 96

Siquis erit raros inter numerandus amicos,
Quales prisca fides, famaq; nouit anus.

¶Stolatum pudorem,) stola (vt Porphyrio, & Marcellus scribũt) matronæ vtebantur ad pedes, quam instita assuta ambibat. de matronis Papi. Stola mista laborat. Horatius. Sunt qui nolint tetigisse nisi illas, Quarũ subsuta talos tegit instita veste. Oui. Et qd ab hac oẽs rigida submouimus artes: Qui stola cõtingit, sumptaq; vitta vetat. ¶Stolatũ pudorẽ) .i. pudorẽ conueniẽtẽ matronę, ita nec tu dẽs aliquid ꝓscribere iocis meis. ¶Prurĩat) .i. libidine lasciũat. nã prurit' libidinis ꝓprie est. ¶Castrare,) id est auferre verba libidinosa. nam vt Priapum decet esse bene mentulatum, & non castratum, in quo sola mentula est in admiratione, ita libelli huiusmodi debent habere pruritum & lasciuiam, qua sola placent. Gallo Priapo, id est castrato. nã Galli sacerdotes erant castrati. ¶Si Lucane tibi,) laudat amorem Lucani, & Tulli fratrum quem anteponit amicitiæ Pollucis, & Castoris. Castor & Pollux interierunt, cum Lynceus, & Idas Spartham oppugnarẽt, alii scribunt Castorem tantum extinctum in bello Lacedęmoniorum versus Athenienses. Aliã fabulam tangit Ouidius in Fastis, illud autem, Homero authore, inter omnes cõuenit, Pollucem concessisse vitam dimidiam fratri mortuo, vt alternis diebus viuerent, vt alii tradũt, vt senis mensibus vicissim. Hyginius quidem scribit Castoris, & Pollucis sydera alternis diebus lucere. ¶Ledæi,) Castor, & Pollux filii Ledæ quę Lacęna fuit. ¶Ventris onus,) aureo vase vsos esse Romanos non tam frequens est historia, q̃ argẽto. Cõqueritur enim Plinius fœminas lauari vase argenteo & eãdem metalli materiem seruire cibis: & sordidis. Messala autem orator scribit Antonium aureis vasis ad probra etiam vlum esse. Bassa purgabat ventrem & dimittebat aluum vase aureo, & vitreo bibebat, iocatur Martia. & carpit Bassam carius cacare, q̃ bibere. ¶Onus vẽtris) .i. stercus. ¶Misero auro,) quia sterco ri seruiebat. ¶Quem recitas,) Fidẽtinus recitabat versus Martia. sed cũ recitabat ꝓpter raucitatem & qa male recitabat: incipiebãt esse eius versus & libellus, qm̃ ipse malos solebat facere. ¶Siqs erit) laudat Decianũ, de quo supra: Doctum artibus Cecropiæ, & latiæ Mineruæ .i. doctus artib' Græcis, & Latinis. ¶Svmmoeni,) hoc ego nõ crediderim, atq; eo magis cum nec authorem afferat hæc dicẽtem, & Mœnianũ, vnde dictionem componit, à Mœnio deriuet, cuius prima producitur. Horat. Mœnius vt rebus maternis, atque paternis. Etenim hic fuit ille Mœnius, qui post bona patris absumpta colũnã sibi re seruauit: vnde ludos spectaret.

Stola

Pruritus.

GEORGIVS.

Mœnianũ.

¶Ore

DOMITIVS. ¶Ore Arcano,) qui clam precantur deos, mala imprecantur. Persi. Dic clare, non audiat hospes. ¶Dispeream,) adiurantis est. ¶Qui ducis vultus) in inuidum: cui imprecatur: vt nunquam inuidiæ causa desit: idem imprecatur Ouidius in Ibidem. ¶Inuideat nemo tibi,) nam cui nemo inuidet: is miserrimus est. ¶Vrbanus nimium,) Cecilium, qui vrbanus volebat videri insulsis iocis carpit: ostendit quidem iocari: sed non vrbanius, quàm qui seruili dicacitate ludunt: quare non debet is sibi videri: quod ipsi soli videtur, & aliis minime. Vrbani dicũtur faceti ciuili ioco ab vrbe. ¶Ambulator,) nam viliores personæ trans Tyberium habitabant. ¶Verna ambulator trãstyberinus) Manlius Verna scurra trans tyberinus fuit, authore Porphyrione, at accipias Verna pro cognomine, sed magis placet distinguas, & dicas: Verna es similis Vernæ vt alibi. Vernaculorum dicta sordidum dẽtem, & fœda linguæ probra circulatricis. In quo aduertẽdum q̃ dixi hic ambulatorem, dixisse illic circulatricem: nam Vernæ solẽt scurriliter iocari. ¶Sulfurata,) vasa de huius permutatione meminit Iuuenalis. Et iam rupto poscentem sulfura vitro, nam quod nonnulli degultino in versum Iuuenalis, aiunt falsum est. & Papi. Quiq; comminutis commutat vitreis gregale sulfur. ¶Cicer,) de lupino potes intelligere, qui aqua calida madidus vendebatur: quod genus leguminis, & pueris, & otiosis emitur. ¶Coronę) multitudini. ¶Salariorum,) salarii dicuntur, qui salsamenta vendunt. ¶Tomacla,) pro tomacula. Iuuenalis. Candiduli diuina tomacula porci. Dicũtur à frequenti incisione: nam τέμνω significat incido. Hoc genus cibi seruilẽ habebatur, in luxu autem ex porcis erant abdomina, testiculi, vuluæ, syncipitia, verrina, quæ cẽsoris legibus aliquãdo fuerunt interdicta. ¶Magister,) id est magno Gadinatarum puellarum alibi: Nec de gadibus improbis puellę Vibrant sine fine prurientes Lasciuo docili tremore lumbos. Harum etiam meminit Papinius in Saturnalibus. ¶Dicax vetuli) .i. exoleti. Nam exoleti dicatiores esse solent actæ ætatis impudentia. Galbam: Galba temporibus Augusti vrbanitate cũ Sarmento certauit. Sarmẽti: Horatius in satyra, & Plutarchus in Antonio meminerunt: scurræ, ambo erant. alibi. Ille suo infelix Cæsare Galba. Iuuenalis. Quod nec Sarmentus iniquas Cæsaris ad mensas, nec villis Galba tulisset. ¶Caballus,) scurra peritissimus fuit, gratusq; iocorum vrbanitate. hi tamen. s. Galba, & Tectius Caballus scurrilitate potius, q̃ dignitate vrbanitatis placuerunt. ¶Nasum) ad iudicandũ. ¶Stolida procacitate) ille qui impudẽter iocatur. ¶Non est Sextius, sed Caballus:) alludit cũ nomine Caballi: Brutumq; hic accipit. ¶Sextius) ita habet codex antiquus. Tectius alii. Afferreq; posse videntur illud Iuuenalis. Quãuis iurato Neruam tibi credere Tecti. Nam Tectius Trebius est dictus: alii legunt Sexti, vt sit datiuus. Sextii præterea oratoris meminit Eusebius. ¶Cõiugis audisset,) Portia vxor Bruti, qui Cæsarẽ interfecit filia Catonis: audita morte viri Bruti poposcit ferrum: vt sibi mortem conscisceret, quod cum ab amicis prohiberetur: ipsa clam sumptis carbonibus, & obstructo ore extincta est. hoc genus mortis tradiderunt authore Plutar. Nicolaus philosophus

Vrbanus

Manlius Verna

Cicer

Galba

Scurra

Caballus

Sextius

Si quis Cecropiæ madidus latiæq; Mineruæ
Artibus, & uera simplicitate bonus,
Siquis erit recti custos, imitator honesti,
Et nihil arcano qui roget ore Deos,
Siquis erit magnæ subnixus robore mentis,
Dispeream, si non hic Decianus erit.

41 Ad Liuidum. 97

Qui ducis uultus, & non legis ista libenter,
Omnibus inuideas Liuide, nemo tibi.

42 In Cecilium. 98

Vrbanus tibi Cecili uideris.
Non es, crede mihi. quid ergo? uerna es.
Hoc quod transtyberinus ambulator,
Qui palentia sulfurata fractis
Permutat uitreis. quod otioæ
Vendit qui madidum cicer coronæ.
Quod custos, dominusq; uiperarum.
Quod uiles pueri salariorum.
Quod fumantia qui tomacla raucus
Circunfert tepidis coquus popinis.
Quod non optimus urbicus poeta.
Quod de Gadibus improbus magister.
Quod bucca est uetuli loquax cinædi.
Quare desiue iam tibi uideri,
Quod soli tibi Cecili uideris
Qui Galbam salibus tuis, & ipsum
Posses uincere Sextium Caballum.
Non cuicunq; datum est habere nasum,
Ludit qui stolida procacitate,
Non est Sextius ille, sed Caballus

43 De Portia. 99

Coniugis audisset fatum cum Portia Bruti,
Et subtracta sibi quæreret arma dolor,
Nondum scitis ait, mortem non posse negari:
Credideram satis hoc uos docuisse patrem.
Dixit: & ardentes auido bibit ore fauillas.
I nunc, & ferrum turba molesta nega.

44 In Mancinum. 100

Bis tibi triceni fuimus Mancine uocati,

& Valer. quanuis alii aliter mortuam scribant, & inusitatum leti genus carmine prosequitur poeta. ¶Bruti,) qui cecidit in Philippicis. ¶Mortem non posse negari,) cuipiã. Idem dixit Cato pater huius moriturus, si caput, inquit, parieti illisero, aut spiritũ pcluse ro, facile mori possum, & docuit: qm̃ deceptis custodib' se intermit. ¶Et docuisse hoc). s. morte nõ posse negari alicui. Nũc deridet Martia. eos qui putant tãtũ posse mori ferro. ¶Bis tibi tricẽni) Mancinus. 40. cõuiuas in hospitali ostentatione elusit: nam his vocatis aprũ apposuit nullo alio ferculorum genere addito, nec quicquam inde distributũ dit Mar. qui inter cõuiuas fuerat, spectatum aprum fuisse in mensa, vt in arena solet spectari, nam & arenæ spectatores præter oculorum voluptatem nihil ex feris habent. Imprecatur igit, ne ipsi vnq; aper apponat. sed ipse apponat tali apro, quali fuit laniatus Caridemus.

¶Madidvm Cicer coronę,) Domitius, cicer pro lupino exponit, quasi non frequentissime in vrbibus Italiæ madefactum cicer vendi videmus, & non dicat Horat. Siquid fracti ciceris probat & nucis emptor. Saltem aliquam historiam attulisset, qua fretus affirmaret, cicer pro lupino intelligi debere. ¶Nasum,) vnico verbo rem subtilissimi, & perquam subdoli ioci se explanare putauit Cal de. cuius interpretatio nõ multum abest à sensu Galeoti Narnien sis, qui habere nasum pro sagaci intelligẽtia accipit. Nos vero sentimus habere nasum, eum proprie dici, qui venusta quadã, & subdola irrisione aliũ deridet, nec vnquam aliter nasum: & nasutũ scriptores vsurpãt. Apuleius in Metamorphosi: Contorta & vituperanti nare discessit. Persius de Horatio: Calidus excusso populum suspendere naso, & item Hor. Naso suspendis adunco, sed & in quibusdam annotationibus hic Domitius velut se correcturus adducit verba Plinii, quę in Galeotum legũtur, & ita se implicat, vt manifeste cognoscatur, errorem suum potius dissimulare, quã defendere, vel magis ignorasse, quid salis habeat hendecasyllabus ille: Non cuicũq; datum est habere nasum. ¶Ludit qui stolida procacitate, Non est Sextius, sed Caballus) Adeo confusa est Domitii expositio, vt facilius sit ex ipsis poetę verbis, q̃ ex enarratione sensum aliquẽ aucupari Nam ex verbis ipsis hoc elici potest. Qui incõmode, & illepide iocatur, is non Sextius, sed Caballus erit, quasi ad hominem duorũ nominum alludat, quanq̃ puto hic sub esse historiã, vt in alio opere diximus Sextii videlicet, cuius inuenusta dicta, & in libro de oratore Cic. carpit. & in epistola ad Volumnium suis salibus inseri conqueritur, nisi forte magis ad Sextiũ declamatorẽ, atq; oratorẽ acerrimũ aspexit, qui sibi tantũ arrogaret, vt orationes suas disertissimorum virorum orationibus præferret: adeoq; sectabantur discipuli, vt illius declamationes ediscerent. Ciceronis vero orationes non legerent, cuius scholam cum olim Sene. intrasset: atq; ex cõsuetudine sua Sextius diceret, si Trax essem, Fusius essem. si Pantomimus essem, Bathyllus. Si equus, Melison. Exclamauit Sen. Si Cloaca esles, magna esses. Ergo ad hunc Sextiũ referre possumus sententiam poetæ, qui insipido ioco vtentem non velit Sextiũ appellari, sed Caballum, vt poeta alludens ad verba Sextii, qui dixit, si equus essem, Melison essem.

GEORGIVS

DOMITIVS.

Vuæ duracinæ.

Melimella

(HERE,)antiq; pro heri. ¶Vuæ,)duracinæ:quæ à duritie acini dictæ sunt:hæ,vt Columella,& Plinius docent:aut suspense asseruantur, aut olis conditæ vinaceis circunsumantibus. de his in distichon:Non vtilis cyathis & inutilis vua Lyæo: Sed non potanti me tibi nectar ero. ¶Melimella:)poma quædam mustea dicebantur,quòd celeriter mitescerent,eadem nouissimis temporibus dicta sunt milimella à mellis sapore. ¶Certant fauis,) sapore & dulcedine. ¶Non pira,)pira ampulacea potes intelligere:nam hæc optime seruabantur. ¶Longa religata geneGenesta. sta,)id est longis vinculis. ¶Genesta,) genesta virgulta dicuntur vnde pendentes fructus seruabãtur:vt hic. ¶Punica mala) id est granata mala. ¶Imitata breues rosas,)quæ cito occidũt vel breues, quoniam minores rosæ maioris coloris sunt: an à similitudine magis,quia vt rosæ erumpunt ex foliis: ita mala punica, quæ optima sunt cũ mitescunt,aperiantur. ¶ Fiscina,) à ferendo dicta est:vt placet Var. notum instrumẽtum. ¶Meta,) pro lacte coagulato accepta forma, vt puto metarum:nam meta in ludis instar rotundæ columnæ surgebat: in quam speciem lac coagulatũ mitti videmus. ¶Oliua de

Oliuæ picenæ

cadis picenis) picenæ oliuæ & fiducinæ cibis optime seruabãtur: tamen transmarinæ præstant.in distichis:Hæc quę picenis venit subducta tapetis Inchoat, atque eadem finit oliua dapes. ¶Nudus aper,) aper mẽsis Romanis appositus est exẽplo Rulli: qui primus aprum integrum dedit conuiuis, Pater Rulli fuit, in quem inuectus Cicero pro lege Agraria Iuuenal. Quanta est gula quæ sibi toros ponit apros: postea, & bini,& terni onerarunt mensas. ¶Nudus,) sine aliis rebus.

Nanus Pumilioné

¶Pumilione)nanos Græci:Latini dixerunt pumiliones: pumiliones nani dicuntur in delitias Romanorum:quorum puguam edidit Domitia. in spectaculis.Papinianus in Saturn. Hic audax subit ordo pumilionum. ¶Inde da.) ex apro tantum est appositum. ¶Talia facta,) id est tale scelus. ¶Caridemus,) damnatus à Domitia. dentibus apri discerptus est. ¶Lasciuos,) iocatur cum Stella: ait enim si multis versibus, & paucis scripsi lusus leonũ:& idem bis feci:potes me punire: vt apponas mihi bis leporem. ¶Maior charta,) .i. multa carmina. ¶Bis idem,)repetitis epigrãmatibus:nam hoc argumento sæpe scripserat. ¶ Edita ne breui.)breuibus libellis .i. paucis carminibus:nam liber paucorum versuum facile interit. ¶Dicatur potius τὸνδ' ἀπαμειβόμενος,)certum inquit est:non modo bis eadem scribere aliis versibus:quemadodum feci de lepore,sed etiam vti iisdem versibus si opus fuerit.vt Homerus inculcat τὸνδ' ἀπαμειβόμενος: decretum mihi est agere hoc:vt iustam,& integram libri magnitudinem absoluam.in quem fermè sensum,illud distichon exiit:Sũt bona &c. Puto hos duos versus debere hærere superioribus τὸνδ' ἀπαμειβόμενος: significat huic autem respondens quod Virgilius interpretatus est quem contra. ¶Cum dicis propero) Aedili cinædi consilium, & morem reprehendit, & impudicitiam, quia coitu iubebat pædiconam properare:consuluit Martia. si cito cupit absolui rem,hortetur potius ne properet:quia ita peraget velocius. ¶Languet,) cadit mentula. ¶Propero,) id est habeo negociũ. ¶Fac si facis) verba Aedili increpantis frigidum pædiconem:id est si vis facere, fac,& propera. ¶Rictibus his tauros) domitores leonum nõ potuerunt eripere tauros,& le pores eunt & redeunt libere. ¶Hoste) ex ore leonis. ¶ Nec nihil) id est aliquid. ¶ Refert) ex nobilitate leonis:cum celerior inde exeat: nam videtur inde sumpsisse vires. ¶ Sola arena) vbi non sunt ferę. ¶Fide) securitate,& numine, id est nõ est tutior in cauea vbi seruabãtur,quàm in ore leonis, quod cum mirum sit, dedit acumen versui. ¶Vir celtibẽris. ¶Licianum virum Celtiberum profi ciscentem in Hispaniam, tædioque vrbis se referentem ad otium carmine prosequitur tri metro in ambico, & dimetro, repetitaque locorum illorum amœnitate fastus vrbanos accusat, & probat Liciani consilium. ¶Non tacende,) id est celebrande à me, qui Celtiber sum, & à tuis popularibus. ¶Nostræ patriæ,) Hispaniæ. ¶Bilbilim altam.) edito loco conditam,& bellicosam. ¶Sacrum vada,) habentem aquas sacras,& multas. ¶Veronem,) fluuium.Vero fluuius est Cel Vero
tiberiæ,vt Ptolemæus,& Vero Veronæ
nes populi,vt Sttabo inepti homines legerunt, vada vero con iuncta dictione, cum duo sint Vada nota significatione:& Vero fluuius. ¶Effractis niuibus,) id est deliquatis niuibus. ¶Botrodi,)oppidum est pascuis, & syluis amœnum. ¶Pomona,) Dea fructuum propter vbertẽ pomorũ,q̃ illic sunt. ¶Tepida lene Cõgedi vada.) Lene,seniter.Cõged⁹, fluuius. ¶Remissum) corruptum .i.resolutum. ¶Salone)Salo fluuius est cuius temperatum ferrum optimũ est. Corpus relaxatur aquis calidis,frigidus astringitur.

¶AVT imitata breues puni GEORca mala rosas,)imitarí mala pu GIVS,
uica rosas dixerim quoniam, germinationis vt scribit Plinius rosa inclusa generoso cortice: quo mox intumescente, & in virides alabastros fatigato paulatim rubescens dehiscit, ac se pãdit in calices medios, vix tãtum complexa luteos apices: quę ordinem atque morẽ dum florescũt mala punica imitanẽ matureſcentia:item ruborem quemadmodũ rosarũ referre videtur,nec statim lãguescũt vt rosæ,sed diutius durãt.hæc ille. ¶Me Meta.
tas,)non memini me legisse talem metam in ludis surgere. præterea quis vnquam dixit rotundam columnam, quæ ferè oblonga manet?Sed & Plinius.figuram metalam mucrone semper deiici inuerso turpitudini similem scribit qua forma etiam ætate nostra rustici lac coagulatum in vrbes deferunt.hæc ille.

¶Voberta

Et positum est nobis nil here, præter aprum.
Non quæ de tardis seruantur uitibus uuæ,
Dulcibus aut certant quæ milimella fauis.
Non pira, quæ lenta pendent religata genesta,
Aut imitata breues punica mala rosas.
Rustica lactantes, nec misit fiscina metas,
Nec de picenis uenit oliua cadis.
Nudus aper, sed & hic minimus, qualisq; necari
A non armato pumilione potest.
Et nihil inde datũ est, tãtum spectauimus omnes
Ponere aprum nobis, sic & arena solet.
Ponatur tibi nullus aper post talia facta,
Sed tu ponaris, cui Caridemus, apro.

45 Ad Stellam. 101.

Lasciuos leporum cursus, lususq; leonum,
Quòd maior nobis charta, minorq; gerit,
Et bis idem facimus. nimium si Stella uidetur
Hoc tibi, bis leporem tu quoq; pone mihi.

46 De Libro suo. 102

Edita ne breuibus pereat mihi charta libellis,
Dicatur potius τόνδ' ἀπαμειβόμενος.

47 Ad Aedilum. 103

Cum dicis propero, fac si facis, Aedile, languet
Protinus, & cessat debilitata Venus.
Expectare iube, uelocius ibo retentus.
Aedile si properas, dic mihi ne properem.

48 De Leone, & Lepore. 16

Rictibus his tauros non eripuere magistri,
Per quos præda fugax, itq; reditq; lepus,
Quodq; magis miror, uelocior exit ab hoste,
Nec nihil à tanta nobilitate refert.
Tutior in sola non est cum currit arena.
Nec caueæ tanta conditur ille fide.
Si uitare canum morsus lepus improbe quæris,
Ad quæ confugias ora leonis habes.

49 Ad Liciam de Hispaniæ locis. 17

Vir celtibẽris non tacende, gentibus,
Nostræq; laus Hispaniæ,
Videbis altam Liciane Bilbilim
Equis, & armis nobilem,
Sterilemq; canum niuibus effractis sacrum
Vada Veronem montibus.
Et delicati dulce Botrodi nemus,
Pomona quod felix amat.
Tepida natabis lene Congedi uada,
Mollesq; nympharum lacus,
Quibus remissum corpus astringes breui
Salone, qui ferrum gelat.

DOMITIVS.

Voberta Illece. Nemeta

(Voberta)sylua,& villa.Frangens,)acerbus. ¶Illece)fons nobilis nomine prouinciæ: vnde portus Illecetanus. ¶Nemea,) fons qui frigiditate superat niues. ¶Mugiet,)insonabit. ¶Tarrachonis,Tarracho nobile oppidum,& vino,& præstantia virorum,portu tamen caret. ¶Laletaniam)Laletania prouincia est corrupto verbo apud Strabonem. ¶Apros vernos,)natos illic,& ante ianuã. ¶Rumpes,) superabis laxando equo. ¶Forti,)id est veloci. ¶Lunata nusquam pellis,)id est nusquã videbis nobiles:nam calceis lunatis vtebantur nobiles.Iuue. Nobilis & generosus Appositam nigræ lunam subtexit alutæ. Formam autem Lunæ gestabant nobiles, vt Castor scribit, indicantes post mortem lunã fore sub pedibus.præterea multæ causæ afferũtur,sed hæc maxime placet,quã Plutar.exponit in quæstionibus, quòd scilicet fuerit id institutum Euandri,& Arcadum,qui cum à Luna se oriundos dicant, & lunares appellentur,ortum indicãt calcei figura: quemadmodum nobiliores Romani secuti sunt declarantes se ab Euandro rectã stirpe oriundos. ¶Liburnũ) genus vehiculi erat & præco Liburnus:hic pro præcone.Iuuen.Primus clamante liburno Currite iam sedit rapta properabat abolla. ¶Cliẽs querulus,) quia semper queruntur clientes. ¶Pallidus,)timore. ¶Mercetur,)id est emat alius laudẽ, & sapientiam. ¶Miserere felicium,)id est istorum,qui se putant felices. ¶Sura,) causidicus fuit,& amicus Martialis. Palphurius Sura dicebatur, cuius meminit Tranquillus in vita Domitiani:& Plinius in epistо. & Martialis alibi. ¶Non impudenter,)sensus est. Non immerito otium debet suas partes vendicare,cum fama suas partes est assecuta,& ita laudat Licianum:qui cum sit famam assecutus:merito otium,& quietem petit. ¶Si tibi Mystillus,) Aemilianus coquum suum appellauerat Mystillum,à ταραττάλλω,quod est tenuiter incido,versus est Homeri in ilia.cuius initium est μύγιλλον ταραττάλλω,quem locum ita trãstulit Virgilius. Pars in frusta secant,alludens igitur ad initium carminis Homeri ait,si tu appellas coquum Mystillon, ego deinceps appellabo Tarataltalla, quòd in carmine sequitur,secabant autem alia, hoc est secabant in frusta alia,sed iocus est ex voce dictionũ Homeri,quia ita subsequũtur Mystillon Tarataltalla in Ilia.& Odyssea idem est carmen. ¶Non facit,)de lepore iterũ ambitiose,qui quæ

Liburnũ

Sura

Palphurius

Taratalla

Præstabit illic ipsa fingendas propè
Voberta prandenti feras.
Aestus serenos aureo frangens Tago
Obscurus umbris arborum.
Auidam rigens Dircenna placabit sitim,
Et Nemea, qui uincit niues.
At cum December canus, & bruma impotens
Aquilone rauco mugiet,
Aprica repetes Tarrachonis littora,
Tuamq; Laletaniam.
Ibi illigatas mollibus damas plagis
Iactabis & uernos apros,
Leporemq; forti callidum rumpes equo
Ceruos relinques uillico.
Vicina in ipsum sylua descendet focum
Infante cinctum sordido.
Vocabitur uenator, & ueniet tibi
Conuiua clamatus propè
Lunata nusq̃ pellis, & nusquam togæ
Olidæq; uestes murice.
Procul horridus Liburnus, & querelus cliens,
Imperia uiduarum procul.
Non rumpet altum pallidus somnum reus,
Sed mane totum dormies.
Mercetur alius grande, & insanum sophos,
Miserere tu felicium,
Veroq; fruere non superbus gaudio,
Dum Sura Laudatur tuus.
Non impudenter uita, quod reliquum est, petit,
Cum fama, quod satis est habet.

50 Iocus ex Homero in coquum 18.

Si tibi Mistyllus coquus Aemiliane uocatur,
Dicetur quare non Taratalla mihi?

51 Ad Leporem. 19

Non facit ad sæuos ceruix nisi prima, leones,
Quid fugis hos dentes ambitiose lepus?
Scilicet à magnis ad te descendere tauris,
Et quæ non cernunt, frangere colla uelint.
Desperanda tibi est ingentis gloria fati,
Non potes hoc tenuis præda sub hoste mori.

52 Quintianum facit assertorem. 20

Commendo tibi Quintiane nostros
Nostros dicere si tamen libellos
Possum, quos recitat tuus poeta,
Si de seruitio graui queruntur,
Assertor uenias, satisq; præstes,
Et, cum se dominum uocabit ille,
Dicas esse meos, manuq; missos.
Hoc si terq; quaterq; clamitaris,
Impones plagiario pudorem.

53 Ad Fidentinum. 21.

Vna est in nostris tua Fidentine libellis
Pagina, sed certa domini signata figura.
Quæ tua traducit manifesto carmina furto,
Sic interposito uilis contaminat uncto
Vrbica Lingonicę Tyriathina bardocucullus.
Sic Aretinæ uiolant crystallina testæ.
Sic niger in ripis errat cum forte Caystri,
Inter ledæos ridetur coruus olores.

ris laudem ex pugna, & fuga cum Leone. ¶Non facit,) non conuenit,& placet. ¶Nisi prima,)id est maxima. ¶Ingentis fati,)id est mortis à leone. ¶Cõmendo,)ad Quintianum conqueritur de recitatione suorũ carminum, qua Fidentinus volebat videri poeta,quem appellat plagiarium,qui liberos, libellos,& emissos pro suis tan- Plagiarius
quam seruos vendat. Plagiarius est,qui hominem liberum pro seruo vendit,cuius rei pœna erat sancita lege Fania. ¶Præstes)defendas,& tuearis,est verbum legis. ¶Plagiario,) qui liberos libellos à nobis manumissos pro suis tenet, & quasi in seruitutem trahit. ¶Vna est in nostris,) Fidentinus insertis carminibus Mar.versus edebat volebatque videri poeta,vt supra. Ait autem poeta dignosci versus Fidentini: peiores q; videri vicinitate carminis Mart. quod per multas similitudines, & exempla ostendit. ¶Signata) quasi stigmate. ¶Domini) quia versus tui cognoscuntur inter meos,nam peiores sunt,tractũ ab opificibus quorum opera signo impresso dominum profitentur. ¶Traducit,) accusat. ¶Bardocucullus,) vestis erat Bardocu-
Gallica grossioris fili facta com cullus.
positione ex bardis qui poetæ sunt Gallicani,& Cucullo. Cucullus
cullus enim vestis grossior capiti etiam tegendo apta. Bardi ité Bardi.
cũtur stulti apud Gallos,vt possit accipere Bardocucullum vestem Gallicam fuisse plebis, & viliorum hominum, vt in distichis. Gallia Sanctonico vestitte Bardocucullo Cercopitheco
rum penula nuper erat. ¶Lin- Lingones
gonicus,)Gallicus,nam Lingones sunt populi Gallię ¶Tyriã Tyrianthina.
thinæ vestes pretiosissimi erãt coloris,compositum est à Tyriis,quæ purpuræ erant,& lanthinus.Ianthinæ autem dicebãtur violaceæ,vt vno verbo dixerit Mar.Tyrianthinas, quas Plin.purpura violacea tinctas scribit. ¶Vrbica tyrianthina).i. vrbanas vestes. ¶Arretinæ testæ,) Arretium in Italia testis, Surrentum calicibus terram aptam habebant: vt Samus vasis cibariis,author est Pli. alibi idem stichis: Arretina nimis ne sperãs vasa monemus. Lætus erat thuscis Porsena fictilibus. ¶Sic ridetur,)vt deridentur tua carmina inter mea. ¶Caystер,) flu Caystер
uius Asiæ,qui multas aues deferens præter Asiam paludem labitur,& Ephesum abluit,illic multi sunt cygni.Virg. Atque Asia circũ Dulcibus in stagnis rimantur prata Caystri. ¶Ledæos olores) Ledęos,quoniam Iupiter in forma cygni cum Leda concubuit. Papi. amycleos, dixit. Amyclæos ad frænа citauit olores.

DOMITIVS. Philomena

¶Qvereclas Ce.)Philomelæ lugentis filiũ. ¶Atthide)Philomela,quæ attica & tragœdia est apud Græcos Philocris,cuius memi nit Macro.ea cõplexa Philomelæ fabulã Atthis inscribit, hoc est Philomela filia Pãdioris Atheniẽsis.¶Feruet)celebrat.¶Indice)tu nõ eges accusatore aliquo,qm̃ versus tui cõiũcti meis idicãt te fu rẽ,index cõscius rei socios accusat,atq; id clã, accipit nõnũq; pro delatore.¶Vindice)vindices q vindicant.i. asserunt aliquem e seruitute, vt hic de carmine quod Fidentinus pro suo possi debat,cum esset liberum:vnde supra Plagiarius est dictus. ¶Si quid Fu.)puto ad Corn. Fuscũ hoc scriptum epigramma: qui præfectus cohortium ptoriana rum in Dacis occubuit.magna erat apud Do. authoritate alibi.Ille sacri lateris custos martisq; togati.& Iuue. Qui vulne rib⁹ seruabat viscera datis.Fusc⁹ hunc rogat,vt se ascribat nume ro suorum amicorũ,neq; asper netur quãuis nouus sit, nam in parando amico inspiciendum est,non an sit nouus,sed an fieri possit vetus amicus, hoc est an sit permansurus in fide, qua si velit indicare multos,qui Fuscum amare videbantur sequi fortunam potius q̃ officium. ¶Vnum locum,)in amicitia,in tanta amicorum multitudine. ¶Siqua,) qua parte vacas ama ri, id est si in aliqua parte tibi locus vacuus est, vt ameris & à me.¶Hoc,)quia fuerũt. ¶Vota tui,) Faustus Vrbanos damnat laudans otium: infelicesq; putant qui vt bis tædia possunt ferre. ¶Fronto,) huius meminit Tacitus, quẽ non mo do Domi.tẽporibus,sed & Ne ro.fuisse testatur,& apud Iuue. Frõtonis platani. ¶Clarum mi litiæ & togæ,) id est Frõto uir præclarus,& domi,& foris. Vo ta hæc sunt: optat habere rus paruum,quod ipse amet.Iuue. Viue bibẽtis amans, & culti vil licus horti. ¶Otia sordida,) carentia luxu,& splendore. ¶Fri gora saxi spartani).i. ædes potentiorũ ornatas marmore laconico, quod & pretiosissimũ, & viriditare cũctis hilarius seri. Plin.¶Picta,)nam vera perinde ac dictura distinguitur marmor laconicum,vel certe quoniam cum Phrygio coniungebatur ad colorum, & picturæ varietatem,Papi. Vixq; locum Eurotæ viridi, quem regula ló ga Sinada distinctam variat. & Plin.35 natu. Histo. scribit inuentum etiam esse,vt marmora pingerentur de quo is loqui tur poeta: ita intelligẽs de omnibus ædib⁹ potẽtiorũ. potes & de porticu Octauiæ intelligere:in qua Batracus & Saurus Lacones tẽpla struxerũt magna spe,& vt eorũ noibus porticus dicaret, qđ nõ sunt assecuti sed tñ se artifices fuisse declarantes ranã,& la certã in epistolis sculpserunt vt rana græce Batrachũ mdicaret,at lacerta Saurum.¶Aue.).i.summo mane salutat,nã Romani sum mo mane salutabantur à clientibus,& vilioribus personis. Iuue. Solicitus ne Tota salutatrix iam turba peregerit orbem.¶Quis quam,)ésne aliquis qui hæc præferat,id est domos frigidissimas marmoribus.¶Cui licet,)id est qui potest.¶Cado rubro,) à colo rẽ testæ & cadi in distichis.Si spumet rubra conchis tibi pallida testa.¶Pinguis,)sine curis.¶Inæquales mensas,)sine ordine. ¶Et cui non emptus cinis,)id est focus non emptus: nam ligna emebantur,vt.Iuuena.meminit. Et panis, fumusque domi.¶Albus) sollicitus,& anxius,alibi timentem,& anxium album dixit.¶Cõtinuis,) hoc epigramma scribit autumnali tempore inter multos imbres iocans, ait enim vinum ita iam mistum esse: vt capuo,qui nunquã vendit merum,sed semper miscet, etiam si velit, non possit merum, id est purum vendere, exponesipse.Vt cuperes, id est etiam si cuperes vt alibi idem velit, id est si etiam velit,vel (quod magis placet)hoc distichon dicitur in cauponem Rhauennatẽ in quem alibi. Callidus imposuit nuper mihi caupo Rhauennæ.Cum peterem mistum,vendidit ille merum,& subiiciatur hoc distichon post illud, & insultet poeta cauponi, qui iam non poterit vẽdere merum,vt cuperet.¶Qualem)laudat medíocritatem,vult enim puellã, quæ non sit nimis facilis, neo nimis difficilis. ¶Cruciat,) id est retinẽdo me.¶Milia pro pue.) in Phœbum Draucum, qui cõductus ad Hispidos rem fecerat:nuper emerat magno prætio puerum:quem Mar.ob estimationis magnitudinẽ non aussus est mercari.¶Mango,) mangones custodes, & venditores piterorum à Græcis Hippocomi,ab equis tantum ordinandis, nos mangones à manu & ago,id enim est pollire, quod & rebus omnibus conuenit, & mangones faciunt, vt carius vẽdant.Plato in Gorgia. & Quinti.author est,vnde mangonizare expolire dicimus, & proprie in rebus,quas vendibiliores facere volumus.Plin.fundũ mangonizatum dixit. & Varro piscinas.¶Sed Phœbus) & Phœbi cuiusdam liberti meminit Tacitus,sed alius hic est.¶Hoc quod non emerim,)Mecum tacite conquerĩtur.¶In inuidiam meam,)id est meum contemptum,& odium,verba.Mar.ad mentulam.¶Da tu hoc)vt qui dam.20.sextertia opera tua,vt ego pluris emã, quod non erat bene mentulatus. poeta alibi. Iam scio me nudum displicuisse tibi.¶Dat Baiana,)dabantur sportulæ à diuitibus cum aliis clientibus,tum his qui vnà lauabantur, quas sustulit Domitia. & iussit non sportulam cliẽtibus,sed cœnam eadem mensa dari.Suetonius de Domitia. Sportulam publicam sustulit: reuocata cœnarum rectarum cõsuetudine.Nero autem subIatis cœnis,olim sportulam instituerat,sed scribente hic poeta nondum Domi.eas sustulerat.sportula hæc ex balneis centũ quadrantes,sublatis sportulis balneorum clamat Mar.præ lętitia.Cẽtum Miselli iam valet quadrantes Anteambuloni congiarium lassi.Quos balneator diuidebat Elixus,regis superbi sportulę re cesserũt.¶Sportula Baiana).i.sportula quæ in balneis dabatur. Baiana quasi optima lauatione.Nam Baiis optimæ aquæ ad lauandum.¶Ista fames).i.centum quadrantes & parua ista sportula, quæ me non satiat esurientem.¶Inter delitias,)id est inter delicatas lauationes.

Sic ubi multisona feruet sacer * Atthide lucus,
Improba cecropias effundit pica querelas.
Indice non opus est nostris,nec uindice libris,
Stat contra,dicitq; tibi tua pagina,fur es.

54 De amicorum ~~radicto~~ 22

Siquid Fusce uacas adhuc amari:
Nam sunt hinc tibi,sunt & hinc amici:
Vnum,si supereſt,locum rogamus.
Nec me,quod tibi sim nouus,recuses,
Omnes hoc ueteres tui fuerunt.
Tu tantum inspice,qui nouus paratur,
An possit fieri uetus sodalis.

55 Ad Frontonem de uoto uitæ suæ. 23

Vota tui breuiter si uis cognoscere Marci
Clarum militiæ Fronto,togæq; decus,
Hoc petit esse sui,nec magni ruris arator:
Sordidaq; in paruis otia rebus amat.
Quisquam picta colit Spartani frigora saxi,
Et matutinum portat ineptus aue.
Cui licet exigui nemoris,rurisq; beati
Ante focum plenas explicuisse plagas.
Et piscem tremula salientem ducere sera,
Flauaq; de rubro promere mella cado.
Pinguis inæquales onerat cui uillica mensas,
Et sua non emptus præparat oua cinis.
Non amet hanc uitã,quisquis me nõ amat,opto.
Viuat & urbanis albus in officiis.

56 Ad Cauponem. 24

Continuis uexata madet uindemia nimbis,
Non potes,ut cuperes,uendere Caupo merũ.

57 Ad Flaccum. 25

Qualé Flacce uelim quæris,nolimúe puellam?
Nolo nimis facilem,difficilemq; nimis.
Illud,quod mediũ est,atq; inter utrũq; ꝓbamus,
Nec uolo,quod cruciat,nec uolo quod satiat.

58 De pueri pretio. 26

Millia pro puero centum me mango poposcit.
Risi ego,sed Phœbus protinus illa dedit.
Hoc dolet,& q̃rit,dolet hoc mea métula mecũ,
Laudatur q; meam Phœbus in inuidiam
Sed sestertiolum donauit mentula Phœbo
Bis decies,hoc da tu mihi,pluris emam.

59 Ad Flaccum de ~~Sportula~~. 27

Dat Baiana mihi quadrantes sportula centum
Inter delitias quid facit ista fames?

¶Lupus

DOMITIVS

¶Lvpvs & Gryllus balnea habebãt meritoria,& publica pauperibus,accommodata.¶Intres ampla,)id est magna.¶Vacuo dẽte,)qa nihil haberet intra dentes,vt neq; armos, neq; tergũ habet in q̃ ruat.¶Vbi figet vulnera iuuencorum).i.quæ solet figere in iuuẽcis,& tauris.¶Vero,)Trimeter & dimeter iambicus assignat suam patriã poetis:vt Canium,Decianum, Licianũ & se Hispanos celebret. ¶Docti vatis,)Catulli. ¶Syllabas,)numeros,& versus. Catullus Veronæ natus est,vt Eusebius.Ipse tamen dicit Sermionem peninsulã lacus Benaci in agro Veronẽsi esse sibi patriã. Virgilius natus in Andevicino: vt Euse. testatur, iuxta Mantuam,vnde emendauimus deprauatum Silii carmen in octauo:Mantua musarum domus: vsq; ad sydera cãtu Euecta Andino:nã Achiuo & Aonio mendose erat scriptũ pro Apdino, ita enim carmen Virgilianum Andinam dixit Sil.ab Ande patria poetæ,vt Virg. Chalcidicũ Euphronis,& Siculũ Theocriti cæcis.¶Apponi,)Apponum locus iuxta Patauiũ,vbi nunc balnea.meminit Hosti. Claudianus.¶Censetur,) in pretio est: nam qui erant in cẽsu, nobiles: qui non,ignobiles.vnde censeri in pretio esse.¶Stella,) non Parthenopæus,vt quidam male interpretari Papinium aiũt, sed Patauinus poeta fuit, nam versus de Neapoli ad Violentillam refert Papi. quemadmodum docuimus,cum syluas interpretaremur. A te.i. Violantilla, nascẽte gremio mea prima recepit Parthenope. ¶Flacco,)Valerio Flacco.alibi:Flacce Antenorei spes & alumne laris.¶Apollodoro,) Apollodori.6.fuerunt:primus Athenien sis comicus,alter Gelosus: cuius comœdiæ erant Philadelphi Sisyphus. tertius Transensis tragicus. quartus Athenien sis.Item grãmaticus discipulus Aristarchi. quintus Pergamenus rhetor: præceptor Calidii, & hic Augusti.& sit sextus qué nominat Martia.¶Nasones)natus in Pelignis Naso.Item meminit alterius Corn.T.¶Emerita,)Augusta dicebatur oppidum Hispaniæ.¶Bilbilis,) ciuitas in Celtiberia patria Martialis.¶Casta nec)Leuina venerat castissima vxor,sed dum vagatur modo Bais, modo ad Lucrinum in adulteri amoré inclidit,quem secuta est relicto cõiuge: ait ergo poeta Leuinam venisse castissimam: sed abiisse meretricem,atq; ita ridet vrbis mores, quos Satyra infectatur, Iuuena vbi ait.Et rusticã mulierem theatralibus ludis facile corrumpi posse. Sabinæ,& Patauinæ mulieres habitæ sunt exempla castitatis: de Patauinis Plinius in epist.¶Penelope)vxor Vlyssis, quę castissima,cuius pudicitia à procis non potuit corrumpi. ¶Helene:) meretrix. ¶Cum dixi ficos) ostendit ficum

Catulli patria

Virgilii patria Andes

Censeri

Stella

Apollodorus

Naso

Bilbilis

Penelope

Redde Lupi nobis,tenebrosaq; balnea Grylli.
Tam male cũ cœnem,cur bene Flacce labor?

60 De Lepore,& Leone. 28

Intres ampla licet torui lepus ora leonis,
Esse tamen uacuo se leo dente putat.
Quod ruet in tergũ,uel quos pcũbet in armos.
Alta iuuencorum uulnera figet ubi?
Quid frustra memorem dñm, regemq; fatigas?
Non nisi delecta pascitur ille fera.

61 Ad Licianum ~~scriptores unde~~. 29

Verona docti syllabas amat uatis.
Marone felix Mantua est.
Censetur Apponi Liuio suo tellus.
Stellaq;,nec Flacco minus.
Apollodoro plaudit imbrifer Nilus.
Nasone Peligni sonant.
Duosq; Senecas,unicumq; Lucanum
Facunda loquitur Corduba.
Gaudent iocosæ Canio suo Gades,
E merita Deciano meo.
Te Liciane gloriabitur nostra,
Nec me tacebit Bilbilis.

62 De Leuina casta,& ad Baias adultera. 30

Casta,nec antiquis cedens Leuina Sabinis,
Et quanuis tetrico tristior ipsa uiro.
Dũ modo Lucrino,modo se permittit Auerno,
Et dum Baianis sæpe fouetur aquis.
Incidit in flammas,iuuenemq; secuta relicto
Coniuge,Penelope uenit,abit Helene.

63 Ad Celerem. 31

Vt recitem tibi nostra rogas epigrãmata,nolo,
Non audire Celer,sed recitare cupis.

64 Ad Fabullam ambitiosam in laude. 32

Bella es,nouimus,& puella,uerum est.
Et diues,quis enim potest negare?
Sed dum te nimium Fabulla laudas,
Nec diues,neq; bella,nec puella es.

65 Ad Cecilianum de ~~g. & d. ficus~~. 33

Cum dixi ficus,rides quasi barbara uerba,
Et dici ficos Ceciliane iubes.
Dicemus ficus,quas scimus in arbore nasci,
Dicemus ficos Ceciliane tuos.

66 Ad furem de libro suo. 34

Erras meorum fur auare librorum,
Fieri poetam posse qui putas tanti,
Scriptura quanti constet, & tomus uilis.
Non sex paratur,aut decem sophos nummis.
Secreta quære carmina,& rudes curas,
Quas nouit unus,scrinioq; signatas
Custodit ipse uirginis pater chartæ,
Quæ trita duro non inhorruit mento,
Mutare dominum non potest liber notus,
Sed pumicata fronte siquis est nondum,
Nec umbilicis cultus,atq; membrana,
Mercare tales ideo nec sciet quisquam,
Aliena quisquis recitat,& quærit famam,
Non emere librum,sed silentium debet.

Naso Pliniu⁹ in epist. ¶Cum dixi ficos) ostendit ficum duo significare, & morbũ qui nascitur ex nimio pruritu, & fructum, sed tãtum genere diffe rre,quoniã pro fructu fit generis fœminini,pro morbo masculini.Hoc epigrãmate vtit te stimonio Prisci. licet à nõis redarguatur.¶Erras)in Celerem & Fidentinum hoc potest dictum videri, quorum vterque poetæ carmina pro suis vsurpat, vt supra questus est poeta. ¶Tomus,)grossior papyrus est vt & ex lino vel farciendum tomentum appellamus, cum enim conficeretur papyrus,deligebantur subtiliores partes, quæ pretiosæ, modo Augustæ, Fannanæ, modo aliter dictæ sunt, grossiores partes abscissas tomos appellabant: nam τέμνω latine incido.¶Sophos)Iaus doctrinæ: nam Græci doctum eo verbo laudant σοφόν, id est doctus est.hanc vocem neutro genere protulit Martia. Quære carmina secreta quæ non cognoscuntur mea,nam deprehẽderis.¶Curas rudes,)id est nouos versus.¶Pater chartæ virginis,)id est author.Charta virgo dicebatur,quæ nondum edita erat,vt virgo quæ nondum peperit.Chartæ virginis,)id est noui libelli nõdum editi.¶Mẽto duro)hoc alibi Martialis,vbi indicat chartam,quæ à frequẽti lectore habetur in manibus horridam fieri mento, hoc est effici pilosam, & barbatam, dum vsu attritur.In Distichis. Ne toga barbatos faciat vel pe nula libros.¶Quæ nõdum horruit mento,) id est quæ nondum vsu attrita barbam emisit,nam horrere mento, id est emittere barbam.

Tomus

Sophos

Charta virgo

Horrere pilis

Horrere mento

GEORGIVS.

¶Emerita Deciano,)Plinius citeriorem Hispaniam in conuentus tres diuidit Emeritensem,Pacensem,& Scalabolitanum,in quibus essent coloniæ,municipia,& oppida veteris Latii, Emeritamq; coloniã fuisse,nec municipium ne oppidum,quando hæc inter se plurimum differant. Diony. vero tradit quo tempore Cæsar Augustus Cantabris, & Asturibus deuictis in Italiam redirent finito bello cantabrico, reliquisse milites, qui supra ætatem forent, atq; concessisse ipsis, vt in Lusitaniam Augustam Emeritam conderent, appellata à cõditoribus,& Augusto.¶Et tomus) vt tomõ appellabãt Græci particulas librorum abscissas velut volumina qua inscriptio ne notati sunt Hermogenis libri. Hieronymus proptie tomos volumina interpretatur. Quare rectius dixerim, tomũ accipi pro particula libri,quàm pro crassiore papyri parte.

DOMITIVS. Liber

¶Liber,) liber significat hominem liberi animi: qui nemini parcit,& liber significat hominem sine negotiis. Hac verbi allusione deridet Chærulum. ¶Nimium liber homo.) id est nimiũ liberi animi, qui nemini parcis. ¶In te qui dicit Chærule liber homo est,) id est sine negotiis, quia non es dignus reprehensione alicuius,sed omnino continendus. ¶Quicquid agit Rufus) meretricio amore ardebat. ¶Næuia,)erat quæ amabatur, torquebatq; Rufum,dum pretio corrupta mũdo hunc, modo illum sequebatur, Deridet poeta Rufum,qui nõ aliter de Næuia loquebatur, & cogitabat quàm si speraret se voto potiturum. Ait enim non est vna,sed est multiplex,dũ multis seruit,vt non possit sperare se vnum habiturum illam in potestate.Eodem est argumento infra epigrãma, vbi Rufum frustra expectantem Næuiã deridet.¶Quicquid agat Rufus) loquebatur de Næuia ¶Propinat,) propinabant amico, cum ad poculum conuiuam inuitabant,vt illud Iuuena. Quando propinat Virro tibi, ppinabant, item cum amico absente nominato bibebant. Socrates apud Pla. Hoc poculum Criciæ propino. ¶Vna est,) in ore Rufi. ¶Demisso vultu.)id est conniuentibus oculis. ¶Nõ vna est,) sed publica & multiplex,conducitur enim à multis. ¶Cepit maxima) Terentos locus in cãpo Martio dictus,quòd ara Dis patris,& Proserpinæ ibi terra conderetur.historiam habes apud Valerium Maximũ quo modo sit dicatus, huius loci meminit Papi. Aut instaurati peccauerit ara Terenti. Alibi etiam Martia Terrestria numina vt Bacchus,Pan.Satyri,Fauni in delubro Plutonis collocabantur,qui terræ Deus est quẽ admodum cœlestia in templo Iouis,marina in templo Neptuni.Statua itaque Panos erat ad Terentum iuxta arã Ditis:Canius perpetuo risu agitabatur, quod Martia alibi iocando indicat vbi post longas interrogationes qd̃ ageret Canius subdit,ridet Pan.& Satyri risu perpetuo lasciuiũt.cum velit itaq; ridentem Canium deridere ait non ostendi amplius in Terento statuam Panos,quæ, vt dixi, habitu ridẽtis figurabatur, sed Caniũ qui æque ridet,ac Pan. ¶Vade salutatum,) tædio lustrandæ vrbis ad peragẽdas salutationes mittit librum,quem suo nomine iubet salutare Proculum amicum, simul nũciare causam,quare ipse non saluter. ¶Pro me.)meo loco. ¶Lares,) ædes Proculi.¶Castora,) id est templum Castoris,& Pollucis, quod in foro erat, & quanuis geminis fratribus esset dicatũ vnius tantum Castoris dicebatur.¶Vestæ,) templum Vestæ non procul erat à Palatio,quod illo,Pulchrius an tacita vigilet face troicus ignis: Atque exploratas iam laudat Vesta ministras. ¶Domum virgineam,) id est templum Palladis,quod erat iuxta Palatium. Papinius de statua Domitiani: Lęua Tritonia virgo Nõ grauat.¶Sacro cliuo)colle.¶Summi ducis,) Domitiani. De statua equestri intelligit, de qua Papinius in prima sylua: Mirus colossus radians & splendens. Quæ molles gaudet,& gloriatur.¶Opus rhodium,)id est colossum,qui erat.70.cubitorum altitudine opus Charis.multa Plin.de hoc.¶Lyci.)id est Bacchi.¶Picto stat Corybante Tholus,) id est templum Cybelis. ¶Stat)effectum est.¶Corybante,)sacerdote.¶Puro,)castrato vel picto varietate vestium. ¶Ianua patet,) apertis foribus nulla ianua benignior, & hospitalior est, & præsertim doctis. ¶Propior,) nulla est vicinior. ¶Quam,)domum Phœbus,& musæ amant. ¶Sic licet excuses) .i. sic potes me excusare. ¶Salutator,) qa si Martialis esset occupatus in salutandis amicis non scriberet hæc.¶Qualicunq; sunt) .q.d. melius putat scribere carmina in otio q̃ salutare.¶Næuia sex,) sodalicium est,& solutus potus, qué cũ antiqui agebant coronati numeratis literis nominum amicarũ tot cyathos hauriebãt.Papinia. hũc morem tetigit.Horat aper tius in carminibus. Por. interpres cumulatissime.nunc cauillatur in meretrices,quarũ perfidiã indicat.Ita enim bibit, ac si aliqua pollicita esset se vẽturam,cum nulla veniat multis trientibus siccatis somnum petit.Næuia habet sex literas ex diphthongo.¶Bibamus sex cyathos,) in honorẽ Næuiæ. ¶Tu mihi somne,) poetæ somnum aliquando carmine aduocant, vt Ouidius,& Papinius. ¶Nostris versibus,) Aegle caret dentibus,& dentata videbatur emptis dentibus ebureis. ¶Indico cornu) id est ebore vel elephante indo. ¶Moro cadente,)moro præmaturo. ¶Cerussata,) id est candidata. Cerussa, ochra inter colores fictitios ponuntur à Plinio,hic palor & cãdor vel statuis,vel mulieribus parabat.¶Placet sibi,) id est videtur candida. ¶Hac ratione).i.alienis crinibus emptis poteris videri comatus.¶Nullus,)Cecilianus habebat vxorem quam nolebat ab vllo tangi,& erat turpis,adhibuit custodes,ac si esset pulchra.eum deridet,quia conduxit fututores, cum adhibuit custodes, nam à custodibus conductis futuebatur.¶Dum licuit).i. dum poterant.idem notat Iuue. Pone seram,cohibe, sed quis custodiet ipsos Custodes?cauta est, & ab illis incipit vxor. ¶Gratis) hoc verbum indicat de custodibus conductis intelligendum, qui iam non gratis futuunt, cũ sint mercede conducti, alter sensus non placet,vt dicas illud Nititur in vetitum & cætera.

* alias mirror radiata colore

Propino

Ceruſſa Ochra

Custodes

¶Mœchus

67 Ad Chærulum, 35

Liber homo es nimiũ dicis mihi Chærule semp.
In te qui dicit Chærule,liber homo est.

68 De Rufo & Næuia. 36

Quicquid agit Rufus nihil est,nisi Næuia Rufo
Si gaudet,si flet,si tacet,hanc loquitur.
Cœnat,propinat,poscit,negat,innuit,una est
Næuia,si non sit Næuia,mutus erit.
Scriberet hesterna patri cum luce salutem,
Næuia lux,inquit,Næuia numen aue.
Hæc legit & ridet demisso Næuia uultu,
Næuia non una est,quid uir inepte furis?

69 Ad Maximum. 37

Cepit Maxima Pana,quæ solebat
Nunc ostendere Canium,Terentos.

70 Ad librum. 38

Vade salutatum,pro me liber ire iuberis
Ad Proculi nitidos officiose lares.
Quæris iter? dicam,uicinum Castora canæ
Transibis Vestæ,uirgineamq; domum.
Inde sacro ueneranda petes palatia cliuo
Plurima qua summi fulget imago ducis.
Nec te detineat * miri radiata colossi,
Quæ Rhodium moles uincere gaudet opus.
Flecte uias hac,qua madidi sunt tecta Lyæi,
Et Cybeles picto stat Corybante Tholus.
Protinus à læua clari sub fronte penates,
Atriaq; excelsæ sunt adeunda domus.
Hanc pete,ne metuas fastus, limemq; superbũ,
Nulla magis toto ianua poste patet.
Nec ppior quã Phœbus amat,doctæq; sorores.
Si dicet,quare non tamen ipse uenit.
Sic licet excuses,quia qualiacunq; leguntur
Ista,salutator scribere non potuit.

71 Ad Somnum. 39

Næuia sex cyathis,septem lustina bibatur,
Quinq; Lycas,Lyde quattuor,Ida tribus.
Omnis ab infuso numeretur amica falerno,
Et quia nulla uenit,tu mihi somne ueni.

72 Ad Fidentinum. 40

Nostris uersibus esse te poetam
Fidentine putas,cupisq; credi?
Sic dentata sibi uidetur Aegle,
Emptis ossibus,indicoq; cornu.
Sic quæ nigrior est cadente moro,
Cerussata sibi placet Lycoris.
Hac & iam ratione,qua poeta es,
Caluus cum fueris,eris comatus.

73 Ad Cecilianum. 41

Nullus in urbe fuit tota,qui tangere uellet
Vxorem gratis Ceciliane tuam,
Dum licuit,sed nunc positis custodibus,ingens
Turba fututorum est,ingeniosus homo es.

DOMITIVS.

¶Mœchvs Erat,) Paula cum olim haberet virum, faciebat sui copiam adultero, nunc sublato viro nupsit ei qui olim erat adulter. Accusat Martialis vtrunque Paulæ factum, & q̃ olim adulterum haberet, & quòd nunc necato coniuge cũ habeat virum. ¶Mœcus erat,) qui tibi est nunc vir. Nunquid potes hoc negare? quasi velit innuere, quòd interemerit virum, vt mœcho nuberet, vt infra de Proculina. Non nubis Proculina,sed fateris. vel potius:Nunquid potes negare te scilicet futui ab isto, quod olim cum esses mœcha negabas? ¶Dimidium,) iocatur in Linũ non restituentem mutuum. ¶Credere,) mutuo dare,quasi dicat. idem est donare, Lino, quod credere, quando id non reddit. ¶O mihi curarum,) ad Valerium Flaccum scribit ingemiscens nullum esse præmiũ musis,sed in iudiciis tantum & causidicis pecuniam versari. ¶Non vile,) id est magnum. ¶Curarum,)cogitationum, & versuum.¶Alumne,)qui nutritus est. ¶Laris Antenorei,) id est vrbis Antenoreæ Patauii, fuit enim Patauinus.alibi:Censetur Apona Liuio suo tellus: Stellaq̃e, nec Flacco minus. Qui.Multum inquit nuper in Flacco amisimus.Huius extant octo Argonauticorum libri ad reditum vsque heroum, reliquis vel amissis vetustate,vel poetæ morte interceptis. totũ effinxit in his Apolloniũ Rhodium, non modo argumento, sed singulis interdum versibus vt ego ex Apollinii opere quatuor libris facile animaduerti. ¶Differ,)intermitte.¶Ex istis,) musis.¶Aes,) pecuniam. ¶Arca Mineruæ,) loquitur nunc de causidicis,)qui in foro versantur ob ingentem pecuniam quod alibi repetit.Nam si falsi fieri defendere templa tonantis.¶Sollicitisq; reis vẽdere verba velis. An de foro palladio, quod supra dixit conditum à Domitiano, hoc magis placet, quàm quod alii dixerunt Mineruam tuliſſe leges,& propterea nominari hic à poeta in iudiciis,vna vero sententia mihi probatur, vt alludat ad arcam palatinã.i.imperatoris,Nã Pallas numen erat Domitiani,vt dicat poeta eos tantũ, qui assentando palatia frequẽtãt numos habere.¶Arca Mineruæ).i.arca Domitiani. ¶Fœnerat omnes deos).i.adeo diues est, vt possit dare numos in fœnus omnibus Diis.¶Arbor Palladis nigra,)à fructu.¶Inclinat comas)fructu suo.¶Sophos,)laudem sapientiæ.¶Semper inane,)id est sine fructu.¶Permissus,)fluuius, & Olmeus ex Helicone in vnum permisti in Copiadem lacum delabuntur, vt Strab. ¶Basia,) id est laudes inanes de quo supra: Dum basia iactas.¶Crepant)strepunt.tractum est à meretricibus,q̃ cathedras dixit. ¶Steriles,) nullum fructum afferentes, nam cathedræ & in schola poetarum erant,& modulatoris,& huiusmodi ludi.Hora.Discipulorum inter iubeo plorare cathedras, quasi dicat libri nostri tantum basiantur:in quẽ sensum videtur superius locutus,Dum basia iactas, id est dũ gloriabũdus basia venaris.¶Pulchre valet,)de Carino cunnilingo. ¶Parce bibit,) temperate. ¶Conquoquit,)digerit.¶Et tamen pallet,)quasi velit ostendere Carinum affectantem nouna remedia ad colorandum faciem tentatis omnibus aliis lingere cunnum, atque ita poeta in ea cauillatur.¶Indignas,)laudatur mors Festi,qui cum morbo insanabili laboraret, correptis etiam faucibus decreuit mori,prius autem amicos consolatus mortem sibi consciuit, gratus erat Domitiano,vt nullo metu imperatoris videatur se interfecisse, propterea maiore laude dignus fuit,quàm fuerit Cato,qui cum se interfecerit,videtur id egisse metu Cæsaris,cuius erat hostis. ¶Pestis tabida,)contagiosa, morbus ille fuit,quem Plin. mentagram appellat. ¶Siccis genis,) non flens. ¶Nec tamen,) id est non sumpsit venenum,vt multi affecti tædio aduersæ valetudinis.¶Lenta fame,)id est media vt Sillius tædio morbi,& Portius latro, declamator tædio quartanæ. ¶Sancta morte,)id est sanctitate mortis se Romanũ præstitit. ¶Via nobiliore,) id est ferro, quàm veneno,aut inedia,alibi legitur rogo. ¶Cæsar huius amicus erat,) idcirco præferenda mors huius morti Catonis, qui inimicus Cæsaris erat. ¶Semper agis,) in curiosum, & semper agentem Attalum.¶Agis causas,)id est declamas. ¶Agis res,) id est agis negotia. ¶Agis mulas,) id est ducis mulas. Horat. Festinat Caholum mulis,gerulisque redemptor. ¶Agas animam,) id est morere,& expira. nam Cœlius scribit his verbis, Hortensius cum has scripsi,animã agebat,id est moriebatur.Liui. de veneno senatus campani:Hi cũ animam egissent, & omnes tamen priusquam hostibus aperirentur portæ expirarunt.Hic Liuius accepit,ac si dixeret anxie animam diu agitauerunt. ¶E seruo,) reprehendit Sosibianum, q̃ patrem appellaret dominũ,& hic Sosibianus erat libert°.Seruus, & dominus correlatiua,sed tamen Sosibianus id agebat, volens blãditi patri, quemadmodum dominum,& regem apud hunc poetam sæpe legimus. ¶Hæc q̃ puluere,) de porticu Reguli,q̃ cecidit statim,cũ inde Regul° discessisset.

Permessus Olmeus

* Cœlius legit agas asinam.

74 Ad Paulam. 42

Mœchus erat,poteras tamẽ,hoc tu Paula negare.
Ecce uir est.nunquid Paula negare potes?

75 De Lino. 43

Dimidium donare Lino,q̃ credere totum,
Qui mauult,mauult perdere dimidium.

76 Ad Flaccum. 44

O mihi curarum pretium non uile mearum
Flacce Antenorei spes & alumne laris.
Pierios differ cantusq; chorosq; sororum,
Aes dabit ex istis nulla puella tibi.
Quid petis à Phœbo? nũmos hét arca Mineruæ.
Hæc sapit,hæc omnis fœnerat una Deos.
Quid possunt ederæ Bacchi dare? Palladis arbor
Inclinat uarias pondere nigra comas.
Præter aquas Helicon,& serta,lyrasq; Dearum
Nil habet,& magnum semper inane sophos.
Quid tibi cũ Cirrha? quid cũ Permessidos unda?
Romanum propius,diuitiusq; forum est.
Illic æra sonant,ad circum pulpita nostra,
Et steriles cathedras basia sola crepant.

77 De Carino. 45

Pulchre ualet Carinus,& tamen pallet.
Parce bibit Carinus,& tamen pallet.
Bene conquoquit Carinus,& tamen pallet.
Tingit curem Carinus,& tamen pallet.
Cunnum Carinus lingit,& tamen pallet.

78 De Festo. 46

Indignas premeret pestis cum tabida fauces,
Inq; ipsos uultus serperet atra lues,
Siccis ipse genis flentes hortatus amicos
Decreuit stygios Festus adire lacus.
Nec tamen obscuro pia colluit ora ueneno,
Aut torsit lenta tristia fata fame.
Sanctam Romana uitam sed morte peregit,
Dimisitq; animam nobiliore uia.
Hanc mortem fatis magni præferre Catonis.
Fama potest,huius Cæsar amicus erat.

79 At Attalum. 47

Semper agis causas,& res agis Attale semper.
Est non est,quod agas,Attale semper agis.
Si res,& causæ desunt,agis Attale mulas.
Attale,ne quod agas desit,* agas animam.

80 Ad Canum. 48

Sportula Cane tibi suprema nocte petita est,
Occidit,puto te Cane,q̃ una fuit.

81 Ad Sosibianum. 49

E seruo scis te genitum,blandeq; fateris
Cum dicis dominum Sosibiane patrem.

82 De Regulo. 50

Hæc,quæ puluere dissipata multo,
Longas porticus explicat ruinas,
En quanto iacet absoluta casu.
Tectis nam modo Regulus sub illis
Gestatus fuerat,recesseratq;.
Victa est pondere cum suo repente,
Et postquam dominum nihil timebat,
Securo ruit incruenta damno.

DOMITIVS.

¶Post Metum,)id est post quam Dii ostenderũt querelas hominum se metuere, si mortuus esses. ¶Os & labra,)in Manuellam,cuius os fœtidium ob fellationem erat.¶Esse,) comedere.¶Venderet excultos,)faceti præconis ingenium laudat qui cum nuper venderet agrũ Marii,ne ille videretur ob inopiam vendere, attulit causam, quare venderet, & causam, vt nemo fecerit pretium. ¶Inde) ob eam causam. ¶Faceret pretium,)offerret aliquid.¶Hæret Mario,)nõ emitur ab ullo.¶Vicinus,)Nouius nomen est fœneratoris in annalibus, nomen diuitis,& amici apud Martialem,cui cum nunc vicinus esset,eius consuetudine vti non poterat,ait ergo qui sit vicinus Nouio oportere migrare, si eũ velit videre, si nolit oportere esse vicinum, & contubernalẽ, duorum Nouiorum meminit Porphyrio. ¶Cui liceat,) qui possit. ¶Terentianus,) sodalis Mar.gerebat cõsulatum in Aegypto.¶Tam procul,) consuetudine.¶Est migrãdum,)id est oportet me,vel illum longius abire,si volo videre. ¶Inquilinus,) est qui in aliena domo cõducta cum domino habitat. ¶Ne grauis,) Fescenniæ impudentiam accusat, quæ vt celaret odorẽ vini,deuorabat odores Cosmi,sed ita mistus fœtor vini odoribus largius olebat. Consulit ergo,vt omissis medicamentis simpliciter fateatur ebrietatem. ¶Luxuriosa,)prodiga,quæ oblectaris luxu Cosmi.¶Pastillos)pastilli dicuntur grandiores pilulæ: atq; id præsertim in re vnguentaria. Plin. cum de scabie loquitur ita ait Et de eius medicamentis teritur in mortario, deinde in pastillos diuidit. ¶Fragres,) ne emittas malum odorem. ¶Ientacula,)leuiora prandia dicta sunt, & quæcunque imparatis mensis apponebantur ganeatæ. Martia.vsus est pro pane dulciario apto ientaculis, in distichis.Surgite iam vendit pueris ientacula pistor. ¶Extremo barathro,) id est infimo stomacho.¶Diapasmate,)diapasmata & malagmata differunt, vt Plin. author est, quòd diapasmata dicũtur vnguenta ex siccis odoribus,Malagmata dicũtur fæces vnguentorum. ¶Virus,)venenum, & malus odor. ¶Grauius,) id est peius olet. vel virus,id est vitium quia(vt apud Silĩ expositum est in epistola ad Alexandrum) venenũ pro vitio accipitur. ¶Animæ) id est spiritus.¶Alcine,) Epitaphium Alcini pueri, cui tumulum consecrat inter buxos, vineas,& in mediis pratis, optat sibi tales sepulchri honores cũ morietur.¶Labicana,)Labicanum erat in via Latina,nõ procul ab vrbe, oppidum vetustum, vt scribit Strabo: finitimum erat Pictis,& Picti populi,de quibus mihi videtur Virgilius locutus cum ait:Et Picti scuta Labici, quod refert Seruius de Labico nusquam extat Via labicana à porto æsquilina authore Strabone, incipit vbi Alcinus erat sepultus.¶Accipe non phario saxo,) Phario ita codex habet antiquus, & ita legendum est,nam de lemite lapide Aegyptio,qui postea pyropecilos est dictus, intelligit, vnde obelisci, tumulis regum erigebantur. obelisci lapides acuti in speciem radii solaris, vnde obelisci dicti ὀβελίσκος radium,& sagittam significat. Pario non legendum est. quoniam nec scriptio probat, nec vllus est vsus,non enim è marmore pario erigebantur lapides sepulchris,de quibus videtur sensisse poeta. ¶Saxa micátia,)id est obeliscum,qui videtur micare in aere. ¶Faciles,) non prementes grauiter tumulum, & terram. in alio codice legitur Fragiles.¶Accipe,) hæc loca & pignora nostri doloris. ¶Viuet perpetuo,)quia non finietur hæc,vt obeliscus. ¶Peruenerit,)id est cum expleuerit fatalem cursum. ¶Garris,) in Cinnam, cui detrahendi morbus adeo infederat,vt ne Cæsarem,quod aperte posset, laudaret.id autem clam agebat,& in aurem alterius non modo maledicentia, sed omne verborũ genus admonebat.¶Turba teste,)id est præsentibus aliis.

¶Morbus.)

Tantæ Regule post metum querelæ,
Quis curam neget esse te Deorum
Propter quem fuit innocens ruina?

33 De Manuella. 51

Os,& labra tibi lingit Manuella catellus,
Non miror merdas si libet esse cani.

34 De Quirinali. 52

Vxorem habendam non putat Quirinalis,
Cum uult habere filios,& inuenit,
Quo possit istud more,fuuit ancillas,
Domumq;,& agros implet equitibus uernis,
Paterfamilias uerus est Quirinalis.

35 De Mario. 53

Venderet excultos colles cum præco facetus,
Atq; suburbani iugera pulchra soli,
Errat ait, siquis Mario putat esse necesse
Vendere,nil debet, fœnerat immo magis.
Quæ ratio est igitur? seruos ubi pdidit omneis,
Et pecus,& fructus,non amat inde locum.
Quis faceret pretiũ,nisi qui sua perdere uellet
Omnia? sic Mario noxius hæret ager.

36 De Nouio Micrõspio. 54

Vicinus meus est,manuq; tangi
De nostris Nonius potest fenestris.
Quis non inuideat mihi,putetq;
Horis omnibus esse me beatum,
Iuncto cui liceat frui sodale?
Tam longe est mihi,q; Terentianus.
Qui nunc Niliacam regit Syenen.
Non conuenire,nec uidere saltem,
Non audire licet,nec urbe tota
Quisquam est tam propè,tam proculq; nobis.
Migrandum est mihi longius,uel illi.
Vicinus Nouio,uel inquilinus
Sit,si quis Nouium uidere non uult.

37 Ad Fescenniam. 55

Ne grauis hesterno fragres Fescennia uino,
Pastillos Cosmi luxuriosa uoras.
Ista linunt dentes ientacula,sed nihil obstat,
Extremo ructus cum uenit à barathro.
Quid,qd' olet grauius mistũ diapasmate uirus,
Atq; duplex animæ longius exit odor?
Notas ergo nimis fraudes,deprensaq; furta
Iam tollas,& sis ebria simpliciter.

38 Ad Alcinum. 56

Alcine,quem raptum domino crescẽtibus annis
Labicana leui cespite uelat humus,
Accipe non * phario nutantia pondera saxo,
Quæ cineri uanus dat ruitura labor.
Sed fragiles buxos,& opacas palmitis umbras,
Quæq; uirent lachrymis humida prata meis.
Accipe care puer nostri monimenta doloris,
Hic tibi perpetuo tempore uiuet honor.
Cum mihi supremos Lachesis peruenerit annos,
Non aliter cineres mando iacere meos.

39 Ad Cinnam. 57

Garris in aurem semper omnibus Cinna.
Garris & illud,teste quod licet turba.
Rides in aurem,quereris,arguis,ploras,
Cantas in aurem,iudicas,taces,clamas.

Simites Pyropecilos Obeliscus

Nouii duo.

Pastillus

Ientacula

Diapasmata.

* pario

Malagmata

Virus

Venenum.

DOMITIVS.

Tribades

Aenigma

Scazon

¶Morbus,) garriendi. ¶Sedit,) fixus est. ¶Quod nunquam,) in Bassam tribadam. Tribades dicebantur mulieres: quæ alias fricabant: de his plura infra dicemus.Iuuen. illarum libidinem accusat. Frictum crissantis adorat. ¶Turba tui sexus,) id est mulieres. ¶Obibat omne officium,) perficiebat.¶Fututor,)erat tribas. ¶Prodigiosa,) portentosa libido.¶Commenta) .i. fecisti dignum monstrum. ¶Aenigmate Thebano,) id est par monstrum Thebano ænigmati. Aenigma Thebanum proposuit Sphynx Oedipo:quis esset qui prius quatuor pedibus, mox duobus, postremo trib⁹. respondit Oedipus esse hominem:author est duobus,vt dicatur adulterium vbi non est vir:hoc est mirandum. ¶Sæpe mihi)in Mamurianum pauperem captum amore Cesti pueri Martial. ¶Grabati,) grabatum lectum vilissimum.¶Curtus,) mutilatus, & fractus. ¶Chione,& Anthiope,) meretrices, quarũ calices sunt semper immundi. ¶Cerea,) flaua, colore amisso.¶Gallica palla,) non tamen Galli omnes vtebãtur breuibus vestibus,vt Strabo.¶Non culum fodiam)quoniam adeo pauper, vt cum nõ edas,culus non faciat officium suum.¶Statur,)prius expleſto machũ, & postea pædica quasi dicat magis tibi necesse est reperire cibum.quàm puerũ. Eodem verbo,& sensu vsus est Catullus in passere. Aureli pater esuritionum,&c.¶Fabritio iunctus,)Epitaphiũ Aquini, & Fabritii,quorum vterq; primipilaris fuerat,& quod raro solet accidere collegis, amarunt inter se.¶Qui,)Fabritius, ne lugeret amicum mortuum,gaudet se priorem mortuum esse. ¶Testatur munere primipili,) quia vterque fuit primipilaris. ¶Cantasti,)in Aeglen fellatricẽ quam supra annum esse indicauit. Sic dentata sibi videtur Aegle:simul hoc ostendit cum iuuenis esset,male cantabat,nã coitu rauce sebat, nunc bene cantat,quod indicat eam fellare & abstinere coitu,propterea os fœtere ait poeta, basianda non es,alibi quoque fallacem esse ostendit.¶Quòd clamas,) hoc potest videri dictum in Helium causidicũ,qui magna voce in foro causas agebat vt perterriti aduersarii eius acrimonia data pecunia eum corrumperent,vt taceret, quod de Demosthene legitur, qui corruptus pecunia causam quã prius agebat,in sequenti die deseruit inuoluto collo fascia dicens se Synanche laborare, & ita Demosthenes acceperat vt taceret.¶Si non est,) Scazon genus carminis est,quod iambis constat,sed penul. pedẽ habent trocheum.vbiq; præterit leges iãbici carminis. claudicare dicitur à verbo græco σκάζω significat claudico. Meminit Ausonius epigrammate: Claudosq; scazones. & Plin. ad Tranquillum:Caueas ne eos ipsos scazones inueniat: alloquitur carmen suum poeta.¶Maternus,) vir doctissimus, cuius meminit Plin. in epistolis, & Cornelius in dialogo de cinædo Socratico loquitur,de quo supra,Aspicis incomptis. ¶Bæticatus,) id est habens pannũ nõ tinctũ aheno.i. sui coloris:nam ad Bætim flu. Hispaniæ oues habent lanã sub rutuli coloris,ex qua vestes cõfectæ nullo alio colore tingebantur.Martia.in Distichis vbi acernæ bæticę loquuntur. Nõ est lana mihi mendax,nec mutor aheno:Si tyriæ placeãt,mea tinxit ouis.¶Leucophæatus,) panni leucophi dicebantur albi nullo medicamẽto coloris adhibito,sed à lana ipsa albescentes. Plin.cũ de rubeta loquitur, iecur eius alligatur in panno leucopho. ¶Coccinatos) .i. gerentes vestes tinctas cocco. ¶Amethystinas) .i. vestes amethystini coloris. Amethystinus color à colore lapidis sumptus est.erat autem lanis purpureę ebrietate pro fucis fiebat etiam tyri amethystus. ¶Natiua).i.pannos natiui coloris.¶Fuscos,)fordidos.

Maternus

* Omne sed

Leucophæatus

Coccinatus

Amethystinus

Adeóne penitus sedit hic tibi morbus,
Vt sæpe in aurem Cinna Cæsarem laudes?

90 Ab Bassam tribadem. 58

Quod nunq; maribus iunctã te Bassa uidebam,
Quodq; tibi mœchum fabula nulla dabat.
* Omnis & officium circa te semper obibat
Turba tui sexus:non adeunte uiro.
Esse uidebaris,fateor,Lucretia nobis,
At tu,proh facinus,Bassa fututor eras.
Inter se geminos audes committere cunnos,
Mentiturq; uirum prodigiosa Venus.
Cõmẽta es dignum Thebano ænigmate mõstrũ,
Hic,ubi uir non est,ut sit adulterium.

91 Ad Lælium. 59

Cum tua non edas,carpis mea carmina Læli.
Carpere uel noli nostra,uel ede tua.

92 Ad Mamurianum. 60

Sæpe mihi queritur non siccis Cestos ocellis,
Tangi se digito Mamuriane tuo.
Non opus est digito,totum tibi Cestion habeto,
Si deest nil aliud Mamuriane tibi.
Sed si nec focus est,nudi nec sponda grabati,
Nec curtus Chiones,Anthiopesue calix.
Cerea si pendet lumbis,& trita lacerna,
Dimidiasq; nates Gallica palla tegit.
Pasceris & nigræ solo nidore culinæ,
Et bibis immundam cum cane pronus aquã.
Non culũ,neq; enim est culus,qui nõ cacat olim,
Sed fodiam digito,qui supereſt,oculum.
Nõ me zelotypum, nec dixeris esse malignum.
Deniq; pædica Marmuriane satur.

93 De Aquino,& Fabricio. 61

Fabricio iunctus fido requiescit Aquinus,
Qui prior elysias gaudet abisse domos.
Ara duplex primi testatur munera pili.
Plus tamen est,titulo quod breuiore legis.
Functus uterq; sacro laudatæ fœdere uitæ,
Famaq; quod raro nouit,amicus erat.

94 Ad Aeglen fellatricem. 62

Cantasti male,dum fututa es Aegle.
Iam cantas bene,basianda non es.

95 Ad Helium. 63

Quòd clamas semp,qd' agẽtibus obstrepis Heli,
Non facis hoc gratis:accipis ut taceas.

96 Ad Scazontem de fellatore quodam. 64

Si non molestum est,teq; non piget Scazon,
Nostro rogamus pauca uerba Materno
Dicas in aurem,sic ut audiat solus.
Amator ille tristium lacernarum,
Et bæticatus,atq; leucophæatus,
Qui coccinatos non putat uiros esse,
Amethystinasq; mulierum uocat uestes,
Natiua laudet,habeat,& licet semper

GEORGIVS.

¶Leucophaeatus,) Vbi solertis hominis ingeniũ. vbi illa literarum Græcarum cognitio,qua se cæteros superare iactat? vbi plurima illa,& diligens lectio,& assidua obseruatio, ex qua recondita & aliis ignorata se enarraturum polliceri? An huic homini non suboluit dictionem esse græcam & compositã? Nónne leucon græcæ album,phæõ vero medium inter album & nigrũ,& ex quibus leucophæus fit? qua voce vtitur Pollux,vbi colores enumerat hoc modo, ξανθόφαιον, φλογόφαιον, λευκόφαιον, λευκὸ μέλαν, hoc est xanthophæon, phlogophæon,leucophæon, album,& nigrum est,apud Græcos hæc non obseruauerit. At Plinius colorem quendam spinæ leucophæon appellat. Vitruuius de coloribus scribens qui virtute aquarum in animalia progenerantur,hæc ait: Fontes,& flumina sunt, quorũ potu pecora quãuis alba sint,aliis locis procreant vellera leucophæa,aliis locis puella,aliis locis coccino colore,ita proprietas coloris cum init in corpus, progenerat intinctam cuiusq; generis qualitatẽ, igitur quòd in campis Troianis proxime flumen argumẽta rufa,& pecora leucophæõ nascuntur, ideo flumen id Ilienses Xãthum appellauisse dicuntur. Ex his cognoscimus natiuum colorem esse leucophæon ex albo & obscuro. & illud Plinii trigesimo naturalis historiæ legendum, esse panno leucophæo non leucopho.

Galbanum ¶Galbanos,) Galbani fœ.ge.dicuntur apud Græcos. Nos neutro protulimus pro veste,& quidem pretiosa. Iuuena. Et galbana rasa. Galbanum item frutex est apud Plin. sed hic de veste est metaphora, nã

*tunc Nę nole tantũ

ait poeta,quanuis corpus tegat uestibus natiui coloris, tamen habet mores coccinatos, amethystinos,& galbanos.i. luxuriosos. ¶Spectat,) aspicit clam frequenter. ¶Draucos,) mentulatos,quos sibi optat ad opus, cætera duo epigrammata sunt clara. ¶Non plenum,) in Calenum,qui cũ prius pauper esset liberalis,nunc adeptus centies millia factus erat auarus,tantę auaritię,imprecatur Martia. vt millies millia habet, quoniam si id contigerit,præ auaritia abstinebit cibo. ¶Septimas calendas).i.septem menses. ¶Mortes.)mortuorum hæreditates.

Moneta nigra. ¶Nigræ monetæ,)nigra moneta dicebatur ex ære,vt fulua ex auro,neqs probanda sentẽtia illorum,qui putarunt Flauios.i. Vespasianum,& liberos signasse monetam fuluam,nam longe ante eorum tempora P. Decius tribunus militum donatus obsidionali corona mactauit tuarum,& dedit centũ fluuios,Semel in anno natali suo.

Moneta fulua

Selibra ¶Selibra plumbea,) repetit, quod dixit monetam nigram, cum tamen nulla ex plumbo fuerit percussa,dixit plumbeã, vt deprimeret. ¶Selibra)genus numeri.i. vt libra seruatis hic nominibus in numero pecunię quoniam prius argẽtum & aurum appendebantur. Vnde libripendes dicebantur, qui pendebant. Varro docet. ¶Mammas,)hoc dictum est in Afram quæ puellæ verbis vtebatur,& mammam matrem tatam patrem appellabat,cum ipsa esset anus. Persi. Ab ratus mammæ lalare recusas. ¶Maxima mammarum)auia,& omnino anus. Cato de liberis educandis. Cũ cibum ac potionem, buas, ac papas docent, & matrem mammam,patrem tatam. ¶Illa manus,)Demetrium,cui epigrammata sua dictabat, deflet amissum,ait tamen se prosecutum esse morientem, quo potuit munere, hoc est libertate: nam ex seruitute ipsum manumisit. ¶Illa manus,) Demetrii. ¶Fida meorum studiorũ) quia excipiebat carmina ¶Nota Cęsaribus,)Tito & Domitia,quibus epigrammata mittebãtur placet enim aliquid scriptũ fuisse ad Titũ,quanuis nihil in opere legamus præter Nauciſſum.

Libri pendes

Demetrii multi ¶Destruit uirides annos,) id est iuueniles. Multi Demetrii fuerunt. Nepos Antiochi Demetrius Calcedonius orator. Alius Byzãtinus philosophus: Tertius Tatuarius. Quartus Aspondius Apollinis discipulus. Quintus Calatianus scriptor. Sextus Bisantinus. item Septimus, sophista Octauus Trametinus appellatus Ixion. Nonus Ciræneus Decimus Septimus, & multi præterea,inter quos poeta quidam iambicus: hic vero nomen serui. ¶Messis quarta,) id est quartus annus, id est natus erat. 19. annum. ¶Cauimus,) prouidimus. ¶Famulus,) seruus, quia manumisimus. ¶Cum lues,) morbus. ¶Ius domini,)remisimus,id est donauimus libertatem. ¶Munere meo,) libertatis. ¶Sua præmia,) libertatem. ¶Me patronum)nam serui manumissi,authore Dionysio,dominos,à quibus fuerant manumissi,patronos voce Romana appellabãt. ¶Iturus liber).i.donatus libertate. ¶Qui pinxit,) Venus iudicio Paridis superauit Mineruam,& Iunonem pulchritudine,nũc Venus fuit male picta,ait Poeta pictorem voluisse blandiri Mineruæ, ne.s. pulchrior videretur. Blanditus est Mineruæ, quia depinxit de formem Venerem,gessit morẽ Mineruæ, cum qua olim contẽdit de forma. ¶Si dederint superi,) Scæuolæ auaritiam accusat,qui cum olim nondum haberet quadringenta sestertia, optans diuitias à Diis pollicebatur se fore liberalem, modo decies centena haberet,nũc eas opes aſſecutus viuebat auare & tenuiter.. ¶Nõdũ iustus eques).i.cum nondum haberes legitimum cẽsum equestrem, id est quadringenta sestertia. ¶Faciles,)exauditis precibus. ¶Post hæc) .i. post paratas diuitias. ¶Penula)vestis contra imbres. ¶De decem oliuis,)sex seruantur. ¶Duas cœnas).i. & eadem mensa,& vescaris, & reliquias seruas in alteram.i.sequentem mensam. ¶Veientani rubelli,) aut hic deprauatum est nomen aut apud Plin. Hoc enim genus vini rubelli non à Veientanis,& Nomentanis mitti scribit,vbi vuæ sunt rubẽtes, quas (vt ipse author est)nonnulli dixerunt rubellas, quæ nimiam fæcẽ habẽt, propterea ait Mar. Fæx crassa, deprauatus est Plinii codex,Veienti nascebatur. Horatius Veientanumq; rubellum. Idem Persius. ¶Cicer tepidum,)& madidum.

¶Inficiator

Fuscos colores,galbanos habet mores,
Rogabit,unde suspicer uirum mollem.
Vnà lauamur,aspicit nihil sursum.
Sed spectat oculis deuorantibus draucos,
Nec otiosis mentulas uidet labris.
Quæris quis hic sit? excidit mihi nomen.

97 Ad Næuolum causidicum. 65

Cũ clamãt omnes,loqueris * tu Næuole semp,
Et te patronum, causidicumq; putas.
Hac ratione potest nemo non esse disertus.
Ecce tacent omnes,Næuole,dic aliquid.

98 Ad Flaccum. 66

Litigat,& podagra Diodorus Flacce laborat,
Sed nil patrono porrigit,hæc chiragra est.

99 Ad Calenum auarum. 67

Non plenum modo uicies habebas,
Sed tam prodigus,atq; liberalis,
Et tam lautus eras Calene,ut omnes
Optarent tibi centies amici.
Audit uota Deus,precesq; nostras,
Atq; intra puto septimas calendas
Mortes hoc tibi quattuor dederunt.
At tu sic quasi non foret relictum,
Sed raptum tibi centies,abisti
In tantam miser esuritionem,
Vt conuiuia sumptuosiora,
Toto quæ semel apparas in anno,
Nigræ sordibus explices monetæ,
Et septem ueteres tui sodales
Constemus tibi plumbea selibra.
Quid dignum meritis precemur istis?
Optemus tibi millies Calene,
Hoc si contigerit,fame peribis.

100 De Afra uetula. 68

Mammas,atq; tatas habet Afra,sed ipsa tatarũ
Dici,& mammarum maxima mãma potest.

101 De Afro Demetrio. 69

Illa manus quondam studiorum fida meorum,
Et felix domino,notaq; Cæsaribus,
Destituit primos uirides Demetrius annos,
Quarta tribus lustris addita messis erat.
Ne tamẽ ad stygias,famulus descẽderet umbras,
Vreret implicitum cum scelerata lues,
Cauimus,& domini ius omne remisimus ægro.
Munere dignus erat conualuisse meo.
Sensit deficiens sua præmia,meq; patronum
Dixit ad infernas liber iturus aquas.

102 Ad Lycorim. 70

Qui pinxit Venerem tuam Lycori,
Blanditus,puto,pictor est Mineruæ,

103 Ad Scæuolam. 71.

Si dederint superi decies mihi millia centum,
Dicebas nondum Scæuola factus eques.
Qualiter o uiuam,q̃ large,quamq; beate.
Riserunt faciles,& tribuere Dei.
Sordidior multo post hoc toga,penula peior,
Calceus est sarra terq;,quaterq; cute,
Deq; decem plures semper seruantur oliuæ.
Explicat & cœnas unica mensa duas.
Et Veientani bibitur fæx crassa rubelli.
Asse cicer tepidum constat,& asse Venus.

DOMITIVS.

Inficiator ¶Inficiator Et fallax) i.qui decipisti Deos,& qui depositum negas, nam inficiator est, qui negat depositum. ¶Viue,)splendide, & delicate. Supra: Hoc fortuna placet posthumus imposuit. ¶Picto,)notus lusus leporum & leonum. ¶Picto collo,) nam picti sunt pardi maculis. ¶Indulgent patientiam,) id est ferunt æquo animo flagella ¶Lupata,) frænos aureos. ¶Calydon,) oppidum in Aetholia, vbi Meleager interemit aprum. ¶Bisontes,)animalia subata in Germania sunt. ¶Bellua nigra,) elephas. ¶Laxos rictus,) aperta ora,& peruia. ¶Tenere,) comprimere. ¶Cui,) Cæsari mitissimo,& clementissimo. ¶In Nomentanis,) vinum Nomentanum nouum pessimum est, vetus optimo cuique vino conferendum vt vel falernum, vel chium, vel setinum possis commode, ac recte appellare, de nouo in Distichis, Nomentana meum tibi dat vindemia Bacchum, Si te Quintus amat, commodiora bibes. Nomentanum agrum neglectum ad decem lapides. Acilius Stenelius, & Palæmon grammaticus, sua industria in summam fertilitatis laudem excoluerunt. ¶Quicquid voluit testa anus,) hoc est vetus potest cum quouis certare: alibi de falerno, Quod vis nomen habere potest. ¶Interponis aquam,) deridet Rufum frustra expectantem Næuiam, de qua supra, parcebat enim vino, vt diutius posset expectare. ¶Subinde,)frequenter. ¶Diluti,) misti vini. ¶Sobrias nequitias,) id est sobrium coitum. ¶Negauit,)quasi diceret eum

Lupatum Calydon

Bison

In ius ò fallax,atq; inficiator eamus,
Aut uiue,aut decies Scæuola redde Deis.

104 De spectaculo. 148.

Picto quòd iuga delicata collo
Pardus sustinet,improbæq; tigres,
Indulgent patientiam flagello.
Mordent aurea quòd lupata cerui,
Quòd fræno libyci domantur ursi,
Et quantum Calydon tulisse fertur,
Par & purpureis aper capistris,
Turpes esseda quòd trahunt bisontes,
Et molles dare iussa quòd choreas
Nigro bellua nil negat magistro,
Quis spectacula non putet Deorum?
Hæc transit tamen,ut minora,quisquis
Venatus humiles uidet leonum,
Quos uelox leporum timor fatigat.
Dimittunt,repetunt,amantq; captos,
Et securior est in ore præda,
Laxos cui daré,peruiosq; rictus
Gaudent,& timidos tenere dentes,
Mollem frangere dum pudet rapina,
Stratis cum modo uenerint iuuencis.
Hæc clementia non paratur arte,
Sed norunt cui seruiant leones.

105 Ad Ouidium. 149

In Nomentanis Ouidi quod nascitur agris,
Accepit quoties tempora longa merum,
Exuit annosa mores,nomenq; senecta,
Et quicquid uoluit,testa uocatur anus.

106 Ad Rufum. 150

Intro ponis aquam subinde Rufe,
Et si cogeris à sodale,raram
Diluti bibis unciam falerni.
Nunquid pollicita est tibi beatam
Noctem Næuia,sobriasq; mauis
Certæ nequitias fututionis?
Suspires,retices,gemis,negauit.
Crebros ergo bibas licet trientes,
Et durum iugules mero pudorem.
Quid parcis tibi Rufe? dormiendum est.

107 Ad Lucium Iulium. 151

Sæpe mihi dicis Luci charissime Iuli,
Scribe aliquid magnum: desidiosus homo es.
Otia da nobis,sed qualia fecerat olim
Mecœnas Flacco,Virgilioq; suo.
Condere uicturas tentem per secula curas,
Et nomen flammis eripuisse meum.
In steriles campos nolunt iuga ferre iuuenci.
Pingue solum lassat,sed iuuat ipse labor.

108 Ad Gallum, 152

Est tibi,sitq; precor,multos crescatq; per annos
Pulchra quidem,uerum trãstyberina domus.
At mea uispanas spectant cœnacula laurus.
Factus in hac ego sum iam regione senex.
Migrãdum est,ut mane domi te Galle salutem,
Es tanti uel si longius illa foret.
Sed tibi non multum est,unum si præsto togatũ.
Multum est,hunc unum si mihi Galle nego.
Ipse salutabo decima,uel serius,hora,
Mane tibi pro me dicat auere liber.

Martialis.

abstinere vino, cum amica non esset ventura. ¶Sæpe mihi,) ad L. Iulium sodalem affert causam, quare non scribat aliquid magnum: quia nullum, scilicet sit præmium nec otium. ¶Aliquid magni,) noli versari in epigrammatibus. ¶Flacco,) Horatio. ¶Mecœnas aluit Flaccum, & Maronem. ¶Iuuat,)quia cum fructu est. ¶Est tibi sit) ad Gallum, cui pene idem scribit, quod scripsit Proculo, se scilicet non iturum ad salutandum, sed nisturum mane librum,& post decimam se iturum. ¶Transtyberina,) Proculi. ¶Vispanas laurus,) porticus Romæ, quæ Vispana dicebatur, cuius meminit Tacitus, huius nemus,& lauros spectabat Martialis à fenestra. ¶Es tanti,)pretii, hoc officium vt te salutem. ¶Non est multum si venio comes,& me præsto comitem, sed multum est, si me mihi ipsi nego,& amitto tempus,) id est non vacco literis.

C

DOMITIVS.

¶ Issa Est,) Publius de deliciis habebat catellam, de qua alibi. Publius exiguæ si flagrat amore catellæ. ¶ Isla,) insula in Illyrico est, vnde non procul erat Melita, vt Strabo scribit & Plin. delicati mittebantur canes, vnde canes melitos dictos putat Callimachus, vt non incommode hanc, catellam melitæam, possit appellare. ¶ Nequior,) lasciuior. Sentit tristitiam, & gaudium, id est mœret, & gaudet, ac si haberet sensus humanos. ¶ Desiderio ventris,) scilicet emittendi. ¶ Cum tibi sit,) Regulus causas agebat cum mittat ad eum epigramma Martia. ait non esse reprehendendum, quòd interpolet occupatum in causis publicis, nam cum Regulus non minus habeat ingenii, vt libris possit delectari, quàm pietatis, qua vtitur in causis defendendis, non inepte ei mittitur libellus. ¶ Minor pietas,) id est cum habeas, & ingenium sophiæ, doctrinæ. ¶ Cum te,) ludit in Prisco nomine proprio, quod iocando accipit appellatiuum, ait enim, salutabam te antea Prisce, & appellabam te dominum & regem, volens aliquid impetrare, quoniam non noueram te auarum, nunc quòd mihi es cognitus, eris mihi Priscus, id est te non colam, & te proprio nomine appellabo. ¶ Quicunque,) docet vbi eius Epigrammata emi possint. ¶ Invidebis otio,) quòd nolles terere tempus. ¶ Apinas,) apinę dicuntur res tenues & vilissimæ, alibi Martialis, Sunt Apinæ, tricæque, & siquid vilius istis. alii apinas dictas putant ab apino fructu, qui cortice fragili est, vt scribit Plin. Alii ex prouerbio ludicro, quod erat apud antiquos Apina, & Metaicra vrbibus deletis, cum enim rem vilissimam, & nullius momenti volebant significare, apinam dixere, propterea ait Plin. Apinam euersam in ludicrum verterunt, placet per sententiam. Illud sanè constat rem exilem & vilissimam esse. ¶ Per quem non licet,) id est qui non sinit meas nugas perire, sed excipit, & ediscit. ¶ Hos tibi,) epitaphium Antullæ in memore,

Apinæ

De catella Publii.

Issa est passere nequior Catulli.
Issa est purior osculo columbæ.
Issa est blandior omnibus puellis.
Issa est carior indicis lapillis.
Issa est delitiæ catella Publi.
Hanc tu, si queritur, loqui putabis.
Sentit tristitiamq; gaudiumq;.
Collo nexa cubat, capitq; somnos,
Vt suspiria nulla sentiantur.
Et desiderio coacta uentris,
Gutta pallia non fefellit ulla,
Sed blando pede suscitat, torosq;
Deponi monet, & rogat leuari.
Castæ tantus inest pudor catellæ,
Ignorat uenerem, nec iuuenimus
Dignum tam tenera uirum puella.
Hanc ne lux rapiat suprema totam,
Pictam Publius exprimit tabella,
In qua tam similem uidebis Issam,
Vt sit tam similis sibi nec ipsa.
Issam denicp pone cum tabella,
Aut utranq; putabis esse ueram,
Aut utranq; putabis esse pictam.

Ad Velocem.

Scribere me quereris Velox epigrãmata longa.
Ipse nihil scribis, tu breuiora facis.

Ad Regulum.

Cum tibi sit sophiæ per fama, & cura Deorum,
Ingenio pietas nec minor ipsa tuo.
Ignorat meritis dare munera, qui tibi librum,
Es qui miratur Regule thura dari.

In Priscum.

Cum te non noscem, dominũ, regemq; uocabã.
Cum bene te nouã, iam mihi Priscus eris.

Ad Lectorem.

Quæcunq; lusi iuuenis, & puer quondam,
Apinasq; nostras, quas nec ipse iam noui,
Male collocare si bonas uoles horas,
Et inuidebis otio tuo lector,
A Valeriano Pollio petes Quinto,
Per quem perire non licet meis nugis.

Ad Faustinum.

Hos tibi dicinos, Faustine Thelesphorus hortos,
Fœnius, & breue rus, udaq; prata tenet.
Candidit hic natæ cineres, nomenq; sacrauit,
Quod legis Antullæ, dignior ipse legi.
Et stygias æquum fuerat patrẽ isse sub umbras,
Sed quia non licuit, uiuit, ut ossa colat.

In Procillum.

Quædam me cupit inuide Procille
Toto candidior puella cygno,
Argento, niue, lilio, ligustro.
Sed quandam uolo nocte nigriorem
Formica, pice, graculo, cicada.
Iam suspendia sæua cogitabis,
Si noui bene te Procille, uiues.

De Antulla.

Hoc nemus æterno cinerum sacrauit honore
Fanius, & culti iugera pauca soli.

consecrato à Fœnio Telesphoro eius patre.) ¶ Dignior ipse pater,) qui esset mortuus. ¶ Quædam,) in Procillum inuidum. Ligustrum, floscandidus. ¶ Graculo,) graculi sunt aues, quæ gregatim volant, vt Var. & Fabius dicti à voce. ¶ Suspendia sæua cogitabis,) præinuidia.

GEORGIVS.

¶ Cvm Te non nossem dominum, regemque vocabam,) parum erudire narratur hoc distichum: historiam enim latentem continet. scrib. Seneca ad Lucilium solitos fuisse priscos quoties homini ignoto occurrerent, eum dominum, & regem appellare. Ad quem morem respiciens poeta, iocatur in Priscum, cuius nomen cum ignoraret, non vulgari, sed honorifica appellatione dominum appellabat, posteaquam autem eius nomen nouit, iam Priscum vocabit, innuens videlicet honorabilius, nomen eum amisisse, posteaquam cognitus fuit. Non tamen negauerim latentem morsum aliquem contineri qui tamen ab ea, quam diximus, consuetudine pendet.

Domitius

¶ Cito,)

Ferula

DOMITIVS.

¶ Cito,) Id est prima ætate. ¶ Occurris,) Lupercus auarus volebat gratis habere epigrammata Martial. Poeta arguto ioco eum ludit. Luperci cuiusdam meminit Tacitus in bello aduersus Batauos. ¶ Ad primum,) locum vbi habitabat Martia. potes ad pilam legere. Quod infra indicat: Sed Tiburtinæ sum proximus accolla pilæ. sed placet ad Pirum, vt regio ad malum punicum dicebatur, authore Suetonio, & Domitiano. ¶ Forum Cæsaris,) non Domitiani, sed Augusti, in quo Archesilaus victor dicauit Venerem genitricem. ¶ Nido,) alio verbo dixit Horat. Nulla taberna meos habeat, vel pila libellos. infra Martia. Hos nido licet inferas, vel imo.

Hoc tegitur cito rapta suis Antulla sepulchro.

Hoc erit Antullæ mistus uterq; parens.
Si cupit hunc aliquis, moneo, ne uesper agellum.
Perpetuo dominis seruiat iste suis.

In Lupercum.

Occurris quoties Luperce nobis,
Vis mittam puerum subinde dicis,
Cui tradas epigrammaton libellum,
Lectum quem tibi protinus remittam.
Non est, quòd puerum Luperce uexes.
Longum est, si uelit ad pirum uenire,
Et scalis habito tribus, sed altis
Quod quæris, propius petas licebit.
Argi nempe soles subire letum.
Contra Cæsaris est forum taberna,
Scriptis postibus hinc, & inde totis,
Omnes ut cito perlegas poetas.
Illuc me pete, ne roges Atrectum,
Hoc nomen dominus gerit tabernæ,
De primo dabit, alteroue nido
Rasum pumice, purpuraq; cultum,
Denariis tibi quinq; Martialem.
Tanti non es ais, sapis Luperce.

Ad Cecilianum.

Cui legisse satis non est epigrammata centum,
Nil illi satis est Ceciliane mali.

DOMITIVS.



VID nobis inquis,) Vale. Martialis Deciano suo amico secundum librum mittit. eum introducit consulentem cur epistolam epigrammatis, præponat, cuius authoritate commotus exit in carmen omissa epistola. Quare tragœdi,) horum mos erat vti prologo, quem nunc Decianus appellat epistolam. ratio erat, quia eo prologo, quo alloquebantur spectatores nonnulla dicebant, quæ paulo post occupatione fabulæ dicere non poterant, inde est quod ait. ¶ Accipiant epistolam,) id est vtãtur prologo. ¶ Loqui pro se,) quia cum spectatoribus suo nomine, non possunt postea occupatione. ¶ Curione,) ministro, epistola suorum sensuum. Curio ministrum significat. ¶ Sua lingua,) id est satis pro se loqui potest sine Curione, id est ministro. ¶ Faciunt epistolam,) id est possunt vti prologo, quod non faciunt tragœdi. ¶ Noli ergo,) hic est sensus quemadmodum si minus rem ridiculam facit, non est velandus toga, ita & epigrammata si suos iocos præstant, non sunt velanda epistola. ¶ Personæ saltanti,) id est mimo. ¶ Retiarium ferula,) & pueri vapulabant, & senum gressus iuuabantur, ea infirmissimum est virgultum, vnde

ARGVMENTVM.

MARTIALIS Scribit hanc epistolam ad Decianum Emeritæ Augustæ Lusitanię oppidi ciuem. Quem & loquentem fingit hunc in modum. An tibi o Martialis non facimus satis si tua epigrammata lectitamus? Quid igitur epistola opus est? Quid hac dices quod epigrãmatis exprimere non valeas? Scio cur id facias. Tragœdos imitatus, epistola vice prologi, vteris. Sed tua epigrammata cũ ipsa per se satis aperta sint, curione. i. præcone, & qua si interprete non indigent. Noli ergo epigrammatum iocos, & dicacitatẽ epistola velare, ac excusare. Quæ parũ præsidii aduersus obtrectatores præstat. Respõdet Martialis. Vetũ profecto dicis o Deciane, longã nimis epistolã scripturi eramus. Nõ parũ tibi lector debebit. Cui labore legendæ epistolæ adempto euestigio legere epigrammata tua causa licebit.

MAR. VAL. MARTI. EPIGRAM. LIB. II. AD DECIANVM.



VID nobis inquis cũ epistola? parúmne tibi præstamus, si legimus epigrammata? quid hic porrò dicturus es, quod non possis uersibus dicere? Video quare tragœdi epistolam accipiant: quibus pro se loqui non licet. epigrammata curione non egent; & contẽta sunt sua: id est mala lingua. In quacunq; pagina uisum est, epistolam faciunt. Noli ergo (si tibi uidetur) rem facere ridiculam: & togã saltanti inducere personæ. Deniq; uideas an te delectet contra retariũ ferula. Ego inter illos sedeo, qui protinus reclamant. Puto mehercule Deciane uerũ dicis. Quid, si scias cum qua & q̃ longa epistola negotiũ sueris habiturus? Itaq;, quod exigis, fiat. Debebũt tibi, siqui in hũc librũ inciderint, qd̃ ad primã paginã nõ lassi puenient.

Martialis.

prouerbium apud antiquos erat in eos qui tenui, & exiguo præsidio aduersus optime instructum pugnabant, eos pugnare ferula contra gladiatorem, hoc ait Decianus: Non est quod cogites si male scripsisti te fore tutum aduersus obtrectatores hac epistola, nam hoc esset pugnare ferula contra gladiatorem, quasi dicat ista epistola aduersus obtrectatores paruum præsidium præstat, vel gladiatores, cum non placebant, virgis cæsi explodebantur ex theatro: quod Horat. in satyra docet interpretę Porphyrione. ¶ Sit igitur sensus: Vide an verbera quibus retiarii cum non placent, afficiuntur, te delectent, quasi dicat si tu offendens nos ista epistola, exploderis cæsus ferula, vt retiarius, & ego non te defendam, immo vnà cum aliis clamo protinus in te. ¶ Reclamant,) tractum à spectatoribus, qui statim reclamant, si quid inepte dixeris. ¶ Quid dicæ.) Si scires quàm longa epistola vsuri eramus, verba Martialis. ¶ Pagium,) epigrammaton.

GEORGIVS.

¶ Epigrammata Curione non egent. Non satis expediuit sententiam poetæ: nam ministrum theatralem legimus apud Eusebium Cæsa. interprete Rufino, Curionem eum fuisse, qui ad populum, iubente prætore, aut alio magistratu aliquid vulgaret, conuenitque verbis poetæ huiusmodi expositio quòd, scilicet epigrammata non indigeant voce aliena, sed per se ipsa se aperiant, & manifestent.

Universidad de Deusto
Biblioteca

DOMITIVS.

(TERCENTENA,) alloquitur librum, cum dicit se adhibuisse breuitatem, vt nullo tædio perlegatur, quod vt assequi possit, vt in manus veniat calente mero, ait tamen se vereri, ne ita quoque longus videatur. (At nunc disce,) docet commoda breuis libelli. (Tertia,) id est tertium cõmodum. (Si cui.) si ab aliquo. (Misto,) infuso. (Quincunce,) sic in ista breuitate, (Hei mihi) ob quam à multis non legetis. (Creta,) Domi. post duplicem triumphũ de Dacis populis Germaniæ, Germanici cognomen assumpsit, Septembremque mensem appellauit Germanicum, quòd eo incepisset bellum. hoc cognomen anteponit Mar. laudi Metelli, qui à Creta deuicta Cretensis dictus, & cognomini Scipionis Africani, cui Africa victa nomen dedit dentq; triũphis, quos Vespasianus, & Titus duxerant ex Iudæis, quoniã non solus Vespasianus, aut Titus, sed vterque arma illis intulerat, triumphi vero Germanici solus fit possessor, & dominus Domiti. à Creta Metellus Creticus dictus est. Ouid in Fastis (Rheno domito,) id est populis Germanis. nam Germanicus frater Tyberii inde cognomen assumpsit. (Et puer,) quo pacto debuit dici Germanicus Dom. puer vicit ne Germanos? nimium est ex historia, vel vt intelligas eum patrem secutũ esse, qui ante susceptum imperium duas validissimas Germaniæ gẽtes deuicit, penetrauitq; vsque in Britaniam, vel quod magis placet, quoniam cum iuuenis esset adhuc vnà cum Antonio, & Mutiano Batauos Germaniæ populos in leges, & ditionem coercuit. Bataui antè habent insulam in Rheno ad centum millia passuũ. De hac historia Siluius: At tu transcendens Germanice facta tuorum Iam puer, auricomo performidate Batauo, illic tamen Britano legimus, quod nihil refert: nam codices pleriq; habent Batauo, & eadem fuit expeditio. (Idumæos) ex Iudæis quasi dicat Iudæi fuerũt victi armis fraternis, & patriis, at solus vicisti Germaniam. (Sexte,) Sextus iactabat se nihil cuiquam debere. Mar. hominis iactantiam ideo sublannat, aitq; se id credere, quoniam is tantũ debet, qui potest soluere. (O q̃ blandus) Amianus habebat rẽ cum matre. (Quam,) blãditur tibi mater. (Nomina nequiora,) id est hæ blanditiæ placent. (Nec sororem,) sed vxorem. (Ne valeam,) iurat salutatum Decianum sæpenumero, qui ad duo millia passuum distabat, sed ille, vel aliis negotiis occupatus negabat se esse domi, vel aberrat, ait poeta sibi non esse molestum ire duo millia passuum vt eum videat, sed sibi graue est se ire quatuor, & eum non videre amittereq; laborem. (Ne valeam,) id est peream. (Vacas tibi,) indulges otio. (Inunc) indelicatum, & seuerũm lectorem, quem duabus paginis sessum dicit iam oscitare, & spectare vltimam partẽ libri, propterea eos sibi male consulere, qui iubent, vt epigrãmata quę olim recitabat, & habebantur in admiratione redigat in libellos, & emittat. (Oscitationes,) distractione oris, quod est signum fastidientis. (Spectas,) ἐσχατοκωλικὸν,) id est vltimã paginam, & finem libelli. (Vitellianis,) vitelliani erant pugillares, quibus res amatorię, & lasciuæ scribebãtur. In distichis. Nondum hos legerit puella. Nouit quid cupiant vitelliani. (Rapta,) Raptim hæc sunt singula redacta in librum. (Macer) breuis. (Supiniores,) id est grauiores nunquam vidi maiorem ignauiam. (Bouillas,) Bouillæ venienti ex Aricia occurrũt paulo citra locum vbi erat templum Bonæ deæ, ea via celebertima erat, & sacris aricinis, & amœnitate locorum celebrem fuisse ostendit Iuuena. Dignus aricinos, qui mendicaret ad axes, propterea poeta sumpsit metaphoram à viatore curruro Bouillas. Pedianus autem Aedes camœnarũ erat ad portam Trigeminam condita, vt alii annales habent à Fuluio nobiliore, vt alii ob Octauio tibicine. (Iter iungere quæris,) iter iungunt hi, qui per interualla quiescunt in cursu. (Camœnas) ad ædem musarum. Bouillas, inquit cursus vis subsistere ad portam. Aedem autem camœnarum primus Numa erexit, author Liuius in primo ab vrbe, & Plutarchus.

(Declamas,)

Ad Librum suum. 1

Tercẽtena quidem poteras epigrammata ferre,
Sed quis te ferret, perlegeretq; liber?
At nunc succincti quæ sunt bona discе libelli.
Hoc primum est, breuior quòd mihi charta perit.
Deinde quod hæc una peragit librarius hora,
Nec tantum nugis seruiet ille meis.
Tertia res hæc est, quòd si cui forte legeris,
Sis licet usq; malus, non odiosus eris.
Te conuiua leget misto quincunce, sed ante
Incipiat positus q̃ tepuisse calix.
Esse tibi tanta cautus breuitate uideris.
Hei mihi, q̃ multis sic quoq; longus eris.

Ad Cæsarem Domitianum. 2

Creta dedit magnum, maius dedit Africa nomẽ.
Scipio quod uictor, quodq; Metellus habet.
Nobilius domito tribuit Germania Rheno.
Et puer hoc dignus nomine Cæsar eras.
Frater idumæos meruit cum patre triumphos.
Quæ datur ex Dacis laurea tota tua est.

Ad Sextum. 3

Sexte nihil debes, nil debes Sexte, fatemur:
Debet enim, siquis soluere Sexte potest.

In Amianum. 4

O q̃ Blandus es Amiane matri.
Quàm blanda est tibi mater Amiane.
Fratrem te uocat, & soror uocatur.
Cur uos nomina nequiora tangunt?
Quare non iuuat hoc, quod estis, esse?
Lusum creditis hoc, iocumq;, non est
Mater, quæ cupit esse se sororem,
Nec matrem iuuat esse, nec sororem.

Ad Decianum. 5

Ne ualeam, si non totis Detiane diebus,
Et tecum totis noctibus esse uelim.
Sed duo sunt, quæ nos distinguũt, millia passum.
Quattuor hæc fiunt, cum rediturus * eam.
Sæpe domi non es, cum sis quoq; sæpe, negaris,
Vel tantum causis, uel tibi sæpe uacas.
Te tamen ut uideam, duo millia non piget ire.
Vt te non uideam, quattuor ire piget.

* Eo

Batui.

Ad Seuerum. 6

I nunc, edere me iube libellos,
Lectis uix tibi paginis duabus
Spectas ἐσχατοκωλικὸν Seuere,
Et longas trahis oscitationes.
Hæc sunt, quæ relegente me solebas
Rapta scribere, sed uitellianis.
Hæc sunt singula, quæ sinu ferebas
Per conuiuia cuncta, per theatra.
Hæc sunt, aut meliora, siqua nescis.
Quid prodest mihi tam macer libellus,
Nullo crassior ut fit umbilico,
Si totus tibi triduo legatur?
Nusquam delitiæ supiniores.
Lassus iam cito deficis uiator
Et cum currere debeas Bouillas,
Interiungere quæris ad camœnas.
I nunc, edere me iube libellos.

DOMITIVS.

(DECLAMAS,) In Attalum qui artes omnes attingebat, nulla erudiebatur, Mar. quærit quomodo debeat appellari cum pariter omnes artes attingat, & ita vt nullam assequatur & edidicat vt ab eo possit accipere nomẽ. Ficto igit̃ nuper verbo dicit eũ debere appellari Ardelionem, nam ardeliones sunt qui studio quodam ardent in rem omnem, & nullam prosequuntur.

Ardeliones

(Declamas,) declamare est ficte orare ad exercitationem.

Declamare.

(Mimos,) poemata qualia scripserunt Laberius, Publius, Philistio, in his solus risus quæreba tur, hi poetę Mimographi dicũtur. (Ardelio,) nomen studii, & non doctrinę ab ardendo, id est festinando. Ardeliones ad omnia festini, & curiosi, sed vt dixi, nouitate nominis iocat. (Scripsi,) in Næuiam iocus est, nam dare absolute apud Mar. modo est dare pretium, modo dare coitum, vt illud res perridicula est. Vis dare, scilicet coitum ne dare vis, scilicet pretiũ, exigebat pretium Mar. à Næuia pro coitu. (Non dabit ergo,) scilicet coitum interrogatiue, immo dabit, scilicet pretium, vt emat à me coitũ, quasi dicat, si voluerit à me coirũ, omnino soluet, aliter enim nolo. (Basia dimidio) Posthumus male olebat conscius huius rei dimidio labro oscula dabat occurrentibus amicis. Mar. dicit se non ægre ferre si dimidio tãtum labro osculatur, sed se facere potestatem, vt dimidium adimat. (Posthumus,) nomen fictum est apud poetam, vt indicat: Quis sit Posthumus in meis libellis Nõ dicam (Licet demas,) potes demere, hoc etiã dimidium, & id facere patiar. (Quod fronte) ad Rusum cœnipetã, ita habet inscriptio antiqua, id est sectantem, & petentem alienam cœnã. (Nubila,) torua & mœsta. (Porticũ ser.) id est serus terit porticum. (Piger,) torpens. (Tacet quiddã lugubre,) quiddam insigne luctus. (Indecens) turpis tetit terram demisso vultu, ita enim est habitus lugentis. (Decoxit) decoquere, si absolute dicatur est fugere ob æs alienum, si cũ accusatiuo significat penitus consumere, tractũ à rebus, quę consumũtur coctione. (Myrrham,) suauissimi odoris arborem habet, vt nonnulli dixere in eadem sylua cum thure, & cum alia vnguenta ex diuersis rebus constarent: sola myrrha habebatur pro vnguento. (Nõ alienus). i. semper habes odoreũ alienum, & accersitum. (Hoc mihi suspectum,) quia non bene olet semper, quia non habet bonum odorem, & naturalem erat enim fellationis vitio olidum, sed id odoribus emendabat. (Et iudex,) cauillatur in Sextum, qui adeo gloriatur iactantia, se nihil cuiquam debere, vt iustis etiam creditoribus ambagibus litium rem creditam negaret, nunc in litigantem aduersus creditorem iocatur, & ait poeta. Sexte dum vnum creditorem vis subterfugere, tres habes, nam & iudex petit, & patronus & creditor, fuerit prudẽtius creditori soluere, vt duos deuites quàm vnum subterfugere, vt in tres incidas. (Nil intentatum,) in Selium cœnipetam, qui loca vrbis vbi hominum conuentus esse solerent, discurrebat, vt ab aliquo inuitaretur, poeta iocatur dum singulis in locis anxium, & solicitum cœnæ ostendit. (Europę) ex omnibus vrbis locis campus Martius habitus dignus est authore Strabone, in quo præclarissima picturarum, aliorũq; ædificiorum opera collocarentur, vel loco saltem vicino. Nõ procul igitur à campo Martio erat fabula Europes picta in porticu, quemadmodũ vecta est à Ioue verso in taurum, eratque propè locus buxo consitus exercitationi, & cursui aptissimus. Alibi Marti. Sed curris niueas tantum propè virginis vndas. Aut vbi sidonio taurus amore calet. (Achilleos pedes,) id est celeritatem tuorum pedum: nam Achilles hoc epitheto frequenti carmine celebrat ab Homero ποδώκης ὠκὺς ἀχιλλεύς, velox pedibus Achilles. Stulte alii exponunt pedes Achilleos. i. carmina de Achille. amici igitur Pauli currentis Selius velocitatem laudabat, vt ita venaretur cœnam. (Sine fine,) supra quam decebat. (Si nihil,) potuit assequi. (Phyllirides,) Chiron Phillyrræ, & Neptuni, qui erat in fabula argonautarũ pictus. (Aesonides,) Iason filius Aesonis. Argonautę picti erant in campo Martio in amœnissima Porticu, & ambulatione, quæ multis frequentabatur, alibi Mar. An spatia carpit lentus argonautarum (Méphitica,) Isis templum habuit Romæ proximum ei in campo, qui erat coniunctus campo Martio. Iuuena. Calidaq; petitas à Meroe portabit aquas vt spargat in ædem Isidis, antiquo quæ proxima surgit ouili. Sacra autem illa celebrantur magna hominum frequentia, & indè sæpenumero scortationes & lenocinia parabãtur. (Memphitica,) quæ ægyptia de Aegypto. (Iuuenca,) Isis, quæ olim iuuenca fuit. (Mœsta,) epitheton Isidis propter mortem mariti Osiridis. (Centum columnis,) porticum vipsanam intelligit, vt alii pompeianam. Versus sunt Ouidii & plures propter illud. historia tradit hanc fuisse ingenti sumptu ædificatam, & nobilem inter cętera ornamenta, industria Antiphili pictoris, qui illic pinxit Cadmum. & Europen.

In Attalum. 7

Declamas belle, causas agis Attale belle.
Historias bellas, carmina bella facis.
Componis belle mimos, epigrammata belle.
Bellus grammaticus, bellus es astrologus.
Et belle cantas, & saltas Attale belle.
Bellus es arte lyræ, bellus es arte pilæ.
Nil bene cum facias, facis attamen omnia belle.
Vis dicam qui sis? magnus es ardelio.

Ad Lectorem. 8

Si qua uidebuntur chartis tibi lector in istis,
Siue obscura nimis, siue latina parum,
Non meus est error, nocuit librarius illis,
Dum properat uersus annumerare tibi.
Quòd si non illum, sed me peccasse putabis,
Tunc ego te credam cordis habere nihil.
Ista trĩ mala sunt, quasi nos manifesta negemus.
Hæc mala sunt, sed tu non meliora facis.

De Næuia. 9

Scripsi, rescripsit nil Næuia non dabit ergo?
Sed puto, quod scripsi, legerit. ergo dabit.

In Posthumum,

Basia dimidio q̃ das mihi Posthume labro,
Laudo, licet demas hinc quoq; dimidium.
Vis dare maius adhuc, & inenarrabile munus?
Hoc tibi habe totum Posthume dimidium.

In Selium. 10

Quòd fronte Selium nubila uides Ruse.
Quòd ambulator porticum terit serus.
Lugubre quiddam quòd tacet piger uultus.
Quòd penè terram tangit indecens nasus.
Quòd dextra pectus pulsat, & comam uellit:
Non ille amici fata luget, aut fratris.
Vterq; natus uiuit, & precor uiuat.
Salua est & uxor, sarcinæq; seruiq;
Nihil colonus, uillicusq; decoxit.
Mœroris igitur causa quæ est? domi cœnat.

In Posthumum. 11

Esse quid hoc dicam, qđ olẽt tua basia myrrhã,
Quodq; tibi nunquam non alienus odor?
Hoc mihi suspectum est, quod oles bene Posthume semper.
Posthume nõ bene olet, qui bene semper olet.

Ad Sextum. 12

Et iudex petit, & petit patronus.
Soluas censeo Sexte creditori.

In Selium. 13

Nil intentatum Selius, nil linquit inausum,
Cœnandum quoties iam uidet esse domi.
Currit ad Europen, & te Pauline, tuosq;
Laudat Achilleos, sed sine fine pedes.
Si nihil Europæ fecit, tum septa petuntur,
Siquid Phillyrides præstet, & Aesonides.
Hic quoq; deceptus Méphitica tépla frequentat,
Assidet & cathedris mœsta iuuenca tuis.
Inde petit centum pendentia tecta columnis,

Decoquere.

Myrrha

DOMITIVS.

¶Dona Pompeii,)hi maxime ornarunt vrbem ædificiis,Põpe.Iulius Cæsar:Augustus,& eius familiares Octauia. Pompeius theatrum struxerat præter porticus, & multas inambulationes. ¶Duplex nemus)quod garriunt nonnulli de curia Pompeii,nón ne vel Strabonis verba sunt satis,qui scribit hortos nemorosos circa hæc loca fuisse, vt intelligas Nemus duplex, id est latũ,vel verba Liuii quod magis placet,qui scribit locum in vrbe fuisse,qui dicebatur inter duos lucos,& quidem amœnũ. ¶Nec spernit,) id est discendit. ¶Fortunati).N.P. ¶Aeoliã,)id est balnea ventosa.¶Renuente Deo,)id est non fauente. ¶Buxeta,)loca consita buxis ad Europam porticum:¶Buxetũ dictum est,)vt quercetum,cornetum, ilicetum, fagutal à fago. Vnde fagutalis Iupiter. ¶Tepida,) quia post meridiem illic inambulabant ad exercitationem.alibi:An delicatæ sole rursus Europæ Inter tepẽtes post meridiem buxos.¶Voca ad cœnam,)id est adime vitã Selio: nam si cœnabit cum Ioue discedet vita,quod vbaniter dicit, cum aliud dicere videatur. ¶Quod nulli,) potest accipere Hermi calicem fuisse venenatum,vel,quod magis placet,os fœtidum fuisse ob fellationem: nam hoc sensu solet in fellatorem iocari,vt in Sabidium,cuius flatu ait escam merdã esse factam,hic nulli propinabat calicem,quod videbatur superbi hominis,sed eum humane agere scri.Martia.ne perdat compotorẽ veneno,vel fœtore potius animæ ex fellatione.¶Zoilus,)Zoilus vt opes lecti ostentaret se ægrotum simulabat,ait Mar.non opus esse medico ad leuandum morbum,sed vilioribus stragulis. ¶Stragula,) vt Var.scribit, dicebantur omnia quæ lecto sternebantur.¶Coccina,)id est stragula tincta cocco.¶Torus,) lecti ornamẽtum erat ex lino. Maximi pretii habebatur si ex illo gosipio lino Aegyptio esset confectus. nam linum illud candore, & subtilitate præstat.¶Tinctus,) nõ placet cinctus,nam cinctus nõ est lecti ornamẽtum,sed vestis muliebris,nunc poeta de stragulis loquitur. Legatur ergo vel tinctus,vt repetas torus, hoc est, quod faciat torus tinctus. ¶Sindone oléti,)id est purpura. vel tigus,nam tigus ornamenti genus erat appellatione barbara: author Var.¶Sindone,)est genus lini subtilissimi,vt legas qd tigus faciet confectus sindone lino subtilissimo.¶Olenti,) scilicet bene.¶Machaonas,)medici dicti à Machaone filio Aesculapii.Sume mea stragula,)quoniam ea noles ostentare: sunt enim vilissima,& ita fies sanus, hoc est non simulabis te ægrotare.¶Tonstrix,)in tonstricem quandam, quæ non solum tondebat, sed pecunia homines radebat,grandem enim coitus mercedẽ poscebat.¶Qua pen fla.) nam illic errant flagella eorum,qui puniebant alios,Horat. Metuens pendentis habenæ tortores. Qui damnatos flagris afficiebant.¶Obsidet sutor,)In Argileto erant multę sutrinæ.¶Capto) in Maximũ,quivolebat esse dominus Mar.cum ipse aliis seruiret.¶Captare,)est blanditiis,& seruilibus officiis aliquid quęrere vt scurræ,& alii. ¶Anteambulo,)dicitur qui ambulat ante dominũ honoris gratia, hoc est vsus verbo Tranquillus, quod perraro inuenies, atque haud scio an vsquam, præterquã in vita Vespasiani,vbi scribit matrem solitam appellare eũ anteambulonem fratris.¶Vicarius).i.nolo vices serui sustinere.i.nolo esse secundus seruus. Nam qui aliis seruiunt seruientibus, sunt seruorum vicarii. ¶Rex).i. dominus. nam rex apud Horat.Iuue.& hunc poetam,dicitur qui colitur à clientibus, vt patronus seruorum. Vnus L.Columella,præter hos poetas in procœmio hoc verbo ita vsus est quàm regis inquit somnos aucupari. ¶Felicem,) in Zoilum simulantem aduersam valetudinem,vt supra dictum, & accipientem amicos mensa,quæ ægrotantibus solet parari.¶Debet,) oportet eum esse ægrotum,qui tecum cœnet,nam conuiua ad cliuũ aricinum est medius corpore læso ¶Quem tua cœna felicem facit,)id est cui placet tua cœna,& ea se putet felicem. nam cibis quidẽ lautis erat parata, sed iis qui solent dari ægrotantibus.Vnde cauillatur cœnam eam esse aptam ægrotis,& eos qui ægroti mendicant ad cliuũ Aricinum, se putaturos felices ea cœna. ¶Basia,) id est malo manum quàm basia, quia male olent.¶Quid,)ob illud epigramma:Basia dimidio.¶Cœpit vtroq; da.)vt illud vlciscatur.¶Nondum,)non dicam nomen Posthumi,& quis sit, quia poterit vindicare sub specie amicitiæ dãdo basia mihi quæ male olent.¶Si det,)in Candidum,de quo alibi, Candide νοι ὠν φίλων. Is amplissimis verbis pollicitabatur se fore omnis aduersę fortunę comitem Martia. poeta ait se nolle amicum, qui tantum in calamitate sit comes,sed eum,qui si factus fuerit dives,det aliquid.

Buxetum Fagutal Fagutalis.

Machaones.

Illinc Pompeii dona,nemusq; duplex.
Nec Fortunati spernit,nec balnea Fausti,
Nec Grylli tenebras,Aeoliamq; Lupi.
Nam thermis iterum cunctis,iterumq; lauatur,
Omnia cum fecit,sed renuente Deo.
Lotus ad Europes tepidæ buxeta recurrit,
Siquis ibi serum carpat amicus iter.
Per te,perq; tuam uector lasciue puellam,
Ad cœnam Selium tu,rogo,taure uoca.

In Hermum.

Quod nulli calicem tuum propinas,
Humane facis Herme,non superbe.

In Zoilum.

Zoilus ægrotat,faciunt hanc stragula febrem.
Si fuerit sanus,coccina quid facient?
Quid torus à Nilo,quid sindone tinctus olenti,
Ostendit stultas quid nisi morbus opes?
Quid tibi cũ medicis? dimitte Machaonas oẽis.
Vis fieri sanus? stragula sume mea.

Ad Amianum.

Tonstrix suburræ faucibus sedet primis,
Cruenta pendent qua flagella tortorum,
Argiq; letum multus obsidet sutor.
Sed ista tonstrix Amiane non tondet.
Non tondet inquam,quid,rogo,facit? radit.

In Maximum.

Capto tuã,pudet heu,sed capto Maxime cœnã.
Tu captas alias,iam sumus ergo pares.
Mane salutatum uenio.tu diceris isse
Ante salutatum.iam sumus ergo pares.
Sum comes ipse tuus,tumidiq; anteãbulo regis.
Tu comes alterius.iam sumus ergo pares.
Esse sat est seruum.iam nolo uicarius esse.
Qui rex est regem maxime non habeat.

In Zoilum.

Felicem fieri credis me Zoile cœna,
Felicem cœnam Zoile dando tuam?
Debet aricino conuiua recumbere cliuo,
Quem tua felicem Zoile cœna facit.

De Paulo.

Carmina Paulus emit.recitat sua carmina Paulꝰ.
Nam quod emas,possis dicere iure tuum.

In Posthumum.

Basia das aliis:aliis das Posthume dextram.
Dicis,utrum mauis eligere? malo manum.

De Eodem.

Quid mihi uobiscũ est ὀPhœbe,nouẽq; sorores?
Ecce nocet uati musa iocosa suo:
Dimidio nobis dare Posthumus ante solebat
Basia,nunc labro cœpit utroq; dare.

De Eodem.

Non dicam,licet usq; me rogetis,
Quis sit Posthumus in meo libello.
Non dicam,quid enim mihi necesse est,
Has offendere basiationes,
Quæ se tam bene uindicare possunt?

GEORGIVS.

¶Sindone, Olenti,) tibi non credo, qui pleraque omnia vanissime effutis, nisi scriptorem dederis,qui hæc dicat. inuenio apud scriptores Græcos in primis apud Libanium sindonem pro velo subtilissimo accipi. In quam significationem venit illud Euangeliis vbi narrat corpus domini involutum fuisse sindone. Sindon

¶Tristem)

DOMITIVS. ¶Tristem Rea.)si fueris reus. ¶Reo,) scilicet te. ¶Exulis,)rui. ¶Dat,)fortuna,hoc est si fortuna dat. ¶Partem,)id est dimidium. ¶Multum est,)id est posses dicere nimium esse dare dimidium ¶Das aliquid,)interrogatiue quasi dicat non ¶Das nũquam,)Galla meretrix,quæ non stabat promissis,vnde inquit, si semper contrarium facis,negas mihi,& dabis. ¶Quod querulũ,) propter tussim Bithynicus spetabat.Neuiam moriturum,quoniam tussi vehementius agitabatur,sed fallitur,quoniam Nęuia meretrix, ita solebat blanditi ¶Spirat,)anhelat.legit melius sputa. ¶Blanditur,) scilicet tibi auaro.nã tu caperis his blãditiis cum inde speres cito morituram. ¶Laudantem cœnæ cum retia tendit,) id est cum captat cœnam.¶Accipe,) audi. ¶Effœte,)plene. ¶Facta est iam tibi cœna,) quia cœnabis mecum. ¶Hoc vo.).s.dicere, verba eius,qui laudatus est à Selio.¶Tacet)lege,non tace. Ita habet codex antiquus,id est cum audit Selius cœnam sibi esse paratam, statim silet,quasi affectus quod volebat, & timens ne loquendo offendat. ¶Rideto)in Sextilium mastur batorem,& fellatorem,is contra fronte, & stoico supercilio nolebat videri mollis Martia. iocatur,& quasi videatur assentaritait Sextiliũ nõ debere vereri quod aut cinædus,aut pædico,aut fututor,aut cunnilingus habeatur, sed tamen duas res superesse,quæ vel ab hispido,& seuero possint effici,hoc est fellare & masturbari. ¶Rideto,)id est derideto illum qui te appellauerit cinædum.¶Porrigito digitum medium,) erat indicium contumeliæ, nam digitus ille infamis, dicabatur, seu verpus,quoniam eo ludæi delapsa intestina recondebant. Iuue.Mediumq; ostẽderet vnguem,id est medium digitum. ¶Calda bucca,) id est vulua quia non es cũilindus.¶Duas res,)id est fellationẽ & masturbationem Masturbari à verbo græco tractum est, nam Græci μασ χοπευω dicunt lenocinio,& blanditiis conciliare.Vnde masturbari dixerunt Latini pro eo quod est virilia impudẽter tractare. ¶Fellare,) ab hœdis & agnis tractum,qui fellare dicũtur vbera matris cum lac sugunt,hoc verbo vsus est Var.in re ru. in agnis.Solinus frequentatiuo,scilicet fellito,in hœdis:& Plin.Dicitur autem non à fele animali:quod sentire est ridiculũ,sed à verbo græco quod est os contaminare, ita interpretatur Suidas testimonio etiam Aristophanis.¶Rufe,) in eum, qui ex seruili conditione peruenerat ad equestrẽ dignitatem: insigniaq; equestria gerebat,poeta facete iocatur,ait enim si nescis quis ille sit,qui indutus,& pictus est equestribus insignibus,amoue splenia,& ornamenta illa,legesque in fronte quid sit,& aperte alludit ad picturam,nam dicimus perlegere oculis ea,quę picta sunt vt apud Virgilium:hic autem habebat notas legendas in fronte, id est stigmata.¶Illum tenentem prima subsellia)nam inter subsellia iudicum equites sedebant,vt supra dictum est, & Plin. & Strab.sunt authores.¶Sardonichara manus,)id est habens annulum ligatum Sardoniche,& hoc est sinum equitum, qui annulo donabantur. Sardoniche autem gemma in maxima fuit authoritate annulo præsertim Polycratis,qui cum ab Herodoto,& à Latinis nostris memoriæ sit commendatus, gemmam Sardonichem habuisse scribitur.dicitur & Sardonichus. Iuuena. Gemmaque princeps Sardonychus. ¶Cuius tyron epotauere lacernæ,)id est cuius lacernæ toties tinctæ sunt.Primum tantum bis tingebantur purpuræ dicebanturque dibaphæ, qualibus vsus est Lentulus Spinther primus,postea sæpius tinctæ fuerunt maiore honore,& impẽdio.Et vides illũ cuius lacernæ lucent bis tinctæ. Lacernæ superinduebantur togæ.¶Toga)coea, quæ ex Cœa insula cõfecta erat. Vtebantur etiam viri,vincebantur tamen albedine à mulieribus bombicem assyriam gestãtibus. ¶Pinguis)vncta.¶Marcelianovngue to,) confecto à Marcello.nam vnguẽta aut à locis sumunt appellationem,vt rhodia,& menthesia. aut à magistris, vt cosmiana, & Marcel. aut à succis mistis,vt nardi nardina, opobalsama.¶Vulso pilo)nã euellebant pilos vt molliores viderentur.vnde & instrumentũ appellarunt vosellas.vt Varro. ¶Lingula)vinculum erat calciamenti,quam alii dixerunt ligulam.Ligula præterea aliud significat,quod in distichis declarabitur,pro vinculo calciamẽti,Pompeius posuit, & vsus est Iuuena.Ligula dimittetur. ¶Sedet,) apposita est.¶Non hesterna) non heri, sed singulis horis coccinata.¶Plãta lunata).i calceis lunatis.quod erat nobilitatis indicium,vt supra dictum est.¶Aluta coccina,) pellis rubens ¶Pingit,)apte formar, & pedem non lædit. ¶Splenia,) sunt qui lenia dicant. id verbum est apud poeram in distichis & apud Festum, sed placet vt splenia legatur. Erant autem panni bombicini, odoribus,& vnguento perfusi. Vides inquam illum, cui splenia numerosa,id est per numerum,& ordinem composita ¶Linunt) oblinunt. ¶Stellantem frontem,)id est radiantem, quia videbatur radiare vel notis insignitam.¶Amoue splenia,)quę coopertiũt stigmata,& notas,& alludit ad hominẽ pictũ notis. ¶Leges,)cognosces esse seruũ.

Volsella Lingula

¶Rvfe Vides illum subsellia prima tenentem,)in subselliis,q̃ proprie, vt Pedianus ait, minorum erant, cum tribunalia maiorũ essent.iudices sedebant trifariã,aliquando diuisi:

GEORGIVS.

Splenia

Masturbari

Fellare

In Candidum.

Si det iniqua tibi tristem fortuna reatum,
Squalidus hœrebo,pallidiorq; reo.
Si iubeat patria damnatum excedere terra,
Per freta,per scopulos exulis ibo comes.
Dat tibi diuitias.ecquid sunt ista duorum?
Das partem,multũ est.Candide das aliquid?
Mecum ergo miser es.quid si Deus ore sereno
Annuerit,felix Candide solus eris.

Ad Gallam.

Das nunquam,semper promittis Galla roganti,
Si semper fallis,iam rogo Galla nega.

Ad Bithynicum.

Quod querulũ spirat,quod acerbũ,Næuia tussit,
Inq; suos mittit sputa subinde sinus,
Iam te rem factam Bithynice credis habere?
Erras,blanditur Næuia,non moritur.

De Selio.

Laudantem Selium cœnæ cum retia tendit,
Accipe siue legas,siue patronus agas.
Effœte,grauiter,cito,nequiter,euge,beate
Hoc uolui,facta est iam tibi cœna,tace.

In Sextilium.

Rideto multum,qui te Sextile cinædum
Dixerit,& digitum porrigito medium.
Sed nec pædico es,nec tu Sextile fututor,
Calda uetustinæ nec tibi bucca placet.
Ex istis nihil es fateor Sextile,quid ergo es?
Nescio,sed tu scis res supereſſe duas.

Ad Rufum.

Rufe uides illum subsellia prima tenentem,
Cuius & hinc lucet sardonichata manus.
Quæq; Tyron toties epotauere lacernæ,
Et toga non tactas uincere uisa niues.
Cuius olet toto pinguis coma Marceliano,
Et splendent uulso brachia trita pilo.
Non extrema sedet lunata lingula planta.
Coccina non læsum cingit aluta pedem,
Et numerosa linunt stellantem splenia frontem.
Ignoras quis sit? splenia tolle,leges

GEORGIVS.

quod est os contaminare, ita interpretatur Suidas testimonio etiam Aristophanis.¶Rufe,) in eum, qui ex seruili conditione peruenerat ad equestrẽ dignitatem: insigniaq; equestria gerebat,poeta facete iocatur,ait enim si nescis quis ille sit,qui indutus,& pictus est equestribus insignibus,amoue splenia,& ornamenta illa,legesque in fronte quid sit,& aperte alludit ad picturam,nam dicimus perlegere oculis ea,quę picta sunt vt apud Virgilium:hic autem habebat notas legendas in fronte, id est stigmata.¶Illum tenentem prima subsellia)nam inter subsellia iudicum equites sedebant,vt supra dictum est, & Plin. & Strab.sunt authores.¶Sardonichara manus,)id est habens annulum ligatum Sardoniche,& hoc est sinum equitum, qui annulo donabantur. Sardoniche autem gemma in maxima fuit authoritate annulo præsertim Polycratis,qui cum ab Herodoto,& à Latinis nostris memoriæ sit commendatus, gemmam Sardonam & ordo senatorius & equestris,& item tribuni erarii iudicabant:aliquando tamen iudicia penes senatores solos,interim penes equites fuere.Cur autem ad explanationem primorum subsellionum,inter subsellia iudicum equites sedere dicat,non intelligo,ego autem dixerim Subsellia prima tenentem,equitem fuisse,qui iudicaturus prima subsellia mollis,& ornamento molliore ornatus frequentaret,hæc ille.¶Splenia tolle leges)Confictam à Calderino & commentitiam diffinitionem sentio, vtpote quæ nec ab etymologia nominis procedat,nec vetere authore nitatur.Spleniũ tamen Plin in naturali historia scribens de medicina oculorum ait.Neue autem sub ala ad hunc vsum indicitur, quoniam suo calore vtilior est. superimponi oportet spleniũ è melle decoctũ,hic scriptor splenium non innuit esse pannum bombicinum odore,& vnguento perfusum,sed ex melle confici spleniũ docet.Ego contenderim spleniũ esse dictionem græcam. Nã IuliusPollux in.2.lib.spleniũ tradit appellari caput splenis pinguis, hinc splenia velut per similitudinem dicuntur facta ex panno laneo,siue lineo,quæ ad curam corporis superimponi solent.

DOMITIVS: (¶Mvtva)in Caium auarum,qui cum ab eo rogaret mutuum Martialis,consuluit vt ageret causas,si volebat esse diues. ¶Vel etiam,)id est non modo non debuit mihi recusare in mutuum, sed etiam non esse molestum nimis si donasset. ¶Flagellat,)arctat,& continet alibi in eundem:I tibi dispereas Gaure pusillus homo es.¶Sæpe ego Christallam,)codex antiquus habet Christi nam.¶Quam bene det,)iocatur hoc dare bene,cum enim ille interrogat,intelligit q̄ humaniter det,hic respondet,intelligit dare largiter, id est largo fe

✻ Felixq; more.Supra quod fieri nil Mariane potest.i. non posset dare largius.¶Lis mihi,)Epigramma est in Pōticum,qui volebat videri dominus, cū multis seruiret,multosq; timeret.¶Cum Balbo,)Balbus erat ditissimus, ficto tamen nomine à Martiale.nam quicunq; hic nominantur supra tempora Domi.fuerunt.¶Licino,)

Licinus Licinus ditissimus fuit,siue intelligas tonsorem. de quo illud distichon. Marmoreo Licinus tumulo iacet,at Cato paruo, Pompeius nullo, credimus esse Deos?siue is sit de quo Persi. Nunc Licini in campos, nunc Crassi mittit in ædes.hic ponitur pro diuite.

Patrobas. ¶Patrobas,)alio verbo reperi Patrobum paulum inuersis syllabis nunc à poeta. is fuit liber tus Nero,qui tanto studio palæstræ tenebatur, vt arenam à Nilo vsq; iuberet sibi afferri in theatrum,qua spargeretur.Plin. author est.¶Cōfinis) qui habet agros vicinos mihi.¶Vexat) id est semper arripit mihi aliquid.

Laronia ¶Laronia,)de qua Iuuena. Nō tulit ex illis toruum Laronia quendam,hæc diuitias,& hominum gratiam cum esset vidua & orba assecuta est, vt quoties nominatur potens,& diues introducatur,vt hoc loco. ¶Abnegat,)depositum.¶Orba,) id est caret filiis.¶Diues,)anus,vidua, omnia hæc faciebant/pē hæreditatis Pōtico. ¶Sit liber) nulli seruiat, quod dixit superius,Esse sat est in suum,& non vicarium. ¶Cur,) poeta vult ostendere Philenē habere vultū similem Priapo, qui caluus, rusus,luscus est,& hęc non aliā habebat frontis imaginem,propterea q eā basiabat non dabat oscula,sed videbaē fellare,hoc est ore mētulā tractare. ¶Philęni)nomē meretricis, ductū à meretrice in quā Philocrates poeta scribit.¶Calua,)& mētula quæ calua est sine capillis.¶Cum placeat,)in Gallam, quæ Phileroti prostabat,cui omnia bona dederat à priore marito relicta,vnde factum erat, vt tres filii prioris mariti fame perirent,ait poeta eam nihilo meliorem esse Pontia quæ duos filios veneno necauit,cum hæc tres patiatur fame perire.de Galla alibi.Munera post septem nupsit tibi Galla virorum. Fuit item Atria Galla,cuius meminit Tacitus. ¶Fame,) collata omni pecunia.¶Phileros,)adulter.¶Redemptus,)ad coitū pretio conductus.¶Tota dote,)quam habebat sub priore marito. ¶Indulgentia,)adeo indulgens tuo cunno.¶Casta Venus,)legitimus coitus,id est quem etiam legitimus coitus non deceret.¶Dii te perpetuam,)Phileros veneficus erat,& coniuges omnes necabat veneno.Alibi:Septima iam Phileros vxor tibi conditur agro Plus nulli Phileros,quàm tibi reddit ager. Quasi igitur prædicēs futurum interitum Gallæ Martia.à Philerote venefico optat ex commiseratione,vt sit perpetua,id est longo tempore amica Philoroti.¶Pontia deterior,)quæ duos necauit. De Pontia Iuuena. Túne duos vna sæuissima vipera cœna.Túne duos:sunt qui afferant testimonium ex epigrammate vetusto,quo illa scelus fatetur.Fuit altera Pontia,quam Octauius amauit ardentissime,necauitq; sagitta,cum non obsequeretur, nec posset abduci à fide coniugii.¶Deterior,)quia tu pateris tres perire fame.

In Caium.

Mutua uiginti sestertia forte rogabam,
Quæ uel donanti non graue munus erat.
Quippe rogabatur ✻ fidusq;,uetusq; sodalis,
Et cuius laxas arca flagellat opes.
Is mihi,diues eris,si causas egeris,inquit.
Quod peto da Cai,non peto consilium.

Ad Marianum.

Sæpe ego Christinam futui,det q̄ bene,quæris,
Supra quod fieri nil Mariane potest.

In Ponticum.

Lis mihi cū Balbo est.tu Balbū offendere non uis
Pōtice,cū Licino est,hic quoq; magnus hō est.
Vexat sæpe meum Patrobas confinis agellum.
Contra libertum Cæsaris ire times.
Abnegat,& retinet nostrum Laronia seruum,
Respondes,orba est,diues,anus,uidua.
Non bene(crede mihi)seruo seruitur amico,
Sit liber,dominus qui uolet esse meus,

In Philænin.

Cur non basio te Philæni,calua es.
Cur non basio te Philæni,rusa es.
Cur non basio te Philæni,lusca es.
Te qui basiat ò Philæni,fellat.

In Gallam.

Cum placeat Phileros tota tibi dote redéptus.
Tres pateris natos Galla perire fame.
Præstatur cano tanta indulgentia cunno,
Quem nec casta potest iam decuisse Venus.
Perpetuam Dii te faciant Philerotis amicam
O mater,qua nec Pontia deterior.

Ad Phœbum.

Cum sint crura tibi,simulent quæ cornua Lunæ,
In rhytio poteras Phœbe lauare pedes.

In Pannicum.

Pectere te nolim,sed nec turbare capillos.
Splendida sit nolo,sordida nolo cutis.
Nec tibi mitrarum,nec sit tibi barba reorum.
Nolo uirum nimium Pannice,nolo parum.
Nunc tibi crura pilis,& sunt tibi pectora setis
Horrida,sed mens est Pannice uulsa tibi.

GEORGIVS.

¶Cvm Sint crura tibi simulent quæ cornua lunæ. In rhytio poteras Phœbe lauare pedes,) In hac expositione ita varius est, vt tum sibi non constet, tum poetæ mentem inuoluat,dum scribit nunc rhidium, nunc imbricium legi posse,ego autem quæ inuenerim atque obseruauerim à Græcis scriptoribus dicta, iam aperiam,primumque dicam rhytium esse legendum. Est autem dictio græca, & vasis genus significat. Id quod Eusthatius in.23. Iliados tradit enarrās κοτυλήδρυτον ἐξέφηναμεν,inde rhyton & per diminutionem rhytion,dicit vas fuisse incuruum,& esse simillimum cornu, atque ab aliis κέρας,hoc est cornu appellari. Merito ergo Martial.Phœbum cuius crura cornibus lunæ perquam similia erant, monet, vt pedes in rhytio lauet. Demosthenes quoq; contra Mydiam rhyti mentionem facit.Mirorq; hunc interpretem græcos authores non adiuisse,sed parum diligenter de vi,& etymologia græcarum dictionum hic loquitur, quemadmodum in hemitritæo facit,cuius originem,& significationem diligentius hac in parte excuterem,nisi alibi de hac febre disseruissem.

¶Quicquid,)

DOMITIVS.

¶Q vicq vid)In Cecilianū qui inuitatus à Martia.præ auaritia,& ingluuie multa ex mensa subrepta domum mittebat, ait poeta se non parasse eas res in sequentem diem, sed in præsenti mensa,& se velle eum conuiuam hodie non cras. ¶Verris,)rapis ex omni parte.¶Suminis,)porcini.Nam sumina ingenuæ gulæ habebantur,& abdomina,quorū adeo fuit auidus Publius mimorum poeta, vt post libertatem nunquam sine abdomine cœnauerit.De sumine in distichis.Esse putas nondum sumē sic iubere largo. Effluet & vino,lacte pupilla tumet.¶Imbricem)i.lumbū,nec inepte fortasse intellexeris de ea parte, quæ aprunos dicebatur.Ea ma

Attagen. nebat in medio discerpto apro inter partes.¶Attagenam)auis ionica Attagena, quæ cum soleat canere, capta obmutescit masculino genere protulit Horat.Non auis afra:non attegen ionicus.inter raras aues habebatur.Mar.Inter sapores fertur alitum primus Ionicarum gustus attagenarum.¶Mullum,)

Mullus Mullus piscis lautæ olim mensæ.¶Lupum)laneum intelligit captum inter duos pōtes, olim enim obtinebat principatum inter pisces. Laneus à candore & mollitie carnium.Idem Horat.in sermonibus.¶Alica,)ge-

Alica nus præstantissimi tritici erat, quod leborini potissimum cāpi ex Campania mittebant, & incognita ętate Pompeii ab alēdo dicta.¶Stillantem)prę pinguedine.¶Et sua alica palum,) id est madente cibo,& pingue dine ciborū.¶Nos turba otiosa).i.nos otiosi.¶Nō vocaui te cras).i.nolo te conuiuam cras: sed hodie.caue verbum vocas, & scribas vocabo pro vocaui: nam ex hoc existit in Epigrammatis iocus,quòd ait. Non vocaui te cras,id est cœnam parauī vt edas hic, non vt serues in crastinum.¶Quid ager Nomē tanus,)olim erat incultus, author Plin.miranti Lino, & roganti quid ex eo haberet,respōdit quod illum nō videat, quia molestus erat Marti. & id satis amplum fructum præstabat. ¶Coccina,)mulieres in adulterio deprehensæ cogebātur pro dire in publicum toga indutæ. ostendit hoc alibi Mar. iocans de Spadone: Telim viderat in toga Spadonem,Damnatā Numa dixit esse mœcham.si aliter intelligas nullus est sensus dignus Mar.& ignoras hūc morē fuisse apud antiquos, quod potuit te docere Horat.interprete Porphirione eo versu, quod interest in matrona,ancilla peccēsue togata.Porphirio. Togatæ autem in publicum procedere cogebātur fœminę adulterii admissi conuictæ, idem etiam interpretatur Acron iisdem quibus Porphirio, quanuis alias addat opiniones. Iuuenal. ex sentētia Mar.loquens,vt est à nobis expositum ita ait:Est mœcha Labulla:Damnetur,si vis,etiam Carphinia talem.Nō sumet damnata togam.Ait igitur cum vestes mittas,mœchæ famosæ, earūq; magnificētia cupias placere: Nulla est,q̄ aptius mitti possit, vt extinctus sit.Plura apud Græcos ex Suida. ¶Vita mimos) cū recitant in theatro mimi, ne cogaris ridere.& item vita conuiua,vbi sunt moriones,qui concitabant risum. ¶Laxat,) aperit. Virgil.Laxatq; fores ¶Risu perspicuo),i. aperto, vt perspicient dentes.¶Mœstę matri,)Hecubæ,dum ea agitur fabula.¶Lugenti virum,)Andromache. ¶Fratrem,) de Electra intelligere potes, quæ introducitur flens Orestem apud Euripidem.

In Cecilianum.

Quicquid ponitur hinc,& inde uerris
Mammas suminis,imbricemq; porci,
Communemq; duobus attagenam,
Mullum dimidium,lupumq; totum,
Murenæq; latus,femurq; pulli,
Stillantemq; alica sua palumbum.
Hæc cum condita sunt,madente mappa
Traduntur puero domum ferenda.
Nos accumbimus otiosa turba.
Vllus si pudor est,repone cœnam,
Cras te Ceciliane non uocaui.

In Linum.

Quid mihi reddat ager q̄ris Line Nomentanus,
Hoc mihi reddit ager,te Line non uideo.
De Muneribus mœchæ.
Coccina famosæ donas,& ianthina mœchæ.
Vis dare,quæ meruit munera?mitte togam.

In Tongilium.

Vri Tongilius male dicitur hemitritæo.
Noui hominis mores,esurit,atq; sitit.
Subdola tenduntur crassis modo retia turdis,
Hamus & in mullum mittitur,atq; lupum.
Cecuba saccentur quæq; annus coxit Opimi,
Condantur parco fusca falerna uitro.
Omnes Tongilium medici iussere lauari.
O stulti,febrem creditis esse?gula est.

In Maximinam.

Ride,si sapis,ô puella,ride.
Pelignus puto dixerat poeta,
Sed non dixerat omnibus puellis,
Quanuis dixerit omnibus puellis,
Non dixit tibi,tu puella non es.
Et tres sunt tibi Maximina dentes,
Sed planè piceiq;,buxeiq;.
Quare si speculo,mihiq; credis,
Debes non aliter timere risum,
Quàm uentum Spanius,manumq; Priscus.
Quàm cretata timet Fabulla nimbum.
Cerussata timet Sabella solem.
Vultus indue tu magis seueros,
Quàm coniux Priami,nurusq; maior.
Mimos ridiculi Philistionis,
Et conuiuia nequiora uita,
Et quicquid lepida procacitate
Laxat perspicuo labella risu.
Te mœstæ decet assidere matri,
Lugentiq; uirum,piumq; fratrem,

Mimi

Philistio

DOMITIVS.

¶ VACARE Tragicis musis) i. spectare mimos tragicos in quibus nihil est præter luctum. ¶ Zoile,) Zoilus non est recens nomen apud Mar. est nomẽ tutoris apud Liuium, & oratoris apud Strab. & apud Victruuium calumniatoris homerici. Hic de eo loquitur qui erat fellator. ¶ Sollum,) vas erat in Thermis, quo lauabantur, qui nolebãt in thermis sudare. Huius meminit sæpenumero in medicina Celsus: tanto olim luxu factũ est, vt esset argenteum quo mulieres lauabantur. Fastidiebant enim solia nisi essent argẽtea. ¶ Perdis,) cõtaminas, vt spurcius sit merge caput, quo fellabat, nam lingua fellatrix erat spurcior inguinibus, cum ea sæpius vteretur ad libidiné, q̃ inguine. ¶ Candidę,) in Candidum, qui Martialis volebat videri amicus, vsurpabatque sæpenumero prouerbium Græcorum φίλων κοινὰ πάντα, id est omnia amicorum communia. tamen nihil præstabat. ¶ Quæ verba,) id est omnia cõmunia. ¶ Toga Galeso,) ex lana. nam præstantissima illi est lana apud Galesum flu. Tarentinũ, Lacedæmones condiderunt Tarentum duce Phalanto. ¶ Sepositogrege,) id est electo. ¶ Est passa cornua tauri,) id est lacerata cornibus tauri, quæ in theatro iactabantur. ¶ Pila,) pilæ erant effigies laneę quæ suspendebantur in compitis Diis inferis, vt illi contenti eiusmodi imaginibus, viuis parcerent, nam tot erãt effigies quot circa compita liberi, serui, mulieres habitabãt, inde tractum est, vt vestes quæ obiiciebantur tauris in theatro pilæ dicerentur, quoniam petebantur à tauris tanquam effigies hominum, & illis laceratis, qui obiecerat non lædebatur, vel pilæ dictæ, q̃ in globum, & speciem pilarum conuolutæ iactabantur. Vestes iactari solitas supra Ouid. versu ostendimus. Pila prima hoc loco accipitur pro effigie lanea compitali. Ait igitur Mar. adeo vilem esse vestẽ suam, vt ne pilæ quidem compitali conuenirent, nam illis imaginibus deteriores vestes induebantur, idcirco suam illis comparat. ¶ Prima,) dicitur, quoniã in principiis viarum, id est cõpitis pendebat. Alibi eum, qui male pila lusit senem ait factũ primã pilam, id est pannosum, hoc magis placet, q̃ quod sequitur, pilam accipi pro parte pontis, ad quã solebant petere obolum mendici, non placet inquã quoniã syllaba negabat, nam pila in ponte producitur, pila hic corripitur. ¶ Terram Cadmi,) id est Tyron. ¶ Agenoreas) tyrias, & purpureas. ¶ Libycos orbes) id est mensas citreas, nam Atlas mons Libyæ citro abundat, vnde mensæ fiebant tanti pretii, vt quæ fuerant Galli Asinii dicantur emptæ. 10. libris. Mulieres obiiciebãt earum luxum maritis cum mariti eis margaritas exprobrabant. Orbes dicuntur, quoniam ex orbibus dimidiatis fiebant tanto artificio vt ne commissura quidem cerni possit. In his mensis vtebantur Romani pedibus eburneis, propterea dentes elephantini tale habent distichon: Grandia taurorum portant, qui corpora quærunt: An Libycas possint sustinuisse trabes, id est mensas citreas. ¶ Dentibus Indis,) id est elephantis, quia ex India elephanti mittebantur. ¶ Testa,) pedibus terrenis, & fictilibus. ¶ Mulli,) pisces erant magni pretii, duas libras fermè non excedebant, quanuis in mari rubro ab L. Mutiano ter Cos. testimonium sit 80. librarum mullum captum fuisse; quod rarissimum est. ¶ Chrysendeta) erãt lauees grandiores auro obliti. ¶ Immodici,) maximi. ¶ Flaua) propter aurũ. ¶ Cámare,) cammarus genus locustæ cibi vilissimi, quod ostendit Iuuen. Sed tibi dimidio constrictus cammarus ouo Ponitur exigua fatalis cœna patella. ¶ Concolor) eiusdem coloris, cum lance. ¶ Grex,) id est pueri, qui stant mensæ tuæ. ¶ Iliaco ci.) Ganymedi. ¶ Emi seu,) Sextus amicus Martialis erat fœnerator, & quoniam dubitabat ne aliquid Mar. poscleret dicebat se debere multis. ¶ Togam pexã) duo genera togarum, altera pexa, altera rasa dicebatur. potes & accipere togam pexam. i. rasam, sed non placet, magis placet vt toga pexa dicatur villi crassioris. Vnde pexati dicuntur hac toga induti. ¶ Libras,) argenti. ¶ Cauet,) prouidet. ¶ Secum,) intra labra. sed ita susurrat, vt possim audire. ¶ Phœbo) Phœbus libertus apud Taci. & Phœbus, balnea habebat, vt apud Iuu. hic alius erat. ¶ Quę tibi,) Glyptus nomine significat succisum. hic fecerat se sacerdotem. Cybelis amputata mentula ¶ Cultro samio). i. testa, nam sacerdotes Cybelis eo cultro vtebantur, nã si alio vsi fuissent, perniciosum erat. nũc poeta dicit cultrum illum fictum ferrum, quoniam culter non fit temere, nisi ex ferro, & hoc fecit Glyptus postea quàm desit arrigere. ¶ Quæ non stabat,) id est quæ non arrigebatur. ¶ Gallus eras,) quia non poteras arrigere, & idcirco castratus. ¶ Florida,) in Næuolũ auarũ, qui vestes patiebatur, quas multas habebat, tineis consumi potius, q̃ amico vnã vellet donare. ¶ Hybla,) est vrbs Siciliæ, quæ postea dicta Megara condita à Dorien sibus, authores Thucydides, & Strab. & item mons vbi thymi flores varii, sunt, & multi, quos depastæ apes mel optimum conficiunt. ¶ Præla,) appellat præla ea vela, & tabulas, quibus vestes pressæ tenentur à similitudine præli vinarii alibi idem. ¶ Breue ver,) id est vernos flores cito interituros.

Zoilus
Solium
Tarentum
Pila
Mensę citreæ
Mullus
Chrysendeta
Cámatus
Hybla

Et tantum tragicis uacare musis.
At tu iudicium secuta nostrum
Plora (si sapis) ô puella, plora.

In Zoilum. 40

Zoile quid solium subluto podice perdis?
Spurcius ut fiat, Zoile merge caput.

In Candidum. 41

Cãdide κοινὰ φίλων hæc sunt tua Cãdide πάντα,
Quæ tu magniloquus nocte, dieq; sonas.
Te Lacedæmonio uelat toga lota Galeso,
Vel quam sepositio de grege Parma dedit.
At mea, quæ passa est furiosi cornua tauri,
Noluerit dici quàm pila prima suam.
Misit agenoreas Cadmi tibi terra lacernas.
Non uendes nummis coccina nostra tribus.
Tu libycos Indis suspendis dentibus orbes.
Fulcitur testa fagina mensa mihi.
Immodici tibi flaua tegunt chrysendeta muli.
Concolor in nostra Cammare lance rubes.
Grex tuus iliaco poterat certare cinædo.
At mihi succurrit pro Ganymede manus.
Ex opibus tanti, ueteri fidoq; sodali
Das mihil, & dicis Candide κοινὰ φίλων.

In Sextum: 42

Emi seu puerum, togámue pexam,
Seu tres, uel puto, quattuórue libra.
Sextus protinus ille fœnerator,
Quem nostis ueterem meum sodalem.
Ne quid forte petam, timet, cauetq;,
Et secum sic, ut audiam susurrat,
Septem millia debeo Secundo,
Phœbo quattuor, undecim Phileto.
Et quadrans mihi nullus est in arca.
O grande ingenium mei sodalis.
Durum est Sexte negare, cum rogeris.
Quanto durius, antequam rogeris.

Ad Glyptum. 43

Quæ tibi nõ stabat, præcisa est mentula Glypte,
Demens cum ferro quid tibi? gallus eras.

In Næuolum. 44

Florida per uarios ut pingitur hybla colores,
Cum breue Sicaniæ uer populantur apes,
Sic tua suppositis perlucent præla lacernis,
Sic micat innumeris arcula synthesibus.

GEORGIVS.

¶ TOTAM'VE Pexam,) tum dubia, tum pugnantia loquitur etenim pexum maxime repugnat, præterea quis nisi vanissimus diceret togam pexam esse villi crassioris, quando toga illa dicatur confecta ex lana, quæ pilum contexta non emittit, qualem Histria, & Liburni tactus progenerant, quæ cum lino propior, quàm lanæ sit, pexis alienam vestibus causam tradit Plinius & nostris quoque temporibus vulgus eam vestem rasam appellat. ¶ Florida per varios vt pingitur hybla colores,) montem esse Hyblam adhuc non legi, authoremque desidero, qui id tradat.

Toga Pexa Rasa

¶ Tua

DOMITIVS.

¶ TVA Vellera,) id est tuas vestes. ¶ Totam tribum,) id est omnes, qui sunt in tribu, non solum vnum amicum. ¶ Lentus specta,) id est sine miseratione. Lenti enim dicuntur spectare quando non mouentur ad miserationem, vel iracundiam. Propertius: Hostibus eueniat lenta puella meis. Lentitudo est vacuitas iræ, quam Greci νήφειν dicunt, sed Cœlius nõ putauit posse dici latine. ¶ Hyemem,) id est frigus. ¶ Frigora trita,) id est tritarum lacernarum. legitur etiam tuta. ¶ Fraudare,) vt adimas duas vestes fraudare non te, sed tineas. ¶ Quid renuis,) dictum per interpositionẽ quasi Mar. esset dicturus fraudare te, & propterea iam renuere. Næuolus dicit non fraudare te, sed tineas à quibus tuæ vestes corroduntur. ¶ Duobus pãnis,) id est lacerna, & toga. nam his duabus vtebantur Romani præter quam in ludis. Augustus dedit negotium ædilibus, neque circo paterentur consistere nisi togatum depositis lacernis. ¶ Subdola, mẽcha dabat pueris quos maritus pædicabat. & hæc erat Thelesina, de qua infra, Vxorẽ nolo Thelesinam ducere. ¶ Cõchis cytheriacis) conchæ cytheriacæ dicuntur Venereæ. & Venerei dicantur, & non à loco accipias cytherea, quoniam Venus è spuma maris nata concha vecta est ad littus. Venus apud Papi. Digna fuit nostra considere concha. & duæ illæ conchæ, quę tenuerunt nauem plenam ventis, quæ mittebantur à Periandro edicto, vt nobiliores mares castrarentur, dicta fuere apud Venerem Gnidiam. Concha igitur cytheriaca non à loco dicta, sed Venerea. Prop. Inda cauis aurũ mittit formica metallis, Et venit è rubro cõcha erycina mari. ¶ Leuior,) id est politior conchis. Ouid. Leuior assiduo detritis æquore conchis. ¶ Irrumat,) irrumare nõ tractum est à rima, sed à ruma, quod significat mamillam. Vnde agni dicũtur sub rumari, quando rumas lingũt, author Põpeius. Est aũt irrumare mẽtulam tanq̃ mamillã ori inserere. ¶ Coponem) optat pauca in otio in loco etiam rusticano cõtemnens vrbana edificia. Caupo vẽditor vini. ¶ Tabulam, & calculos,) lusorios. ¶ Paucos libellos,) sed vt eligã id est electos diu. ¶ Leuẽ) politum, & serò virum supra, vel etiam in Bitonto oppido vilissimo Apuliæ. ¶ Habe.) fruere. ¶ Thermas,) Thermę Neronianę erant in maxima admiratione, id est habe tibi ædificia vrbana quæ alii exoptant. Papi. Fas sit componere magnis Parua Neroniana, nec qui modo lotus in vnda: Hic iterum sudare neget. Erant inquã hæc præsertim in admiratiõe ¶ Quod) in Lesbiã iocatur, quæ aquã bibebat, & fellabat. ¶ Non peccas,) id est non errras, quia tu fellas, & polluis ora, ideo rectè facis si potas aquam. ¶ Qua parte opus) quia opus est, vt bibas, & abluas os quo fellas. ¶ Vnus,) carpit Hylum, qui vitio animi cum pauperrimus esset, & solum denarium haberet, eum pædiconi dabat. ¶ Hunc pistor,) quia non emis panem. ¶ Copo,) quia non emis vinum. ¶ Sed auferet tibi,) si quis habebit magnum penem. Nam vis pædicari. ¶ Nouit) Spatale meretrix erat, habebat mãmas tantæ magnitudinis, vt duæ puellæ viderentur, propterea Dasius magister balneorum iussit soluere pro tribus. Laudatur Dasius, quòd sciuerit numerare eos, qui in balneo erant, nã quanuis Spatale sola esset, duabus mammis duarum locum occupabat. ¶ Pro tribus,) nam Spatale, & duæ eius mammæ trium locum occupabant, risus est, quòd vna pro tribus soluerit propter mammas. ¶ Vis fieri,) Maximus libertus fuit Parthenii, ad quem non inanis fuerit cõiectura si intellexeris hoc scriptum. Is iactabat se velle liberum fieri, cum tamen nesciret discedere ab aulicis, & fastu palatino, docet poeta, quomodo possit liber fieri si animum scilicet composuerit ad frugalitatem, qua viuat contentus. ¶ Hac ratione,) hoc pacto. ¶ Nolis,) id est si nolis alienam cœnam captare. ¶ Veientana vina,) de fæce vini rubelli intelligit, de qua supra dictum est. ¶ Domat sitim,) id est si aspernatis falernum. ¶ Chrysendeta,) vasa aurea. ¶ Cinnæ miseri,) qui hoc genere ambitus cruciatur. ¶ Toga nostra,) tali quali ego sum indutus, id est vili. ¶ Vincitur,) domatur. hoc est si potes vili scorto esse contentus, & non sectari stolatas mulieres. ¶ Non rectus,) nam pauperes habent tecta vilissima, & humilia, quæ cernui intrant. ¶ Partho,) duæ erant tribus apud Parthos, quarum altera affinium, altera magorum dicebat, qui vt scribit Appianus, libertatẽ populis promitrebãt, seruitutemque propulsaturos morte, inde fiebat, vt nullo fœdere eorum pax sanciri posset, nemini enim seruire patiebantur. ¶ Quid de te,) in Linũ, qui cum draucos sequeretur, vxor dedit puerum Spadonem custodem, ne posset ab eo pædicari. ¶ Satis probauit,) id est ostendit. ¶ Certis indiciis,) .i. veris & apertis argumentis.

Lentitudo
Irrumare
Parthorũ tribus

Atq; unam uestire tribum tua uellera possunt,
Appula non uno quæ grege terra tulit.
Tu spectas hyemem succincti lentus amici.
Prô scelus, & lateris frigora tuta times.
Quantum erat infelix pannis fraudare duobus?
Non metuas mortem Næuole, sed tineas.

In Gallum. 45

Subdola famosæ (moneo) fuge retia mœchæ
Leuior ô conchis Galle cytheriacis.
Confidis natibus? non est pædico maritus,
Quæ faciat duo sunt, irrumat, aut fututt.

Ad Rufum. 46

Coponem, laniumq;, balneumq;,
Tonsorem, tabulamq;, calculosq;,
Et paucos, sed ut eligam, libellos,
Vnum non nimium rudem sodalem,
Et grandem puerum diuq; leuem,
Et charam puero meo puellam,
Hæc præsta mihi Rufe, uel Bitontis,
Et thermas tibi habe Neronianas.

De Thelesina, 47

Vxorem nolo Thelesinam ducere. quare?
Mœcha est. sed pueris dat Thelesina. uolo.

In Lesbiam. 48

Quòd fellas, & aquam potas, nil Lesbia peccas.
Qua tibi parte opus est Lesbia, sumis aquam.

In Hylum. 49

Vnus sæpe tibi tota denarius arca
Cum sic, & hic culo tritior Hyle tuo.
Non tamẽ hunc pistor, nõ auferet hũc tibi copo,
Sed si quis nimio pene superbus erit.
Infelix uenter spectat conuiuia culi,
Et semper miser hic esurit, ille uorat.

De Spatale. 50

Nouit loturos Dasius numerare, popposcit
Mammosam Spatalen pro tribus, illa dedit.

In Maximum. 51

Vis fieri liber? mentiris Maxime. non uis.
Sed fieri si uis, hac ratione potes.
Liber eris, cœnare foris si Maxime nolis,
Veientana tuam si domat uua sitim.
Si ridere potes miseri chrysendeta Cinnæ:
Contentus nostra si potes esse toga.
Si plebeia Venus gemino tibi uincitur asse.
Si tua non rectus tecta subire potes.
Hæc tibi si uis est, si mentis tanta potestas,
Liberior Partho uiuere Rege potes.

In Linum. 52

Quid de te Line suspicetur uxor,
Et qua parte uelit pudiciorem,
Certis indiciis satis probauit.

GEORGIVS.

¶ QVAE Faciat duo sunt, irrumat, aut fututt,) Abeat directus hic expositor cum huiusmodi interpretatione turpissima, ego quam tectissimis verbis potero, quid irrumare sit aperiam, à rima componi dicimus i in u propter cognationem soni immutata. ex circunstantiis autem rem cognoscendam tradit poeta, cum his verbis Thaida alloquitur: Quid me Thai senem subinde dicis. Nemo est Thai senex ad irrumandum.

DOMITIVS.

(NASVTIVS,)Nasuti dicuntur,qui habent iudicium & astutiam.¶Malignius,)quia dedit Spadonem non bene mentulatum qualem cupis.Alibi quoque eundem fellare ait.Pędicatur Oros, fellat Linus.¶Vis te Sexte,)Sextus communi familiaritatis consuetudine vixerat cum Martiale, nunc nihil dabat, aut aliquid, dabat sportulam,& tantũ,quantum diuites solebãt clientibus suis dare.ait poeta sibi in animo fuisse amare Sextum,id est æquali fœdere & amicitia eius rebus vtis nũc,cum sportulam tantum accipiat, facturũ quod iubet Sextus,qui non amari vel le videbatur,sed coli.¶Vis coli,) vis me tibi esse clientem. ¶Volebam amare,) id est volebam amice viuere tecum. ¶Si te colo,) id est si ero cliens. ¶Non amabo,)non prosequar te amore,cũ nil des, nisi quod clienti datur.¶Gentibus,) Galle tua vxor dicitur esse auara, & spoliare prouinciam,sed mẽdacia sunt,quia solet dare, scilicet coitum,nam dare absolute modo pretium dicitur, modo coitum.hic coitum, quod vrbane dictum cum ad libertatem muneris videatur referre. ¶Hic,)in Saufelum,quem paulopost nominabit eodem fermè argumento. Is comitatu, sella, & insignibus conductis etiam fœnore se patronum agebat.¶Secat media septa,)id est hic amethystinatus,qui ambulat per media septa,quæ erant in campo Martio, vel medios cancellos,qui sunt circa subsellia.¶Vagis gressibus,)id est temere inambulans. ¶Publius meus,)mihi non placet vt intelligas Publium habuisse multos lacernatos secum,sed multas lacernas,vestes. ¶Codrus,) Cremitius fuit historicus, de quo Suetonius in Augusto.Debes hic alium Codrum accipere.¶Alpha,)id est princeps penulatorum,qui multas penulas habebat. Penula vestis, qua & serui,& clientes vtebantur aduersus nimbos.alibi:Aut meus ante omnes Codrus haberet, equum.¶Togatus grex,)id est grex anteambulonum,nam toga indumentum erat anteambulonis. ¶Capillatus,) id est grex seruorum, quod Iuuenalis apte distinguit: Respicit hoc primum,qui litigat an tibi serui Sint comites,an te post sella togati Ante pedes.¶Recens) noua sella.¶Linteis,) id est loris.nam sella lora,& lintea habebat.Iuuen.Conducit sellam puluinar.¶Oppignerauit anulum,)insigne equestre, vt illud Iuuena.Post cuncta nouissimus exit anulus.¶Claudii,) fœneratoris.¶Pexatus,)pexati dicũtur toga pexa induti,qua vtebantur hyeme villo densiore, propterea lanæ Histriæ,& Lyburnæ,vt Plin.scribit, cum potius sint similes pilis,quę lanæ non sunt aptæ pexis vestibus.¶Pexatus,)id est tu habens vestes pexas.¶Mea sunt,)quas vero tu habes conduxisti à fœneratore.¶Mica vocor,)Domi. ædificauit cœnationem auream,authore Eusebio,quam à paruitate micam appellauit.In laudem principis hortatur poeta conuiuas ad risum, & vnguentum ex relaxatione:quoniam ipse Deus,id est Domi.delitias parauerat tanquã viuere iuberet,verbum est in fine epigrãmatis dememinisse,hoc est obliuisci. Ita habet codex vetustissimus,cũ manu librariorũ hactẽnus legerim meminisse,neq; me hoc offendit nouum verbum apud Martia.cum domicenium sit, & multa quæ ipse finxit. At si legis te meminisse, quod placet, ita leges, vt illud Persii: Viue memor leti, fugit hora. hoc quod loquor, inde est, & illud Virgil.Mors autem vellens viuite ait,venio. ¶Mica vocor,) loquitur cœnatio. ¶ Tholum Cæsaris,)id est ædes Cæsareas. Et me,cum me vides, vides tholum Cæsareum. ¶ Frangetorum,) id est accumbe, nam torus lectus erat apud antiquos à torno, vt placet Var. quoniã in promptu erat. Sternebantur ergo tori, qui frangebantur, hoc est confundebantur cum sederent discumbentes. ¶ Caperosas,) quia in conuiuiis erant sparsi rosis. ¶Nardo,)id est vnguento nardino, quod idem appellabatur foliatum. ¶ Meminisse mortis,) id est da operam voluptati, quandiu potes, cum cito sis moriturus.¶Vxorem,) Hylus puer habebat rem cum vxore tribuni, quod eo licentius cœperat agere quoniam nuper fuerat lata lex à Domitiano ne mores castrarentur, sed fiebant spadones, vt essent in delitiis. ¶ Armati tribuni,) tribunus enim armatus est. ¶Supplicium puerile,) id est pædicationem. ¶Væ tibi dum ludis,)id est dum temere agis, & ludis,quia castraberis. ¶Nõ licet,) lata lege à Domitiano, qua mores castrari prohibuit, de hac lege Papinia.in Erino.& apud Tranquillũ. Quod facit nec licet mœchari, nam Domitian. tulit legem ne liceret mœchari.Sueton. author:nam adulteria compescuit. Ita & Hylus carpitur, qui spe pædicationis erat adulter,vt alibi de Thelesina,&duę Domitiani leges enarrantur. ¶ Cum tibi,) hoc dictum in maledicum, qui cum esset iuuenis, & fellaret, postea in tantam fellationis libidinem venerat, vt mortuis non parceret, affectus tædio fellationis maledicebat omnibus. ¶ Venarent male,) id est pullularent, & cũ primum cœpisti sentire libidinẽ. ¶Meruit) id est potuit tandem assequi fastidia vespillonum. ¶Tædia carnificis,)id est poscebas damnatos, reiectus à vespillonibus. ¶Veteris ore aliter,) quia non fellas,sed maledicis. ¶Rubigine,) id est liuore. ¶Quodcunque datum est nomen,)maledicis & bonis, & malis.Sequens epigramma est clarum.

Custodem tibi quæ dedit spadonem.
Nil nasutius hac,maligniuśq; est.

Ad Sextum. 53

Vis te Sexte coli.uolebam amare.
Parendum est tibi,quod iubes,coleris,
Sed si te colo Sexte,non amabo.

De uxore Galli. 54

Gentibus in Libycis uxor tua Galle male audit
Immodicæ fœdo crimine auaritiæ.
Sed mera narrantur mendacia,non solet illa
Accipere omnino.quid solet ergo? dare.

In fictum diuitem. 55

Hic,quem uidetis gressibus uagis lentum,
Amethystinatus media qui secat septa,
Quem non lacernis Publius meus uincit,
Non ipse Codrus alpha penulatorum.
Quem grex togatus sequitur,& capillatus,
Recenśq; sella,linteiśq;,loriśq;.
Oppignerauit ad modo Claudi mensam,
Vix octo nummis anulum,unde cœnaret.

In Zoilum. 56

Pexatus pulchre rides mea Zoile trita.
Sunt hæc trita quidem Zoile, sed mea sunt.

De Cœnatione Micæ.

Mica uocor.quid sim cernis? cœnatio parua.
Et me cæsareum prospicis ecce tholum,
Frãge toros,pete uina,rosas cape,tingere nardo,
Ipse iubet mortis te meminisse Deus.

In Hylum. 57

Vxorem armati futuis puer Hyle tribuni,
Supplicium tantum dum puerile times.
Væ tibi,dum ludis castrabere.iam mihi dices,
Non licet hoc.quid tu quod facis, Hyle, licet?

In Maledicum. 58

Cum tibi uernarent dubia lanugine malæ,
Lambebat medios improba lingua uiros.
Postquam triste caput fastidia uespillonum,
Et miseri meruit tædia carnificis,
Veteris ore aliter,nimiaq; ærugine captus
Adlatras nomen, quod tibi cunq; datum est.
Hæreat inguinibus potius tam noxia lingua.
Nam cum fellaret,purior illa fuit.

In Labienum. 59

Quòd pectus,quòd crura tibi,qd' brachia uellis.
Quòd cincta est breuibus mentula tõsa pilis,
Hoc præstas Labiene tuæ(quis nescit?)amicæ,
Cui præstas culum,quem Labiene pilas?

Codrus Cremitius

Penula Toga

Pexatus

DOMITIVS.

(SOLA Tibi,) Melichus sexcenta sestertia, quæ sola habebat dedit Ledę meretrici, quanuis eam non amaret. Martial.in eo docet,quid sit luxuria, nam inquit, si esses diues, & tantum dedisses meretrici, quam amares esset luxuria, nunc dicis te non amare, & hæc est luxuria,scilicet non amare omnino cum dederis.c. sestertia, quasi velit ostendere luxuriam esse extremum quiddam, non magis in effundendis diuitiis aliquo esse ętu,sed etiam cum eas effundas non tangi aliqua voluptate.¶Tulit,)abstulit.¶Redempta,)reducta.¶Si diues amares tanti,)id est si propter amorẽ diues tãtum dares.¶Hęc quoq; luxuria,)cum dederis diuitias & eam non ames.¶Dum modo,) Taurus item fuit præter hunc,de quo scripsit Mar. tem poribus Neronis, cuius abneptem Attiliam Mesalinam duxit princeps vxorem, hic dicebat se multa facturũ.¶Fingis,) cõponis, & instituis te ad causas agendas.¶Pelias,)frater Nelei patris Nestoris fuit. Pelias alter patruus Iasonis, de quo hic sentit.¶Iam tibi desinere,) id est tandiu dubitasti, quod esses,vt si hactenus exercuisses aliquam artem,& iam nunc desineres serum videretur,non modo serum! est ad incipiendum, sed ad desinendum. ¶Siquid animi,)ingenii.¶Si schola damnatur,) si non vis ꝓfiteri.¶Marsia,)qui cum contendit vincitur,tractum à fabula.¶Is) Marsia,qui semper vincitur in causidicis.¶Iam potes esse nihil,) deliberando quis sit, consumpsit ætatem omnem,& iam nõ es aptus alicui arti.¶Cur,) Saleranus erat auarus, cui mortua vxor erat,& plorabat.¶Extulit,ad funus.¶Secundilla,)ab ordine nomen duxit, vt apud Iuuenalem Quintil.¶Grande crimen fati,)id est grandis culpa mortis.Gaudebat Saleranus morte vxoris, quanuis dolere videretur,& cum bene optare videatur Martia. imprecatur. nam optat viuam vxorem aduersus votum mariti,qui mortua lætabatur,erat enim locupletatus.¶Vnus)tanta erat insolentia mulierum vt cum deformes essent, adhiberentq; ancillas,quæ crines componerẽt offensæ, dum se in speculo inspicerent vel naso, vt Iuuenalis,vel aliquo alio frontis vitio pulsarent ancillas.totus hic locus apud Iuuenal.est illic:Taurea,hic Lalage ponitur,illic Pseas,hic Plecusa imprecatur in solentiæ mulieris aptum suppliciũ,vt est in fine. ¶Anulus,) cincinnus.ita apud Iuuen.Altior hic quare cincinnus. ¶Peccauerat,)non erat in ordine. ¶Non bene fixus)sustentatus.¶Incerta acu,)extra locum posita, ná acu vtebãtur. in distichis:Figat acu tortas, sustineatq́ comas.¶Lalage) nomen mulieris fictum, quod prius vsurpauit Horat. significat autem loquacem.¶Hoc facinus,)id est hunc errorem. ¶Plecusa,)nomen ancillæ fuit,fuit vna inter ministras Dianæ,vt est in Metamor. Ouidii dicta à pleco,quod est plico.¶Comis sectis,)id est laceratis.Iuue. Laceratis ipsa capillis:Nuda humeros Pseas infelix. ¶Tristeis capillos,)non est culpa capillorum.¶Salamandra,)animal est figura lacerti,cuius ore vomitur sanies lactei coloris, quæ omni parte corporis pilos decutit,si fuerit admota. Dixit aũt notet, id est nota, & macula colores inficiat,quoniam nõ modo de cutiuntur pili,sed etiam supposita cutis in maculas vitiliginis mutatur,author Plin.¶Sęua nouacula)culter tonsorius est nouacula sæua,vt dolorem incutiat.¶Digna speculo fiat imago tua,)id est vt fiat digna verberibus,nam speculo ipso pulsauerat ancillam. id genus pulsationis in risu erat apud antiquos.Iuuenalis Pulsandũ verticeraso Prębebis quandoq; caput.¶Quod te,)in Olum quę prius salutauerat dominum & postea salutauerat nomine proprio. ¶Contumacem,) superbum.¶Redemi pilea,id est redemi libertatem, nam manumissi raso capite sumebant pilea.¶Sarcinis rede,)quibus, scilicet contentus viuo liber,quasi dicat contentus meis sarcinis, non indigeo domino, sed viuo liber.¶Qui se nõ habet,)id est qui non potest imperare animo suo.¶Quod concupiscunt domini & reges,)id est diuites, nam diuites ampliores cupiũt opes.¶Si potes non habere seruum,)id est si potes esse cõtentus nullo ministerio serui, poteris carere domino, nam qui vult diuitias habet dominum, & assentando seruit, vt habeat diuitias. ¶Inuitum,) Classicus volebat videri inuitus cœnare foris. ¶Apicius,) quod tu agis & Apicius agebat, non est recens exemplũ. M. Apicius,de quo plura in Silium diximus, nepotum,id est guloſorum omnium altissimus gurges fuit. Is cum audiuisset grandiores cxricas nasci in Libya, nauigauit illuc,sed cum falsum deprehẽdisset,detestatus Libyam,& Libycos iussit gubernatorem soluere è portu,ita vt Libyam amplius cernere non posset. hic prius indicauit linguam Phœni copteri esse optimi saporis. ¶Cogor,)ab amicis inquit Classicus,respondet Martialis.¶Verum est cogitur & Selius) quia libido vestra cogit vos. Attidius Melior temporibus Dom. tantæ elegantiæ fuit in mensa vt nitidus meruerit appellari. Papin.Stat quæ perspicuas nitidi Melioris opacet Arbor aqua. ¶Recta cœna,) dicebatur suos ordine, & apparatu ad differentiam sportulæ, nam hæc opponuntur recta cœna, & sportula, vt apud Suetonium reperies.

Plecusa

Sălamandra

Apicius

Recta cœna

Sportula

In Melichum. 60

Sola tibi fuerant sestertia Meliche centum,
Quæ tulit è sacra Leda redempta uia.
Meliche luxuria est,si tanti diues amares.
Non amo iam dices,hæc mage luxuria est.

In Taurum. 61

Dũ modo causidicũ,dũ te modo rhetora fingis,
Et non decernis Taure,quid esse uelis,
Peleos,& Priami transit,uel Nestoris ætas,
Et fuerat serum iam tibi desinere.
Incipe,tres uno perierunt rhetores anno,
Siquid habes animi, siquid in arte uales.
Si schola damnatur,fora litibus omnia feruent.
Ipse potest fieri Marsia causidicus.
Eia age,rumpe moras,quo te spectabimus usq;?
Dum quid sis,dubitas,iam potes esse nihil.

In Saleranum. 62

Cur tristiorem cernimus Saleranum?
An causa leuis est? extuli inquis uxorem.
O grande fati crimen,ò grauem casum,
Illa illa diues mortua est Secundilla,
Centena decies,quæ tibi dedit dotis?
Nollem accidisset hoc tibi Salerane.

In Lalagen. 63

Vnus de toto peccauerat orbe comarum
Anulus incerta non bene fixus acu.
Hoc facinus Lalage,speculo qd' uiderat,ulta est.
Et cecidit sectis icta Plecusa comis.
Desine iam Lalage tristeis ornare capillos,
Tangat & insanum nulla puella caput.
Hoc salamãdra notet,uel sæua nouacula nudet,
Vt digna speculo fiat imago tuo.

In Posthumum. 64

Occurris quocũq; loco mihi Posthume,clamas
Protinus,& prima est hæc tua uox,quid agis?
Hoc,si me decies una conueneris hora,
Dicis,habes puto tu Posthume,nil quod agas.

Ad Olum. 65

Quòd te nomine iam tuo saluto,
Quem regem,& dominum prius uocabam,
Ne me dixeris esse contumacem.
Totis pilea sarcinis redemi,
Reges,& dominos habere debet,
Qui se non habet,atq; concupiscit,
Quod reges,dominiq; concupiscunt.
Seruum si potes Ole non habere,
Et regem potes Ole non habere.

In Classicum. 66

Inuitum cœnare foris te Classice dicis.
Si non mentiris,Classice disperem.
Ipse quoq; ad cœnam gaudebat Apitius ire.
Cum cœnaret erat tristior ille domi.
Si tamen inuitus uadis,cur Classice uadis?
Cogor,ais? uerum est,cogitur & Selius.
En rogat ad cœnam melior te Classice rectam.

Lalage

¶Sola

DOMITIVS. GRANDIA Verba nega,)quia dicebas te ire inuitum.¶Vires,)id est si tanta est tui animi potestas,vt possis tibiipsi imperare,vt alibi exposuimus:Non scribat Laberi virum putabo.¶Nó) accusat imprudentiam Cotili,qui ne contaminaretur aquis contaminatis ablutione mentularum,nolebat quenquam ante se lauari, cum tamen ante ipse mentulam lauaret,erantque aquæ irrumatæ,quibus lauabatur,nam iis mentulam lauerat.¶Fouearis,)laueris.¶Irrumatis,)contaminatis aquis ablutione mentularum,nam irrumare est mẽtulã ori alterius inserere, quod in aquas facere videbatur,quibus mentulã lauabat.¶Licet,) id est quanuis te primum abluas,tamen necesse est mentulam prius demittas in solium, id est vas aquarum plenum,in quo se loturi ad vmbilicũ vsq; obruti aquis stabant. Ita igitur prius inguina lauabantur, quàm caput,vnde aquæ antequam abluerent caput, erant mentula irrumatæ.¶Cãdidius nihil est,)id est nihil est alienius ab inuidia.ironia est.¶Deteriora,)carmina mea.¶Tua,) quia nihil scribis.ita inuidum eludit.¶Hesterna,)verecundus,& tanquam alienis verbis accusat Posthumum,quod fellauerit Cæcilium,abutens ambiguitate verbi,nam percidere est incidere,& lacerare,& vt supra: Percisa est tibi mẽtula Glypte: & præcidere est pẽdicare, tractum à perciso,nam percisum & omasum sunt duo intestina, authore Marcello. Qui fellat videtur percidere,id est pẽdicare os alterius.¶O Posthume narratur os tibi fuisse percisum,)id est te fellasse, cum sub ambiguitate verbi videatur intelligere os fuisse tibi incisum.¶Quanto sono,)perstat in metaphora.¶Panniculi,) mimi.¶Cæcilium,) grandem & hispidum.¶Quod mirum)quasi dicat mirum est cum tam seuere frontis sit eum esse fellatorem.hoc dicit cum aliud videatur intelligere.¶Habet testes,)ambiguum est. intelligit enim testiculos, quasi dicat potuit percidere os, & irrumare, cum videatur dicere pro testimoniis.ita & illud Virg.Magnis testibus ista res agetur.¶Cinctum,)Saufellum, quem suppresso nomine superius etiam notauit.Is cõducta Sardoniche, vt ait Iuuena.agebat. Plin. meminit Materni in epistolis.¶Cinctum,)circundatum circũ,quia habeat anteambulones, tanta turba cinctus,est quanta Regulus causidicus.Is enim obtinebat magnum nomen, qua æmulatione Plin.non nihil scribit liuide.¶Reduci,)deducere est à domo in forum comitari,reducere à foro domũ.¶Reum tõsum,)cũ effecit,vt aliquis reus liberaretur,qui tondebatur liberatus.¶Ad alta templa,) & vadit ad persoluẽda vota.¶Nũquam sit tuus,) id est habeastã tum comitatum,qui conductus est.¶Fusciculenus, & Fauentinus)nomina sunt fœneratorum,erant comites & togati, quasi dicat fœnore istam turbã alit.¶Verbera,)in leonem,qui cum man suefactus videretur,repente ad feritatem reuersus duos pueros, qui verte bant glebas arenæ discerpsit, apte exclamat in hunc Martial.¶Securi magistri,)nihil metuentis.¶Ferre,) æquo animo.¶Dedidicit,)exuit.¶Tanta feritas est ei reuersa,) quanta non debuit esse feris in syluis Libycis.¶Sanguineam humum,)id est theatrum cruentatum cæde ferarum.¶Martia arena)Romanorum theatrum quo multi solẽt necari.¶A lupa nostra.)quæ non modo pepercit Romulo,& Remo, sed nutriuit.Loquitur de fera, quæ aluit Romulum, & Remum. eius imago ænea cum pueris erat in comitio.Plut. & Plin.authores sunt.¶Argenti,)nonnulli codices habent Isse,vt sit proprium nomen quod nõ displiceat,sensus est: Marius colebatur ab amico,qui nihil tamen dabat,& ipse hæreditatem Marii captabat, moriens Marius, rebus iam omnibus distributis addidit in extrema parte testamenti se relinquere sex libras argenti huic amico, quod negatum cum mane esset,poeta iocatur in captatorem Marii, & ait eum non debere irasci,nam plus accepit,quàm dederit. Nihil inquit dabas Mario: Marius dedit tibi verba.Iocatur ex verbis quę opponit:Nil dare,& dare verba,nam cum idem sit,tamen dare verba videtur esse aliquid,si vocem audias,nõ sensum.¶Voconi,)Voconium carpit,qui nõ ratione, sed numero censebat versus,& epigrammata,vel longa,vel breuia docerq; poeta multorum versuum epigrammata,si bene compositũ sit,non posse videri lõgum, sed distichа Voconii male composita esse longa.¶Vtilis vngendis axibus,) qui viam quamcunq; putabis esse longam, & ita valde vnges rotas,& axes in via breui, vt spatium celerius superes.Plin.de quodam emplastro: Antiqui maxime axibus vehiculorum perungendis ad faciliorem circumactum rotarum vtebantur.sic si tu iudicabis epigrammata esse longa multitudine carminum,ita breuem viam putabis esse lõgam.¶Hac ratione,) qua tu censes epigrammata mea esse longa, ita dices colossum esse longum qui longus esse non potest cum habeat proportionem suam.¶PuerBruti)pulcherrimus fuit sed exiguæ staturæ, vt non deberet videri paruus,cum haberet suorũ membrorum suam proportionem.in distichis:Gloria tam parui non est obscura figilli. Istius pueri Brutus amator erat. Plini. Apollodorus puerum fecit, quem amando Brutus Philippensis cognomine suo illustrauit.

¶Duplex

Irrumatæ aquæ

Grandia uerba ubi sunt? si uir es,ecce nega.

In Cotilum. 67

Non uis in solio prius lauari
Quenquam Cotile.causa quæ nisi hæc est,
Vndis ne fouearis irrumatis?
Te primus licet abluas,necesse est,
Ante hic mentula,q̃ caput lauetur.

Ad Cæcilianum. 68

* Candidius nihil est te Cæciliane,notaui,
Siquando ex nostris districha pauca legis.
Protinus aut Marsi recitas,aut scripta Catulli.
Hæc mihi das,tanquam deteriora legas.
Vt collata magis placeant mea.credimus illud.
Malo tamen recites Cæciliane tua.

In Posthumum. 69 *

Hesterna factum narratur Posthume cœna,
Quod nollem,quis enim talia facta probet?
Os tibi præcisum,quanto non ipse Latinus
Vilia Panniculi percutit ora sono,
Quodq; magis mirũ est authoré criminis huius
Cæcilium tota rumor in urbe sonat.
Esse * negat factum.uis hoc me credere,credo.
Quid,quòd habet testes Posthume Cæcilius?

In Lyrim. 70

Quid faciat uult scire Lyris,quòd sobria fellat.

In Saufellum. 71

Cinctum togatis post,& ante Saufellum,
Quanta reduci Regulus solet turba,
Ad alta tonsum templa cum reum misit,
Materne cernis,inuidere nolito.
Comitatus iste sit precor tuus nunquam.
Hos illi amicos,& greges togatorum
Fusciculenus præstat,& Fauentinus.

De Leone. 72

Verbera securi solitus leo ferre magistri,
Insertamq; pati blandus in ora manum.
Dedidicit pacem subito feritate reuersa,
Quanta nec in libycis debuit esse iugis.
Nam duo de tenera puerilia corpora turba,
Sanguineam rastris,quæ renouabat humũ,
Sæuus & infelix furiali dente peremit.
Martia non uidit maius arena nefas.
Exclamare libet,crudelis perfide prædo,
A nostra pueris parcere disce lupa.

De Mario. 73

Argenti libras Marius tibi quinq; reliquit.
Cui nihil ipse dabas,is tibi uerba dedit.

In Cosconium. 74

Cosconi,qui longa putas epigrammata nostra,
Vtilis ungendis axibus esse potes.
Hac tu credideris longum ratione colossum,
Et puerum Bruti dixeris esse breuem.
Disce,quod ignoras,Marsi,doctiq; Pedonis,

* Callidius

Percidere Præcisa Oma
* Negas

Deducere Reducere

DOMITIVS. DVPLEX Pagina,) id est paginæ habent vnum epigramma,Marsus,& Pedo duabus paginis vnum tantum opus absoluunt,an hoc dicitur quod placet,qui quanuis duabus paginis inserant varia epigrammata,tamen adeo recte componunt suauitate multa epigrammata, vt vnum iudicari possint.¶Ignoras,) non animaduertis epigrammata,in quibus nihil est superflui,nó debent videri lõga,sed tua districha,quia habent verba inania, & incompositа, longa esse videntur.¶Aestiuo,) Cæcilianus thermas ædificauerat,quæ erãt nullius caloris, in eas iocatur poeta. In thermis tuis seruа, quæ sunt frigidissimæ non modo hyeme, sed etiam æstate.¶Inuitas)ò Nasica tu vocas me ad cœnam,cum scis me ab aliis vocatum,tu non vis me venire. Propterea non egebas aliqua excusatione,vel q̃ Martialis inuiter se,cum dicat non esse inuitatum, sed domi cœnare,vt possit ire.¶Hostem,) hoc non magis dictum est in Fannium,quàm in Catonem,Annibalem,& Neronem, & multos, qui idem fecerunt. de Fannio Cepione loquitur, qui deprehensus in coniuratione aduersus Augustum sibi mortem cõscíuit.¶Laxior,) Zoilus amplam lecticam sibi confecerat maxime, lecticæ dicebantur octophora, quibus delicati, & maximi viri vtebantur.hoc verbum apud Ciceronẽ & Tranquillum in Caligula,quem scribit adeo delicate discessisse nõ nunquam,vt octophora veheretur,aliæ lecticæ exaphora dicebantur,quod a.vi. seruis veherẽtur,de quo periphrasticos Iuuena. est locutus, cum ait, Cum iam sexta ceruice feratur. Hinc atque inde patens.¶Sandapila,)erat feretrum viliorum tantummodo cadauerum,quanuis legamus Domi. sandapila elatum fuisse, nam huiusmodi homines mortui apud poetam dicuntur pauperes,scilicet ignaui,& alibi: Non debes fieri mortuus exaphoro. & alibi: Vis sine febre mori.alibi:Hoc rogo dic non est Cinna perire cito.¶Fœdasti,) ad eũdem mœchum mariti.¶Requirunt,)enim se,id est ipsi reminiscuntur,quanuis ipse non iudicat.¶Vindicatum,)à libidine vxoris liberatum,vel vltum.¶Irumare)nam vxor erat fellatrix.¶Mollis)Sertorius Siculus erat. Is lingebat cunnos.Martia ait Philoctetem olim fuisse pathicum, quoniam Venus irata ob mortem Paridis eo pruritu,& dedecore hominem affecit,sed verisimile est Sertorium non interfecisse Paridem amicum Veneris.Verum filium ipsum Erycem, dequo tantum Venus sumat supplicii, vt lingat cunnos, nam Venus hostem vlciscitur turpis amoris desiderio iniecto.¶Heros Pæantius,)id est Philoctetes filius Pæantis.Ouid. Non te Pæantia proles Expositum Lemnos nostro cum crimine haberet,non tamen mansit in Lemno Philoctetes,sed cũ Hercule venit inde in Apuliam,vbi condidit Petiliam, & vnde, Apollodoro teste, misit colonos in Siciliam.¶Mollis,)pathicus.¶Sic vlta est,)id est sic sumpsisse supplicium dicitur.¶Eryx,)filius Veneris, & Buræ.¶Ex hoc,)Sertorio.videtur credibile esse Erycem interfectum à Sertorio,cum sumpserit grauius supplicium Venus,vt lingat,scilicet cunnos,quod turpius est,quàm cinædum,vt erat Philoctete.¶Vimine,)costa in delitiis erat Romanorum,eadem decocta dicebatur,refrigerabatur niuibus,vt gratior esset.Iuuena.Frigidior geticis petitur decocta pruinis,hoc est quòd conqueritur his verbis.Plin. Ad frigidas potus vas petit in nubila, id est in niues. Id fuit iuuentum Neronis,propterea ipse quasi peculiari inuento carens,ingemiscit apud Tranquil. Hęc est decocta Neronis,nunc erant Saturnalia,mittebantur xenia.id est hospitalia munera amicis:Mittit colum niuarium hoc epigrammate, Colum niuarius erat sacus ex vimine pannoue, vnde vinum,aut aqua decocta attennuabatur, vt esset frigidior.de hoc plura in distichis: Plin.Hi niues, illi glaciem potant pœnasq; montium in voluptatem gulæ vertunt, seruatur algor æstibus, cogiturque, vt alienis mensibus nix algeat, decoquunt alias, quas mox & illas hyemant.¶Tempore Saturni,)in Saturnalibus.¶Custodia,)tegimen.¶Clausa septa,) & compacta leui vmine.¶Togarasa,) æstiuo tempore vtebantur.¶Si quæris,) non conuenire hoc vas coctę quod mittitur,appellabatur colum niuarium, id est in quo depositis niuibus refrigerabatur decocta. ¶Quod nec,) in Palæmonem scribit, qui vt lectores carminum illecebris alliceret,versus magno labore componebat, & affectabat in his nouitatem numerorum, nam modo scribebat sotadicum carmen,modo inserebat verba græca,modo Galliambũ edebat,ait poeta insani esse hominis laborare in iocis,& quærere remotiores numeros, vt nouitatis Venere, & lepore delectet,se negligere huiusmodi laborem,neque vel le quærere multitudinem lectorum tantis laboribus, & tam morosa cura.¶Tam malus,) propterea malus poeta, quòd non glorior.¶Carmine supino,)id est molli, & eneruato. ¶Sotaden cinædum,)oratio cinędica originem habuit à Cleomacho pugile,qui in cinædi cuiusdam,& ancillæ,quæ à cinædo alebatur amorem incidit,cinædicosque mores, & orationem est imitatus Sotades. Primus elaborauit hoc scribendi genus, postea Alexander Aetolus,sed hi pura tantum oratione,postea Lysias cantum adhibuit.Ennius hoc genus carminis vsurpauit Cyprio boni me rendum,dictum carmen à Sotade authore,cinædum ea de causa quam diximus de Cleomacho supra,hoc carminis genus cum poeta damnet,vrbaniter iocatur se,scilicet non legere retro carmen cinædicum,alludens quod cum cinædicum sit ante non debet legi.¶Cinędum Sotaden,)id est non vtor eo carmine,quo Sotades author orationis cinædicæ vsus est.¶Echo græcula.) id est vox græca inserta,nam inserebant poetæ verba græca carmini, vt maior esset lepos,id tanquam nimium molle reprehenditur in Lucilio.Pitholeus Rhodius non probatur, & sæpius græculas voces inseruit.hoc agit Martia.sed raro,& apte.¶Echo græcula,)id est reboatio,& pronunciatio græcula.

Sæpe duplex unum pagina tractat opus.
Nõ sunt lõga,quibus nihil est,qd demere possis.
Sed tu Cosconi districha longa facis.

Ad Cæcilianum. 75

Aestiuo seruęs ubi piscem tempore,quæris?
In thermis seruа Cæciliane tuis.

In Nasicam. 76

Inuitas tunc me,cum scis Nasica uocatum.
Excusatum habeas me rogo.cœno domi.

De Fannio 77

Hostem cum fugeret,se Fannius ipse peremit.
Hic rogo,non furor est,ne moriare,mori?

In Zoilum. 78

Laxior hexaphoris tua sit lectica licebit,
Cum tamen hæc tua sit Zoile sandapila.

Ad Ponticum. 79

Abscissa seruum * fugias quid Pontice lingua?
Nescis tu populũm,quod tacet ille,loqui.

In Sæuum maritum. 80

Fœdasti miserum marite mœchum.
Et se,qui fuerant prius,requirunt
Trunci naribus,auribusq; uultus,
Credis te satis esse uindicatum?
Erras,iste potest & irrumare.

In Sertorium. 81

Mollis erat,facilisq; uiris Pæantinus heros,
Vulnere sic Paridis dicitur ulta Venus.
Cur lingat cunnum,siculus Sertorius hoc est,
Ex hoc occisus Rufe uidetur Eryx.

De Præposteris donis. 82

Vimine clausa leui niueæ custodia coctæ,
Hoc tibi Saturni tempore munus erit.
Dona quòd æstatis misi tibi mense Decembri,
Si quæris,rasam tu mihi mitte togam.

Ad Classicum. 83

Quod nec carmine glorior supino,
Nec retro lego Sotaden cinædum,
Nusquam græcula quod recantat Echo,
Nec dictat mihi luculentus Atthis

¶NEC Retro lego Sotaden cinædum, Nusquam græcula quę recantat Echo, Nec dictat mihi luculentus Atthis Mollem debilitate Galliambon,)Ebrii hominis,vel in totum desipientis verba videntur,vix enim intelligo ad quid pertineat Cleomachi pugilis,Sotadis,& Alexandri, Aetoli de Strabone repetita historia: nec item quæ sit vrbanitas,aut quod ioci acumẽ. Si hoc pacto iocatur poeta se non legere retro carmẽ cinędicum,alludens quod cum cinædicũ sit,ante non debet legi nisi forte rẽ impudicissimã

GIORGIVS.

Columa

* Quid figis

Exaphorũ

Sandapila

Eryx

Costa Decosta

Universidad de Bi... Bibliotec...

significare vult hic interpres, id quod tantum abest à sensu poetæ, quantum Calderinus ab obscœno sermone nunquam abfuit. Quod sic esse iam docebo ex maximis, & clarissimis tam græcis quàm latinis scriptoribus. Quintilia. in nono oratoriarum institutionum (Plerique enim ex eommissurus eorum vel diuisione pedes fiunt, quo fit vt iisdem verbis alii, atque alii versus fiant) ait: Memini quendam nō ignobilem poetam ita iussisse: Astra tenet cœlum, mare classes, area messes, hic retrorsus fit Sotadeus. Diony. Alicar. de compositione scribens, reciprocum hunc versum sotadicum ait, & docet versus quosdam Home. posse recurrere nunc in seipsos nunc in alios secundum positionem pedum. Diomedes grãma. de sotadicis in hunc modum tradit: Trimeter heroicus est reciprocus versus apud neoteros. Talis nolo liber tua prædicentur acta, Acta prædicentur tua liber nolo. versus sotadicus est ex vtraq; sed durus vt posset ad recursum conuenire sotadico, reciprocus alter huiusmodi est, Esse bonus si vis cole diuos optime Pansa. Pansa optime diuos cole si vis bonus esse. Hic in procursu hexameter esse, in recessu sotadicus. reciproci generis metrum inuenerũt otia curiosa, de quo versu item plura Seruius in cẽtrimetris. Reciprocus heroicus in sotadicum est quoties in fine scansionis sotadicum facit. Sotadicum constat, trimetro acatalectico trochaico, vt est,

Ire cupis si rus mala vites somnia quæso: Quæso somnia vites mala rus si cupis ire.

reciprocus iambicus in elegiacum est quoties à fine scansionis elegiacum facit. vt est: Micant nitore tecta sublimi aurea: Aurea sublimi tecta nitore micant.

Dicit ergo poeta se scribere non sotadicos versus, qui procurrentes vnius generis sint, recurrentes vero aut retrouersi diuersum, aut idem metrum conficiant.

Mollem debilitate Choliambon,
Non sum Classice tam malus poeta,
Quid si per graciles uias * petauri
Inuitum iubeas subire Ladam?
Turpe est difficiles habere nugas,
Et stultus labor est ineptiarum.
Scribat carmina circulis Palæmon.
Me raris iuuat auribus placere.

In Phœbum. 34

Dicis amore tui bellas ardere puellas,
Qui faciem sub aqua Phœbe natantis habes.

In Mamercum. 85

Nil recitas, & uis Mamerce poeta uideri.
Quicquid uis esto, dum modo nil recites.

In Gaurum. 36

Quòd nimio gaudes noctem producere uino,
Ignosco, uitium Gaure Catonis habes.
Carmina quòd scribis, musis & Apolline nullo,
Laudari debes, hoc Ciceronis habes,
Quod uomis, Antoni, quòd luxuriaris, Apici,
Quòd fellas, uitium dic mihi cuius habes?

Ad Quintilianum. 37

Quintiliane uagæ moderator summæ iuuentæ,
Gloria Romanæ Quintiliane togæ,
Viuere quòd propero pauper, nec inutilis annis,
Da ueniam, properat uiuere nemo satis.
Differat hoc, patrios optat qui uincere census,
Atriaq; immodicis arctat imaginibus.
Me focus, & nigros non indignantia fumos
Tecta iuuant, & fons uiuus, & herba rudis.

DOMITIVS.

¶Choliambon,) in carmine iambico magna est acerbitas, quali vsus est Bibaculus insensus in primis Catoni grammatico. Archilochus eodem genere vsus est, postea fuit excogitatum à mollioribus poetis, vt disfracto rigore iambico alterum genus institueretur, quod iambicum erat, sed fractum, vnde dictum est χωλίαμβον claudus iambicus. ¶Atthis, vt alii sentiunt nomẽ proprium poetæ est, quod nusquam reperi, sed vt puto Atthis hic puer amatus à Cybele ponitur pro molli, & eneruato poeta, nã & ipse mollissimus fuit sectis testibus quod alibi indicat Martia. cum ait. Et concubino mollior celeneo. de eodem carmine Persius: Claudere sic versum didicit Berecinthius Atthis. ¶Petauri,) dicti agiles homines à πεταύομαι, quod est volo. hi per circulos se immittunt, nascunturque sub delphine, vt Maternus scribit. Martellus petauristas appellat, & alios esse putat, sed Materni interpretatio cum Martiale conuenit. ¶Lada,) cursor fuit Alexandri velocissimus. Sensus est poetæ: Possum esse bonus poeta etiam si non sector numeros Sotadicos, & Choliambicos, quemadmodũ Lada cursor omnino velocissimus erat, etiam si non immitteret semper circulos, quod poterant agere petauri. De Lada scribit Solinus in collectaneis, & eiusdem meminit Cato. ¶Dicis,) deridet Phœbum, qui dicebat puellas ardere sui amore, cum habeat os nantis sub aqua, iocatur cum ardore & aqua, hic erat pallidus & turgidus. ¶Nil,) Mamercus male scribebat. ¶Dummodo nil recites,) id est ne offendas nos tuis ineptiis. ¶Quod) Gaurus gaudet ebrietate. Cato Vticensis, cuius virtus, vt Horatius nonnunquam incaluit mero, quanuis Plutar. id velit videri accidisse non Catonis ebrietate, sed magna negociorum cura. ¶Nullo Apolline,) id est nullis musis, id est sine grãtia Apollinis, & musarum. ¶Hoc Cic.) quia male scribebat carmina. ¶Anto.) Antonius accusatur à Cicerone, quòd vomuerit in senatu multis vicibus. ¶Luxuriaris,) nam Apitius multas myriadas, vt Græci scribunt, sua consumpsit. ¶Quòd fellas, quasi dicat in multis aliis vitiis habes authores, in sellatione, quẽ habes, ita iocat in turpem hominem. ¶Quintiliane moderator,) nam vt ipse scribit. 23. annos eruditendis iuuenibus impendit. Docuit etiam nepotes Domitiani. Primus Romę mercedem publicam è fisco accepit, vt scribit Euseb. ¶Vagę iuuentæ,) iuuentutis. ¶Romanæ togę) nobilitatis, & iuuentutis. ¶Propero viuere pauper,) quòd spretis diuitiis indulgeo animo. ¶Nec inutilis annis,) inutiles annis dicuntur, qui nullam partem annorum in vera vita, id est animi relaxatione, & quiete ponunt. ¶Nemo viuere satis properat,) id est adeo anni labuntur cito, vt non possimus videri nimium properare ad veram vitam, id est quietem, quasi dicat nemo potest reprehendi, quòd nimium temporis velit dare quieti. ¶Imaginibus,) imagines maiorum, qui aliquid præclari gesserant, collocantur in atrio, vt apud Silium exposuimus. ¶Rudis herba,) id est herba sine vllo condimento, vel imparatus hortus.

GEORGIVS.

¶Mollem Debilitate gal liambon,) hic imploro doctos omnes tam græcos quàm latinos, vt illi suis vocibus, hi vero festiuo poetę opem ferant, quã do non peruersa, sed imprudentissime falsa hic temerarius grammaticus in iacturam bonarum literarum præcipiat. Galliambus græce dicitur non excogitatus à mollioribus poetis iambicus versus, sed vt Ephestion author est, quòd in vltimo pede habeat exitum claudum, nam cum rectus iambicus super vltimam basim iambo, aut pyrrichio terminet, & tria tempora habeat galliambus, & hipponacteus dicitur, spondæum sumit, cuius temporibus videatur superabundantem basim habere, sed hic attendite diligenter studiosi quæ iam dicam, choliambon hac in parte minime legendum est, qui & idem scazon dicitur, & mordax est, vt apud Mar. legimus, sed galliambon, de cuius versus genere grammatici ita differuerunt. Diodo. galliambon metrum quod apud Mecœ. tale est: Ades inquit ô Cybele, simile est illi. Vice veris & fauoni inferius comma superiori simile esset, nisi amisisset vltimam syllabam. Galliambon aliud ex hoc ipso factum ei simillimum esset, nisi quòd vt eneruatius fieret, & mollius secunda, aut tertia ab vltima syllaba in duas breues geminata est: Et factum tale latus horreat flagello: Comitum chorus vlulet, si esset sic, Comitum chorus vlulet, esset illi simile: Fera montium dea. Cæterum huic metro quod eneruatum dicimus, simile est illud neotericum, quod est tale: Rutilos recide crines, habitum cape viri. hoc est simile illi, de quo pauloante disputaui, quod fuit tale: Latus horreat flagello comitum qui chorus vlulet. Ser. de eodem Galliambicon constat dimetro iambico acatalectico, & anapæsto, vel spondeo cum duobus iambis, vt est Tenera reserispat aura tremulos sinus freti, contra sententiam suam Poeta diceret si choliambon legerimus, quando plurima epigrammata claudo iambico conficiat, videaturque respondere petenti Claudio, cur comata sotadica, aut galiambum molle, & eneruatum non conficiat. Cæcus nimirum in hoc epigrammate Calderinus fuit, aut magis insanissimus.

¶Verna,)

DOMITIVS.

¶Verna,) Seruus, id est habeam tantummodo vnde possim altere seruum. ¶Coniux non doctissima,) & Iuuena. doctam coniugem scribit molestam, quę voluit Palæmonis artem. Ita descripta est Epicuri vita, quam poeta maxime probat. ¶Rerum,) petit à Domitiano ius trium natorum, quod qui habeant, cum aliquid populo viritim diuidebatur, his dabatur portio pro tribus liberis alendis, in lege agraria testatur hoc Appi. Hoc ius institutum est in monumentum, & laudem, authore Dionysio, trium Horatiorum, qui tergemini pugnauerunt aduersus Curiatios Albanos pro imperio Romano. Claudius etiam dedit mulieribus ius quattuor natorum. ¶Quo sospite,) id est sano, & saluo. ¶Fortuna vetat,) quia non habebat tres filios. ¶Credar,) quia non erat. & Plinius scribit se à competitore superatum, quòd ille ius trium natorum haberet præter alia ornamenta, nam qui id ius habebat anteponebatur carentibus liberis. ¶Natorum o vxor iam valebis,) id est discedes. ¶Munus domini non debet perire,) quia debeo esse contentus munere Cæsaris, & non debeo quærere amplius liberos. ¶Plus pudoris,) id est si in medium non venit.

Sit mihi uerna satur, sit non doctissima coniux,
Sit nox cum somno, sit sine lite dies.

Ad Cæsarem Domitianum. 38

Rerum certa salus, terrarum gloria Cæsar,
Sospite quo magnos credimus esse Deos.
Si festinatis toties tibi lecta libellis
Detinuere oculos carmina nostra tuos.
Quod fortuna uetat fieri, permitte uideri,
Natorum genitor credar ut esse trium.
Hæc, si displicui, fuerint solatia nobis,
Hæc fuerint nobis præmia, si placui.

Ad Vxorem. 39

Natorum mihi ius trium roganti
Musarum pretium dedit mearum
Solus, qui poterat, ualebis uxor.
Non debet domini perire munus.

Ad Regulum. 90. 93

Primus ubi est inquis, cũ sit liber iste secundus?
Quid faciam, si plus ille pudoris habet?
Tu tamen hunc fieri si mauis Regule primum,
Vnum de titulo tollere iota potes.

ARGVMENTVM.

MARTIALIS Romanos ciues pertæsus, cum ab illis nihil acciperet emolumenti Roma profectus in Aemiliam concessit. Vbi hunc tertium librum edidit, ac inde Romam transmisit. Cuius primum epigramma est ad lectorem, in hanc sententiam. Gallia illa, quam a Romana roga, togatam appellant, mittit tibi hunc qualemcunque est, librum. Quod si priorem magis probas, illud meminisse debes, hunc quoque esse meum, prioremque ideo fortasse placere, quod Romæ sit editus, hic vero in Gallia Cisalpina.

M. VAL. MARTIALIS EPIGRAMMATON LIBER TERTIVS.

Ad Lectorem de Libro Gallicano



Hoc tibi quicquid id est, lõginquis mittit ab oris
Gallia Romanæ nomine dicta togæ.
Hũc legis, & laudas librum, fortasse priorem.
Illa, uel hæc mea sunt quæ meliora putas.
Plus sanè placeat, domina qui natus in urbe est.
Debet enim Gallum uincere, uerna liber.

Ad librum suum. 2

Cuius uis fieri libelle munus?
Festina tibi uindicem parare,
Ne nigram cito raptus in culinam
Cordillas madida tegas papyro,
Vel thuris, piperisq; sis cucullus,
Faustini fugis in sinum? sapisti.
Cedro nunc licet ambules perunctus,
Et frontes gemino decens honore
Pictis luxurieris umbilicis
Et te purpura delicata uelet,

Martialis.

LIBER TERTIVS.

Ad lectorem.



Hoc Tibi quicquid id est,) Longo tædio vrbis discesserat Martialis in Galliam Cisalpinam, vnde hunc librum mittit, nam quod ait secundo versu: Gallia Romanæ nomine dicta togæ, ego de Gallia Cisalpina intelligo de tertium epigramma, ex quo satis discitur inde mitti librum. Primum lectorem alloquitur, & indicat vbi liber sit compositus, neque se mirari ait si fortasse plus placeat superior, qui compositus fuerat in vrbe, quoniam quæ domi nascuntur gratiora sunt externis. ¶Romanæ togæ,) alludit ad Galliam togatam, quę ab Ancona incipit, cum vt puta velit indicare Galliam Cisalpinam Romanæ. ¶Tu legis hunc,) nam hunc mittebat librum in vrbem. ¶Liber verna,) id est natus domi in vrbe. ¶Vincere gallum,) id est qui mittitur ex Gallia. ¶Vincere) gratia superare. ¶Cuius,) alloquitur librum, & hortatur eum vt sibi paret patronum aduersus obtrectatores, & laudat Faustinum. ¶Cuius vis fieri munus,) id est cui vis mitti. Imitatio Catulli, Cui dono Lepidum nouum libellum. ¶Vindicem parare,) id est defensorem. ¶Tegas cordillas,) hi versus sunt apud Persium aliis numeris: Scombros metuentia carmina, nec thus. ¶Cordillæ,) iidem pisces sunt, qui thymni: nam thymni simul ac nati sunt matrem sequuntur atumno redeuntes ex Ponto in magnum mare: cordillæ dicuntur cum se immerserint cœno pelamides: πῆλος enim latine cœnum post annum appellantur thymni. ¶Cordillas,) piscículos. ¶Papyro madida,) nam neglectæ papyri in hunc vsum adhibebatur, siue scriptæ essent damnatis carminibus, siue non scriptæ, sed tunc erat illud genus papyri, quod emporeticum dicitur deprauata dictione apud Plinium phoreticum. ¶Cucullus,) tegmea thuris, & piperis venditi. ¶Faustini,) alibi memi nit. ¶Sapisti,) optimum cepisti consilium. ¶Cedro,) oleo cedrino, quod seruabat chartas. ¶Luxurieris,) id est luxuriose orneris vmbilicis pictis.

Cordillæ

DOMITIVS.

¶INDEX,) titulus. coccum mittebat Gallia præcipuum, licet Pisidia & aliæ prouinciæ mitterent, vnde vestes coccinæ fiebant præcipuo colore, ingenti pretio. ¶Illo vindice,) patrono Faustino. ¶Probum,) Probum posuit pro seueriſſimo castigatore. nam M. Vale. Probus emendandis libris soli, nec vlli grammatices parti deditus, reliquit non mediocrem sylluam obseruationũ sermonis antiqui. ¶Romam,) alloquitur librum: duæ erãt viæ Aemiliæ, altera quæ Flaminiã excipiebat, de qua hic loqtur: Altera, quam strauit Scaurus, per Pisas. & Lunam in Sabatios vsque. ¶Forum Corneli,) muta to nomine nũc Imola dicitur. ¶Fatere multa,) id est nimis multa paucis verbis. ¶Vanę togæ,) vel variæ, quia vt scribit, inter togatos ambulabat, id est inter ambulones, ex quo nihil accipiebat, quod esset libero homine dignum, & propterea togam vagam vanam dixit, vel vanæ togæ Romanorum togatorum, quia vani, & nullius emolumenti erant in clientes: placet prior sententia. ¶Exierat poeta,) id est quoniam erat poeta exiuit. ¶Veniet cum citharœdus erit,) redibit, quia citharœdi in pretio sunt Romæ, non poetæ. Ita figurate tempora sua notat. ¶Vis commendari) ad librum iterum. ¶An vnus multis satis erit,) hospites dicũ tur amici externi, propterea ait: Tu non eris Iulio amicus externus, sed popularis, & ex ipsa vrbe, ¶Nomẽ in meo ore.) quia eum sæpe celebro carminibus meis. ¶Primi in limine tecti,) domus nostræ, quia vicinus erat Iulius Martial. Daphnis græce, latine laurus. Mar. Lauros habuit vicinas ad porticum vipsanam, quod dixit: At mea vipsanas spectant cœnacula lauros. Propterea vicinum hominem, qui domui sue laurentum illic olim habebat, ficto nomine appellat Daphnidem. Daphnis præterea olim fuit Mercurii, & Nymphę filius qui & ipse ita est appellatus, quoniam in sylua laurorum in Sicilia esset natus. Is amisit oculos cum ebrius immemor minarum Nymphæ, si cum aliqua alia rem haberet, regis filiam stupraſſet. ¶Hos pariter,) Iulium, & vxorem. ¶Formosam,) in mulierem, quæ medicaminibus cælabat vultus, corpus deforme lauabat, faciebat hocvt formosa videretur, cum tamen ipsum corpus proderet faciem esse deformem. ¶Lędis, aquas,) lauando. ¶Deam) aquarum. ¶Aperi,) detege faciem nigro medicamine, vt videamus an sis formosa. ¶Aut tunicata, laua,) ne corpus quod cernimus non formosum, doceat faciem esse deformem. ¶Lux tibi,) Marcellinus die natali patris deposuit primam barbam, ait Martia. duplicem esse causam celebrandi diei, quod eo & pater natus sit: & filius deposuerit primam barbæ lanuginem. nam lanugo hæc deponebatur magna celebritate conuiuiorũ, & ludorum, & iudicium erat uitæ initæ virilis ætatis. ¶Hæc prima,) hoc die natus est pater tuus. ¶Libat,) id est decedit, quia deposuisti primam barbam. ¶Illa dies) licet dederit iucundam vitam patri, quia eo natus est, nunquam præstitit amplius, quàm quod reddidit te virum. ¶Vel patria,) accipe absolute, vt dicat nullus pater plus accipit ab eodem die, vt & natalem suum celebret, & depositam filii lanuginem. ¶Cétum,) Domitianus sportulas sustulit, dabantur autem centum quadrantes pro sportula his, qui vnà lauabantur, quod supra indicauit: Dat baiana mihi. Lætus Martial. & insultans diuitibus, qui exigua sportula interdum cibo comites conducebant, ait eos non debere amplius sperare comites exiguo cibo, sed esse recto, & legitimo salario. ¶Elixus) decoctus aquis balneorum. ¶O fames amicorum,) id est ô diuites, qui cogebatis amicos esurire tenui sportula. ¶Quid cogitatis regis superbi,) id est diuitis, vt supra: Tumidoque anteambulo regi. ¶Strophарum,) potes legere, id est alimentorum, quasi dicat amplius non dantur cibi, in sportulam, quod non placet, lege strophарum, nam Strophæ præstigiæ, & occultæ fraudes sunt, vt appellet sportellã strophas, quasi rem fallacem, & cuius dulcedine multi decepti tẽpus frustra terebant. Plin. in epistolis hoc verbo vtitur. Hic inquit, dixi distrophas facis, & alibi Mart. Iam stropha talis abit. ¶Thaida,) cum luscam & deformem possit amare: Ille non habet duos oculos, nam cæcus est. ¶Constituit,) Philomusus prodigus erat, & à patre accipiebat duo millia singulis mensibus, ne consumeret hæreditatem vna prodigalitate, postea pater moriens constituit hæredem, & non reliquit duo millia in toto asse, ergo pater exhęredauit, quia non dabit amplius singulis mẽsibus duo millia per omnes dies quoad vixit vel exhæredauit, quia tantum dedit, vt nihil moriens relinquere potuerit quod placet. ¶Egestas crastina,) id est cum vno die tantum consumeres, vt in sequenti nihil supereſſet.

Va. Probus

Forũ Cornelii

Daphnis

Strophа

Et cocco rubeat superbus index,
Illo uindice nec Probum timeto.

Ad Librum suum. 3

Romam uade liber. si ueneris unde, requiret,
Aemiliæ dices de regione uiæ.
Si quibus in terris, qua simus in urbe, rogabit,
Corneli referas me licet esse foro.
Cur absim, quæret, breuiter. tu multa fatere,
Non poterat uanæ tædia ferre togæ.
Quando uenit, dicet. tu respondeto, poeta
Exierat, ueniet, cum citharœdus erit.

Ad Eundem: 4

Vis commendari sine me cursurus in urbem
Parue liber multis, an satis unus erit?
Vnus erit (mihi crede) satis, cui non eris hospes
Iulius, assidum nomen in ore meo.
Protinus hunc adeas, primiq; in limine tecti,
Quos tenuit Daphnis, nunc tenet ille lares.
Est illi coniux, quæ te manibusq;, sinuq;
Excipiet, uel si puluerulentus eas.
Hos tu seu pariter, siue hanc, illúmue priorem
Videris, hoc dices, Marcus auere iubet.
Hoc satis est. alios commendat epistola, peccat,
Qui commendandum se putat esse suis.

In Mulierem deformem. 5

Formosam faciem nigro medicamine uelas,
Sed non formoso corpore lædis aquas.
Ipsam crede Deam uerbis tibi dicere nostris,
Aut aperi faciem, uel tunicata laua.

Ad Marcellinum. 6

Lux tibi post idus numeratur tertia maias
Marcelline tuis bis celebranda sacris.
Imputat æthereos ortus hæc prima parenti,
Libat florentes, hæc tibi prima genas.
Magna licet dederit iucundæ munera uitæ,
Plus nunquam patri præstitit illa dies.

De Sportula. 7

Centum miselli iam ualete quadrantes
Anteambulonis congiarium lassi.
Quos diuidebat balneator elixus.
Quid cogitatis ò fames amicorum?
Regis superbi sportulæ recesserunt.
Nihil stropharum est: iam salarium dandũ est.

In Quintum. 8

Thaida Quint⁹ amat, quã Thaida? Thaida luscã.
Vnum oculum Thais non habet, ille duos.

In Cinnam. 9

Versiculos in me narratur scribere Cinna.
Non scribit, cuius carmina nemo legit.

In Philomusum. 10

Constituit Philomusę pater tibi millia bina
Menstrua, perq; omnes præstitit illa dies,
Luxuriam premeret cõ crastina semper egestas,
Et uitiis essent danda diurna tuis.

¶Ex

DOMITIVS.

¶Ex Asse,) tota hęreditate in qua non erant duo millia. ¶Pater exhæredauit,) quia non dabit amplius duo millia singulis mensibus, vt dabat, sed cum viuus illa daret, tunc se exhæredabat, quia nihil inde superfuit. ¶Vnguentum,) corpus mortuorum lauabatur. Ennius: Tarquini corpus bona fœmina lauit, & vnxit. & Virgil. Corpusq; lauant frigentes & vngũt. tum Fabullus acceperat conuiuas, vt vngerentur, vt moris erat. ¶Sed nihil scidisti,) ad coeundum. ¶Salsa,) perfacta est. ¶Mortuus,) quia mortui inunguntur & non comedunt. ¶Dum crudis,) significat cibũ non coctum. Crudus item significat hominem, qui bene nõ concoxit. In hoc iocatur Martialis, accusat auaritiam Næuię. ¶Parcis,) abstines ab apro. ¶Rumpis,) laceras. ¶Hoc facto,) non apponendo aliquid. ¶Nunquam ero sic crudus,) id est, nunquam accidit, vt bene non concoxerim nihil edendo. Iocatur in hoc verbo crudus. ¶Plus credit,) credere est mutuo dare pecuniam. Cicero: Per amicos tuos, qui ei credidisſent. ¶Credere item est habere fidem. Iocatur in hoc Martialis. ¶Credit,) mutuo dat, fallit lectorem ambiguitate verbi, lector acceperat credere pro dare pecunias mutuo. Martialis acceperat credere pro adhibere fidem. nam cæcus qui amat, multum credit. ¶Cum sit tam pauper quomodo,) interrogatio est quomodo mutet, respõdet, ¶Cæcus amat) idcirco multum aliis credit. ¶Das,) prouerbium erat apud antiquos in eum qui rem tentaret supra vires, teneto te intra pelliculam, hoc vsurpat Horat. in sermonibus, & nunc dicitur à Martial. in Cerdonem aptissime; nam Cerdo ad tantas peruenerat opes, vt gladiatorum munus ederet in theatro de quo alibi: Frange miser calamos, & rumpe Thalia libellos, Si dare suto ri calceus ista potest. ¶Cerdo,) Cerdones, à lucro dicti, nam κέρδος apud Græcos lucrum apud nos significat. ¶Regule,) princeps sutorum. ¶Sicca,) id est gladiatorum. ¶Corio tuo) .i. pelle tua. ¶Ludere) dare gladiatores. ¶In tua pellicula,) id est intra tuam artem. Iuuena. Quondam hi cornicines, & municipalis arenæ Perpetui comites, notæque per oppida buccæ, Munera nunc edunt & cætera. ¶Circunlata,) dictio hæc deprauata est nouis codicibus omni ex parte in vetustissimis non omnino, nam vetusti codices sic habent, scribit ita qđ ita emendandũ censeo scriblita, nã scriblita, authore Varrone in menippea, est genus cibi liquidioris. Varro: Impone in scrupea scriblitam, hoc magis placet quàm aut intrita, aut sporta, quoniam, vt mihi videtur, voces sunt altera inusitata, altera non conueniens, neq; sequimur elementa vetustiorum codicum in hoc verbo, apte coagmentari possunt tamen si placet, sortita est poculum sorbile, & cibus sorbilis. In Sabidium scribitur fellatorem, & male olentem, cuius flatu scriblita allata mensis malum cepit odorem, à scriblita fit scriblitare, quod est infirmis, & nutantibus gressibus insistere. ¶Secundis mensis,) id est inter bellaria. ¶Circunlata diu,) quia calebat. Vrebat manus conuiuarum ita, vt non posset angi. ¶Merda fuit,) propter anhelitum Sabidii fellatoris male oluit, vt merda. Antiquus codex vt dixi ita habet. Circunlata diu mensis scriblita secundis. Sed qui male emendarunt, inuerterunt pro scriblita vel sportita, vel intrita scribentes. His commẽtariis aliorum ineptias dissimulaui, quod licuit vbiq;. Nam neque tam damno libenter aliena, quàm mea omnibus probare studeo, cuius consilii adhuc me non pœnituit, quanuis lacessitum scriblita legendum existimo. Nam scriblita: quod ex antiquis codicibus facile apparet, est placentæ genus quod docet Cato his verbis in re rustica. Scriblitam sic facito: in baltheo tractes caseum. Ad eundem modum facito, vti placentam sine melle, coquito q;. Ita leges: Circunlata diu mensis scriblita secundis. ¶Perfrixit se,) idem sensus est verborum Catonis in Albinum scribentem historiam: nam Albinus se excusauit, quòd græcus homo scriberet latinam historiã, maluisti, inquit, deprecari culpam quàm excarere. ¶Perfrixisse,) nimio frigore factas raucas. Iuuena. Et si perfrixit bene cantat. hic malus erat recitator. ¶Proxima,) Platanũ locus erat platanis consitus: vt Daphnon lauris, hic erat iuxta porticum vipsanam, habebat feras marmoreas miro sculptas artificio cum puer nuper manum immisisset in os vrlæ marmoreæ illic delitescentis viperæ morsu periit. ¶Columnis centenis) porticus vipsanæ. ¶Fictæ,) ferę marmoreæ. legitur alibi Pictæ. ¶Tentat) palpando experitur. ¶Mersit,) misit. ¶In cæco ore,) id est intra os latebat.

Idem te moriens hæredem ex asse reliquit.
Exhæredauit te Philomusę pater.

Ad Quintum. 11

Si tua nec Thais, nec lusca est Quinte puella,
Cur in te factum distichon esse putas?
Sed simile est aliquid, pro Laide Thaida dixi.
Dic mihi, quid simile est Thais, & Hermione?
Tu tamen es Quintus. mutemus nomen amãtis.
Si non uult Quintus Thaida: Sextus amet.

In Fabullum. 12

Vnguentum fateor bonum dedisti
Conuiuis here, sed nihil scidisti.
Res salsa est bene olere, & esurire.
Qui non cœnat, & ungitur Fabulle,
Hic uere mihi mortuus uidetur.

In Næuiam. 13

Dum nõ uis leporẽ, dum non uis carpere mullũ,
Et plus q̃ patri Næuia parcis apro:
Accusas, rumpisq; coquum, tanq̃ omnia cruda
Attulerit, nunquam sic ego crudus ero.

De Tutio. 14

Romam petebat esuritor Tutius
Profectus ex Hispania.
Occurrit illi sportularum Fabula,
A ponte rediit Miluio.

De Codro. 15

Plus credit nemo, q̃ tota Codrus in urbe,
Cum sit tam pauper, quomodo cæcus amat?

In Cerdonem. 16

Das gladiatores sutorum regule Cerdo.
Quodq; tibi tribuit subula, sicca rapit.
Ebrius es, nec enim faceres id sobrius unquam,
Vt uelles corio ludere Cerdo tuo.
Lusisti, satis est, sed te mihi crede, memento,
Nunc in pellicula Cerdo tenere tua.

In Sabidium. 17

Circunlata diu mensis scriblita secundis.
Vrebat nimio sæua calore manus.
Sed magis ardebat Sabidi gula, protinus ergo
Sufflauit buccis, terq; quaterq; suis.
Illa quidem tepuit, digitosq; admittere uisa est.
Sed nemo potuit tangere, merda fuit.

In Maximum. 18

Perfrixisse tuas questa est præfatio fauces,
Cum te excusaris Maxime, quid recitas?

De Vipera in ore ursæ. 19

Proxima centenis ostenditur ursa columnis
Exornant pictæ qua Platanona feræ.
Huius dum patulos alludens tentat hiatus
Pulcher Hylas, teneram mersit in ora manũ,
Vipera, sed cæco scelerata latebat in ore,

Martialis.

Cerdo

Scriblita

Platanon
Daphnon

Intrita

GEORGIVS.

¶CIRCVNLATA Diu mẽsis intrita secundis,) quis te hoc docuit bone vir? hoc à nobis profecto impudens plagiarie surripuisti. Nam in præfatione plautinæ correctionis in eos inuecti fuimus. Qui vbi scriblitę legebatur, sublitæ fecerunt, sed cum iam manifesto tenearis, sententiam meam proferam, hoc est non minus vere & commode intritam hic legi posse, quàm scriblitam, quando apud Columellam, & Donatum intrita legatur, ab interendo deductum nomen, vnde Terentius. Tute tibi hoc intriuisti, totum excedendum est.

DOMITIVS.

¶VIVEBAT,)Docebat spiritum. ¶Anima deteriore,)id est statu & spiritu venenato.¶O facinus,)simul deplorat necem pueri,& vitam feræ marmoreæ admiratur. ¶Falsa,)quia non erat marmorea, vt videbatur. Falsa res est quod videtur, quasi dicat erat vipera cum videretur vrsa.¶Dic musa,)de Canio,& in eum iocatur,qui nulla alia re magis occupatus erat, quàm risu de quo supra. Cepit maxime Pana qui solebat. ¶Chartis victuris,)id est immortalitati.¶Acta temporum Claudianorum,)id est Claudii, & eius maiorum. Hanc historiam scripsit Plinius nō extat. ¶Falsus scriptor) an laudat ea, quę nonnulli scriptores adulantes Neroni laudarint,hęc duo interrogauit,quoniam & Neronis,& Claudii memoria inuisa erat Domitiano.

Phædrus

¶Aemulatur,)imitando in numeros dicit. Phædrus eximiæ formę à Plaut. introducitur in eo dialogo, qui ita inscribitur, vbi longa oratione & Phædri verbis de amoribus disputatur. ¶Lasciuus elegis,) id est lasciuiens in elegis. ¶An seuerus,) scribit in heroico carmine.¶An versatur horridus in cothurnis sophocleis,)id est tragico carmine.¶Schola poetarum,) locus vbi poetæ recitabant.¶Lepore attico,)id est attica purita te,& elegantia.¶Hinc,)à schola poetarum. ¶Terit porticū,) deambulat in porticu.¶An carpit spatia,)id est an deambulat in porticum argonautarum in campo Martio. ¶An rursus,) quia illuc sępe accedebat.¶Tependentes buxos,)id est inter buxetum,)id est deambulátne in porticu Europæ. ¶Titi thermis,)nam Titus thermas construxerat. An lauatur in thermis Agrippæ. ¶Tigillini,) impudici.nam per impudicitiam Tigillinus multa à Nerone est consecutus,quem ad omne corruperat.Ipse obscuris parentibus fœda pueritia, turpi senecta apud aquas sinuessanas periit iussu Othonis muliebriter, nam secuit fauces nouacula. ¶Tulli & Lucani,)duorum fratrum,de quibus supra. Si Lucane tibi,vel tibi Tulle darentur. ¶Pollionis Quart.) Quartum nomen proprii loci amœni est ad Quartum lapidem. ¶In æstu,)in æstiuo tempore.¶Nauiculatur,)id est nauigatur, nā nauiculari est otiosa cymba vehi.¶Ridet,)ita ante notatur. Cepit maxime Pana qui solebat, Ita suspensum hactenus lectorem in risum prouocat. ¶Proscriptum) Antium Restionem proscriptum.¶Famulus,) quem ipse in compedibus, & fronte notatum habebat secutus est fugientem,aliis seruis diripientibus bona domini.Is collocatum dominum in loco abdito aluit.Senem in quem inciderat,interemit,coniecitq; in rogum ardentem ostendit his qui venerāt illuc ardere.¶Proscriptum,)Restionem.¶Inuidia) i.infamia domini,quod fuerit seruatus ab eo seruo,quem ipse habebat in cōpedibus,quem fronte signauerat.Historia est apud Macrobium in Saturnalibus.¶Dederas) Apicius habebat septem millia, sex consumpserat luxu,& cum adhuc cētum superessent, veritus ne posset explere gulam ea pecunia,venenum bibit,quod fortasse à multis poterat laudari tanq̄ fortiter fecisset,ad quod Martial.ait nihil potuisse fieri gulosius, nā cū cæteri vncta sectentur propter gulā,ipse, quod plus est,bibit venenum gulæ causa. ¶Tu gra.)quod solū.i.centū superessent.¶Vt) tāq̄.¶Ferres fa.& sitim).i.tanq̄ laborares fame & siti,bibisti venenū.¶Osa,)in eū qui obsonia apposita conuiuis retro porrigebat pueris,fingit Mar.in aso tibi est retro porrigere obsonia debes & mensam parare pueris,nō nobis.¶A pedibus,)lecti vbi discūbunt pueri.Serui.n.ad pedes discūbebāt. Alibi retroflexus ad pedum turbam.i.ad seruos,&alibi.Ad pedes implet lagenā. i. ex mēsa seruorū.¶Vite nocens,) erat aruspex qui volebat immolare caprum Baccho,sed q̄n carnes hirci fœtēt nisi castretur, iussit, vt rusticus resecatet testes capri.¶Apparauit hernia aruspicis,)rusticus eā resecuit. ¶Stabat,)vt mactaretur, & placeret deo.¶Rosa)corrosa vite.¶Aruspex thuscus) qui è Thuscia venerat.nā è Thuscia venerat aruspicina.¶Teter odor).i.nocens odor hircorū.¶Hernia)pellis tē sticulorū. Iuue. Quibus incēdi frigidus quo Laomedontiades, & Nestoris hernia possit.¶Aras virides,)è cespite. Rusticus secuit herniam aruspicis,putauit hunc esse ritum sacrorum.

Nauiculor

¶DEDERAS Apici bis tricenties ventri) Seneca noster & Dion græcus historicus adeundi erant ab homine vtriusq; linguę,vt de se ipse iactat,erudito, vt luxuriosum hoc factum Apicii certius,& copiosius explanaret.Sene.ad Elbiam matrem hic ait.Apicius nostra memoria vixit,qui in ea vrbe aliquando ex qua philosophi, velut in corruptores iuuentutis abire iussi sunt, sententiam popinæ professus sua disciplina secutum infecit,cuius exitium nosse operæpretium est, cum sestertium millies in culinam congessisset, cum tot congiaria principum & ingens Capitolii vectigal singulares comessationes suas fisset, ære alieno oppressus,rationes suas tūc primum coactus inspexit super futurum supra sestertium centies computauit, & velut multa fame victurus, si in sestertio centies vixisset, veneno vitam finiuit. Quanta luxuria erat,cui centies sestertium egestas fuit, & quod alii voto petunt, veneno fugit. Dion ferè eadem quæ Seneca de morte Apicii tradit,nisi quòd ducentas,& quinquaginta myriadas super fuisse ei dicat subductis rationibus. Auimque affirmare id esse centum sestertia, quod ducentas quinquaginta myriadas.

GEORGIVS.

¶Si

Viuebatq; anima deteriore fera.
Non sensit puer esse dolos nisi dente recepto
Dum perit,ô facinus ausa quod ursa fuit.

De Canio. 20

Dic musa quid agat Canius meus rufus?
Vtrum ne chartis tradit ille victuris
Legenda temporum acta Claudianorum?
An quæ Neroni falsus astruit scriptor.
An æmulatur improbi iocos Phædri
Lasciuus elegis,an seuerus herois,
An in cothurnis horridus sophocleis,
An otiosus in schola poetarum,
Lepore tinctos attico sales narrat?
Hinc se recessit,porticum terit templi,
An spatia carpit lentus Argonautarum,
An delicatæ sole rursus Europæ,
Inter tepentes post meridiem buxos
Sedet,ambulatur liber acribus curis?
Titi ne thermis,an lauatur Agrippæ,
An impudici balneo Tigillini?
An rure Tulli fruitur,atq; Lucani?
An Pollionis dulce currit ad Quartum?
An æstuantes iam profectus ad Baias
Piger Lucrino nauiculatur in stagno?
Vis scire,quid agat Canius tuus? ridet.

In crudelem Dominum. 21

Proscriptum famulus seruauit fronte notatus.
Non fuit hæc domini uita,sed inuidia.

De Apicio. 22

Dederas Apici bis tricenties uentri,
Et adhuc supererat centies tibi laxum,
Hoc tu grauatus,ne famem,& sitim ferres,
Summa uenenum potione duxisti.
Nil est Apici tibi gulosius factum.

In Inuitatorem. 23

Omnia cum retro pueris obsonia tradas,
Cur non mensa tibi ponitur à pedibus?

De Thusco aruspice. 24

Vite nocens rosa stabat moriturus ad aras
Hircus,Bacche tuis uictima grata sacris.
Quem Thuscus mactare Deo cū uellet aruspex,
Dixerat agresti forte,rudiq; uiro.
Vt cito testiculos peracuta falce secaret,
Teter ut immundæ carnis abiret odor.
Ipse super uirides aras luctantia pronus
Dum resecat cultro colla,premitq; manu,
Ingens iratis apparuit hernia sacris,
Occupat hanc ferro rusticus,atq; secat.
Hoc ratus antiquos sacrorum poscere ritus,
Talibus & fibris numina prisca coli.
Sic modo qui Thuscus fueras,nūc Gallus aruspex,
Dum iugulas hircum,factus es ipse caper.

DOMITIVS.

¶SI Temperari,)iocatur in Sabineum rhetorem qui tantum ventum emittebat podice,vt posset refrigerare balnea calidissima.Iulianus amabat balnea tepida. ¶Prædia,)in Candidum qui nihil dabat amicis,& volebat omnia solus habere, de quo supra est conquestus.Candide κοινὰ φίλων,sed non habebat vxorem solus, cui insultat hoc epigrammate. ¶Solus habes,) id est nihil ex his das amicis,sed solus omnibus tuis rebus vteris prēter vxorem.Iuue.Gentis vitio nunquam partitur amicum. ¶Solus habes,)Myrrhina vasa mittebantur ab oriente,& à nōnullis locis Parthorum,sed præcipua ex Acarnia, erant distincta maculis,nonnulli dixerūt myrrhinum esse humorem concretum sub terra, vnde hæc vasa ducebātur.¶Maslica,) id est salenū.¶Cæcuba opima,) id est vina opimiana. ¶Nunquam,) idem fermè sensus est superioris epigrammatis. Inuitas nullum nisi cum quo Cotta lauaris.¶Reuocas,)ad cœnam.¶Inuitas alios,)id est draucos. ¶Mihi non est cor) decepit lectorē, nam videtur dicere mihi non est cor hoc est prudentia,qa te inuito, cum intelligat non est, animus ad re pædicandum. ¶Nec tibi pudor,)fallit item lectorē.videtur enim dicere quia me nō inuitas, at intelligit quia vis pædicari. ¶Auriculam,) in Nestorem fellatorem,qui cum garriret in auriculā Marii,male olebat auricula propter grauē odorē Nestoris. Alibi eodē sensu de ampulla vnguēti in cū nilingū q cū eā olfeciſſet, dixit Poeta factū eē garrū. ¶Has,)in Zoilum scri.qui ex seruili conditione peruenerat ad equestrē dignitatem.Saturne tibi, in Saturnalibus vt Apollodorus scri. Saturnus qui toto anno fuerat in compedibus soluebatur.Papi.in Saturnalibus vocat Saturnum.Saturnus mihi compede lex soluta, cum Martial. velit ostendere Zoilum fuisse seruū, nunc in Saturnalibus scrib.distichon,quo ait Zoilum dicare cō pedem Saturno, Dedicat tibi has catenas.¶Cum gemina cōpede,) quas appellat anulos priores,sed nunc habet anulos equestres.nam Zoilus ex seruo factus erat eques.At catenę fuerant ei fugitiuo priores anuli. Reorum autem vincula cum soluti essent,& seruorum dicabantur Saturno,ea ratione qua supra dictum de compedibus Saturni.¶Sunt tibi,)in Rufinū qui obscœnis artibus,& vili ministerio peruenerat ad ingentes diuitias, & quasi suæ conditionis oblitus amicos iam cœperat aspernari,monet Martialis eum non oportere efferri diuitiis cum ampliores Didymus spado, & Philomelus citharœdus sint consecuti, quasi dicat etsi diues sit: non tamen eius conditionem mutari, & aboleri potuisse. ¶Multa iugera,)id est habes multos campos.¶Vrbani,)id est tuæ ædes occuparunt multa iugera soli amplitudine sua. Contra Martialis de casa sua: Et casa iugeribus non onerosa suis.¶Numerosus debito,) id est habes multos debitores obæratores.¶Aurea mensa,) id est honusta vasis aureis. ¶Didymus,)spado fuit,qui suppositā aliis vxore ingentes diuitias est adeptus. Alibi: Si spado Didymus, & Corresus non esset.

Myrrhina

Didymus

¶Philomelus,)citharœdus,nā φίλος amicum significat, μέλος cantum,alibi latius memi nit.¶Sportula,)ad Gargilianū: quem extrema inopia laborantē interrogat quomodo viuat, quanuis inquit dicas te viuere summa cū ratione,tamen adeo es inops,vt viuendi nullā rationē habeas.¶Nulla sportula datur,)qa sublata est à Do. nam Do.sportularū vsum ad rectas cœnas redegit. ¶Tu recūbis cōuiua gratis).i.sine vlla alia mercede,nam qui olim sportulā accipiebant,nūc vnà cœnabant cū diuitibus,sed nulla alia merce de data.¶Vnde est togu.) harū vsum ad rectas cœnas redegit, .i.vnde habes togulæ pretium? ¶Vnde vir es Chiones).i. vnde habes vt soluas coitū meretricis.Iuuen.Et dubitas alta Chionem deducere sella. ¶Licet dicas te viuere cū summa ratione,) intelligebat Gargilianus. ¶Quod viuis)qa erat indignus vita in tanta inopia.iocus est,nā ratio moderationem significat, vt Gargilianus accipiebat, & causam vt Marti.accipit. ¶Nulla facis cum rōne).i. nullam habes viuendi causam, in tanta inopia deberes potius mori. ¶Non possum,) in Matriniam decrepita ætate, quæ Martialē accusabat,quòd se vetulam nō posset subagitare. ¶Possum,) concūbere cum vetula. ¶Tu mortua es,)adeo extremæ ætatis es,vt mortua videaris. ¶Hecubam si nondum erit canis,) id est possum concūbere cum Hecuba antequam cōuersa foret in canem,& item cum Niobe,antequam in saxum,quasi dicat tu non anus es:sed aut canis,aut saxum deposita mulieris figura.¶Artis,)Phidias sculptor Athenienſis claruit minoribus simulachris sculpendis. ¶Toreuma,)toreumata dicuntur vasa sculpta,laudantur pisces hoc distico invase sculpto. ¶Adde aquam natabunt) adeo bene sunt sculpti,& laudat præstantiam sculpturæ. ¶Quod,) ad Fabianū amicum veterem: quē etsi iandiu coluerat tamen non habebat mitiorē.¶Præstare hoc tibi).i.officia quæ exigis nouo amico.¶Horridus,)inculcatus nā q properabant ad salutā dū non poterant se colere.Iuu. Ligulā dimittere. ¶Agrippæ,) M. Agrippa habebat thermas Titi Vesp.quas celeriter extruxit.¶Per.30.Decembres).i.30 annos.¶Vt semper tyro).i.nouus miles.¶Toga mea trita)& consumpta,& mea, quam nunquam meruisti.

Phidias

fallerís

f. dedisti

Ad Faustinum. 25

Si temperari balneum cupis feruens
Faustine,quod uix Iulianus intraret,
Rogo.lauetur,rhetorem Sabineum.
Neronianas is refrigerat thermas.

In Candidum. 26

Prædia solus habes,& solus Candide nummos.
Aurea solus habes,myrrhina solus habes,
Maslica solus habes,& opimi cæcuba solus,
Et cor solus habes,solus & ingenium.
Omnia solus habes,hoc me puto posse negare,
Vxorem sed habes Candide cum populo.

In Gallum. 27

Nunquā me reuocas,uenias cum sæpe uocatus,
Ignosco,nullum si modo Galle uocas.
Inuitas alios.uitium est utriusq;,quod,inquis,
Et mihi cor non est,nec tibi Galle pudor.

In Nestorem. 28

Auriculam Mario grauiter miraris olere,
Tu facis hoc,garris Nestor in auriculam.

In Zoilum. 29

Has cum gemina compede dedicat catenas
Saturne tibi Zoilus,anulos priores.

Ad Rufinum. 30

Sunt tibi(confiteor)diffusi iugera campi:
Vrbanique tenent prædia multa lares.
Et seruit dominæ numerosus debitor arcæ:
Sustentatq; tuas aurea mensa dapes.
Fastidire tamen noli Rufine minores.
Plus habuit Didymus,plus Philomelus habet.

Ad Gargilianum. 31

Sportula nulla datur,gratis conuiua recumbis:
Dic mihi,quid Romæ Gargiliane facis?
Vnde tibi togula est,& fuscæ pensio cellæ?
Vnde datur quadrans:unde uir es Chiones?
Cum ratione licet dicas te uiuere summum.
Quod uiuis,nulla cur ratione facis.

In Matriniam. 32

Non possum uetulā,quereris Matrinia,possum
Et uetulam:sed tu mortua,non uetula es.
Possum Hecubā,possum Niobē Matrinia:sed si,
Nondum erit illa canis:nōdum erit illa lapis.

De Piscibus sculptis. 33

Artis phidiacæ toreuma clarum:
Pisces aspicis:adde aquam,natabunt.

In Fabianum. 34

Quod nouus,& nuper factus tibi pstat amicus:
Hoc præstare iubes me Fabiane tibi.
Horridus ut primo semper te mane salutem,
Per mediumq; trahat me tua sella lutum.
Lassus ut in thermas decima,uel serius,hora
Te sequar:Agrippæ,cum lauer ipse Titi.
Hoc per triginta merui Fabiane Decembres:
Vt sim tyro tuæ semper amicitiæ.
Hoc merui Fabiane toga,tritaq;,meaq;.

DOMITIVS.

Rudis

(IMERVISSE Rudem,) tractum est à gladiatoribus, nam gladiatores ingraueſcente ætate rude donabantur, vt apud Horat. in epistol. & Iuuenal. Qua rude accepta non cogebantur amplius pugnare, sed publica alebantur pecunia. Sensus est: Putas me non demeruisse rudē, vt me alas sine officio. ¶Irasci) irato Fabiāo ex superiore epigrammate ait Martial. amicos diuites, vel sine eā solere irasci pauperibus, nō quia id sit honestum, sed quoniam vtile est. Nihil enim postea dāt. ¶Felices,) diuites. ¶Nostris,) id est tantum scitis irasci. ¶Iuuat hoc facere,) quia nihil postea datis amicis, qbus estis irati. ¶Quæ te causa,) interrogat Sextum quare veniat in vrbem, & ostēdit bonum virum nihil certi habere vnde viuat.

Forum triplex

¶Triplici foro,) triplex enim forum erat in vrbe. Latinum, Romanum, & vetus. nec potest alludere ad tria fora dicendi, quibus oratores vtuntur, nam prior sententia melior est, & plane confirmata. ¶Tota neutri,) hoc potuisse tutò credi pensio domus, vel tota, id est neuter tantum habuit, vt totam pensionem soluere posset. ¶Hinc,) ex causis. ¶Pangentur carmina,) id est componam carmina. ¶Gelidis lacernis,) id est tritis lacernis. ¶Atria magna,) magnorum principum. ¶Ista res,) colere atria. ¶Certum est viuere Romę,) id est decreui & constitui viuere Romę. ¶Casu) fortuna, & non certo institutо: nā boni viri officium in pretium non est, nec certum bono viro præsidium est, sed malis. Mali igitur certo prēmio viuunt, boni pendent ex casu, vt aliquid assequantur, nam bonarum artium nullum est certum præmium. ¶Mutua,) Thelesinus magnus volebat videri, cum dixisset ter quinquagena mutua debere, Martia. ait eum non esse magnum virum, quòd det mutuo, sed esse magnum virum, quòd restituat, quasi dicat plus esse, quòd à paupere ter quinquagena restituantur, quā quòd dentur mutuo à diuite. ¶Quod recipis,) quia restituo diuiti. hinc nostra sententia confirmatur, vt pusilli à Martia. dicantur, qui nihil dant amicis.

Gaure pusillus homo es, nam hic, volebat magnus videri,

Lomētum

quia daret. ¶Lomento,) lomentum de farina fabę hoc loco intelligo. De candido præterea medicamine quod ex argento fiebat, lomentum dicebatur, author est Plin. ¶Polla,) hoc medicamine linebat ventrē, vt puella videretur. potes, inquit, expolire ventrem lomento, vnde alii fortasse qui cunnilingi sunt, allici possunt ad cūnum tuum lingendum, ego autem non viscabo illic labra, non enim sum cunnilingus. De lomento in diſtichis. Propterea consulit Martialis vt lomentum omittat. Alibi idem est sensus. ¶Non linis labra mihi,) hoc est non propterea ego illic admouebo labra vbi linerentur, & viscarentur. ¶Ingenuam,) ait Martialis in puella optanda non tam habere rationem nobilitatis, & conditionis, quàm formæ, & inquit non tam opto puellam ingenuæ conditionis, quàm formæ. Ingenui dicuntur, quorū maiores non seruierunt nec ipsi. ¶Ingenuam, id est ingenuę conditionis. ¶Libertina,) libertinus dicitur qui habuit maiores seruos, ipse liber. & secundo loco opto libertinam, postremo ancillam, sed seruā vtranque vincet & libertinam, & ingenuā, si fuerit pulchra, ex Epicuri sententia est proxima voluptate tangi contempte inani laudis specie. ¶Digna tuo,) Chion significat niuem, vnde hæc mulier dicta est Chione, ait Martialis eam quidem esse Chionem, quia frigida est vt nix, sed non esse Chionem, quia nigra est, & non candida vt nix. ¶Frigida,) scilicet in coitu, nam blanditias non habebat. ¶Inserta) Mentor argento cælando maxime, claruit. Plin. Iuuena. Rarę sine Mentore mensæ, id est sine poculis Mentoreis. Laudatur artifex qui sculpsit lacertam in poculo argenteo. ¶Inserta,) id est insculpta phiale Plin. de Stratonico sculptore: Quique satyrum in phiala grauatum somno collocauisse verius quàm cę lasse dictus est Stratonicus. ¶Ducta,) efficta. ¶Viuit,) adeò bene sculpta est. ¶Et timetur argentum,) quia tam bene sculpta lacerta est, vt viua videatur & nocitura. ¶Mentiris,) Lentinus canus tinxerat capillos, ait Martia. eum quidem posse fallere aspectum hominum, sed non posse decipi seuectutem, vel Proserpinam, quæ exacta ætate detrahet medicamina illa nigra eius capiti. Ingenioſe medicamen illud poeta appellat laruam. ¶Mentiris iuuenem,) id est simulas te esse iuuenem, ¶Tam subito coruus,) id est niger tanquam coruus. ¶Personam,) quam medicamine simulas. ¶Detrahet,) nam et si videris inuenis, cum senex fueris, morieris. Hominū aspectus falli potest, naturæ lex nō potest. ¶Occurrit,) accusatur Ligurinus quod male & intempestiue recitet adeo, vt cum bonus vir sit ea sola de causa fugiatur ab hominibus. ¶Quacunque venis: est fuga,) id est quacunq; velis omnes fugiunt. ¶Quid sit scire,) id est cupis scire causam. ¶Nimis poeta es,) scilicet nimium vis videri poeta recitando. ¶Periculosum,) quia molestum omnibus.

(¶Dipsas.)

Vt nondum credas me meruisse rudem.
In irascentes amicos. 35
Irasci tantum felices nostis amici:
Non belle facitis: sed iuuat hoc facere.
Ad sextum. 36
Quæ te causa trahit: uel quæ fiducia Romam
Sexte? quid aut speras: aut petis inde? refer.
Causas, inquis, agam Cicerone disertius ipso:
Atq; erit in triplici par mihi nemo foro.
Egit Atestinus causas: & cuius utrunq;
Noras: sed neutri pensio tota fuit.
Si nihil hinc ueniet? pangentur carmina nobis:
Audieris: dices esse Maronis opus.
Insanis: omnes gelidis quicunq; lacernis
Sunt tibi: Nasones, Virgiliosq; uides.
Atria magna colam: uix tres, aut quattuor ista
Res aluit: pallet cætera turba fame.
Quid faciā? suade. nam certū est uiuere Romæ.
Si bonus es: casu uiuere Sexte potes.
De Lycori. 37
Iliaco similem puerum Faustine ministro
Lusca Lycoris amat: q̄ bene lusca uidet.
Ad Thelesinum. 38
Mutua quòd nobis ter quinquaginta dedisti
Ex opibus tantis, quas grauis arca premit.
Esse tibi magnus Thelesine uideris amicus:
Tu magnus, qd' das, immo ego, quod recipis.
In Pollam. 39
Lomento rugas uteri quod condere tentas
Polla tibi uentrem, non mihi labra linis.
Simpliciter pateat uitium, fortasse pusillum est:
Quod tegitur: maius creditur esse malum.
Qualem puellam uelit. 40
Ingenuam malo: sed si tamen illa negetur:
Libertina mihi proxima conditio est.
Extremo est ancilla loco: sed uincet utranq;
Si facie nobis hæc erit ingenua.
Ad Chionem. 41
Digna tuo cur sis, indignaq; nomine dicam.
Frigida es: & nigra es: non es, & es Chione.
De Lacerta cælata. 42
Inserta Phiale Mentoris manu ducta
Lacerta uiuit, & timetur argentum.
In Lentinum, 43
Mentiris iuuenem tinctis Lentine capillis:
Tam subito coruus, qui modo cygnus eras,
Non omneis fallis? scit te Proserpina canum.
Personam capiti detrahet illa tuo.
In Ligurinum. 44
Occurrit tibi nemo quòd libenter,
Quòd quacunq; uenis fuga est, & ingens
Circa te Ligurine solitudo:
Quid sit scire cupis, nimis poeta es.
Hoc ualde uitium periculosum est:
Non tigris catulis citata raptis:

Ingenuus

Libertinus

Chion

Mentor

DOMITIVS.

Dipsas

(DIPSAS,) genus serpentis, cuius morsus hominem siti necat. ¶Medio sole,) ex plaga meridiolani, quia illic sunt grauiora venena, vel perusta medio sole, quoniam perpetuo apricatur. ¶Scorpius improbus) venenosus. ¶Piscina,) locus erat domi vbi frigida lauabantur. Docet hoc Cice. Latiorem, inquit, piscinam voluissem, vbi iactata brachia non offenderentur. ¶Vir iustus,) hoc enim vnū vitium occupat omnes. ¶Fugerit,) in fabulis dicitur Solem auertisse cursum, ne sceleratam Thyestæ cœnam inspiceret, vt filii appositi ab Atreo fratre fuerunt. ¶Fugimus,) ne cogar audire te recitantem. ¶Tace,) id est nihil recites. alibi poeta in cœna iucunda pollicetur non affuturum crassum volumen. ¶Omnia quòd scribis,) in Cosconium, qui æmulatione scribendorum epigrāmatum cum Martia. certabat. Illius epigrammata modo accusabat, quòd longa essent, cui respondet poeta: Cosconi, qui longa putas, modo damnabat, quòd parum pudica essent, ait poeta se laudare Cosconii epigrammata, quòd legi poterant virginibus, & pueris ingenuis, cum nihil inesset obscœnum, sua tamen non esse omnino repudianda, cum à nequioribus, & lasciuioribus puellis legantur, quasi dicat plures esse qui sua legant, quàm Cosconii ob eum prurium qui in omni pagina est. ¶Nulla mentula,) id est nulla mentio mentulæ. ¶Vacat luxuria,) id est sine pruritu. ¶Nequam,) lasciui. ¶Faciles,) lasciuæ. ¶Torquet,) qui tangitur libidine. ¶Exigis,) ad Candidum amicum, quem cum non comitaretur Mar. mittebat ei libertū ait poeta plus in ea re, id est comitando ei libertū posse præstare, quàm ipse valeat: quoniā ipse sit ad seruilia munera ineptus, ait tamen se omnia ei præstiturum, quæ libertus præstare non poterit, hoc est laudē & immortalitatem. ¶Operam togatā,) id est togati hominis, nam anteambulones erant togati. ¶Vmbone,) id est obiecto corpore suo provmbone. ¶Mugiet,) id est clamando sæpe te laudabit. ¶Lis erit,) si habebis litem. ¶Faciet conuitia,) clamabit in aduersarium tuū. ¶Quicquid) immortalitatem propter meos versus. ¶Capena grandi) ridet Bassum euntem ex vrbe onustum fructibus rusticanis, nam rus sterilissimum emerat solius amœnitatis pretio, quanuis, inquit, censeam eum venire in vrbem, non venit, sed vadit rus, nam rusticarum rerum copiam in rus afferebat, quæ à rure in vrbem solent. ¶Pluit grandi gutta,) propter fontes, vnde fontanalis dicta est, & fontanalia, id est sacra fontium illic fiebant coronatis pueris & fontibus, & author est Pompeius illic erat præterea saxum, quod cum Romani vellent impetrare pluuias à Ioue in vrbem ferebant, dicebatur manalis, author Festus. Iuuen. Madidumque capenam. ¶Almo,) fluuius est ad portam Capenam, quo simulachrum Cybeles lauabatur à sacerdotibus, & Lotam paruo reuocant Almone Cybelem. Luc. Lauabantur præterea cultri famii, quibus galli furentes inter se digladiabantur, quanuis essent famii, tamen à poeta ferrum dicitur vt supra etiam. Demens cum ferro quid tibi, cum de cultro famio loqueretur. ¶Horatiorum,) Horatii tergemini ob pugnam aduersus Curiatios ad hanc portam sepulti nomen dederunt, vt porta Capena tergemina esse diceretur. Herculis fanum illic erat templum Herculis, author Macrobius quem nunc pusillum appellat, quoniā Domitianus appellabatur Hercules maior. alibi: Maior quæ gesserit audi: hoc est Domitianus Hercu. maior. ¶Feruet,) celebratur. ¶Illic,) in rheda. ¶Caules,) caulis Pompeianus proceriore frutice est gratus ob teneritatem. ¶Vtrunque porrum,) sectium & capitatum. ¶Sessilesque lactucas,) lactucæ in tanto pretio fuerunt, vt homines in Valeria familia lactucinii sint dicti. Lactuca autem à lacte est dicta, quoniam quæ dicebatur micorus, sola enim fuerat in vsu, ea habet copiam lactis. tertium lactucarum genus sessile dicitur, siue laconicum. ¶Pigro vētri) quia bene laxant aluum. Betæ apud antiquos verna dicebatur, & autumnalis, Græci candidam & nigram dixerunt. ¶Gallici canis,) nam gallici canes velocissimi sunt & ex lupis concipi putantur, author Plin. ¶Lacteum,) lactantem. ¶Nondum victa faba,) cuius dens non poterat corrodere fabam. ¶Nec feriatus,) id est otiosus, nam & ipse aliquid ferebat. ¶Rus ibat,) damnat villā. nam Bassus rus emerat, in quo nil erat præter lauros, in hoc infra deridetur. ¶Baiana nostri,) & deridetur Bassus, quòd cum rus iret, rusticana illuc ferret se cum. vt ostendat villæ sterilitatem. ¶Pauperis Ollus,) vt ædificaret, empta cella pauperis extructis ædibus pauper factus est. Martialis ait eum nunc habere cellam pauperis. ¶Nunc cellam pauperis habet,) quia prædia vendidit ipse iam pauper.

Fontanalia

Almo

Lactuca
Lactucinii

Betæ

Non dipsas medio perusta sole.
Nec sic scorpius improbus timetur.
Nam tantos rogo quis ferat labores?
Et stanti legis: & legis sedenti.
Currenti legis: & legis cacanti.
In thermas fugio: sonas ad aurem.
Piscinam peto: non licet natare.
Ad cœnam propero: tenes euntem:
Ad cœnam uenio: fugas sedentem.
Lassus dormio: suscitas iacentem.
Vis, quantum facias mali, uidere?
Vir iustus, probus, innocens timeris.
De Eodem. 45
Fugerit an mensas Phœbus, cœnamq; Thyestis
Ignoro: fugimus nos Ligurine tuam.
Illa quidē lauta est, dapibusq; instructa superbis.
Sed nihil omnino te recitante placet.
Nolo mihi ponas rhombum, mullúmue bilibrē,
Nec uolo boletos: ostrea nolo, tace.
Ad Cosconium. 46
Omnia quòd scribis castis epigrammata uerbis,
Inq; tuis nulla est mentula carminibus,
Admiror, laudo. nihil est te sanctius uno.
At mea luxuria pagina nulla uacat.
Hæc igitur iuuenes nequam, facilesq; puellæ:
Hæc senior: sed quem torquet amica legat.
At tua Cosconi uenerandaq; sanctaq; uerba
A pueris debent, uirginibusq; legi.
Ad Candidum. 47
Exigis à nobis operam sine fine togatam:
Non eo: libertum sed tibi mitto meum.
Non est iniquis idem: multo plus esse probabo:
Vis ego lecticam subsequar: ille feret.
In turbam incideris, cunctos umbone repellet.
Inualidum est nobis, ingenuumq; latus.
Quod libet in causis n̄ traueris, ipse tacebo:
At tibi tergeminum mugiet ille sophos.
Lis erit: ingenti faciet conuitia uoce:
Esse pudor uetuit fortia uerba mihi:
Ergo nihil nobis, inquis, præstabis amicus?
Quicquid libertus Candide non poterit.
De Basso ad Faustinum. 48
Capena grandi porta qua pluit gutta,
Phrygiumq; matris Almo qua lauat ferrum,
Horatiorum qua uiret sacer campus,
Et qua pusilli feruet Herculis fanum:
Faustine plena Bassus ibat in rheda:
Omneis beati copias trahens ruris
Illic uideres frutice nobili caules,
Et utrunq; porrum: sessilesq; lactucas:
Pigroq; uentri non inutiles betas:
Illic coronam pinguibus grauem turdis,
Leporemq; læsum gallici canis dente:
Nondumq; uicta lacteum faba porcum.
Nec feriatus ibat ante carrucam.
Sed tuta fœno cursor oua portabat.
Romam petebat Bassus, immo rus ibat.
De Ollo. 49
Pauperis extruxit cellam: sed uendidit Ollus
Prædia: nunc cellam pauperis Ollus habet.

DOMITIVS. (VEIENTANA,) Hic qui inuitauerat miscebat conuiuis veientana, & ipse massica potabat. (Olfacere,) malo olfacere in mensa tua, quàm bibere. (Hęc,) ad Ligurinum, de quo supra, qui inuitabatur, vt tantum recitaret carmina sua. (Origanum,) herba est, quæ post vicesimum die pullulat. initio mensę dabatur. (Morantur,) seruantur. (Secunda mensa,) id est nondum secũ dę mensa venit, & tertius liber recitatur, iocatur cum secundo. (Aprum,) si toties apponis mihi aprum, ego fastidirem. (Est putidus,) putidum putabo. (Scombri,) pisces erant sul furei coloris, ex Hispania præsertim mittebantur cucullo pa pyraceo. (Scelerata,) quia mo lesta. (Cum,) Galla formosa volebat videri, dicebatque se posse placere magis nudá, eius vanitatem redarguit Martialis vrbanitate (Empta,) Tongilianus ducentis nimis emptá domum amiserat incẽdio, mos erat apud Romanos, vt vrbis damno affectus ob aliquod incendium pecuniam afferrent. nunc Tongilianus decies centena acceperat, cum tãtum ducenta amisisset in domo crema ta, nonnulli domos comburebant, vt collata pecunia plus ali quid lucrarentur. Iuuenalis: Et merito iam Suspectus, tanquá ipse suas incenderit ædes. (Cæ sus nimium frequens,) id est in cendium quod sæpe accidit in vrbe. (Collatum decies,) quia habes decies centena. (Et vul tu,) pœnitet poetam habuisse rem cum Chloe, cum tam male dederit, aitq; melius sibi fuisse masturbari, quàm subagitare tale scortum. (Tota te pote ram Chloe carere,) id est pote ram masturbari melius. (Sit ci sterna,) Rauenna inter pa ludes condita laborabat penu ria aquarum, copiam habebat vini. pluris aqua vendebatur, quàm vinũ (Malo,) id est ma gis opto. (Callidus copo,) ven ditor vini. (Imposuit mihi,) id est decepit me. (Mistum vi num,) id est dilutum vinum: nã carior erat aqua. Lege Strab. de paludibus illic, & de vinetis. (Quod qua cunq;,) Gellia vo lebat videri bene olere multis vnguentis, cum alioquin esset turpis. Martia inquit aliud exi gitur à te, exigitur enim forma. (Cosmum) vnguentariũ. (Cin nama fusa,) lapsa per terram. (Nugis peregrinis,) id est re bus fucosis externis. (Sic,) eo pacto quo tu oles. (Baiana,) villá emerat Faustinus, in qua rerum rusticarum nulla copia desiderabatur, nam omnia af fluebant. (Inuidiosè poeta sin gula munera commemorat, vt tanto magis villam Bassi deri deat, in qua nihil præter arbo res steriles, & amœnas visebatur, adeo vt quoties in villam se conferret Bassus, quæ à rure essent petenda, illuc afferret, de risus est superiore epigrammate. (Baiana,) domus rusticana ad Baias. (Otiosis myrtetis,) id est sterilibus, vel otiosis ad otium, id est requiem comparatis. (Platano vidua,) id est sterili sine fructu Platanus
Platani erant in vlu apud Romanos, vel in villa, vel in hortis vr bą nis ad vmbras inambulationũ, quem vsum docuerunt Athenę Illic enim primum visæ sunt platani. 37. cubitorum vmbris luxuriantibus in philosophorũ otio. Propterea Iuuenalis cum de recitatione poematum lo queretur ait: Frontonis platani conuulsąq; marmora clamãt, quòniam, vt supra dictum est, earum arborum vmbræ ad o tium literarum primum sunt inuentæ. Buxus in delitias ve nerat Romanorum, adeo ton sis foliis vt in varias animalium formas redigeretur: propterea appellatur tonsilis. (Ingrata,) sterilia (Spatia,) solum latum, & amplum. sensus est, Villa Faustini non est ordinata, vt oc cupet magnum spatium sola amœnitate. (Vero rure,) id est vera rusticitate. (Barbaro,) in culto, horrido. (Hic,) in villa Faustini. (Farta Ceres,) id est congesta. (Fragrat,) bene olet. (Testa,) antiqui seruabãt vuas & fructus in testis, vt Plinius, Var. & Columella scribũt. (Au tumnis senibus,) maturis fru ctibus (Putator,) vitium. (Se ras,) tardas. i. vuas duracinas, & serotinas, qa serò maturescũt. (Imminente bruma,) i. incipiẽ te hyeme. (Prurit) ardet in pu gnam. (Fronte inermi,) non dũ cornutus. (Cortis,) cors, vel coors est spatium illud domi Cors
vbi seruantur alilia, tamẽ hoc pro parte domus profertur per syncopam. Var. neutrum pro fert figuratũ (Anser argutus,) Anser
clangore quod epitheton me ruit excitatis vigilibus Capito lii. anser autẽ in corte seruaba tur ob iecur, nam vt alii Scipio vt alii Metellus, vt nõnulli M. Sessius primus docuit iecur an seris optimi esse saporis. (Gem mei pauones) i. picti in specie, gẽmarum, quos gratos esse di xit Hora. Quoniam multo ve nierant auro. Et picta pandunt spectacula cauda, deridens va nitatem gulæ Romanæ.

In Inuitatorem. 50

Veientana mihi misces: tibi massica potas,
Olfacere hæc malo pocula, q̃ bibere.

In Lygurium. 51

Hæc tibi non alia est ad cœnam causa uocandi:
Versiculos recites ut Lygurine tuos:
Deposui soleas: affertur protinus ingens
Inter lactucas, oxygarumq; liber.
Alter perlegitur, dum fercula prima morantur.
Tertius est, nec adhuc mensa secunda uenit.
Et quartum recitas, & quintum deniq; librum.
Putidus est toties, si mihi ponis aprum.
Quòd si non scombris scelerata poemata dones,
Cœnabis solus iam Lygurine domi.

Ad Gallam. 52

Cum faciem laudo: cum miror crura, manusq;:
Dicere Galla soles, nuda placebo magis.
Et semper uitas communia balnea nobis:
Nunquid Galla times: ne tibi non placeam?

Ad Tongilianum. 53

Empta domus fuerat tibi Tongiliane ducentis:
Abstulit hanc nimium casus in urbe frequens.
Collatum est decies. rogo non potes ipse uideri
Incendisse tuam Tongiliane domum.

Ad Coloen. 54

Et uultu poteram tuo carere,
Et collo, manibusq;, cruribusq;,
Et mammis, natibusq;, clunibusq;.
Et ne singula persequi laborem,
Tota te poteram Chloe carere.

Ad Gallam. 55

Cũ dare nõ possim: quod poscis Galla rogãtem:
Multo simplicius Galla negare potes.

De Caupone Rauennate.

Sit Cisterna mihi, q̃ uinea, malo Rauennæ:
Cum possim multo uendere pluris aquam.
Callidius imposuit nuper mihi copo Rauennæ.
Cum peterem mistum: uendidit ille merum.

In Gelliam. 56

Quod quacũq; uenis, Cosmũ migrare putamus
Et fluere excuso cinnama fusa uitro.
Nolo peregrinis placeas tibi Gellia nugis.
Sic puto posse meum sic bene olere canem.

De uilla Faustini. 57

Baiana nostri uilla Basse Faustini
Non otiosis ordinata myrtetis.
Viduaq; platano, tonsilique buxeto
Ingrata lati spatia detinet campi.
Sed rure uero, barbaroq; lætatur.
Hic farta premitur angulo Ceres omni:
Et mu ta fragrat testa senibus autumnis.
Hic post Nouembres imminẽte iam bruma,
Seras putator horridus refert uuas.
Truces in alta ualle mugiunt tauri:
Vitulusq; inermi fronte prurit in pugnam:
Vagatur omnis turba sordidæ cortis:
Argutus anser, gemmeiq; pauones:

(Dedit

DOMITIVS.

Phœnicopteru, (DEDIT Nomen,) id est quæ sortita est nomen à pennis rubentibus, aliis hæc est phœnicopterus, nam φοινικόπτερος latine significat purpuram, & alam, habet enim alas purpureas, huius linguam esse gratissimi saporis, & cibi primus ostendit Apitius. à Celso inter mediocres aues nu merantur. (Perdix picta,) maculis distincta. (Numidicæque guttatæ,) id est gallinæ numidicæ guttatæ, de quibus Papinianus. Quas vdo numidæ legunt sub austro. In distichis, Ansere Romano quanuis satur Annibal esset: Ipse suas nunquam barbarus edit aues. Illud dicitur, quoniam hæ aues in Cannas fuerant assumptę no uissimis temporibus. eædem di cuntur meleagrides, si Plin. cre dimus, sed Colu. distinguit, aitq; numidicas habere cristam ru bram, meleagrides cœruleam: cum dicitur Afra auis hæc in telligitur. Iuue Nec latus afræ nouit noster tyrunculus. Hora. Non afra auis, non attagen io nicus. Erant autem gallinæ hæ guttis distinctę. (Colchorum,) Colchi patria Medeæ, propte rea impii dicuntur impietate Medeæ. (Phasiana,) Phasiani à Phasi fluuio Colchorũ. (Rhodias fœminas, gallinæ rhodiæ prestantiores aliis habebantur. (Galli premunt,) calcant. peristeriones, id est turres columbarum. (Gemit,) gemere proprie columbi est. (Turtur cereus,) id est pinguis. (Porci aui di,) esurientes. (Villicæ,) mulieris. (Plenam,) plenis vberibus redundãtem lacte. (Lutei,) sordidi. (Larga sylua,) copia lignorum. (Lucet,) ardet, conficitur in focum. (Albo otio,) sine labore & controuersia, vel albo ab effectu, quia reddit hominem album curis, vt supra, Viuat in vrbanis albis & offi ciis. (Palæstrita,) Palæstritæ erant qui ludebant palæstra, & vngebantur, & habebantur in familia. (Non perdit oleum,) sed aliquid agit. (Subdolũ re te) ideſt dolosum, quia retia ad dolum tenduntur. (Auidis tur dis,) cupidis ciborum, vt intel ligat eos falli esca. (Trahit pi scem,) linea, filo, & hamo. non ea dicitur linea & lineola. (Cas sis,) galea, sed hoc loco instrumentum lineum, quo feræ capiuntur. (Impeditam,) id est captis pedibus. (Facilis,) non magni laboris, & curæ. (Hila res,) amœnas. (Pædagogo,) id est non indigentes pædagogo, vt vrbani pueri: (Eunuchus,) qui item erat in familia delicatus. (Fruitur opere,) aliquid agit etiam ipse. (Inanis,) sine muneribus, vt in vrbe. (Cana mella,) albentia. (Cum ceris,) cum sauo. (Metamque lactis,) id est lac coagulatum in recentem caseum. (Sassinate,) Sassina

Numidicæ aues

Meleagri des

Phasianus

Peristerio nes

Cassis

Sassina

patria Plauti lacte abundabat. Silius, Sassina dives lactis. (Syl na sassinate,) id est à pascuis Sassinæ. (Glires,) dormiendo crescunt. (Hispidæ matris,) id est hœdum filium capellæ. (Capones non amare coactos,) id est castratos. (Texto vimine,) canistro. alii legunt Texto vimineo. (Grandes virgines,) adultæ. (Proborum,) simplicium. (Dona matrum ver bum est rusticanæ puellæ, quæ munera matris semper affert: placet magis exponas: ona gal linarum, vt etiam alibi apud hunc poetam. (Facto ope re lætus,) nam gestire facto opere rustici est. (Crastinas mensas,) contra illud: Explicat & cœnas vnica mensa duas. (Omnes vescuntur,) non reie ctis seruis vt in vrbe fit, quod laudat etiam in Saturnalibus Domitius Papinianus Vna ve scitur omnis ordo mensa. (Mi nister satur,) hic in villa. (Non nouit inuidere,) quoniam & ipse satur est. Iuuena. de seruo in vrbe: Ecce aliis quanto por rexit murmure panem. (At tu,) ad hoc spectant, quæ supra dicta sunt. (Famem,) villam sterilem. (Mundam,) lautam, & amœnam. (Laurus me ras,) id est solas lauros & sine fructu (Furem,) quia nihil est quod eripi possit. (Vinitorem) villicum. noluit dicere villi cum, quia villa non erat. (Far re vrbano,) allato ex vrbe. (Otiosus,) relaxatus curis. (Pi ctam,) non naturalem. (Su tor,) Cerdo dederat munus gladiatorum, quod supra dixit poeta. Is erat Bononiensis: nunc Fullo Mutinensis dederat item munus gladiatorum, suc census Martialis clamat. Cer- Cerdo
do est quicunque quærit lu crum ex aliqua arte, idcirco ait sutor. Iuuena. Munera nunc edunt. (Cum vocor,) lata erat lex à Domitiano vt sublatis spor tulis amici ad rectam cœnam vocarentur, hac lege coactus Ponticus iam non dabat spor tulam Martiali, sed inuitauit: apposuit autem ei vilissimos cibos, sibi optimos, conqueri tur poeta fraudem fieri legi, cum non detur sportula, dati cœnam à Pontico non melio rem sportula, cum tamen le gem tulerit imperator, vt me lius cœnarent clientes, quàm olim solebant acceptis spor tulis. (Non tam venalis,) id est non conducendus, sportula, vt ante. (Eadem cœna,) id est iidem cibi. (Ostrea sa turata lucrino,) ostrea in lacu lucrino depasta optimum ha bebant saporem, quod docuit Sergius Orata. postea domita Britania ex eo littore non in ferioris saporis ostrea mitteba ntur, inde ait Iuuenalis Circe ris nata forent an Lucrinum Ostrea
ad saxum rutupinóue edita fundo.

Nomen dedit; quæ rubentibus pennis:
Et picta perdix: numidicæq; guttatæ:
Et impiorum phasiana Colchorum.
Rhodias superbi fœminas premunt galli:
Sonantq; turres plausibus columbarum.
Gemit hinc palumbus: inde cereus turtur.
Auidi sequuntur uillicæ sinum porci:
Matremq; plenam molli agnus expectat:
Cingunt serenum lactei focum uernæ:
Et larga festos lucet ad lares sylua.
Non segnis albo pallet otio Copo.
Nec perdit oleum lubricus palæstrita.
Sed tendit auidis rete subdolum turdis:
Tremuláue captum linea trahit piscem:
Aut impeditam cassibus refert damam.
Exercet hilares facilis hortus umbellas:
Et pædagogo non iubente lasciui
Parere gaudent Villico capillati.
Et delicatus opere fruitur eunuchus:
Nec uenit inanis rusticus salutator.
Fert ille ceris cana cum fauis mella:
Metamq; lactis Sassinate de sylua.
Somniculosos ille porrigit glires:
Hic uagientem matris hispidæ fœtum:
Alius coactos non amare capones.
Et dona matrum uimine afferunt texto;
Grandes proborum uirgines colonorum.
Facto uocatur lætus opere uicinus:
Nec auara seruat crastinas dapes mensa:
Vescuntur omnes: ebrioq; non nouit
Satur minister inuidere conuiuæ.
At tu sub urbe possides famem mundam:
Et turre ab alta prospicis meras laurus:
Furem Priapo non timente securus.
Et uinitorem farre pascis urbano:
Pictamq; portas otiosus ad uillam.
Olus, oua, pullos, poma, caseum, mustum,
Rus, hoc uocari debet: an domus longe?

De Sutore, & Fullone. 58

Sutor credo dedit tibi culta Bononia munus:
Fullo dedit Mutinæ: nunc tibi copo dabit.

In Ponticum. 59

Cum uocor ad cœnam non tam uenalis ut ante,
Cur mihi non eadem, quæ tibi cœna datur?
Ostrea tu sumis stagno saturata Lucrino.

DOMITIVS. Mytilus

¶ MYTILVS,)De genere polyporum est, hic non tantum seruit gulæ, est enim nullius saporis, sed crassitudini gingiuarum, & aliis sordidis vlceribus medetur: author Plin. ¶ Sumitur mytilus) id est comedo mytilum. ¶ Ore inciso,) ac si haberem os incisum & vlceratum, vel inciso ore, id est os mihi sumenti inciditur ob testæ duriciem. ¶ Fungos suillos,) nascebantur suilli vnà cum

Suillus

boletis in radicibus arborum nullo sapore digni mẽsa. ¶ Res est cum rhombo,) id est tu cum mediis rhombos. ¶ Sparulus,) pisces exiguus, & vilissimus. ¶ Clunibus immodicis,) obesis, & latis. ¶ Sine te) quod non licet per legem Domi. tu facis fraudem cœnæ. ¶ Prosit hoc,) id est hoc sit factum in vtilitatem clientum, nam voluit imperator, vt aliquid plus ederemus, & prohibuit dare sportulam. ¶ Centenis,) in Quintum, qui magno animo volebat videri empta luxuriosa supellectile, ait Mar. hoc non esse verum: neque propterea eum esse magni animi, cum sibi illa emat, nam magni esset animi aliquid donare amicis. alibi in Gaurum nihil sibi donarem, Gaure pusillus homo es. ¶ Sub Numa,) id est vina vetustissima. ¶ Non speciosa,)

Carruca

id est exigua. ¶ Carruca,) currus significat. Carrucæ autem ex argento quoq; cælabantur, Plin. Carrucas quoque ex argẽto cælari inuenimus. Nero nunquam paucioribus mille carrucis iter fecisse dicitur. Mula in tanto erat pretio, vt Poppea Neronis vxor Mulas habuisse dicatur indutas soleis aureis. ¶ Pretio fundi,) id est tanto pretio quanto fundus emeretur. ¶ Pusillus animus tuus,) .i. tu qui habes animum pusillum, propterea fieri potest, vt hæc non parẽtur magno animo placet magis, Quinte animus pusillus, qui nihil dat amicis: omnia sibi impendit. ¶ Emit hæc,) quasi dicat magni animi est donare non sibi emere. In Gaurũ: Gaure pusillus homo es. ¶ Cotile,) in Cotilum, qui cum bellum se appellari gloriaretur, putabat id nomen ad formam tantum, & corporis dignitatem pertinere. Mar. docet eum hominem esse bellum, qui molles & effœminatos mores habeat, & cum describit quid sit bellus homo, Cotilum ridendo designat. ¶ Digerit,) componit. ¶ Flexos,) calamistro. ¶ Cantica qui Nili,) ex omnibus cantilenis mollissimæ erant & Aegyptiæ, & Gaditanæ, & ad saltationem, & impudicos motus puellatum. ¶ Cantica Nili,) id est Aegyptios cantus. ¶ Susurrat,) leniter canit. ¶ Vulsa,) depilata. ¶ Cathedras,) ad sellas fœminarum meretricum. ¶ Qui refugit pallia vicini cubiti,) propter elegantes vestes. vt supra: Quam vẽtum Spanius, manum timet Priscus. ¶ Currit per conuiuia,) id est qui adest tibi cunque fiunt conuiuia. ¶ Hirpini,) Hirpinus nobilissimus equus fuit victoriis, & maiorum gloria vnde natus erat. sensus ergo poetę est: Ille est bellus homo, qui hirpino referente prẽmium discurrit per totam vrbem, & narrat vnde equus duxerat originem. Iuuena. Sed venale pecus corithæ posteritas, & hirpini. ¶ Pertricosa,) trica significat tenue, & molestum impedimẽtum, cum ergo poeta velit ostendere bellum hominem eum esse qui sit occupatus leuioribus in rebus, ait bellum hominem esse rem pertricosam, id est plenam leuioribus impedimentis. ¶ Sirenas) laudat Canium Gaditanum, cuius confabulationem ne Vlysses quidem, qui præteruectus est Sirenas, ait potuisse effugere si adesset. Vlysses prouulgata historia, cum esset nauigaturus iuxta sedes Sirenum admouit ceras auribus sociorum, ipse apertis auribus iussit se vinciri ad malum nauis, ne suauitate cantus cogeretur exilire, docuerat id Circe, ita surdis sociis ipso vincto malo nauis, non flexit cursum, quanuis Sirenes noto carmine vsæ sint, quod Cic. ex Homere transtulit. O decus argolicum qui puppim flectis Vlysse. Homeri longum extat carmen in odyssea. ¶ Fallax Vlysses,) epitheton perpetuũ Vlyssis ab Home. dicitur πολύμητις ὀδυσσεύς, id est varii & multiplicis animi. ¶ Hilarem pœnã,) nam trahebantur nauigantes, suauitate carminis in scopulos, & naufragium faciebãt. ¶ Blandas mortes) quia suauitate cantus in mortem trahebantur. ¶ Gaudium crudele,) quia magno constabat. ¶ Non miror,) si Vlysses relinquebat Sirenas, sed magis miraret si reliquisset Canium Gadinatum poetam. ¶ Ante) Canio suo Gades. ¶ Qui spirat,) ad Diadumenum, cuius oscula mirum in modum olere dicit, sed auaritiã carpit, quòd .s. auare det, ait ergo cum bene oleant hec basia, multo plus habitura suauitatis vna facilitate. .s. Diadumenus nomẽ est elegãtioris iuuenis, cum hoc est fictu-

Vlysses

Diadumenus

rus cuius effigiẽ Polycletus Scionius expressit molliore iuuenta, eaque venit centum sestertiis. ¶ Aura) odor, nam odor est aer vapore percussus.

¶ SVMITVR Inciso mytilus ore mihi,) Adeo secum hęc pugnant, vt iam quoties derepugnantibus exemplum proferendum sit, ad Galderini commẽtarios recurramus. Polypos Arist. & Plin. inter mollia & sanguine carentia annumerant, quod verum est, & longe differunt ab iis, quę testa duriore integũtur, ergo si mytilus de polyporum genere habetur, nonne absurdissime exponitur inciso ore, id est os mihi sumenti inciditur ob testę duriciem? quando vt supradicti scriptores tradunt, nihil eque aduersetur mollibus, quàm testæ duricies. Mytili meminit Hora. quẽ tradit comedendum ad tollenda fastidia stomachi hoc versu,

GEORGIVS.

Mytilus & viles pellent obstantia conchæ. Inuenio apud idoneos scriptores græcos πελλίνην dici eam concham, quam mytilum latim appellant, & conchæ genus. De mytilo in 32. natura. Histo. Plin. multa tradit: per quem vsum in medicina præstet. Sanè quo magis huiusmodi commentarii voluuntur, eo hebetioris ingenii homo ostenditur, nam si paulo diligentior, & accuratior fuisset, dixisset verbum traducere apud Latinos quid sit, & quomodo græce dicatur, nam plerunque per dictionem græcam latina melius exprimitur, ergo quod græce παραδειγματίζειν dicitur: Latini interpretantur traducere, vnde in sacris literis habemus, Ioseph autem cum esset vir bonus, & nollet eam traducere, hoc est nota & infamia afficere, & velut in exemplum proponere.

Traducere

¶ Cana,)

Sumitur inciso mytilus ore mihi.
Sunt tibi boleti, fungos ego sumo suillos.
Res tibi cũ rhombo est: at mihi cum sparulo.
Cereus immodicis turtur te clunibus implet:
Ponitur in cauea mortua pica mihi.
Cur sine te cœno: cum tecum Pontice cœnem?
Sportula quòd non est, prosit, edamus idem.

In Cinnam. 60

Esse nihil dicis quicquid petis improbe Cinna.
Si nil Cinna petis, nil tibi Cinna nego.

In Quintum. 61

Centenis quòd emis pueros, & sæpe ducentis,
Quòd sub rege Numa condita uina bibis:
Quòd constat decies tibi non speciosa supellex:
Libra quòd argenti millia quinq; rapit:
Aurea quòd fundi pretio carruca paratur:
Quòd pluris nulla est, q̃ domus empta tibi.
Hæc animo magno credis te Quinte parare?
Felleris. hæc animus Quinte pusillus emit.

In Cotilum. 62

Cotile bellus homo es, dicunt hoc Cotile multi,
Audio. sed quid sit, dic mihi, bellus homo.
Bellus homo est, flexos qui dirigit ordine crines,
Balsama qui semper, cinnama semper olet.
Cantica qui Nili, qui Gaditana susurrat,
Qui mouet in uarios brachia uulsa modos.
Inter fœmineas tota qui luce cathedras
Desidet, atq; aliqua semper in aure sonat.
Qui legit hinc, illinc missas, scribitq; tabellas:
Pallia uicini qui refugit cubiti.
Qui scit, quam quis amet, qui per cõuiuia currit,
Hirpini ueteres qui bene nouit auos.
Quid narras? hoc est, hoc est hõ Cotile bellus?
Res pertricosa est, Cotile bellus homo.

Ad Cassianum. 63

Sirenas hilarem nauigantium pœnam,
Blandasq; mortes, gaudiumq; crudele,
Quas nemo quondam deserebat auditas,
Fallax Vlysses dicitur reliquisse.
Non miror. illud Cassiane mirarer,
Si fabulantem Canium reliquisset.

Ad Diadumenum. 64

Quod spirat tenera malum mordente puella,
Quod de corycio quæ uenit aura croco,

DOMITIVS.

¶ CANA,)Cum emittet flores. ¶ Quis,) multi codices habent apis, vt de thymo intelligas, cuius odor suauissimus est. Nonnulli auis, & de phœnice potes intelligere, quæ nidos cõstruit ex cinnamomo, & easia. placet vt legatur ouis: nam frutices verno tẽpore morsu gregis fracti suauem mittunt odorem. ¶ Arabs,) messorem Arabiæ felicis intelligit: nam casia inde mittebatur. ¶ Succinum,)

Succinum Electrum

latine electrum dicitur gummi populorum, quod cum candidum est, præstantissimum habet odorem, vnde Domi. Nero quodam carmine crines vxoris succinos dixit, quasi suauissime olentes. Succinum præterea est genus vnguenti odorati. ¶ Eo thure,) id est sabæo & orientali. ¶ Gleba quòd æstiuo,) odor terræ commendatus à Cic. præsertim in vnguentis, vt scribit ipse in suo Oratore, eo loco optimus est, vt antiqui dicebant. vbi cornua arcus cœlestis videbantur desinere post imbrem: Plin. author. ¶ Nardo,) crines nardo vngebantur. ¶ Sine inuidia,) vna & sola facilitas plus odoris daret. ¶ Par scelus,) ait grauius fuisse scelus Anto. triũ virũ, qui iussit interfici Cic. quã fuerit. ¶ Photini) q̃ Põpeiũ iussus necauit Photinꝰ, id in gratiã Ptolemæi fecit, hic vt sui animi libidinem, & crudelitatem expleret. Photinus inter eos fuit, qui impulerunt Ptole. vt Pompeium necaret: tamen Achillæ datum est negotium, qui comitem assumpsit Septimiũ: is primus fuit percussor. ¶ Phariis armis,) id est Aegyptiis, & sicæ Aegyptiæ. ¶ Vterque,) Photinus, & Anto. Illud: duo capita habebas Roma: altero coronato vtebaris cum triumphabas, altero facundo, cum loquebaris, ingens vtriusque laus. ¶ Cessatis,) applaudit hoc epigrammate pueris nauigantibus in Naumachia inter ludos Domi. quasi ergo è medio fauorẽ spectãtium clamat è ripa Naumachiæ. ¶ Cessatis,) tardi estis ad nauigandum. ¶ Nihil nostis,) id est nihil scitis. ¶ Veternus,) significat hydropesim. Virg. Nec tot pore graui passus sua regna veterno. ¶ Resina) genus gummi. ¶ Tingitis lentos remos,) id est ignoratis, qui vos spectent, nullamq; spectatorum rationum habetis. ¶ Ad quorum,) spectatorum. ¶ Celeuma) clamor nauticus, & hortatio. ¶ Prono,) inclinato. ¶ Aethõ) equus solis. ¶ Exarsit,) in meridie. ¶ Interiungit,) id est recreat quiete, nam peruenit ad meridiem. ¶ Tutæ,) quia nulla potestas excitabatur. ¶ Luditis otium,) id est abutimini otio. ¶ Argo nautas,) ambiguitas est verbi, nam Argonautæ possunt dici illi primi qui Argo in Pontum deduxerunt. & Argonautæ, si componantur ab Argo, quod significat tardum & nautis: significabit nautas tardos. ¶ Huc est,) scripturus lasciuiora abigit matronas pudicas pẽrtim Bassam, q̃ ignoranti pauloante Martialis tribadem esse, Lucretia videbatur, in hac parte quæ sequitur gymnasia numerat, & ea loca, in quibus viri nudabãtur. ¶ Stadium,) vbi ad cursum & palæstram athletę nudantur. ¶ Exuimur,) deponimus vestes. ¶ Terpsichore) musam hanc nominauit, quoniam ei dicatę sunt choreæ & saltationes, in quibus iã poeta versabitur τέρπομαι oblector, χορός chorus, nostra Terpsichore. ¶ Saucia,) madida. ¶ Schemate,) id est figura. ¶ Illam,) periphrasis est mentulæ. Aegyptii primũ cœperunt colere pudẽda, quoniam Osiri inuento sola virilia defuerũt, sed ne desiderarentur ad honorem sepulturæ, Isis iussit, vt pudenda circũferrentur, præcedebat inquit Herodotus, tibicẽ, sequebantur matronæ canentes Dionysia. Hunc morem acceperũt matronæ Romanæ, & mense Augusto mentulam deferebãt cum sacrorum pompa in ædẽ Veneris extra mœnia, & quanuis meretricum esset illud solenne, tamen nõ licebat alicui, præterquam matronæ castę id sacrum tractare, & deponere in sinu Veneris. ¶ Nunc legis,) placet enim obscœnitas. vt supra in Voconium. ¶ Mœchus,) Cerinnus repudiauerat vxorẽ, quam duxit is, qui pauloante erat mœchus, quo facto ipse quoq; habebat rem cum eadẽ muliere, securus inquit poeta, nunquid oportet te ire in periculum, vt arrigas? ¶ Vis) Laufella nolebat videri nuda, sed tamen futui volebat, inquit Martia aut es insulsa, aut es turpissima, ¶ Pãnosæ,) id est venali sanguine rugosæ, nam pannæ dicũtur maculæ venarum eminentium. ¶ Sulcos vteri,) id est rugas. ¶ Prominet,) interdum defluunt carnes, quod scribit Celsus accidisse temporibus suis principi fœminæ, quibus arefactis intra paucas horas expitauerit. ¶ Fatua es,) id est insulsa es, & non habes illum leporem meretricum, & propterea non vis lauari, nam quę insulsa sunt quo magis lauãtur, eo fiunt insulsiora, vnde fatui cibi dicuntur, qui carent sale. ¶ Dormis,) in Phœbum fellatorem. ¶ Mutoniatis,) id est bene mentulatis, mutuno mentulam significat, & apud Horãtium. Mutoni quærenti. Lucilius: Mutoni lachrymas tum læua abstersit amica.

Vinea quod primis floret, cum cana, racemis,
Gramina quod redolẽt, q̃ modo carpsit ouis,
Quod myrtus, qd̃ messor Arabs, qd̃ succina trita
Pallidus eoo ture quod ignis olet.
Gleba quod æstiuo leuiter cũ spargitur imbre,
Quod madidas nardo sparsa corona comas.
Hoc tua fœua puer Diadumene basia fragrant,
Quid, si tota dares illa sine inuidia?

In M. Antonium. 65

Par scelus admisit phariis Antonius armis.
Abscidit uultus ensis uterq; sacros.
Illud, laurigeros ageres cum læta triumphos,
Hoc tibi Roma caput, cum loquereris, erat.
Antoni tamen est peior qua'm causa Photini.
Hic facinus domino præstitit, ille sibi.

De Pigris nautis. 66

Cessatis pueri, nihilq; nostis
Veterno, * resinaq; pigriores.
Quorum per uada tarda nauigantes
Lentos figitis ad celeuma remos.
Iam prono Phaetonte sudat Aethon,
Exarsitq; dies, & hora lassos
Interiungit equos meridiana.
At uos tam placidas uagi per undas
Tutæ luditis otium carinæ.
Non nautas puto uos, sed argonautas.

Ad Matronas.

Huc est usq; tibi scriptus Matrona libellus,
Cui sint scripta rogas interiora, mihi.
Gymnasiũ, thermæ, stadiũ est, hac parte, recede,
Exuimur, nudos parce uidere uiros.
Hic iam deposito post uina, rosasq; pudore
Quid dicat, nescit saucia Terpsicore.
Schemate nec dubito, sed aperte nominat illam,
Quam recipit sexto mense, superba Venus.
Custodem medio statuit quam uillicus horto,
Oppositа spectat quam proba uirgo manu.
Si bene te noui, longum iam lassa libellum
Ponebas, totum nunc studiosa legis.

Ad Ceruinum. 67

Mœchus es Aufidie, qui uir Ceruine fuisti.
Riualis fuerat, qui tuus, ille uir est.
Cur aliena placet tibi, quæ tua non placet uxor?
Nunquid securus non potes arrigere?

In Næuolum. 69

Mentula cum doleat puero, tibi Næuole culus.
Non sum diuinus, sed scio, quid facias.

Ad Laufellam. 70

Vis futui, nec uis mecum Laufella lauari,
Nescio quod magnum suspicor esse nefas.
Aut tibi pannosæ * pendẽt à pectore mammæ,
Aut sultos uteri prodere nuda times.
Aut infinito lacerum patet inguen hiatu,
Aut aliquid cunni prominet ore tui.
Sed nihil est horum. credo pulcherrima nuda es.
Si uerum est, uitium peius habes, fatua es.

In Phœbum.

Dormis cum pueris mutoniatis,

Terpsichore

Pannæ

Cibi fatui * Dependent pectore

Mutuno

DOMITIVS.

Psilothrũ

(STAT,) Quia non potes arrigere, erat enim fellator. (Psilothro,) psilothrum vnguentum erat ad depilandum corpus ex variis rebus fiebat, modo ex thynni sanguine, felle, & iecore, modo ex sangui sugis coctis in vase fictili, & illitis aceto, modo ex aliis. tamen vt scribit Plin. euellebantur pili, post psilothrũ adhibebatur, ne pullularent. Gargilianus mollis, & cinędus faciem, & pilos qui sue crescentes comis formam capillorum offendunt, vnguento decutiebat. iocatur in hũc poeta ita, vt eum ostendat esse mollem, (Caluam,) significat os capitis. author est Liuius, qui scribit caluam detracta carne, & crinibus fuisse poculum barbarorum diebus festis, hic pro toto ore accipitur. (Dropax,) vnguentum ad pilos euellendos. (Nunquid,) id est an es adeo timidus vt non audeas ferre nouaculam? (Vngues,) omnino te oportet vti ferro. in alio codice est tingis. (Luto Veneto,) lutum Venetum erat terra, quę ex Cypro aduehebatur adhibito aceto, & 40. diebus sub terra impacta, quæ reducta postea in solem optimum faciebat psilothrum. (Traducere,) vexare. (Cunno) alludit ad mollem & cinædum. (Nunquid times tonsorem,) quasi dicat tonsorem non times, sed hoc agis, vt diutius sis mollis, & pædiceris.

Et non stat tibi Phœbe, quod stat illis.
Quid uis me rogo Phœbe suspicari?
Mollem credere te uirum uolebam,
Sed rumor negat esse te cinædum.

In Gargilianum. 72

Psilothro faciemq; lauas, & dropace caluam,
Nunquid tonsorem Gargiliane times?
Quid faciem tingis? nam certe non potes illos
Resina, Veneto nec resecare luto.
Desine (si pudor est) miseram traducere caluã.
Hoc fieri cunno Gargiliane solet.

In Lupercum. 73

Stare Luperce tibi iam pridem mentula desit,
Luctaris demens tu tamen arrigere.
Sed nihil erucæ faciunt, bulbiq; salaces,
Improba nec prosunt iam satureia tibi.
Cœpisti puras opibus corrumpere buccas,
Sic quoq; non * uruit sollicitata Venus.
Mirari satis hoc quisquam, uel credere possit?
Quæ non stat, magno stare Luperce tibi.

In Bassum. 74

Arrigis ad uetulas, fastidis Basse puellas.
Nec formosa tibi, sed moritura placet.
Hic (rogo) nõ furor est, nõ é hæc mentula demés?
Cũ possis Hecubã, non potes Andromachen.

In Beticum. 75

Nec mullus, nec te delectat Betice turdus.
Nec lepus est unquam, nec tibi gratus aper.
Nec te liba iuuant, ne sectæ quadra placentæ.
Nec Libye mittit, nec tibi Phasis aues.
Capparin, & putri cepas alece natantes,
Et pulpam dubio de petasone uoras,
Teq; iuuant gerres, & pelle melandria cana.
Resinata bibis uina, falerna fugis.
Nescio quod stomachi uitium secretius esse
Suspicor, ut quid enim Betice saprofagis?

Ad Paulinum. 76

Minxisti currente semel, Pauline, carina.
Meiere uis iterum, iam Paulinurus eris.

Ad Sertorium. 77

Rem peragit nullam Sertorius, inchoat omnes.
Hunc ego cum fuit, non puto perficere.

Ad Apicium. 78

De nullo quereris, nulli maledicis Apici,
Rumor ait linguæ te tamen esse malæ.

In Beticum. 79

Quid cum fœmineo tibi Betice galle barathro?
Hæc debet medios lambere lingua uiros.
Abscissa est quare samia tibi mentula testa,
Si tibi iam gratus Betice cunnus erat?
Castrandũ caput est. nam sis licet inguine gallus,
Sacra tamen Cybeles decipis ore, uires.

In Zoilum.

Conuiua quisquis Zoili potest esse,
Sunimœnianas cœnet inter uxores,

Calua

Dropax

Lutum Venetum

* Venit

Stare

Eruca

Bulbi

Epimea nium

Satureia Thymbra

Liba

Alce

Gerres

Melandria

Palinurus

bantur antiqui loco mensæ. (Capparin.) semen notum. (Alece) liquamen salsum. Horatius Quo fæce primus & alece. Plini. Alece imperfecta nec colata, erat enim conditum. Res cœpit tamen ex inutili pisciculo, minimoque confici. (Pulpam) non modo carnem sine ossibus, sed etiam sine pingui. (Petasone dubio,) cuius pars iam fœter, & cariosa est, quod placet, vel dubio, id est bono. (Gerres) ex genere locustarum sunt pisces vilissimi & falsi, vide Plin. 32. natura. hist. (Meládria) pars thynni propinqua caudæ vilissima, est enim sine pingui, nã in thynno ceruix & abdomen commédantur. (Saprofagis,) hoc est comedis res fœtidas, & olentes nam σαπρὸν significat putridũ, φάγω comedo. (Minxisti,) Palinurus gubernator classis Troianæ submersus numine somni oppressus. Hic Palinurus accipitur ob detiuationem græcã nam πάλιν significat iterũ ὀυρέω meiere. iocatur poeta iterum in meientem. (Eris Palinurus,) id est diceris Palinurus. (De nullo,) in Apicium: Esse bonæ linguæ dicitur, qui nulli detrahit: contra, malæ linguæ dicitur, qui lingua abutitur vel fellatione, vel lingendis cunnis. Quanuis Apici nulli detrahas, tamen rumor est te esse malæ linguæ, hoc est te fellare, & cũnum lingere. (Quid,) in Beticum, qui abscisis testibus, & fictus sacerdos Cybeles cunnos lingebat, de quo supra ait poeta, eum non debere sectari muliebria, quia dum mulieres sectatur, videtur esse vir, quod nõ permittunt sacerdotales leges Cybeles. (O Betice galle,) id est castrate (Medios viros,) id est debes fellare ne vir videaris dum sectaris fœminas. (Samia testa,) id est cultro. nam samia terra optima erat cultris sacerdotum Cybeles, ante satis multa. (Castrãdum caput est,) quoniam lingua, tanquam mentula, sectaris mulieres. (Ore vires,) quia lingis cunnum, & præstas officium virile lingua. (Cõuiuia Zoili,) in Zoilum mollé plané, & effœminatum, huius pocula ebrietatem rustus fellationem describit. (Summœnianas,) id est inter meretrices quæ summœnianis artificiis iuxta Circum prostrabant. Iuuenalis Et ad Circum iussas prostrare puellas.

Cunnilingum

Quem poeta ex genere ciborũ quibus vtebatur, aperte ostendit esse cunnilingum, nam ea tantum edebat, quæ saporem haberent proximũ liquori vuæ. (Liba,) panes dulciarii sacris primum iuuẽti. (Quadra) pars & quadra mensa. (Placentæ,) panes cinericii, quibus vtebantur antiqui in sacrificiis. (Quadra placenta) QVADRA Placentæ,) Quadram panis frustum dicimus, quia olim apud Romanos quadrati panes dicerentur. Virgilius in Moreto: Et notat impressis æquo discrimine quadris, quos panes quidam Græci, & quidam celebertrini bomilios dixerunt. Præterea si hic Prisci Catonis libros legisset, profecto didicisset, quo pacto placentæ conficerentur, quos illi requirere poterunt, qui delicatiores panes discupiunt.

GEORGIVS. Placenta

(Bibat

DOMITIVS.

(IBIAT Sobrius,) cum sitit. (Testa curta,) vase mutilato, & fracto. (Ledæ,) meretricis, quæ spurca erat vt alibis Quod spurcæ moriens lucerna Ledæ. (Contendo,) affirmauerim. (Hoc,) id est cœnare. inter meretrices. (Galbanatus,) indutus galbana veste muliebri. (Lecto,) triclinii. (Occupato,) quem totum occupabat. (Effultus) sustentatus. (Suggerit,) dentiscalpia fiebant aut ex lentisco, aut ex penna. In distichis. Lentiscum melius, sed si tibi frondea cuspis Defuerit, dentes penna leuare potes. Dentificium autem dicebatur quic quid medicaminis adhibebatur fricandis & terendis dentibus ex quo genere Arabius lapis esse dicitur. (Pennas rubentes,) id est pennas phœnicopteri. Lentiscus, frutex est semper viridis, cuius Cice. meminit, & Plin. sententiam Cice. refert. (Ventilat,) leuiter mouet. (Aestuanti,) sudanti. (Flabello prasino,) id est viridi. color prasinus significat viridis. πρασῖνον significat viride, infra prasinam togam dicet, id est viridem. (Myrtea virga,) indicium libidinis, est enim Veneris. (Tractatrix,) vtebantur hoc remedio antiqui, vt Celsus meminit, vt iuberent puerum fricare humores, quem Martialis tractatorem appellat, & ancillam id facere solitam tractatricem. nam tractare est frequenter tangere. (Eunuchus,) Spado nouit quid velit Zoilus cũ crepat digitis, nam vas vrinarium crepitu digitorum poscebatur, ita loquitur Metella in distichis. Cum poscor crepitu digitorum, & verna moratur: O quoties pellex culcitra facta mea est. (Pedum turbam,) turba pedum dicuntur pueri, quoniam ad pedes dominorum discumbebant, vt intelligas superius distichon hoc pacto: Omnia cum pueris tradas obsonia retro: Cur non mensa tibi ponitur à pedibus? id est cur non paras mensam seruis, & non nobis? (Partitur glandulas,) glandula pars apri iuxta ceruicem, eadem dicitur glandium, vt est in legibus sumptuariis, quæ glandia syncipitia verina mensis intercidunt. (Propina,) dat. (Nectar apimianum,) id est vinum opimianũ, quod nectar videtur. (Moriones,) dicebantur pueri qui simplicitate, & scurilitate mentis, seu stoliditate risum domino mouebant, ducebantur autem ad mensam diuitum. Inde Plinius cum amicum inuitat: Morionem non habebis. (Saxa Ligurum,) id est vina nata in Liguria sterili. (Fumis Massilinis,) vina in Massilia Galliæ, artibus officinarum adulterabantur, modo fumo, modo aloe, vt saporem mutarent, & colorem. De hoc vino alibi. Fumea Massiliæ ponere vina potes. (Cosmianis ampullis,) id est vnguento pretiosissimo Cosmi. (Capillare,) id est vnguentum ad capillos inuentum. (Mœchæ pauperis,) quod solebat emi à mœchis pauperibus. (Murice) ampulla in speciem muricis: nam muricum testis vnguenta seruabant. Plin. author est. (Perditus,) sepultus. (Septunce,) scilicet vini. (Ronchis,) illo sternente. (Nutibus,) propinamus inuicẽ. (Mal.) Malchiones, dicuntur molles, & eneruati omnino, & luxu perditi, quasi malciones, nam malcio apud græcos significat mollem. Horat. inde malchinum dixit Mecœnatem. (Vindicare,) id est liberare te à conuiuio, & tædio huius mensæ, quia tu irrumator es, & aderis quia fellat. Codex antiquus ita habet versum: Nec vindicare te Rufe possumus, fellat, quod placet. sensus est quem proposuimus. (Vt faciam,) iubebat Cocles Martiali vt faceret breuiora epigrammata, ipse ait se hæc scribere longiore carmine, cum paucis verbis non possit impetrare à diuinibus aliquid, ergo si mihi feceris quod facit Chione, id est si dederis, silebo, nam, vt alibi ait, à Chione conducebatur, vt futueret. (Non potui breuius,) scilicet dicere tibi vt des. (Quid,) ad Tongilionem, qui fellator erat, & lingua fellatoris est mœcha, cum varias admittat mentulas. (Quis,) marite? abscidit nares mœcho, ait Martialis oportuisse abscindere mentulam, qua peccauerat. (Hac parte,) id est naribus, sed peccauit mentula. (Nihil p.) laceratis naribus, appellat hunc Deiphobum naribus laceratis, alludens ad illud: Deiphobumq; videt lacerum crudeliter ora: Ora manusque amam &c. (Narrat,) ad Chionem (Subligar,) subligaria dicebantur vestes, quæ coxas vsque ad vmbilicum à genibus contegebant, his vtebantur mimi in theatro. Iuuena. Et subligar Acci. Chione hoc induta descendebat in balnea, ait Martialis si id agit propter pudorem commodius eo posse contegere faciem, nam vultus pudoris sedes, si tectus fuerit liberius agimus, quasi ea vna tantum pars pudorem sentiat. (In faciem,) alludit ad deformitatem mulieris, quæ debebat tegi, hic sensus placet. (Sunt gemini,) lingunt diuersa inguina, quia alter fellat, alter lingit cunnum. (Magis,) propter hoc.

Curtaq; Ledæ sobrius bibat testa.
Hoc esse ieiunus, puriusq; contendo.
Iacet occupato galbanatus in lecto,
Cubitis trudit hinc, & inde conuiuas
Effultus ostro, sericisq; puluinis.
Stat exoletus, suggeritq; ructanti
Pinnas rubentes, cuspidesq; lentisci.
Et æstuanti tenue uentilat frigus
Supina prasino concubina flabello,
Fugatq; muscas myrtea puer uirga.
Percurrit agili corpus arte tractatrix,
Manumq; ductam spargit omnibus membris.
Digiti crepantis signa nouit eunuchus.
Et delicatæ suscitator urinæ
Domini bibentis ebrium regit pennem.
At ipse retro flexus ad pedum turbam
Inter catellas anserum exta lambentes.
Partitur apri glandulas palæstritis,
Et concubino turturum nates donat,
Ligurumq; nobis saxa cum ministrentur,
Vel cocta fumis musta massilianis,
Opimianum morionibus nectar
Crystallinisq; myrrhinisq; propinat.
Et cosmianis ipse fusus ampullis,
Non erubescit murice aureo nobis
Diuidere mœchæ pauperis capillare.
Septunce multo deinde perditus stertit.
Nos accubamus, & silentium ronchis
Præstare iussi nutibus propinamus.
Hos Malchionis patimur improbi fastus,
Nec uindicare te Rufe possumus, fellat.

In Coclitem. 81

Vt faciam breuiora mones epigrãmata Cocles.
Fac mihi quod Chione non potui breuius.

In Tongilionem. 82

Quid narrat tua mœcha? non puellam
Dixi Tongilion. quid ergo? lingam.

Ad Maritum. 83

Quis tibi persuasit nares abscindere mœcho?
Non hac peccatum est parte marite tibi.
Stulte quid egisti? nihil hic tua perdidit uxor.
Cum sit salua tibi mentula Deiphobi.

Ad Castam matronam. 84

Ne legeres partem lasciui casta libelli,
Prædixi, & monui: tu tamen ecce legis.
Sed si Panniculum, si spectas casta Latinum,
Non sunt hæc mimis improbiora lege.

In Chionem. 85

Narrat te rumor Chione nunquam esse fututã,
Atq; nihil cunno purius esse tuo.
Tecta tamen non hac, qua debes, parte lauaris.
Si pudor est, transfer subligar in faciem.

In Fratres fellatores. 86

Sunt gemini fratres, diuersa sed inguina lingũt.
Dicite dissimiles sint magis, an similes.

Ad Phœbum. 87

Vtere lactucis, & mollibus utere maluis.
Nam faciem durum Phœbe cacantis habes.

Dentificiũ

Arabius Lapis

Lentiscus

Tractare

Moriones

Malchiones

Malcio

Subligaria

VVLT,) Galla vult, non vult dare. Galla deformis erat, volebatque futui à Martia. sed nihil dare volebat. Deformes autem fututorem pretio conciliant necesse est. ¶ Vult dare,) scilicet coitum, & subagitari à me Galla: ¶ Non vult dare,) scilicet pecuniã. ¶ Non possum dicere quid sibi Galla velit, hoc est qua de causa faciat hoc, est enim deformis, quod vult. s. futui. ¶ Non,) scilicet dare pecuniam. idem est sensus. Quodam in disticho alibi: Vis futui gratis, cum sis deformis, anusque. Res perridicula est: vis dare, nec dare vis. ¶ Cum,) de puero, quem voluerunt castrare sacerdotes Cybelis, sed decepti loco castrarunt senem. ¶ Misitius,) iunxit iter: dedit se comitem. ¶ Grege semiuiro,) id est sacerdotibus castratis. ¶ Nequitia,) moribus lasciuioribus. ¶ Steriles,) id est castrati, ¶ Mentitur,) designat locum in quo dormiebat. ¶ Pluteo) spõda lecti. ¶ Virgine) Iphigenia, quę eadem Iphianassa, vt Lucr. & Home. scribunt. Lucretius: Iphianasseo turparunt sanguine fœde. ¶ Vt patiar,) vxor mea ò Galle rogat, vt patiar mœchũ ad eam accedere, ego si deprehendero mœchum, faciam spadonem quo, scilicet abutar, non autem eruam oculos, aut nares excidam, vt alii faciũt. ¶ Mœchum,) scilicet te. de hoc Gallo supra, Subdola famosæ. erat enim Gallus mollis, & mœchabatur. ¶ Vnum,) id est castro, & facio spadonem eum quem deprehendam. ¶ Cum,) in Vetustinam decrepita ætate cupientem futui. ¶ Trecenti consules,) id est cum agas trecentos annos. ¶ Pectus cicadæ) aridum, & asperum, vt cicadæ: ¶ Stola,) vestis mulierum,) rugosa. ¶ Cassibus,) id est retibus. ¶ Rauennates ranæ,) Rauenna in paludibus condita, & illic multæ ranæ. ¶ Garriant,) coaxent. ¶ Culex Adriaticus) ad litora Adriæ. ¶ Vropygium,) cluneum. ¶ Oropygium,) id est rectam clunẽ. depygis apud Horat. dicitur mulier sine clune.

Iphigenia Iphianassa

Vropygiũ Depygis

Oropygiũ Vropygiũ

De Galla. 32

Vult, nõ uult dare Galla mihi, nec dicere possum
Quod uult, & non uult, quid sibi Galla uelit.

De Misitio. 39

Cum peteret patriæ Misitius arua Rauennæ,
Semiuiro Cybeles cum grege iunxit iter.
Huic comes hærebat domini fugitiuus Achillas
Insignis forma, nequitiaq; puer.
Hoc steriles sensere uiri, qua parte cubaret,
Quærunt, sed tacitos sensit & ille dolos.
Mentitur, credunt. somni post uina petuntur.
Continuo ferrum noxia turba rapit,
Excidunt q; senem, spondæ qui parte iacebat.
Nanq; puer pluteo uindice tutus erat.
Supposita m (fama est) quõdã pro uirgine ceruã,
At nunc pro puero mentula supposita est.

Ad Gallum, 90

Vt patiar mœchum, rogat uxor Galle, sed unum
Huic ego, non oculos eruo Galle duos.

In Vetustinam. 91

Cum tibi tricenti consules Vetustina,
Et tres capilli, quattuor ue sint dentes,
Pectus cicadæ, crusculumq; formicæ:
Rugosiorem cum geras stola frontem,
Et aranearum cassibus pares mammas:
Cum comparata rictibus tuis ora
Niliacus habeat crocodilus angusta,
Meliusq; ranæ garriant rauennates:
Et Adriaticus dulcius culex cantet,
Videasq; quantum noctua uidet mane:
Et illud oleas, quod uiri capellarum,
Et anatis habeas uropygium macræ,
Senemq; cynicum uincat osseus cunnus,
Cum te lucerna balneator extincta
Admittat inter bustuarias mœchas.
Cum bruma mensem sit tibi per augustum,
Regelare nec te pestilentia possit,
Gaudes ducentas nuptum ire post mortes,
Virumq; demens cineribus tuis quæris
Prurire, quid si sarrire uelit saxum?
Quis coniugem? quis te uocauit uxorem?
Philomelus auiam quam uocauerit nuper?
Quòd si cadauer exigis tuum scalpi,
Sternatur Acoride triclinio lectus,
Thalassionem qui tuum dicet solus,
Vstorq; tædas præfarat nouæ nuptæ
Intrare in istum sola fax potest cunnum.

In Rufum. 92

Esse negas coctum leporem, poscisq; flagella,
Mauis Rufe coquum scindere, quàm leporẽ,

Regelare

Sarrire

Sathire Sathis

Coris

Vstor

natura fecerit, in hũc modum disserit, Vropygium ita datum est volucribus ad dirigendos volatus, quemadmodum nauigiis temones, ipsum item necessario in coitu fiectunt, quare quę integræ sunt alæ, & quædam scissarum alarum minus vtile ad supra dictum opus vropygium habent, sicut pauones & galli, sed integram alam simpliciter habentes sine vropygio sunt. Quare velut nauium sine temone quocũq; inciderint, feruntur, similiter & quarum alæ vagina continentur, vt cãthari, & quæ nudas alas habent, sed quæ non volant iis parum vtile est vropygium, sicut Porphyrioni, & fulicis, & omnibus fluuiatilibus, quæ dum volant pro vropygio pedes extendunt, his vtuntur pro vropygio ad volatum dirigendum. Quare cum sæpe de vropygio & vsu eius philosophus nobilissimus disseruerit, turpe fuit arrogantissimo interpreti eius libros non adiuisse, & diligenter pertractasse. ¶ Senem cynicum,) nam cynici & sordidi, & ob philosophiæ studium mala cilenti. ¶ Bustuarias,) bustuariq; erant anus quæ ad deploranda funera conducebantur, cum in balnea intrabant, extinguebatur lucerna, vel ne videretur earum deformitas, & balneorum nomini detraheretur, vel in cõtemptum quasi non essent dignæ lucerna. ¶ Balneator,) custos, & magister balnearum. ¶ Mœchas,) quæ olim mœchæ fuerant, nam ex genere ad vilia senescentes munera deueniũt. ¶ Cum sit tibi bruma per Augustum mensem,) id est cum frigeas Augusto ¶ Exhaustiannis non timent pestilentiam deficiente calore, quo pestilentia incenditur. Sensus est: Et si laborares pestilentia, non posses calere nam regelare est contra gelu, dissoluere calore, vt apud Colu. Regelare hortos & agrum. ¶ Post ducẽas mortes,) maritorum. ¶ Prurire, quid si sarrire velit saxum?) sarrire, id est aperire, vt placet Varr. eodem verbo Catul. vtitur. Sensus est: Si forte vir aliquis constituerit animo sarrire saxum, futuere, vt saxum, quis posset eum appellare maritum, aut te vxorem, cum Philomelus, cui pauloante nupseras, senex appellauerit te auiam. Si sathire legis, dicatur à sathis, quod mẽtulam significat. Vnde sathiri dicti proni in libidinem: Macro. authore. vt dicas: Quid si aliquis velit sathire, id est arrigere ad saxum, sed placet prior. ¶ Exigis,) optas. ¶ Tuum cadauer,) te mortuam. ¶ Scalpi,) non dixit futui, cum non sit amplius mulier. ¶ Acoride triclinio,) lectus nuptiarum. Coris nomen sacerdotis est curantis funera, vt Corines apud Virgil. ¶ Vstores,) ædificatores pyrarum dicebantur. idem verbum apud Catullum. ¶ Tędas) tædæ cum aqua præferebantur nouis nuptis, vnde tædæ pro nuptiis aliquando. ¶ Fax,) quasi dicat digna es rogo, non nuptiis.

¶ N unquam,)

GEORGIVS.

¶ NVNQVAM,) in Næuolum cinædum. ¶ Curius,) grauissimus fuit dentatus. ¶ Vterque Cæsar, id est Tito & Domitia. ¶ Rogo non expectato,) cum alii tantum habeant famam & nomen post cineres. ¶ Sedeo,) in decimoquarto gradu. ¶ Oceanus,) erat præfectus sedentibus in theatro, vt ordine sederent. ¶ Te susitat,) iubet te discedere. ¶ Mihi,) meis precibus. ¶ Sed pædicaris,) ideo prior, nam ita in priore loco collocaris, vt podice excipias mentulam, iocatur verbo. nam prior ad dignitatem toto epigrammate dictum est hactenus, nunc ioco refertur ad locum eius, qui pædicatur, qui prior loco stat. ¶ Ceues) moues nates. ¶ Prior es,) priorem locum obtines. ¶ Lingis,) in Gargilium, qui volebat videri mœchus, cum adhuc esset puer mollis, & cunnilingus, perturbane minatur se cum irrumaturum, si deprehenderit. ¶ Tacebis,) alludit ad illud quod dixerat garris, & ad fellationem. nam qui irrumatur, dicitur fellare, & loqui non potest, ore mentula irrumatoris obstructo. ¶ Tacebis,) id est irrumabo te. idem minatur Priapus in obscœno carmine. Pædicaberis, irrumaberisque. ¶ Ne legat læsa,) scilicet carmine superiore Chione. ¶ Potest,) nam dabat pecuniam, vt subagitaretur, vt supra: Fac mihi quod Chione, hæc erat illa: Frigida es & nigra. ¶ Pædicare potes tuo culo,) adeo tuus culus est macer, & acutus tanquam mentula. ¶ Irasci,) in Cerdonem de quo supra conquestus est. quod dederat munus gladiatorium. ¶ Ars tua, non vita est læsa à me,) quia non dixi in vitam tuam, sed in artem. ¶ Licuit iugulare,) id est potuisti exhibere gladiatores ingulandos in theatro. Iuuenalis. Et verso pollice vulgi Quemlibet occidunt populariter. ¶ Cursorem,) deprimit honorem carminum suorum, & superioris libri, quem ait se misisse per maximos imbres ad Rufum amicum, quoniam hi omnes versus essent delendi. infra: Curre, sed instructus, comitetur puella librum Spongia, muneribus conuenit illa meis, nam carmina indocta solet dicere digna esse aquis. ante: Vis puto cum libro Marce natare tuo.

In Næuolum. 93

Nunq; dicis aue, sed reddis Næuole semper,
Quod prior & Curius dicere sæpe solet.
Cur hoc expectas à me, rogo, Næuole dicas?
Nam puto nec melior Næuole, nec prior es.
Præmia laudato tribuit mihi Cæsar uterq;,
Natorumq; dedit iura paterna trium.
Ore legor multo, notumq; per oppida nomen
Non expectato dat mihi fama rogo.
Est & in hoc aliquid, uidit me Roma tribunum.
Et sedeo, qua te suscitat Oceanus.
Quot mihi Cæsareo facti sunt munere ciues,
Nec famulos totidem suspicor esse tibi.
Sed pædicaris, sed pulchre Næuole ceues.
Iam iam sic prior es Næuole. uincis, aue.

In Gargilium 94

Lingis, non futuis meam puellam,
Et garris quasi mœchus, & fututor.
Si te prehendero Gargili, tacebis.

Ad Rufum. 95

Ne legat hunc Chione, mando tibi Rufe libellũ.
Carmine læsa meo est, lædere & ipsa potest.

In Sabellum. 96

Sit cultus tibi quàm macer, requiris?
Pædicare potes Sabelle culo.

Ad Cerdonem. 97

Irasci nostro non debes cerdo libello.
Ars tua, non uita est carmine læsa meo.
Innocuos permitte fales. cur ludere nobis
Non liceat, licuit si iugulare tibi?

Ad Rufum. 98

Cursorem sexta tibi Rufe remisimus hora,
Carmina quem madidum nostra tulisse reor.
Imbribus immodicis cœlum nam forte ruebat.
Non aliter mitti debuit iste liber.

Finis tertii libri Epigrammaton Martialis.



Ida

AESARIS Alma dies, & luce) ad. 8. Calend. Nouembris natus Domitius eum diem celebrat Martialis hoc epigrammate, precaturque vt diutissime in terris sit imperator. ¶Alma dies Cæsaris,) ò dies natalis Cæsaris. ¶Ida,) sylua Cretæ. ¶Tulit,) produxit in lucem. ¶Iouem dictæum,) quia in Creta est educatus Iuppiter. ¶Duplex Ida) Cretensis, & Phrygia. ¶Numerosior Pylio æuo,) id est perfecis plures annos ætate Nestoris. ¶Nite hoc vultu,) id est nite serenitate. ¶Cultus,) an nosus, & amplissimus in auro albano, aurum albanum appellat auream coronam Cæsaris, & apparatum quo vtebatur in sacris Mineruæ institutis ab ipso in Albano quotannis, vbi dabat ludos scenicos, & oratorum, & poetarum certamina: Tranquillus author. ¶Tritoni da,) Palladem, quæ erat numẽ familiare Domitiani vt ait Fabius, ¶Plurima quercus) hoc dicit quoniam singulis annis etiam in quinquatriis Mineruæ corona querna donabatur à Domitiano & Martialis aperte ostendit ad Collinum: O cui tarpeias licuit contingere quercus. & de eadem re infra est epigramma. ¶Plurima quercus,) id est donet multas coronas quernas. ¶Hic colat ingenti redeuntia secula,) ludi seculares centenis quibuscunque annis instaurabantur. Domitianus eos celebrauit non supputata ratione temporum à Claudio: qui paucis ante annis eos celebrauerat, sed ab August. ¶Hic colat secula,) id est seculares ludos redeuntes anno centesimo. ¶Lustro,) lustrum est spatium quinque annorum, quo olympia solebát instaurari. Cú autem centesimo anno redeãt seculares appellat poeta illius temporis ingens lustrum. ¶Sacra Terentus,) sacra ad Terentum campi Martii. 30. quoque anno innouabantur. alibi Mar. cum sexagenariam diceret, ait: Bis mea Romano spectata est vita Terento. ¶Terentus Romuleus) campi Martii. ¶Debita,) quia hæc debentur terris. ¶Improba,) nimia. ¶Pro tanto Deo,) Domi. nam Deus, & dominus voluit appellari. ¶Spectabat,) Domit. edidit nauales pugnas quas spectauit inter maximos imbres. ¶Candidus) candidis vtebantur vestibus in spectaculis, id est lacernis albis, quę in spectaculis sumebantur. Solus Horatius mimus cum lacernam albam non haberet, alio habitus colore venit in spectaculum, niue autem cadente vestis facta est alba, in quo poeta & risum mouet, & imperatori assentatur, cuius mores ait omnes oportere sequi. ¶Spectabat,) nauales pugnas. ¶Plebs,) ordo plebeius. ¶Minor,) equester. ¶Maximũs,) senatorius. ¶Cum sancto duce,) cum diuo Cæsare. ¶Candidus,) id est candidis lacernis. Lacernæ candidæ in distichis, Amphitheatrales nos commendamur ad vsus. ¶Aspice,) ab eadem tempestate sumitur hujus epigrammatis argumentum, laudaturque Cæsar, quòd tantos imbres negligere potuerit: nam, vt scribit Suetonius, per maximos impres spectauit pugnam naualem, & ne hoc videatur factum Ioue irato, ait poeta se suspicari filium Cæsaris, quem infantem amisit his niuibus lasciuire cum patre. ¶Densum vellus aquarum tacitarum,) est niuium periphrasis. ¶Tamen,) quanuis cadat. ¶Nix indulget Ioui,) obsequitur cœlo, & non discedit. ¶Aquas concretas pigro frigore,) id est niues. ¶Sydus hyperborei solitus lassare,) cum à puericia didicerit in expeditione præsertim aduersus Batauos in Germania. ¶Lassare,) ferendo fatigare. ¶Sydus hyperborei Bootæ,) Bootes idem dicitur Arctophylax, filius fuit Calistus, vt alii sentiunt, hic fuit Icarus, qui sumpta vua Bacchi repleto vtres imposuit in plaustrum & inde, vt putauit Higinus, dictus est Bootes, id est ductor plaustri, siue ille is fuerit, vetustas tradidit relatum fuisse in cœlum, & esse iuxta vrsam. ¶Hyperborei,) septentrionalis. ¶Dissimulare,) dissimulando negligere. ¶Helice,) eadem dicta est cynosura, & vrsa minor, ea fuit vna ex nutricibus Iouis, quæ sua pietate meruit cœlum, in septentrione autem est immo, vt nonnulli sentiunt, hæc & vrsa maior dicuntur septentriones. ¶Helicen,) id est niues helices septentriones. ¶Pueri Cæsaris,) id est filii Cæsaris mortui, quem ex Domitiano susceptum adhuc infantem amisit, meminit huius Papini. cum prædicit deificationem Domitiani ibi: In amplexus natus fraterque paterque. ¶Quod siccæ,) in Bassam male olentem. ¶Lacunæ siccæ.) nam siccata lacuna olet grauiter. ¶Nebulæ) sulfurei vapores. ¶Albularum,) albulæ erant aquæ in agro tyburtino crudæ, vt meminit Strab. & Plinius odore sulfureo supra: Hic vbi sulfureis Albula fumat aquis. ¶Vetus aura piscinæ marinæ,) ex aquis marinis.

Lustrum

Bootes Arctophilax

Helice Vrsa minor Cynosura

Septentriones

Albulæ

¶Bardiacus

ARGVMENTVM.

HOC Epigrammate natalitium Domitiani Cæsaris diẽ Martialis celebrans ait. O sacra dies, immo longe sacratior illa, qua natus est Iuppiter, sis precor Nestoreo longior æuo. Et semper serena saue Domitiano, vt non solum Romuleo Terento, sed et secularibus iudis interfuit. Perquam magna o cœlites, sed debita, petimus.

M. V. MARTIALIS EPIGRAMMATON LIBER QVARTVS.

De natali Domitiani. 1



Aesaris alma dies,
& luce sacratior illa,
Conscia dictæum
qui tulit Ida Ioue,
Longa precor, Pyliog; ueni numerosior æuo,
Semper & hoc uultu, uel meliore nite.
Hic colat albano Tritonida cultus in auro,
Perq; manus tantas plurima quercus eat.
Hic colat ingenti redeuntia secula lustro.
Et quæ Romuleus sacra Terentus habet.
Magna quidé superi petimus, sed debita terris,
Pro tanto quæ sunt improba uota Deo?

De Oratio. 2

Spectabat modo solus inter omneis
Nigris munus Oratius lacernis.
Cum plebs, & minor ordo, maximusq;
Sancto cum duce candidus sederet.
Toto nix cecidit repente cœlo.
Albis spectat Oratius lacernis.

De Niuibus. 3

Aspice q̃ densum tacitarum uellus aquarum
Defluat in uultus Cæsaris, inq; sinus.
Indulget tamen ille Ioui, nec uertice moto
Concretas pigro frigore ridet aquas.
Sydus hyperborei solitus lassare Bootæ,
Et madidis Helicen dissimulare comis.
Qui siccis lasciuit aquis, & ab æthere ludit,
Suspicor has pueri Cæsaris esse niues.

In Bassam. 4

Quod siccæ redolet palus lacunæ,
Crudarum nebulæ quod albularum,
Piscinæ uetus aura, quod marinæ,
Quod pressa piger hircus in capella,

Bardiacus Euocati

BARDIACVS Euocati,) euocati erant iuuenes ex equestri ordine delecti, qui manente vsu anulorum constituti sunt ad custodiam cubiculi imperatorii loco militum, hi cum excubias præstabant bardiaco veste vtebantur lanificio grossiore propè simili bardocucullo. hæ vestes male olebãt, quoniam in his cubabant, & inter sordida ministeria vtebantur, nam quod bardiacus puer sit, nec mihi videtur conuenire, nec vnquã legi. Bardiacus nõ puer est, vt ego sentio, sed saxũ ex vilis caprorũ textũ, quo milites in castris vtebantur. Virg. Incanaq; menta Cyniphii tondent hirci setasq; comantes, Vsum in castrorum, ac miseris velamina nautis. Idem scribit Columella de capro & Iuue, de milite: Discit ab hirsuta iaculum torquere capella. i. ex saxo pilis caprorum texto, vt in Iuu. commentariis, quos cõposuimus à nobis scriptum est. ¶Quod bardiacus,) id est sagum ex villis caprorum olet. nam hircinum fœtorem redolet. ¶Lassi euocati,) militis lassi & laborioſi, ex hoc Lentulus lanista cognomen accepit, nam dictus est Lentulus bardiacus. ¶Euocati,) excubantis, lassi excubiis. ¶Inquinatum bis murice,) id est bis tincta male olet. ¶Sabbatarii,) Iudæi, dicuntur qui sabbata colũt. Pers. Recutitaque sabbata palles, horum halitus cum fœteat, semper ante cibum præsertim grauissimi est odoris. ¶Reorum mœ.) currus agitati habent malum anhelitum, & odorem mala concoctione. ¶Moriens,) extincta. ¶Ceroma,) vnguentum erat ex luto & oleo. Plini. author. Male olebat si oleum sabinum, quod plurimum habet amurcæ, adhibitum fuisset, erat autem palestritarum. ¶Vir bonus,) consulit Fabiano, ne ad vrbem accedat, cum sit bonus vir, vt etiam Sexto cõsuluit. ¶Nec leno,) Iuuena. Me nemo ministro Fur erit. ¶Comessator,) parasitus. Iuuena. Si potes illa pati, quæ nec sarmentis iniquas. ¶Tristi voce,) afferẽte tristitiã. Præcones erant in pretio, quod infra est: Si duri puer ingenii videtur, Præconem iubeas vel architectum. ¶Corrumpepere vxorem,) id est non potes esse mœchus. ¶Vanos fumos,) id est vanos titulos, & assentatorias appellationes, vnde Alexander, authore Spartiano, fumo perire iussit, qui inani quadam ostentatione apud ipsum magna gratia, videri volebat vulgato disticho: Fumo iam periit, qui fumos venditabat. ¶Circa palatia,) id est turbæ palatinæ. ¶Cano.) Canus, tibicen fuit. alibi poeta. Choraulem appellauit. Canus choraules. hic temporibus Galbæ floruit donatus supra cœnam ab eo non parua pecunia, cum placuisset, author est Tranquil. & copiosius Plut. in Galba. ¶Glaphyro,) Glaphyrus nomen citharœdi, & apud Iuuena. Accipis vxorem, de qua citharœdus Echion: aut Glaphyrus fiat patrimam citharœdi tunc erant in pretio, quod supra ait: Veniet cum citharœdus erit. ¶Vnde viues,) id est vnde acquires, & comparabis victum. ¶Hoc nihil est) nihil proderit esse te fidum. ¶Sic) istis virtutibus. ¶Philomelus,) diues vt Philomelus, qui diues factus cithara, de quo supra: Plus habuit, dedimus, plus Philomelus habet. ¶Credi,) in Massilianum, qui cum improbus esset, volebat videri castus, & pudicus. ¶Teneræ frontis,) id est modestæ. ¶In domo Stellæ,) puto de Argino intelligi puero Stellæ formosissimo, qui amatoris domini versus canebat, nã quod non nulli opinantur dictũ de Martiale non placet, alibi poeta de formosis Stellæ ministris scribit, de Argino in primis. ¶Prima,) rogat Euphemum structorem mensæ Domitiani, vt ex suis carminibus ea, quę sunt iocosa ostendat imperatori tantum cum cœnauerit, quæ sunt seueriora ante cœnam. ¶Prima, & altera hora,) id est prima & secunda salutabant antiqui amicos potentes. tertia hora agitabantur lites. ¶Varios labores,) id est varia opera exercet. Octaua, & nona exercebantur palæstritæ. ¶Frangere totos,) extructos accumbere. ¶Decima,) post mẽsas, vt meos libellos ostendas imperatori. ¶Dapes ambrosias,) id est diuinas. ¶Laxatur,) id est relaxat animum, exhilaratur. ¶Ingenti manu,) id est diuina. ¶Iocos,) id est meos libellos, ostende Domitiano. ¶Metire,) id est cauta eas. legitur etiam timet ire. ¶Licenti gressu,) id est casto carmine, & casto gressu.

Canus

Glaphyrus

Lassi Bardiaci os, quod euocati,
Quod bis murice uellus inquinatum,
Quod ieiunia sabbatariorum,
Mœstorum quod anhelitus reorum,
Quod spurcæ morions lucerna Ledæ,
Quod ceromata fœce de Sabina,
Quod uulpis fuga, uiperæ cubile,
Malles, quàm quod oles, olere Bassa.

Ad Fabianum. 5

Vir bonus & pauper linguaq;, & pectore uerus
Quid tibi uis, urbem qui Fabiane petis?
Qui nec leno potes, nec comessator haberi,
Nec pauidos tristi uoce citare reos.
Nec potes uxorem chari corrumpere amici,
Nec potes algentes arrigere ad uetulas,
Vendere nec uanos circa pallatia fumos,
Plaudere nec Cano, plaudere nec Glaphyro.
Vnde miser uiues, homo fidus, certus amicus?
Hoc nihil est, nunquam sic Philomelus eris.

In Massilianum. 6

Credi uirgine castior pudica,
Et frontis teneræ cupis uideri,
Cum sis improbior Massiliane,
Quàm qui compositos metro Tibulli,
In Stellæ recitat domo libellos.

Ad Hilum. 7

Cur here qd̃ dederas, hodie puer Hile negasti?
Durus tam subito, qui modo mitis eras.
Sed iam causaris barbamq;, annosq;, pilosq;.
O nox quàm longa es, quæ facis una senem.
Quid nos derides? here qui puer Hile fuisti,
Dic nobis, hodie qua ratione uir es?

Ad Euphemum. 8

Prima salutantes, atq; altera continet hora,
Exercet raucos tertia causidicos.
In quintam uarios extendit Roma labores.
Sexta quies lassis, septima finis erit.
Sufficit in nonam nitidis octaua palæstris,
Imperat extructos frangere nona toros.
Hora libellorum decima est Eupheme meorũ,
Temperat ambrosias cum tua cura dapes,
Et bonus ætherio laxatur nectare Cæsar,
Ingentiq; tenet pocula parca manu.
Tunc admitte iocos, gressu timet ire licenti

GEORGIVS.

¶Lassi Bardiacus quod euocati,) Quanta licentia fingendi est huic improbissimo, vel potius veram lectionem inuertendi, nam in fidelioribus codicibus sic legitur: Lassi bardiaci os quod aduocati, erat enim Bardiacus aduocatus, qui post diutius peroratas causas, & sensu confectus os fœtidum habebat. huius Bardiaci, vt existimo, meminit Iuuenalis cum ait: Bardiacus iudex datur hæc audire volenti. Nam vt apud Plini. legimus senum halitus insicitur, nec non lasso stomacho longiore ieiunio, velut Cornel. Celsus quoties voce alta legimus. ¶Qui nec leno potes, nec comessator haberi) O miserũ grammaticum, qui dictionis huius originem non considerauit, verbum est græcum κωμάζω, quod est compotationibus, & ebrietatibus operam dare. Vnde Theocritus κωμάσασω, ποτὶ τὰν ἀμαρυλλίδα, hic Latini comessor comessaris formauerunt, quo verbo frequenter vtitur Plautus. Comessatorem eum existimo proprie dici, qui esui, & potui præter statuta tempora indulgeat. Nam Sueto. comessationes accipit quoties post cœnam aliquid comeditur. Sic enim de Vitelli luxuria scribit: Epulas trifariam semper, interdum quadrifariam dispartiebat: in ientacula, & prandia, cœnas & comessationes, nisi forte putauit à comedo comessatorem fieri, sed illum quantitas syllabæ admonere potuit, etenim primam producunt comessor & comessator, quæ in comedo corripitur.

Comessator Comessationes

DOMITIVS.

¶Ad Iouem,)id est Domitianum. ¶Matutinum) i ante cœnam quasi dicat ante cœnam ò musa oportet sanctiore carmine accedas, post cœnam locus est iocis lasciuioribus. ¶Sotæ,) Sotes erat pater Labullæ eruditus clinicæ medicinæ, de qua supra est dictum. ¶Labulla,) tanquam altera Hippia secuta est Clitum relicto coniuge. Sotes significat parcum. Prodigam mulierem hac illusione verbi ridet poeta. (ἔχεις ἀσώτως,) id est prodiga es, nã ludit his dictionibus Sotę filia, & à sota es. ¶Dum,) puerum alloquitur, vt ferat librum ad Faustinum amicum emendandum. ¶Vade,) ò puer. ¶Pagina) characteres. ¶Instructus,) affer quod est necessarium. ¶Spongia Punica,) quoniam ex Africa præstantiores spongiæ mittebantur, vel Punica, id est leuitatis Punicæ, & officii. ¶Dum,) L. Antonius præses superioris Germanię mouit bellum ciuile in Domitianum fiducia duarum legionum imperator absens id confecit, mira felicitate resoluto põte, nam Rheni inundatione copiæ barbarorum ad eum transituræ prohibitæ sunt eodem die quo victus est, aquila tanquam nuncia victoriæ, Domitiani statuam amplexa est. ¶Saturninum) Sueto. author Is tertium tribunus plebis vt Glauciam ministrum prætorem haberet, vexata iandiu republica: Mumium competitorem curauit necãdum in campo Martio, denique senatus statuit, vt turbulentus, & seditiosus tribunus tolleretur è medio, datum igitur negotium est Martio, qui Glauciam, & Saturninum in capitolio obsessos dedit necandos populo, ait poeta puduisse L. Antonium meditari in vrbe seditiones, vt Saturninus fecit, & propterea iuisse in Germaniam, vt illuc arma moueret. Midem Anton. mouerat olim ciuile bellum in Augustum, ait poeta hoc nomen attulisse animos L. Anton. ¶Vano nomine) M. Antonii, quia frustra mouit bellum vt tu. ¶Saturnini,) id est quanuis esses animo Saturnini, & moueres vrbanas seditiones. ¶Sub vrsa Parrha,) id est sub septentrione in Germania. ¶Tulit arma,) Augusto. ¶Phariæ coniugis,) Cleopatræ. ¶Exciderat'ne adeo,) id est eras'ne adeo obliuis? ¶Freti actiaci,) id est maris ad Actium promontorium, in quo supetatus Marc. Antonius ab August. ¶Ille,) Mare. Anton. collatus tibi erat Cæsar, adeo tu es inferior Anton. ¶Nulli.) Thais meretrix nulli negabat, & quod grauius erat, fellabat, poeta ait, si ista prodigalitas meretricia tibi nullum affert pudorem, quod omnibus das, saltem te pudeat, quod das fellationem turpe genus libidinis. ¶Negare nihil,) est fellare, hoc enim significat apud Martialem alibi: Qui nihil negat, hic Atticina fellat. Prætea: Nil mihi Galla negas, alibi: At quondam mihi Galle nil negabas. Thaidem fuisse fellatricem illic dixit: Nemo est Thai senex ad irrumandum. ¶Sili,) rogat Silium, vt legat versus suos. ¶Premis,) insectaris. ¶Perturia,) id est perfidiam Punicam. ¶Leues,) fœdifragos. ¶Magnis Africanis,) id est ducis triumphum Scipionis. ¶Seueritate,) grauitate carminis heroici, in quo seuerus versaris, vel seueritate, supercilio censorio. ¶Alea,) ludo. ¶Vagus liber,) nam seruis in Saturnalibus omnes erant liberi, & vagi. Horat. Age libertate decembri. ¶Fritillis,) vt alueolis. idem Porphyrio in Horatium putat. ¶Madidos,) perfusos, tractum ab ebriis. ¶Remissa,) relaxata contracta, cum ducitur vultus in seueritatem. ¶Passerem,) carmen scriptum de passere amicę Catulli. ¶Claudia,) laudat connubium Claudiæ, & Auli Pudentis, optátq; vt faustum sit. ¶Meo Pudenti,) amico meo. ¶Macte esto,) cum alicuius factũ probamus, vtimur hoc verbo macte. Macta hostia dicitur quando mola est supra infusa. ¶Cinnama,) potes hoc intellige re de vnguento, quod ex nardo balanino amomo fiebat. ¶Miscentur tam bene,) id est tam bene conueniunt. ¶Thesis sauis) inter cætera vina memorat, erat vinum, quod melitites dicebatur à melle immisto, ab aliis dictum est piperatum, nam & piper adhibebatur ab aliis communi verbo condi tum, Catone & Plin. authore. ¶Thesis sauis,) id est melle attico, nam mel atticum reliqua omnia gloria superat. ¶Melius,) aptius. ¶Vlmi,) dicuntur mariti vitium ¶Lotos,) arbor præcipua Libyæ, cuius floris suauitate homines rerum omnium obliuiisci dicuntur, vnde Lotophagi populi, qui ea præsertim abundant, vt Homerus, Strabo, Plin. scribunt. ¶Myrtus,) ad littora crescit non magis ob aquam, quã propter calorem, quoniam agri littorales cæteris regionibus sunt calidiores.

GEORGIVS.

¶Massica Thesis tã bene vina sauis,) Cur melititem hic addat ignoro, quando fictitii vini quale melititem Plin appellat, nulla ferè gratia sit, quin potius de mulso intelligere debemus, quod primum excogitauit Aristeus mel miscens vino suauitate præcipua, quod testimonio eiusdem poetæ probamus, nam in Xenis de mulso hæc tradit: Attica nectareũ turbatis mella falernum Miscere docet hoc à Ganymede merum. Sed quantum à semetipso discrepat Cal. nam exponẽs supradictum distichon ait mulsum vinum, de quo pauloante dictum est, magno impendio fiebat attico melle temperatum, & rursum exponens falernum vinum mastica eadem dici asserit quod cum ita sit, eiusdem poetæ testimonio, & de eodem ipso interprete hominem confundimus.

¶Candida

Saturninus

Negare nihil

Ad matutinum nostra Thalia Iouem.

In Labullam. 9

Sotæ filia Clinici Labulla,
Deserto sequeris Clitum marito,
Et donas, & amas ἔχεις ἀσώτως.

Ad Faustinum. 10

Dũ nou⁹ est, neq; adhuc rasa mihi frõte libellus,
Pagina dum tangi non bene sicca timet:
I puer, & charo perfer leue munus amico,
Qui meruit nugas primus habere meas.
Curre, sed instructus comitetur punica librum
Spongia, muneribus conuenit illa meis.
Non possunt nostros multæ Faustine lituræ
Emendare iocos, una litura potest.

In An. Saturninum. 11

Dum nimium uano tumefactus nomine gaudes,
Et Saturninum te miser esse pudet:
Impia parrhasia mouisti bella sub ursa,
Qualia qui Phariæ coniugis arma tulit.
Excideratne adeo fatum tibi nominis huius,
Obruit Actiaci quod grauis ira freti?
An tibi promisit Rhenus, quod non dedit illi
Nilus, & Arctois plus licuisset aquis?
Ille etiam nostris Antonius occidit armis,
Qui tibi collatus perfide Cæsar erat.

In Thaidem. 12

Nulli Thai negas. sed si te non pudet istud,
Hoc saltem pudeat Thai negare nihil.

Ad Silium. 13

Sili castalidum decus sororum,
Qui periuria barbari furoris
Ingenti premis ore, perfidosq;
Fastus Annibalis, leuesq; Pœnos
Magnis cedere cogis Africanis,
Paulum deposita seueritate,
Dum blanda uagus alea december
Incertis sonat hinc & hinc fritillis,
Et ludit rota nequiore talo,
Nostris ocia commoda camœnis,
Nec torua lege fronte, sed remissa
Lasciuis madidos iocis libellos.
Sic forsan tener ausus est Catullus.
Magno mittere passerem Maroni.

De nuptiis Pudentis, & Claudiæ. 14

Claudia Rufe meo nupsit peregrina Pudenti.
Macte esto tedis ô Hymenæe tuis.
Tam bene rara suo miscentur cinnama nardo,
Massica Theseis tam bene uina sauis.
Nec melius teneris iunguntur uitibus ulmi,
Nec plus lotos aquas, littora myrtus amat.

Vinum melitites

Piperatum

Vinum cõditum

Lotos

Lotophagi

Myrtus

DOMITIVS.

¶Candida Concordia,) cui Deę Vespasianus templum erexit, candida sine perturbatione. ¶Aequa tam pari iugo) .i. vicissim amét & pari ardore. ¶Mille,) Cæcilianus petierat mutuo à Martiale mille numos. Martialis negauerat. rursus petit vasa sex millium. ¶Causatus,) causam afferens. ¶Quinq; millia,) id est vasa quinq; millium quæ pluris sunt. ¶Priuignum) Gallus habebat rem cum nouerca viuo patre, quod & poterat dissimulare quandiu vixit pater: tamen nunc patefecit: nam patre mortuo eam tenebat domi præter morem, quoniam postquam erat priuignus Gallus debuit discedere, sed tunc cum velit domi manere tanquam nouerca & vxor patris aperte dignoscitur eam nũquam fuisse nouercam. ¶Rumor erat,) id est aiebat esse priuignum viuo genitore, quia ipso viuo erat cõiux. ¶Nusquã,) quia mortuus est. ¶Absolui,) hoc iudicio, nam Cice. in causis ita floruit, vt appellatus fuerit rex iudiciorum, author Quinti. hic Regulus causidicus fuit, de quo Plin. author. ¶Desinit esse) quæ adhuc nouerca, quia habebas rem semper cum illa. ¶Facere,) in Lycisca, meretricem fellatricem. eiusdem meretricis nomen apud Iuuenã. Nomen mentita Lycisiæ, & simul Paulum irrumatorem ¶Rubeat) ira excãdescat, & irata sit mihi. ¶Irrumare vis solus,) & ita ostendit alteram esse fellatricem, & alterum irrumatorem. ¶Qua,) de morte pueri iugulati stillicidio congelato cõqueritur poeta, quòd aqua veluti & ensis iugulare edidicerit. ¶Vnda gelu prægra.) id est stiria. ¶Subibat,) ingrediebatur ¶Columnis,) Vipsanis,) à Vipsano consule. ¶Lapis lubricus,) fluens. ¶Mucro,) glacies tanquam mucro. ¶Tabuit) concaluit in sanguine vulneris calidi. ¶Hanc,) Endromides erant vestes hirsutæ, & longiore pilo, quibus vtebantur in gymnasio, & theatro ad munera arenæ exercenda. Iuuenalis: Endromidas tyrias, & fœmineum ceroma quis nescit? ¶Iã mittebantur ex Gallia industria textorum qui illic præstãtissimi habebantur, seruato tamen pristino nomine. nam Endromides dicebantur græca appellatione, quanuis Gallia eas mitteret. Martialis Endromidem mittit, non expresso nomine, ad quem quanuis nonuulli putent esse Sequanicum, quod potius est appellatum, & iungitur cum textricis. ¶Sequanicę) id est Gallicanæ. ¶Barbara,) veniens ex Gallia. ¶Gelido decembri,) nam vsus huius vestis erat hyemali tempore in gymnasio. ¶Ceroma,) vnguentum erat vt supra, ex oleo, & cœno, quo vtebantur iuuenes ad robur laceratorum, eo se exercentes, nam non fuit satis petere arenam à Nilo in palæstra: vnde Patrobo liberto Neronis afferebatur, nisi ceromata excogitassent, quibus, vt ait Plin. iuuentus vires corporis exercẽdo animi vires perdebat. Iuuenalis de hoc genere gymnasii intelligit (vt puto) cum ait: Cum lassata gra ui ceciderunt brachia massa. sunt qui locum putẽt, in quem sensum videtur loqui Plinius Athletas inquit suos, & ceroma ta imaginibus exornant, sed superior sententia placet. ¶Seu teris lentum ceroma,) id est seu luctari. nam inuicem terebantur palæstritæ luctantes. ¶Trigona,) trigon genus pilæ paganicæ, quæ eadem dicitur pila trigonalis. ¶Harpasta,) harpastum genus ludi erat, vt ait Suidas, sunt qui putent esse genus vehiculi. cuius cursum iuuenes ad exercitationem lacertis reprimebãt. meminit huius gymnasii Plinius in .7. & Seneca in declamationibus. de harpasto in distichis: Hæc rapit Antæi in velox in puluere drauc⁹. sed puto esse pilam. ¶Plumea,) ex pluma farciebatur, vel ex pilis. ¶Follis,) genus pilæ, qua & iuuenes, & senes pariter ludebant. Augustus Cæsar ea maxime delectabatur. infra: Folle decet iuuenes ludere, folle senes. ¶Atam,) Atas puer fuit, qui Vipsano consule à meridie ad vesperum .75. millia passuum cucurrit magna omnium admiratione, meminit hi storiæ Plinius omisso pueri nomine. Atas autem nomen velo ci cursori conueniens, nam Atę dicuntur, qui vix summis pedum vestigiis terram contingunt. ¶Iris,) cœlum, & serenitas. ¶Sindone cultus,) Sindones erant vestes candidæ ex lino, quibus magi vtebantur, & erant subtilissimæ, cum autem comparet sindonem Endromidi, aperte dicitur Endromidem quoque ex lino fuisse, sed grossiorem. supra: Quid sindone tinctus olenti. ¶Dicit,) Cærelia erat puella, & dicebat se vetulam. ¶Gellia,) erat anus, & dicebat se puppam. ¶Altera,) Gellia, quæ anus volebat videri puella. ¶Putidula,) putidi, & putiduli dicuntur, qui sibi ipsi displicent. hoc Cice. vno in loco: Displicebam mihi. alibi dixit, eram putidulus, cum autem quisquam sibi ipsi displicet, contrahit frontem, & caret omni hilaritate, propterea ait poeta, alteram mulierem cupientem videri puellam, adeo gestire, vt sit ridicula, & non puella. alteram cupientem videri anum, non videri solum anum, sed putidulam.

Regulus

Endromis

Cer oma

Trigon

Harpasta

Follis

Atas

* Testa

Sindones

Endromis

Putidus

Putidula

Candido perpetuo resident concordia lecto,
Tamq; pari semper sit Venus æqua iugo.
Diligat ipsa senem quondam, sed & ipsa marito
Tunc quoq; cum fuerit, non uideatur anus.

Ad Cæcilianum. 15

Mille tibi nummos hesterna nocte roganti,
In sex aut septem Cæciliane dies,
Non habeo dixi. sed tu causatus amici
Aduentum, lancem, paucaq; uasa rogas.
Stultus es, an stultum me credis amice? negaui
Mille tibi nummos, millia quinq; dabo.

In Gallum. 16

Priuignum non esse tuæ te Galle nouercæ
Rumor erat, coniux dum fuit illa patris.
Non tamen hoc poterat uiuo genitore probari.
Iam nusq; pater est Galle, nouerca domi est.
Magnus ab infernis reuocetur Tullius umbris,
Et te defendat Regulus ipse licet,
Non potes absolui. nam quæ non desinit esse
Post patrem, nunquam Galle nouerca fuit.

Ad Paulum. 17

Facere in Lycisca Paule me iubes uersus,
Quibus illa lectis rubeat, & sit irata.
O Paule malus es. irrumare uis solus.

De Puero glacie occiso. 18

Qua uicina pluit uipsanis porta columnis,
Et madet assiduo lubricus imbre lapis,
In iugulum pueri, qui roscida * templa subibat,
Decidit hyberno prægrauis unda gelu.
Cumq; peregisset miseri crudelia fata,
Tabuit in calido uulnere mucro tener.
Quid non sæua sibi uoluit fortuna licere,
Aut ubi mors non est, si iugulatis aquæ?

De Endromide. 19

Hanc tibi sequanciæ pinguem textricis alumnã,
Quæ lacedæmonium barbara nomẽ habet,
Sordida, sed gelido non aspernanda decembri,
Dona, peregrinam mittimus Endromiden.
Seu lentum ceroma teris, tepidum'ue trigona,
Siue harpasta manu puluerulenta rapis.
Plumea seu laxi partiris pondera follis,
Siue leuem cursu uincere quæris Atam.
Ne madido intret penetrabile frigus in artus,
Ne'ue grauis subita te premat iris aqua.
Ridebis uentos hoc munere tectus, & imbres.
Nec sic in tyria sindone tutus eris.

De Cærelia, & Gellia. 20

Dicit se uetulam, cum sit Cærelia puppa.
Puppam se dicit Gellia, cum sit anus.
Ferre nec hanc possis, possis Coline nec illam.
Altera ridicula est, altera putidula.

Martialis.

DOMITIVS.

¶Invllos,) In Celium impium,qui contemptis diis magna audacia commissis sceleribus diues euaserat.¶Dum hoc negat,) id est dū ita scelera exercet,ac si nulli eēt dii. ¶Primos) Cleopatra vxor Martialis cum primo thalamo fugisset in lacus: Martialis eam insecutus, oscu latus est reliqua aquis prohibē tibus. ¶Placanda,) quia nondum mansuefacta.¶Gemma,) quia in gemma rosæ inspiciuntur:potes etiam intelligere de pictura,qua ita Cleopatram latentem sub aquis expressam fuisse dicit, vt ipse tanquam in veram insiluerit.¶Dum,) Lustricus Brutianus græce eruditus iam cum Callimacho Elegiarum scriptore editis versibus græcis certabant. Increpat Musam Martialis quòd dum cessat,iam Lustricus Brutianus græco carmine superauit Callimachum,hortaturq; vt exuat, & cum Brutianus latine scribere cœperit,ipsum faciat illi secundum laude poematis.¶Dedit palmam de se,) id est cessit Brutiano : Brutiani meminit Plin.in epist.¶Lepore cecropio satur,) versu græco.¶Luserit sales,)id est iocos latinos. ¶Aemula)laudat loca quædam Veneriæ, vbi se domicilium fixurum senectuti ait, quando poterit vindicare se in libertatē. ¶Altini,) Altinum oppidum Venetiæ. ¶Phaetonti,) ad Padum.¶Euganeos lacus,)amœnitatem syluæ laudat,in qua dicit verisimile fuisse Dryadem, quæ nunquam nubere solet, ductam fuisse in vxorem à Fauno Deo syluarum, quod cum ait,præcipuam loci amœnitatem ostendit.¶Antenoreo Fauno,)in sylua Patauina. ¶Ad lacus,) nam.33. lacus illic olim recessebantur.¶Aquileia,)vrbs extra Venetias.¶Ledæo Timauo,)quod ait Cyllarum illic bibisse extra historiam est, nam Cyllarus relictus est in Licaonia à Castore, quando nauigauit cum Argonautis. Papin.in The.Tua furta prolapsa propago Cyllare cum Scythici diuersus ad ostia ponti Castor amycleas remo mutauit habenas, sed cursum Argonautarum ostendit,cum quibus erat Castor:nam Argonautæ duxerunt nauem persanum Istrum nauportum,& ignoto quodam amne in Adriaticum iuxta Tergeste.diligētiores authores tradidere humeris delatam fuisse per hęc loca,quanuis Cornelius Nepos scribat Istrum confluere ad ostium Padi mari interiecto, quod verus quàm fluminis vndis mitescit.eleganter igitur eum cursum designat, cum ait Cyllarum equum Pollucis, qui vnà cum fratre inter Argonautas erat,illic bibisse.¶Septenas aquas,) propter. vii. ostia Timaui. ¶Quod,) in Posthumum amicum, qui factus diues deseruerat Martialē & aut nihil, aut parum dabat,cum tamen vellet coli assidue. ¶Quòd non vidimus,)id est quod non salutauimus te mane.¶Sæpe,)ad Cæsarē,negat laudādos esse libellos. ¶Non sola voce,) id est non sola voce laudasti me, sed etiam dedisti ius natorum,fecisti etiā me tribunum prætorem. ¶Magis vt doleat,) id est quemaddum legisti libellos meos illo inuito, tanto magis inuidus vt doleret,ita tanto magis vt rumpatur. ¶Donasti,) in Chloen meretricem,quæ donabat vestes. ¶Luperco,) nomine proprio. Luperci autem nomine communi agebant ludos nudi. Virgil. Nudosque lupercos.ad quod alludens monet Martialis ne tantum donet suo Luperco,nam si perrexeris,inquit,donare,tuus Lupercus te nudam reddet. ¶Tenero iuueni,) qui subagitat te.¶Hispanas,) bæticas,quia inde optimæ lanæ asferebantur. ¶Indos sardonichas,)nam ex India mittebantur præcipui, vt Plini. scribit. ¶Smaragdos,) Smaragdus in pretio olim fuit. Nero pugnas gladiatorum Smaragdo spectare solebat. Cum autem duodecim genera Smaragdi sint: nobilissimi sunt Scythici, quia nullis maior est austeritas,nec minus vitii. ¶Galeso,) cantusinam togam. ¶Dominos,)Flauios.nam Flauii erant numi à Flauiis imperatoribus signati, hoc est Vespasiano,Tito,& Domitia. ¶Glabraria,) glabriones dicuntur qui sunt sine pilis, & glabrarias oues appellat Varr. in re agraria carētes lana.Chloe glabraria erat, quia expilata erat.Festus idem,& Plini.¶Obstat,) ait poeta se quidem cupere scribere, quòd etiam dixit superius: Edita ne breuib⁹, sed nihil aliud offendere gratiam carminum suorum,quàm copiam,nam quo rarior res est, eo solet esse charior, sed tamen se propterea nolle desistere, cum in hac copia vnum possit esse remedium, vt, scilicet lector quandocunque libellum perlegerit, eum solum esse putet. Scribit autem ad Aulum Pudētem amicissimum.¶Turba sua,) multitudo. ¶Nostris libellis obstat,) id est nocet gratiæ nostrorum carminum.

De Celio. 21

Nullos esse deos,inane cœlum
Affirmat Celius,probatq;,quòd se
Factum,dum negat hoc,uidet beatum.

De Cleopatra uxore. 22

Primos passa toros,& adhuc placanda marito
Merserat in nitidos se Cleopatra lacus.
Dum fugit amplexus,sed prodidit unda latentē,
Lucebat,totis cum tegeretur aquis.
* Condita sic puro numerantur lilia uitro.
Sic prohibet tenues gemma latere rosas.

Lustricus
*Candida

Brutianus

Insilui,mersusq; uadis luctantia carpsi
Basia,perspicuæ plus uetuistis aquæ.

Ad Thaliam. 24

Dum tu lenta nimis,diuq; quæris,
Quis primus tibi,quisue sit secundus,
Gratum quisue epigramma comparabit,
Palmam Callimachus Thalia de se
Facundo dedit ipse Brutiano,
Qui si cecropio satur lepore
Romanæ sale luserit Mineruæ,
Illi me facias precor secundum.

De littoribus Altini. 104 24

Aemula Baianis Altini littora uillis:
Et Phaetontei conscia sylua rogi.
Quæq; Antenoreo Dryadū pulcherrima Fauno
Nupsit,ad Euganeos sola puella lacus.
Et tu ledæo felix Aquileia Timauo.
Hic ubi septenas Cyllarus hausit aquas.
Vos eritis nostræ portus,requiesq; senectæ,
Si iuris fuerint otia nostra sui.

Aquileia
Cyllarus

Ad Posthumum. 125 25

Quòd te mane domi toto non uidimus anno,
Vis dicam,quantum,Posthume perdiderim?
Tricenos puto bis,uicenos ter puto nummos.
Ignosces,rogulam Posthume pluris emo.

Ad Augustum. 106 26

Sæpe meos laudare soles Auguste libellos.
Inuidus ecce negat:non minus ergo soles.
Quid,q; honorato non sola uoce dedisti:
Non aliūs poterat quæ dare dona mihi.
Ecce iterum nigros corrodit liuidus ungues.
Da Cæsar tanto tu,magis ut doleat.

Ad Chloen. 107 27

Donasti tenero Chloe Luperco
Hispanas,tyrias q;,coccinasq;,
Et lotam tepido togam Galeso,
Indos Sardonichas Scythas Smaragdos,
Et centum dominos nouæ monetæ,
Et quicquid petit,usq;,& usq; donas,
Væ Glabraria,uæ tibi Misella.
Nudam te statuet tuus Lupercus.

Luperci

Glabriones
Glabriæ
oues

Ad Pudentem. 108 28

Obstat chare Pudens nostris sua turba libellis,

GEORGIVS.

¶Et Lotam & cætera,) Minime, immo potius tarentinam.Nam Galesus fluuius præterlabitur Tarentum, de quo Virgili. Nanque sub Oebaliæ memini me turribus altis,Qua niger humectat flauentia culta Galesus, Coritium vidisse senem.

¶Opus

DOMITIVS.

¶Opvs Frequens,)id est frequentia epigrammata. ¶Rara iuuant,)& exemplo ostendit. ¶Hybernæ,) hyemali tempore,& ex Aegypto, & postea ex agro Romano rosæ in vrbem mittebantur. Erant præterea rosæ,quæ dicebantur hybernæ fictæ bracteis, id est foliis auri & argenti.alibi diximus.¶Sic,) raritate. ¶Commendat,) gratiorem facit. ¶Non semper aperta,) id est clausa aliquando.¶Marsus,)numeratur inter poetas Marsus Domitius, cuius ille versus extat in Oribilium fœuum, verberatorem puerorum,de quo etiam Iuuenalis. Siquos Orbilius ferula, scuticaque cecidit. Hic scripsit bellum Herculis in Amazones quod Amazonidem inscripsit. idem descripsit Homerus, vt tradit Plutarchus.¶Sic,)hoc pacto.¶Baiano,)ex historia. nam in piscinis Cæsaris Domitiani authore Plinio pisces vocati ad nomen venire solebant. Quo argumento docet idem author pisces habere auditum, sed præcipuum mugilem, salpam,cromim,lupum. ¶A lacu Baiano,)à piscina Cæsaris quæ erat Baiis. ¶Nocens,) damnatus.¶Sacris,)quia sunt Domitiani Dei.¶Dominum,)Domitianum. ¶Magistri,) custodis. ¶Libys,)impius, quia violauit sacros pisces.¶Calamo,)canna, hamo. ¶Rogator,) mendicus. ¶Ad lacus Baianos,) iuxta piscinam. ¶Cibis simplicibus,) non dolosis,sine hamo.¶Dedicatos,) Cæsari Domitiano. ¶Deo dicatos,) nam Deus dicebatur. ¶Quod,) Hippodamus rogat Martialem, vt aliquid scriberet de se. Eum deridet, quòd habeat nomen rebelle Musis,& non conueniens carminibus,iisdem fermè verbis vtitur in Carinum cuius nomen dicit esse Musis rebelle. ¶Auersum fonte sororum,)à Musis.¶Dura mater,) rusticana. Quod,)nomen nullo genere carmini dici posset.¶Pia Calliope,) an propter filium Orpheum, in quo lugendo pietatis nomen meruit,an quòd melioribus numeris præest: prior sententia placet.¶Belle,)concinne,venuste.¶Et latet,)in electro nonnunquam visebantur formicæ,culices, lacertæ, quæ recenti adhærentes ab indurescenti claudebantur,quo argumento nonnulli vtuntur ad ostendendum electrum aliquando fieri liquidum, nunc laudatur à Martiale apis inclusa. ¶Gutta Phaetontide,)id est succino & electro, quod nascitur ex lachrymis sororum Phaetontis. ¶Nectare suo,) melle. ¶Tulit pretium,)mortis,labore tantorum in melle faciendo.¶Plena,)ad Sosibianum.Sosibianus volebat videri poeta multis libris cōpositis,cum nullos ederet.dicebat autem se expectare:vt hæredes ederent ipso mortuo.At inquit poeta,postea quàm libros habes perfectos: tempus est te legi,id est morere,vt & libri emittantur. oportebat te iam mortuum esse,vt legereris. Argute, cum aliud dicere videatur, hoc significat.¶Frontibus,)damæ in spectaculis Domitiani cum in syluis sint fugaces, inter se concurrentes ceciderunt,quod ne mirum videatur, Martialis ait factum numine Domitiani, cui cum Tauri inter se pugnantes, & viri præstent spectacula, ipsæ quoque suum præstare voluerunt.inde ait alio epigrammate: Vis damis Cæsar parcere,mitte canes, scilicet vt intelligant tibi non placere vt pugnent, quasi dicat in tuam pugnauerunt gratiam. ¶Molles,) olim imbelles. ¶Canes,) qui erant in theatro. ¶Venator,) qui venerat in theatrum. ¶Nil restare,)venabulo in quod sæuiret. ¶Tauri sic pugnant,) id est ceciderunt in gratiam tuam inter se pugnantes.¶Sic viri,)& sic ipsæ damæ voluerunt.

Marsus

Lectotemq; frequens lassat,& implet opus.
Rara iuuant.primus sic maior gratia pomis.
Hybernæ pretium sic meruere rosæ.
Sic spoliatricem commendat Fastus Amicam:
Ianua nec iuuenem semper aperta tenet.
Sæpius in libro memoratur Persius uno,
Quàm leuis in tota Marsus Amazonide.
Tu quoq; de nostris releges quæncunq; libellis,
Esse puta solum,sic tibi pluris erit.

Ad Piscatorem. 109 29

Baiano procul à lacu monemus,
Piscator fuge,ne nocens recedas.
Sacris piscibus hæ natantur undæ,
Qui norunt dominum,manumq; lambunt,
Illam,qua nihil est in orbe maius.
Quid quòd nomen habent,& ad magistri
Vocem quisq; sui uenit citatus.
Hoc quondam Libys impius profundo
Dum prædam calamo tremente ducit,
Raptis luminibus repente cæcus
Captum non potuit uidere piscem.
Et nunc sacrilegos perosus hamos,
Baianos sedet ad lacus rogator.
At tu,dum potes,innocens recede.
Iactis simplicibus cibis in undas,
Et pisces uenerare dedicatos.

Ad Hippodamum. 100 30

Quòd cupis in nostris,dicisq;,legisq; libellis,
Et nonnullus honos creditur esse tibi.
Ne ualeam,si non res est gratissima nobis,
Et uolo te chartis inseruisse meis.
Sed tu nomen habes auersum fonte sororum
Impositum,mater quod tibi dura dedit.
Qd' neq; Melpomene, qd' nec Polyhimnia possit,
Nec pia cum Phœbo dicere Calliope.
Ergo aliquod gratum Musis tibi nomen adopta.
Non semper belle dicitur Hippodamus,

De Ape electro inclusa. 111 31

Et latet,& lucet Phaetontide condita gutta,
Vt uideatur apis nectare clausa suo.
Dignum tantorum pretium tulit illa laborum.
Credibile est ipsam sic uoluisse mori.

Ad Sosibianum. 112 32

Plena laboratis habeas cum scrinia libris,
Emittis quare Sosibiane nihil?
Edent hæredes inquis mea carmina.quando?
Tempus erat iam te Sosibiane legi.

Ad Attalum. 113 33

Sordida cum tibi sit,uerum tamen Attale dicit,
Quisquis te niueam dicit habere togam.

De pugna Damarum. 114 34

Frontibus aduersis molles concurrere damas
Vidimus,& fati forte iacere pari.
Spectauere canes prædam,stupitq; superbus
Venator cultro nil superesse suo.
Vnde leues animi tanto caluere furore?
Sic pugnant tauri:sic cecidere uiri.

Ad Olum. 115 35

Cana est barba tibi,nigra est coma,tingere barbā
Non potes:hæc causa est:sed potes Ole comā.

Estano declaro Laglio Fa
quesag notaentro de ag
lunta de cum lingua

DOMITIVS.

¶Centvm,) Afer vt nihil daret Martialis quoties occurrebat ei,numerabat debitores, & futuros reditus, ait poetariã non potes euadere quin des aliquid,nam cum non dederis hactenus ob liberalitatem tuam, nunc saltem debes dare in præmium molestiæ,qua me afficis quotidie enumerans tuos debitores.¶Solidum,)id est integre ¶Ter ducenta,) Domitiano. ¶Numeres,)id est des, & soluas.¶Argenti,) Charinus multa pocula habebat,& varia sculpta,hisq; gloriabatur.¶Argentum purum dicitur argentum illaboratum, & argentum purum quod ad nullos spurcos vsus adhibetur: vt Pompe.scri. Charinus erat cũnilingus. Cum ergo potaret his poculis, non poterant videri pura, quia os fœtidum erat.iocans Martialis ambiguitate verbi,ait eum non habere argentum purum: cum Charinus intelligat,id est illaboratum.Martialis fallit,& intelligit eum non habere ea pocula pura, quia cum sit cunnilingus, non possit nisi spurce illis vti.¶Glaniana,) pocula ab authoribus & magistris officinarum nomina sumebant, vnde alia glodiana, alia firmana,alia glaniana à Glanio sculptore. ¶Linuntur auro,) hoc est illud genus poculorum, de quo Plini. Iam figuras in poculis circumlini auro quærimus. Aurum Gallaicum subtile erat: huic vsui accõmodatum.¶Anaglypta,)pocula excisa in asperitatem dicuntur:nam ἀνάγλυφω significat sculpo.¶Purum,) quia nullum purum habere potes, cum sis cunnilingus. nam omnia spurca reddis ore,& vsu. Fuisse Charinum cunnilingum ante indicauit eo versu: Cunnum lingit Charinus, & tamen pallet.¶Arria,)Posthumus vetus Martialis amicus,nam vnà vixerant.30.annis:nunc factus dives nihil dabat.Conqueritur poeta,quòd exacta iam ætate, alium dominum quærere non possit,& Posthumus nihil mittat.¶Toro stemmate,cum omnibus imaginibus, quæ in atriis seruabantur. ¶Ter numeranda,)hoc propter duos Senecas dicit,& vnum Luc.nam tres ex ea domo docti fuerũt.¶Ter numeranda).i. trium virorũ laude illustrata. Alibi: Duos Senecas,vnicumq; Lucanum Facunda loquitur Corduba. ¶Regnis domini,)nam poeta regem dominum sæpenumero appellat. ¶Consul,)non aliter te colebã, quàm fuisses consul. ¶Ter denas brumas,) id est.30. annos. ¶Perdere,)adimere aliquid tibi.¶Largus opum)affluens opibus.¶Imposuit mihi,)id est decepit me.quia non dat,& ita decepit cum sperauerim daturũ. sed poeta fallit, & intelligit, q̃ Posthumus factus erat diues, cum nunquàm esse deberet,ita decepit me. vel imposuit tibi fortuna, quòd eum diuitem fecisti,& diuitiis non benevtitur. huiusmodi homines fallaces,& decepisse Deos, vel fortunam dicuntur. alibi In ius, ò fallax, atq; inficiator eamus, cum de homine diuite & auare viuente loqueretur. ¶Quid,) sensus acutus est,& apertus in malum recitatorem,& raucum. ¶Auribus nostris,) ne audiant te male recitantem. ¶Vellera,) pro vellera intelligit focale. Nam recitaturi ne clamore obstrepentium terrerentur, adhibebant auribus genus ligaminis, quod focale appellarunt. Fabi. Quin Focalia,& ligamina aurium sola excusare potest valetudo.Hæc ait cum de recitaturis scriberet. Hoc verbo vsus est Horat.in sermo. & poeta in distichis: Si recitaturus dedero tibi forte libellum, Hoc focale tuas asserat auriculas.¶Nostris auribus,) ne quid de te audiamus.Focale à faucibus, quibus hæret,dicitur.¶Siquis) ad Flac cum de electione pueri, quem velit in oris niliacis Aegypti. ¶Nequitiam,) blanditias lasciuiores. ¶Molles comæ,)id est demissæ.¶Tortas,)crispas.¶Aemula,)certantia. ¶Pestanis rosis,)Pestum oppidum in Lucania,vbi rosæ bis in anno proueniebant.¶Cæteris sit vir,)id est cæteris neget.¶Mihi vni puer,) id est det mihi. ¶Amazonicus)puer Flacci talis erat, fictum nomen propter Hippolytum filium Amazonis pulcherrimum,vel ab ἅμα,id est simul & ζάω, id est viuo,id est puer vitæ comes.¶Non dixi,) iocatur in Coracinum,quem cum mollem ille dixisset,iratus est, quasi eum appellasset cinædum:iurat Martialis se eum non appellasse cinædum, sed dixisse id quod parum est, & quod ipse non negabit: hoc est cunnilingum.

Argentum purum

Anaglypta

Focale

Pestum

Callaicum metallum

Ad Afrum.

Centum Coranus,& Ducenta Mancinus,
Trecenta debet Vitius,hoc bis Albinus,
Decies Sabellus,alterumq; Seranus.
Ex insulis,fundisq; tricies soldum,
Ex pecore redeunt ter ducenta Parmensi.
Totis diebus Afer hoc mihi narras.
Et teneo melius ista,q̃ meum nomen.
Numeres oportet aliquid,ut pati possim.
Quottidianam refice nauseam nummis.
Audire gratis Afer ista non possum.

Ad Gallam.

Galla nega,satiatur amor, nisi gaudia torquent,
Sed noli nimium Galla negare diu.

Ad Charinum.

Argenti genus omne comparasti,
Et solus ueteres Myronis artes,
Solus Praxitelis manus,Scopæq;,
Solus Phidiaci toreuma cœli,
Solus Mentoreos habes labores.
Nec desunt tibi uera glaniana,
Nec quæ Gallaico linuntur auro,
Nec mensis anaglypta de paternis.
Argentum tamen inter omne miror
Quare non habeas Charine purum.

Ad Posthumum.

Atria Pisonum stabant cum stemmate toto,
Et docti Senecæ ter numeranda domus.
Prætulimus tantis solum te Posthume regnis.
Pauper eras,& eques:sed mihi consul eras.
Tecum terdenas numerauí Posthume brumas,
Communis nobis lectus & unus erat.
Iam donare potes,iam perdere, plenus honorũ,
Largus opum expecto,Posthume quid facias.
Nil facis:& serũ est alium mihi quærere regem.
Hoc fortuna placet? Posthumus imposuit.

In male recitantem.

Quid recitaturus circundas uellera collo?
Conueniunt nostris auribus illa magis.

Ad Flaccum.

Siquis forte mihi posset præstare roganti,
Audi,quem puerum Flacce locare uelim.
Niliacis primum puer hic nascatur in oris.
Nequitiam tellus sit dare nulla magis.
Sit niue candidior,nanq; in mareotide fusca
Pulchrior est,quanto rarior iste color.
Lumina syderibus certent,mollesq; flagellent
Colla comæ.tortas non amo Flacce comas.
Frõs breuis,atq; modus breuiter sit naribꝰ uncis
Pestanis rubeant æmula labra rosis.
Sæpe & nolentem cogat,nolitq; uolentem.
Liberior domino sæpe sit ille suo.
Et timeat pueros,excludat sæpe puellas.
Vir reliquis.uni sit puer ille mihi.
Iam scio,nec fallis:nã me quoq; iudice uerũ est.
Talis erat,dices,noster Amazonicus.

In Coracinum.

Non dixi Coracine te cinædum.
Non sum tam temerarius,nec audax,
Nec mendacia qui loquar libenter.
Si dixi Coracine te cinædum,

GEORGIVS.

¶Nec Quæ Galliaco linuntur auro,) Plinianam lectionem inuenerit, siquidem totum de anaglyptis legitur:nam anaglypta,asperitatemque excisam circa linearum picturas quærimus, quam Plini. lectionem impurus hic homo, vt pleraque alia corrumpit, vasa vero illita auro Gallaico erant phialæ cælatæ auro addito, de quibus infra idem poeta ait quanuis Gallaico rubeant genarosa metallo, Glorior arte magis,nam meus iste labor.

¶Pontiæ

DOMITIVS.

¶Pontiae Lagœnam,)Pontia venefica erat, infra de dapibus ab ea missis: Has ego non mittam Pontia, sed nec edam. Lagœna nonnunquam venefico ministerium præstabat.Infra de eo qui necauerat vxorem veneno: Diceris hac cœlebs factus tamen esse lagœna.¶Iuro per lagœnam Pontiæ,) id est per Pontiã veneficam.nã per res cõtrarias solemus aliquãdo iurare.¶Iuro per calicem Metelli,) idem iusiurandum,vt de Põtia: nam Metellus venefi cus.¶Syrios tumores)in Syria authore Lucia. colebatur Dea,cuius sacerdotes in sacrificiis iter se digladiabantur,quemadmodum Corybãtes in sacris magnæ Deæ.Ipse sentit fuisse Iunonẽ, quæ ita illic colebatur: extat eius oratio,quæ inscribitur de Dea Syria.Dea item Syria Romæ colebatur,vt meminit Tranquil. in Nerone,vel per Syrios tumores.id est per sacra Isidis Syriæ, quę Romę colebatur.nam per hæc duo numina grauissime iurabant per Cybelem,& Isidem. alibi:Nõ per mystica sacra Dindymenes:Nec per niliacæ bouem iuuencæ,id est Isidis vbi ita coniunxit Cybelem.& Isidẽ vt hoc loco. Tumores dixit, quoniam epithetum Syriorum. alibi Syrios tumentes appellauit.& alibi: Agrippæ tumidus negociator iuratur. Itẽ per Isidem apud Iuue.nam sistro ferre putabatur:hæc vnica sententia mihi placet:in qua'scio multos deliraſſe.¶Furores Berecynthios,)id est cybeleios.nam in sacris magnæ Deæ sacerdotes furebãt.¶Hic est,)puto hoc epigramma factum in gratiam Titi Vespasiani,nam authore Trãquil imperante Titio, inter tristia quæ acciderunt hæc sunt, conflagratio Vesuii montis in Campania,& incendium in vrbe triduo,& totidem noctibus. Mar.igitur deplorat conflagrationem mõtis,vt seruiat imperatoris affectui.¶Vesuius)mõs in Campania vbi emittebantur incendia superioribus temporibus: vt Strab.scri. & quid mirũ videatur,erat vitibus consitus. Poeta appellauit Vesuiũ à conflagratione:nam vesuia dicuntur fauillæ.Silius: Sic vbi vi cæca tandẽ deuictus ad astra Euomuit pastus per secula Vesuius ignes. ¶Lacus,) torcularia. ¶Satyri,)comites Bacchi.¶Sedes Veneris,)quia illic templum Veneris & templum Herculis erat, qui interfecerat gigantes. ¶Cuncta,)omnium ornamenta huius montis. ¶Mersa tristi fauilla,) nam fauillæ post incendium diu fuerant.¶Hæc tibi,) Parthenius cubicularius Domitia.filium habebat Burrum.cuius natalem celebrat quintum iam annum nati.Martia.adhibet preces hoc epigrammate in gratiam Parthenii.alibi poeta cum rogat Parthenium:Sic Burrus cito sentiat parentem. ¶Palatinus,) præfectus cubiculo Domitiani. ¶Acerra,) vase thuris. Acerra vas erat vbi ponebatur thus,& vbi reponebantur reliquiæ sacrorum. ¶Nouo lustro,)id est primo.¶Signat,)numerabantur secula apud Romanos à consulibus,vt Marcello consule:apud Græcos ab olympicis ludis,qui quinto quoque anno celebrabantur,vt dicerent prima olympiade,secũda olympiade.Latini dixerunt lustrum.Poeta in gratiam Parthenii quasi optet longiorem vitam puero, incipit numerare annos non à consulibus,qui singulis annis creabantur,sed ab olympiade,qui nunc puer absoluebat quintum annum,& amplius est spatium olympiadis quàm consulibus.¶Ratum,)vocabulum sacerdotale est in sacris, nam rata dicebantur. quæ Dii probabant.¶Vxor,)Daphne.ita codex antiquus habet. ¶Soror,)Diana.¶Cetra virginitate)flore iuuentutis,id est sic semper sis iuuenis.¶Bromio,)Baccho,nam certabant pulchritudine comarum.¶Saturnalia,)Sabellum deridet,& reliquos patronos, quorum merces exigua erat Romæ,nisi diuites essent. nam plebs fulgorem diuitiarum in patrono sequebatur potius, quàm doctrinam.Iuuen. Idem, Quod vocis pretium siccus petasunculus, & vas Pelamidum aut veteres Afrorum epimenida bulbi:Aut vini tyberi deuecti quinque lagœnæ.¶Saturnalia,)id est dona missa in Saturnalib'ab amicis,& clientibus munera mittebãtur.¶Beatiorem) ditiorem.¶Semodius,) dimidius modius.¶Tres selibræ,) vna cum dimidia libra.¶Lucanica,)dicitur, quia in Lucania primum inuenit militibus. Varro.¶Ventre Faliſco,)quia in Faliscis inuentus,vt Var.¶Syra lagœna defruti,)genera erãt duo vini cocti,quando mustum coquebantur ad tertiam partem dicebatur epsema, à latinis sapa,alio verbo syreum. Quando excoquebatur ad dimidiam partem dicebatur defrutum. Martia.vtriusque fecit mentionem, cum ait, lagœna syra, & syrei,& defruti, hoc magis placet quàm si dicas lagœnam Syriam,id est vitri, quod in Syria sit inuentum.¶Ficus Libycæ,) antiqui excogitarunt paruas arbores post autumnum fimo cõ tegere vnà cum ficis,quæ in eis deprehensæ hyeme non poterant peruenire ad maturitatẽ eas detectas miteſcente cœlo remittebant in lucem, & solem, ita ficus matureſcebant ante alias illius anni, & hæ appellabantur ficus hybernæ, ipso etiã tactu frigiditissimæ. Plin. author est.Propterea appellauit poeta testam gelatam. Cato primus appellauit hanc ficum Africam vnde ait Martialis ficus Libycę. Non enim alia ficus potuisset mitti in Saturnalibus, cum nulla matureſceret. De octauo ficu non potest hoc loco intelligi.¶Bulbis)hi bulbi dicebantur epimenida:vt Iuuenalis.Et veteres Afrorum epimenida bulbi.¶Piceno,) cado. ¶Piceno olim optimæ oliuę mittebantur secundis mensis:author Plinius.

Lucanica

Epsema Syreum Sapa Defrutum

Vesuius

Acerra

Iratam mihi Pontiæ lagœnam.
Iratum calicem mihi Metelli.
Iuro per Syrios tibi tumores.
Iuro per Berecynthios furores,
Quod dixi,tamen hoc leue,& pusillum est.
Quod notum est,quod & ipse non negabis,
Dixi te Coracine cunnilingum.

De Vesuio monte.

Hic est pãpineis uiridis modo Vesuius umbris.
Presserat hic madidos nobilis uua lacus.
Hæc iuga Nysæ colles plus Bacchus amauit.
Hoc nuper Satyri monte dedere choros.
Hæc Veneris sedes Lacedæmone gratior illi.
Hic locus Herculeo nomine clarus erat.
Cuncta iacent flammis,& tristi mersa fauilla,
Nec superi uellent hoc licuisse sibi.

Ad Phœbum.

Hæc tibi pro nato plena dat lætus acerra
Phœbe Palatinus munera Parthenius.
Vt qui prima nouo signa quinquennia lustro,
Impleat innumeras Burrus olympiadas.
Fac rata uota patris.sic te tua diligat uxor,
Gaudeat & certa uirginitate soror.
Perpetuo sic flore nices,sic deniq; non sint
Tam longæ Bromio,q̃ tibi Phœbe comæ.

De Sabello.

Saturnalia diuitem Sabellum
Fecerunt,merito tumet Sabellus.
Nec quenq̃ putat esse (prædicatq;)
Inter causidicos beatiorem.
Hos fastus,animosq; dat Sabello.
Farris semodius,fabæq; fresæ,
Et thuris,piperisq; tres selibræ,
Et lucanica uentre cum faliſco,
Et nigri syra defruti lagœna,
Et ficus Libycæ gelata testa,
Cum bulbis,cochleisq;,caseoq;.
Piceno quoq; uenit à cliente,
Parcæ cistula non capax oliuæ,
Et crasso figuli polita cœno

GEORGIVS.

¶Tvrio Per Syrios tibi,)Deam Siriam manifeste docet esse Isidem Apuleius in Metamor. Cuius sacerdotes fanatici per plateas,& oppida cymbalis,& crotalis personantes.tum ancipiti ferro brachia dissecantes, aut morsibus suos musculos incursantes, stipes æreas,argenteasque multis vertatim afferentibus sinu recipiebant patulos, de quorum quæstu plura idem scriptor tradit.¶Syrios tumores,) an alii deliraverint dicere non possum, cum illorum scripta non viderim, sed te omnium delirantissimum planè appellauerim. Dicse quæso quid sint Syrii tumores,hi profecto quos Dea Syria, de qua supra diximus, incurret: quam rem ex Perſio cognoscere possumus, ait enim superstitiones damnans: Tum grandes Galli cum sistro lustra sacerdos Incussere Deos inflantes corpora, si non Prædictum ter mane caput gestaueris alii. nam Galli & Isidis & Cybeles sacerdotes erant.

DOMITIVS.

Septenaria synthesis Sagunti,
Hispanæ luteum rotæ toreuma.
Et lato uariata Mappa clauo.
Saturnalia fructuosiora
Annis non habuit decem Sabellus.

Synthesis (Synthesis,) Vestis erat saturnalia, & synthesis vas dicebatur vilioris materiei, quòd multa interpellarent. quemadmodum dicimus vas, & materiam vena tam, quia venæ intercedant, & interpellent. Synthesis autem dicta, qa nõ pura sit materia, sed composita, & immista, quemadmodum pura vasa crystallina dixere cõtrario verbo a synthesi. Plin. author est. (Sagũti) Saguntum terram habebat aptam vasis, vt Samos. (Septenaria,) capax septuncis. (Rotæ Hispanæ,) id est rotæ Saguntinæ. (Mappa,) id est gausape. Gausape autem vtebantur milites in lectis, postea vestes. toga laticlaui cœpit texi in modũ gausape. Inde in distichis est penula gausapina, vnde fit vt intelligam hoc loco genus vestis potius, quàm figuram laticlaui in capite mantilis. (Encaustus,) encaustice est genus picturæ qđ adiumento ignis fiebat, vt in cera, & in ebore, vnde nomen accepit. nam encaustice significat inustricé, quia comburit. (Phaeton,) hoc genere picturæ nunc erat in tabella, ait poeta pictorem inique facere, qui cum semel fuerit combustus Phaeton iterum eum comburat. (Encaustus,) id est ignitis instrumẽtis eum pingendo. (Dipyron) bis combustum, & Dipyrum prẽterea erat instrumentũ quo pictores vtebantur, vt scribit Plinius. (Encaustus,) encaustice pictus. (Nescit,) Flaccus appellabat carmina Martialis lusus, & iocos, ait se scribere mores hominum, idcirco non posse appellari iocus. (Ludit,) fabulose scribit. (Sæui Tereos,) id est qui scribit tragœdiam de Tereo (Vesica,) tumor, quia tantum in vita quotidiana versantur. (Syrma,) erat genus vestis, quæ in grauioribus poematis recitandis trahebatur ab histrionibus. Syrma prẽterea locus qui Pausaniæ authore, Syrma Antigone dicebatur. Iuuen. Syrma vel Antigones. (Legunt ista,) quoniam ad vitam quotidianam pertinent. (Quid,) Thais fellebat, & appellabat eum senem, quasi vellet innuere eum non posse futuere, inquit Martialis, nemo senex ad irrumandũ, idcirco potero præstare quod vis, hoc est potero te fellatricé irrumare, nam qui nõ arrigunt, irrumare possunt. alibi in non arrigentem, Summa pete. id est os. (Cum tibi,) Cæcilianus cum pauper esset, splendide viuebat adeo, vt etiã hexaphoro nõnunquã veheretur. Factus est dives. in tantam auaritiam redactus est, vt hexaphoro amplius non veheretur, sed iret pedes. Martia. hoc cauillando deridet, & optat, vtpro tanta laude fragilitatis Dii reddant hexaphoron Cæciliano, hoc est in pristinam paupertatem relabatur, cum veheretur hexaphoro. (Ingenti hexaphoro,) id est sexta ceruice, vt ait Iuuena. Hexaphoron vehiculum quod portabatur à sex seruis. (Meritis, & laudibus) ironice cauillatur in eum, ac si id faceret in laudem fragilitatis. (Sellam,) id est hexaphorum, id est pristinam conditionem cum hexaphoro gestaretur. (Gestari,) Aedilus turpi quæstu lucrabatur, nam fuerat cinædus vt supra: Cum dicis, propero, fac si facis. adeo vt nũc gestaretur lectica, seruos appellabat mutatis nominibus capros. Martia. more suo in nominum mutationem iocatur, vt supra: Si tibi Mystilus coquus Aemiliaue vocatur. simul morbum Aedili notat, q ex nimio pruritu factus erat ficosus, ait ergo in Aedilũ, nisi desistat seruos appellare capros, fore, vt cum ipse ficus sit ob morbum, paulopost sit caprificus composito nomine à capris, & ficu. vel ita intellige, capræ meretrices dicuntur à fœtore. Horat. Sed nimis arcta premunt olidæ conuiuia capræ, genus erat concubitus, quo tres vna serie catenati coibant, quod alibi Marti. notauit Quo simplemate & cætera Aedilus eodem vtebatur, in quo iocatur poeta, quòd cum Aedilus pauloante cinædus ficosus: nunc caprarum, id est meretricum concubitu vtatur, iam caprificus composito nomine possit appellari, notans & pristinam libidinem Aedili, & nouam coitus muliebris affectionem, hanc puto conuenire. (Hunc,) in eum, qui sordibus tantum, & nulla alia virtute volebat videri philosophus Cynicus, ait eum non esse Cynicum, sed canem, hoc est animal brutum, cum nihil habeat præter sordem. Dixit autem eum canem, vt in ratione nominis perstaret, nam philosophi cynici: κύνος quod canem significat, dicti sunt, nam canino ritu contempta hominum opinione sola naturæ necessitate contenti videbantur, sordidi hi tamen suam sectam & doctrinam profitebantur. Hunc ergo canem appellat, quoniam nihil cynicum habet, præter habitum, quo etiam cynicos ipsos superat, adeo vt canis videatur. Idem est quod dixit in philosopho: Pallium video, philosophum non video. & Augustus cynicum obloquentem canẽ appellauit. (Pallados,) cultæ à Domitiano nostro, quasi dicat sectatur mensas, & cibos, vt canis. (Templi noui,) nuper erecti à Domitiano sub nomine Flauiæ gentis. (Pera,) sacculus, & bacculus est cynicorum. Diogenes author huius sectæ. Pera in distichis: Ne mendica ferat barbati prandia nudi: Dormiat & tretico cum cane pera rogat. (Stat,) hirta est. (Cadit,) id est demittitur vsq; ad pectus. (Abolla,) vestis erat tragica & grauiorum personarum, hac purpurea cũ esset indutus Ptolemæus, & in theatro conuertisset oculos spectatorum in se, Neronem offendit, hic ponitur pro veste tantum. (Cerea,) in speciem cereæ. vel flaua, vt mel flauum dicimus. (Vxor grabati,) qua vtitur pro lodice, nulla alia re tectus nisi ea veste (Latratos,) latratu mendicatos ab eo more canis. (Non est cynicus,) id est non habet philosophiam cynicam, sed est canis, id est brutum animal.

Encaustice

Dipyrum

Encaustus

Syrma

Hexaphoron

Pera

Abolla

In Papilum. 127 47

Præcidi gaudes, præcisus Papile ploras.
Cur quæ uis fieri Papile, facta doles?
Pœnitet obscœnæ pruriginis, an magis illud
Fles, quòd præcidi Papile desieris?

Ad Flaccum. 129 48

Nescis, crede mihi, quid sint epigrãmata Flacce,
Qui tantum lusus illa, iocosq; putas.
Ille magis ludit, qui scribit prandia sæui
Tereos, aut cœnam crude Thyeste tuam.
Aut puero liquidas aptantem Dædalon alas,
Pascentem siculas aut Polyphemon oues.
A nostris procul est omnis uesica libellis.
Musa nec insano syrmate nostra tumet.
Illa tamen laudant omnes, mirantur, adorant.
Confiteor, laudant illa, sed ista legunt.

Ad Thaidem. 129 49

Quid me Thai senem subinde dicis?
Nemo est Thai senex ad irrumandum.

In Cæcilianum. 130 50

Cum tibi non essent sex millia Cæciliane,
Ingenti late uectus es hexaphoro:
Postquam bis decies tribuit Dea cæca, sinumq;
Ruperunt nummi, factus es ecce pedes.
Quid tibi pro meritis, & tantis laudibus optẽ?
Dii reddant sellam Cæciliane tibi.

In Aedilum. 131 51

Gestari iunctis nisi desinis Aedile capris,
Qui modo ficus eras, iam caprificus eris.

Ad Cosmum. 132 52

Hunc, quem sæpe uides inter penetralia nostræ
Pallados, & templi limina Cosme noui.
Cum baculo, peraq; senem, cui cana, putrisq;
Stat coma, & in pectus sordida barba cadit.
Cerea quem nudi tegit uxor abolla grabati,
Cui dat latratos obuia turba cibos.
Esse putas Cynicum deceptus imagine falsa.
Non est hic Cynicus Cosme. quid ergo? canis.

DOMITIVS.

Ad Colinum. 133 53

O cui tarpeias licuit contingere quercus,
Et meritas prima cingere fronde comas.
Si sapis utaris totis Colinæ diebus,
Extremumq; tibi semper adesse putes.
Lanificas nulli tres exorare puellas
Contigit. obseruant quem statuere diem.
Diuitior Chrispo, Thrasea constantior ipso,
Lautior & nitido sis Meliore licet.
Nil adiicit penso Lachesis, fusosq; sororum
Explicat, & semper de tribus una negat.

Ad Lucium. 134 54

Luci gloria temporum tuorum,
Qui Graium ueterem, Tagumq; nostrum.
Arpis cedere non sinis disertis:
Argiuas generatus inter urbes.
Thebas carmine cantet, aut Mycenas,
Aut claram Rhodon, aut libidinosæ
Ledæas Lacedæmonis palæstras.
Nos Celtis genitos, & ex Hiberis
Nostræ nomina duriora terræ
Grato non pudeat referre uersu.
Sæuo Bilbilin optimam metallo,
Quæ uincit Chalybasq; Noricosq;
Et ferro plateam suo sonantem.
Quam fluctu tenui, sed inquieto
Armorum Salo temperator ambit,
Tutelamq; chorosq; Risamorum,
Et conuiuia festa Carduarum,
Et textis Peteron rosis rubentem:
Atq; antiqua patrum theatra rigas.
Et certos iaculo leui Sueuos,
Turgentisq; lacus, Petusiæq;,
Et paruæ uada pura Vatinessæ,
Et sanctum Duratonis illicetum,
Per quod uel piger ambulat uiator,
Et quod fortibus excolit iuuencis
Curuæ Manlius aruæ Matinessæ.
Hæc tam rustica delicate lector
Rides nomina? rideas licebit.
Hæc tam rustica malo, q̃ Bituntum.

In Gargilianum. 136 55

Munera q̃ senibus, uiduisq; ingentia mittis,
Vis te munificum Gargiliane uocem?
Sordidius nihil est, nihil est te spurcius uno,
Qui potes insidias dona uocare tuas.
Sic auidis fallax indulget piscibus hamus,
Callida sic stultas decipit esca feras.
Quid sit largiri, quid sit donare docebo.
Si nescis, dona Gargiliane mihi.

Ad Faustinum. 136 56

Dum nos blandã tenent lasciui stagna Lucrini,
Et quæ pumiceis fontibus antra calent,
Tu colis argiui regnum Faustine coloni,
Quò te bis decimus ducit ab urbe lapis.
Horrida, sed feruent Nemæi pectora monstri,
Nec satis est Baias igne calere suo.
Ergo sacri fontes, & littora grata ualete,
Nympharum pariter, Nereidumq; domus.

Crispus Passienus

Vibius Crispus

Attedius Melior

Graius Tidæ

(O cui tarpeias) ad Colinum donatum in quinquatriis Mineruę corona querna ab Imperatore. hunc cytharœdum fuisse coniicio, nam cytharœdi victores corona querna ab Imperatore donabatur. alibi poeta de Imperatore: Perque manus tãtas plurima quercus eat. In quinquatriis enim coronæ præmium dabatur. Iuue. Cum farre, & vino Vestam, Ianumq; rogabat At capitolinam deberet Pollio quercum Sperare, & fidibus promittere. Hunc hortatur Martialis ad veram vitam omisso splendoris palatini ambitu, cum ei omnino sit moriendum. (Tarpeias quercus,) id est qui potuisti tangere quercum palatinam. (Prima fronde) vel prima frõs uicatur quercus, quia sit dicata Iouiꝝ vel prima data ab Imperatore. (Vtaris Colinæ toris diebus,) id est totos dies consume in vera vita. (Putes semper adesse extremum diem,) id est semper puta te moriturum, alibi: Ipse iubet mortis te meminisse deus. (Nulli contingit,) id est nullus vnquam potuit (Exorare) placare. (Tres puellas,) Cloton, Lachesin, & Atropon. (Lanificas,) lanificio dispensantes vitã humanam. (Obseruant,) non prætereunt. (Crispo.) sunt qui intelligant de Crispo Passieno vitrico Neronis, qui ditissimus fuit adeo, vt eius hæreditate, authore Tranquillo, Nero sit ditatus. Potes & intelligere de Vibio Crispo, de quo hæc Tacitus: Vibius Crispus potentia, diuitiis, ingenio inter claros magis, quàm inter bonos. (Thrasea,) de Pæto Thrasea supra, & de eius in morte constantia. (Meliore,) Attedius Melior nitidus erat lautissimus, cuius meminit Papin. in syluis. (Explicat,) euoluit & exciso filo fusum reponit. (Negat vitam,) etiam si aliæ duæ vellent concedere. (Luci) ad Lucium poetam Hispanum, qui numeris cum Hora. contendebat, quem sibi proposuerat superandum, poeta Lucio appellato recenset oppida Hispaniæ patriæ. (Graium,) Graius fluuius Hispaniæ proximus Tidæ: Tidæ autem à Tidæo, & Olo condita, qui cum Græcis illuc profectus est, & nomen dedit flumini, vt Graius à Grais diceretur sed postea deprauato nomine dictus est Granius. Silius: Et quos nunc Granius mutato nomine Graium Oeneæ misere domus. in aliis codicibus est Gaurũ. (Arpis disertis,) id est Horatio Appullo Venusino. (Generatus) generatus est illic poeta, qui natus est inter vrbes græcas. (Palæstras Ledæas,) id est Laconicas à Leda vxore Tyndari, q̃ Amyclis habitabat & hoc propter Pollucem, & in Lycaonia præsertim exercebantur. de quo extat elegia Propertii (Lacedæmonis libidinosæ) propter Helenam, quæ ibidem fuit rapta, vel propter Venerem, quæ illic colebatur. (Grato) erga patriam Bilbilin. (Chalybas,) Chalybes, & Norici populi sunt illustres ferri præstantia. (Norici,) iuxta Pannoniam (Chalybes,) in Ponto. (Sonantem,) officinis multis. (Salo,) flumẽ cuius aquis ferrum temperatur. (Inquieto,) sonante. (Tutelam,) oppi. Celtiberiæ. (Risamorum,) Risamori populi Celtiberiæ. (Carduarum) Carduæ oppidum. (Peteron,) locum. (Suellos) populos optimos iaculatores. Alii legũt Sueuos. (Petusiæ,) oppidum cum lacu eiusdem nominis. (Vatinessæ,) vrbs cum fluuio eiusdẽ nominis. legitur alibi Toninessæ. (Illicetum sanctum.) id est syluam venerandam. vel certe oppidum, si placet, vnde portus Illicitanus. (Duratonis,) montis. (Bitũtum,) oppidum sterile. alibi legitur Britanos. (Munera,) in Gargilianum captatorem, qui cum tantum senibus, & viduis donaret, à quibus speraret hæreditatem, volebat videri liberalis. Martia. negat hoc, aitq; eum esse auarissimum, quoniam plura expectet quã donet. Idem sensus est Isocratis in eos, qui aliquid donant regibus, ait enim non donare, sed auarius vẽdere, quàm se negotiatores profitentur passim mercedem vendentes. (Munificum,) liberalem. (Viduis, & senibus,) morituris paulopost. (Indulget,) dat escam. (Callida,) plena fraudis. (Feras stultas,) simplices. (Largiri,) in magnam partem accipitur. Illi dicuntur largiri, qui aliquid donant, vt maiora assequãtur, sed proprie qui corrumpunt muneribus, vnde largitio. Sed donare est hominis liberalis. (Dona mihi,) nam quod dabis mihi plane donabis, quia nihil possum dare tibi. (Dum nos,) ad Faustinum æstiuantem Tyburi, & Baiis scribit: vnde ait se profecturum, cum Baiæ non solum astro solari caleant, sed etiam aquarum feruore. Hyemandum ait igitur esse Baiis, æstiuandum Tyburi. (Coloni argiui,) id est Catili, qui condidit Tybur. Horatius Tybur argæo positum colono. & alibi poeta: Argolicæ quod posuere manus. (Feruent,) calent, quia sic est in Leone. (Lasciui,) puellis huc confluentibus. (Fontibus pumiceis,) lapidibus ex costis manantibus. (Igne suo,) feruore suarum aquarum.

Salo

Vatinessa

Largiri

Largitio Donare

DOMITIVS.

¶ VINCITIS,) Superatis æstiuatione. ¶Flentibus,) electrum eo pretiosius erat, quo liquidius inclusum aliquod animal habebat, vt muscam, apé, culicem. nam illuc perpetuo viuere videbantur. Nunc laudat guttam succini: in qua erat inclusa vipera, & laudem sumit ab historia: nam Cleopatra admota aspide, & mamillę, & brachio sibi mortem conciuit, ait ergo poeta Cleopatram, se non debere nimium efferre magnificētia sepulchri, quo vnà cum Antonio condita est: inchoato prius ab ipsa: postea perfecto iussu Augusti, cum vipera, quæ extincta est, nobiliore tumulo spectetur. ¶Gemma succina,) id est gutta electri, quæ gemma videbatur. ¶Obstantem,) contra eũtem. ¶Ramis Heliadum) populorum, in quas versæ sunt filiæ Helii, id est solis, nã ἥλιος sol. ¶Flentibus,) manantibus. ¶Gelu,) gummi electri. ¶Rore pingui,) id est gummi viscoso. ¶Placeas tibi,) id est ne nimiũ te efferas. ¶Ardea,) poeta deflet Curatium, qui dum Tyburi æstiuaret, & fugiens æstus vrbanos mortuus est. ait ergo nusquam posse vitari mortem & non loca vel differre, vel accelerare fatum, sed ipsam certam rerum sortem, quam nemo vitare potest. Confundantur ergo loca, cum sit nullum fati discrimẽ. ¶Ardea,) oppidũ supra Laurentum distans à mari. 80. stadiorum, condita à Danae. ¶Solstitio,) æstiuo. ¶Rura pestanæ,) Lucaniæ. ¶Ager,) Baianus, vt supra, Horrida Baiani. ¶Sardinia.) pestilens insula est, quod Florus indicat, cum ait: Furius Sardiniam pestilentem sortitus. & Silius: Serpẽtum tellus pura, ac viduata veneno: Sed tristis cœlo, & multa vitiata palude. Sensus est: Cum fati necessitas aduenerit, etiam si in locis amœnis fueris: non aliter morieris, quàm si in locis pestilẽtibus esses. Posuit Tybur pro loco salubri: Sardinia pro pestilenti. ¶Donasse,) in Mancinum qui cum esset omnibus molestus, omnesq; eum odio haberent, narrabat quotidie fortunatum aliquid sibi accidisse, quasi amicis narraret. At inquit Mar. noli ô Mancine cruciare sodales, qui te oderũt verbis, vel saltem narra. quod velimus audire, hoc est dic te aliquid potius amisisse, quam lucratum esse.

Ardea

¶Lychnumq; perunctum) lychnici lapides erãt à lucernarum splendore dicti, quem præ se ferebant. contra Lychnites dicitur marmor, quod lucernarum lumine sub terra fodiebãt: Varro author & Plin. Codex antiquus habet lychnumq; ter vnctum. ego autem legẽdum puto perũctum, hoc est nitidum, & maxime splendentem. nam λύχνος græce: latine dicitur lucerna, vnde & lapis ipse lychnus dicitur. Lychnus autem, siue lucerna, quo magis vncta est, eo plus flammę emittit, ex ea igitur metaphora lychnum perunctum, id est splendidum, & flammas lucernæ perunctæ emittentem. in distichis: Non norat parcos vnda lucerna patres. legunt sic multi hoc carmẽ. Sardonycha verum lineisq; ter cinctum. ¶Gemmas,) smaragdos. an dicit smaragdos cœruleos: an lapillos rubri maris: qui similes sunt vndis, & arenis. Placet de smaragdis. ¶Pollione) citharœdo. ¶Cantante,) nec placet intelligere per Pollionem poetam excellentem, qui claruit temporibus Augusti notus carmine Virgiliano: Pollio & ipse facit noua carmina. nam huius Pollionis citharœdi de quo hic loquitur, meminit Iuuenal. An capitolinam deberet Pollio quercum Speraré, & fidibus promittere. Pollio ergo hic citharœdus. ¶Tybur,) Ebur frigidissimo cœlo Tybur tino miro candore seruabatur: author est Plin. Silius: Semper nouum, quòd Tyburis aura Pascit ebur. deridet Lycoridem, quæ cum faceret quæstum in vrbe ob deformitatem, migrauit Tybur, vt candesceret, eius professionem deridet cauillando. ¶Dum,) Bauli vicus potius quàm oppidum in littore Campaniæ non procul à Baiis. Nero simulata reconciliatione cum matre, eam reuocauit à Baulis Baias ad quinquatria simul celebranda. Inde eam remisit, data naui solutili, & machinosa, quæ repente corrueret in mediis aquis, illa quidem corruit, sed mater enatauit ad littus in columis Lagerinus vt Tacitus, Lagenus vt Suetonius, nunciauit Neroni incolumem matrem, quo nuncia est interfectus: submisso celeriter percussore, qui matrẽ necaret eo spatio maris, quod iacet inter Baias, & Baulas. ¶Iacet iter Cærelia mersa,) id est iussæ quondam à Nerone. ¶Tulli,) laudat hortos Tulli Martialis quos anteponit omnibus aliis. ¶Astris: cœlo,) Aestimare, prospicere diligenter. ¶Albanos colles,) id est Algidum. nam Algidum mons in Albano præcipui nominis. ¶Thusculos,) id est Thusculum. ¶Fidenas vete.) ante vrbem conditam Fidenæ stabant, conditę vnà cum Collatia à Lauino. Silius protulit numero singulari: Modo Roma minatur quondam Fidena. ¶Rubras breuesque,) Rubræ oppidum non longe ab vrbe.

Lychnus

Bauli

Algidum

¶Nemus

Herculeos colles gelida uos uincite bruma,
Nunc Tyburtinis cedite frigoribus.

In Gallam. 137

In tenebris luges amissum Galla maritum.
Num plorare pudet te puto Galla uirum.

De Vipera electro inclusa. 138

Flentibus Heliadum ramis dum uipera repit,
Fluxit in obstantem succina gemma feram,
Quæ dum miratur pingui se rore teneri,
Concreto riguit cincta repente gelu.
Ne tibi regali placeas Cleopatra sepulchro,
Vipera si tumulo nobiliore iacet.

De Curatio. 139

Ardea solstitio, Pestanaq; rura petantur,
Quiq; Cleonæo sydere feruet ager.
Cum Tyburtinas damnet Curatius auras,
Inter laudatas ad styga missus aquas.
Nullo fata loco possis excludere, cum mors
Venerit, in medio Tybure Sardinia est.

In Mancinum. 140

Donasse amicum tibi ducenta Mancine,
Nuper superbo lætus ore iactasti,
Quartus dies est in schola poetarum,
Dum fabulamur, millibus decem dixti
Emptas lacernas munus esse Pompillæ,
Sardonychas auro uerũ lychnum perunctum
Duasq; similes fluctibus maris gemmas
Dedisse Bassam, Celiamq; iurasti.
Here de theatro Pollione cantante,
Cum subito abires, dum fugis, loquebaris,
Hæreditatis tibi trecenta uenisse:
Et mane centum. & post meridiem centum.
Quid tibi sodales fecimus mali tantum?
Miserere iam crudelis, & sile tandem.
Aut, si tacere lingua non potest ista,
Aliquando narra, quod audire uelimus.

De Lycori. 141

Tybur in Herculeum nigrauit nigra Lycoris,
Omnia dum fieri candida credit ibi.

De Cærelia. 142

Dum petit à Baulis mater Cærelia Baias,
Occidit insani crimine mersa freti,
Gloria quanta perit uobis, hæc monstra Neroni,
Nec quondam iussæ præstiteratis aquæ.

De hortis Martialis. 143

Tulli iugera pauca Martialis,
Hortis Hesperidum beatiora
Longo ianiculi iugo recumbunt.
Lati collibus imminent recessus,
Et planus modico tumore uertex
Cœlo perfruitur sereniore,
Et curuas nebula tegente ualles
Solus luce nitet peculiari,
Puris seniter admouentur astris
Celsæ culmina delicata uillæ.
Hinc septem domino uidere montes,
Et totam licet æstimare Romam,
Albanos quoq; Tusculosq; colles,
Et quocunq; iacet sub urbe frigus,
Fidenas ueteres, breuesq; Rubras,

DOMITIVS.

¶NEMVS Annæ Perennæ,) nemus Aricinum, vbi Anna soror Didonis colebatur, quod Sillus docet, & Ouid. in Fastis. Perenna à perpetuitate dicta: sub quo nomine illic erat. ipsa in Fastis: Anne peremne latens, Anna Perenna vocor. ¶Cruore virgineo,) quoniam cædebantur pueri illic flagellis ex ritu thoanteo, quod placet. vel cruore virgineo, id est sanguine hostiarum, quæ mactantur Dianæ virgini. ¶Salariaq;) Salaria via ducebat in Sabino, à sale dicta: vt Plin. scribit. ¶Patet) cernitur illic. ¶Essedo tacente,) quia non audiebatur currus strepitus. ¶Helciariorum,) trahentium naues funibus. nam ἕλκω græce: latine traho. ¶Miluius,) pons ad quem trahebantur naues. ¶Alcinoi,) Alcinous pietate hospitalitatis laudatur, suscepit Vlyssem, Nausicaa filia à littore eum ducẽte, quod multo carmine cecinit Home. ¶Molorchi diuitis) Molorchus Herculem hospitio suscepit. ¶Sætiam,) nobilem vino non procul ab vrbe. ¶Istis,) scilicet nostris prædiis. ¶Egisti) Linum deridet, qui, quanuis semper rure vixerit, & nullos senserit vrbanos labores. tamen ex diuite erat factus pauper, ait ergo poeta, quanuis Line ruri vixeris, vbi nullos sũpsisti labores, tamen fecisti rem difficilem, hoc est factus es pauper. nam facere rem difficilem, est subire munus laboriosum. Res significat rem domesticam. Difficultas dicitur paupertas, res ergo domestica dicitur difficilis, quando est exigua. ¶Fecisti rem difficilem,) hoc est substantiam domesticam ad paupertatem redegisti, cum altero sensu videatur loqui. ¶Fecisti rem difficilem,) id est laboriosam. ¶Municipalem,) rusticanam. ¶Qua,) id est qua vita municipali. ¶Nil potest esse dulcius,) id est nil iucundius. mendose in recentiori codice est vilius pro dulcius. dulcius autem habet codex antiquus, & ad hoc verbum argute refert poeta: Fecisti rem difficilem. ¶Rubens cadus,) fictilis à colore. ¶Argolica,) græca. nam è Delo, & è Delphis mittebantur pulchri pueri, infra appellabit Delphicum cinædum. ¶Fluit,) nauigat ibi. ¶Fecisti rem difficilem,) id est redegisti substantiam in paupertatem,) Ita enim intelligit, quanuis dicere videatur in vita municipali dulcissima, fecisti rem grauem, & laboriosam, & ex hac illusione risum mouet. ¶Prætorem,) Gaurus petierat à prætore, vt daret sibi centum sestertia, vt posset iusti census eques comitari Domitianum, negauit prætor quoniam erat daturus centum millia Scorpo aurigæ, de quo infra Martialis. huic Caligula consulatum destinauerat præter multa munera, & infra poeta conqueritur Scorpum accepisse multa vna hora. Ait poeta ingratum esse prætorem, qui vult dare equũ Scorpo, & non dare equiti. ¶Domino,) Domitiano. ¶Male diuitis,) quia male vtitur diuitiis. ¶Ah pudet ingratæ,) in amicos, & in eos, quibus debet dare.

Salaria

Helciarii

Alcinous

Et quod uirgineo cruore gaudet,
Annæ pomiferum nemus Perennæ.
Illic Flaminiæ, Salariæq;
Gestator patet, essedo tacente,
Ne blando rota sit molesta somno,
Quem nec rompere nauticum celeusma,
Nec clamor ualet helciariorum.
Cum sit tam propè Miluius, sacrumq;
Lapsæ per Tyberim uolent carinæ.
Hoc rus, seu potius domus uocanda est.
Commendat dominus. tuam putabis,
Tam non inuida, tamq; liberalis,
Tam comi patet hospitalitate.
Credas Alcinoi pios penates,
Aut facti modo diuitis Molorchi.
Vos, nunc omnia parua qui putatis,
Centeno gelidum ligone Tybur,
Vel Prænestе domate, pendulamq;
Vni dedite Sætiam colono.
Dum me iudice præferantur istis
Tulli iugera pauca Martialis.

De Philæni. 144

Oculo Philænis semper altero plorat.
Quo fiat istud quæritis modo? lusca est.

Ad Linum. 145

Egisti uitam semper Line municipalem,
Qua nihil omnino dulcius esse potest.
Idibus & raris togula est excussa calendis.
Duxit ad æstates Synthesis una decem.
Saltus aprum, cápus leporé tibi misit inemptũ.
Sylua graueis turdos exagitata dedit.
Raptus flumineo uenit de gurgite piscis.
Vina rubens fudit non peregrina cadus.
Nec tener argolica missus de gente minister,
Sed stetit inculti rustica turba foci.
Villica, uel duri compressa est nupta coloni.
Incaluit quoties saucia uena mero.
Nec nocuit tectis ignis, nec Sirius agris,
Nec mersa est pelago, nec fluit ulla ratis.
Supposita est blando nunq; tibi tessera talo.
Alea, sed parcæ sola fuere nuces.
Dic ubi sit, decies mater quod auara reliquit?
Nusquam est. fecisti rem Line difficilem.

In Prætorem. 146

Prætorem pauper centum sestertia Gaurus
Orabat cana notus amicitia.
Dicebatq; suis hæc tantum deesse trecentis,
Vt posset domino plaudere iustus eques.
Prætor ait, scis me Scorpo, Thalioq; daturum
Atq; utinam centum millia sola darem.
Ah pudet ingratæ, pudet ah male diuitis arcæ,
Quod non das equiti, uis dare prætor equo?

Ad Sextum. 147

Inuitas centum quadrantibus, & bene cœnas.
Vt cœnem inuitor Sexte, an ut inuideam?

Ad Fabianum. 148

Omneis, quas habuit Fabiane Lycoris, amicas
Extulit, uxori fiat amica meæ.

Ad Pamphilum. 149

Tu setina quidem semper, uel massica ponis

GEORGIVS.

¶HOC Rus, seu potius domus vocanda est, Commendat dominus. tuam putabis. Tam non inuida, tamque liberalis Tam comi patet hospitalitate. Credas Alcinoi pios penates: Aut facti modo diuitis Molorchi,) Miror enarratorem syluarum Statii non animaduertisse poetam inuocantem Herculem, vbi scrib. consecrationem eius in littore Polliis Hucades, & genium templis nascentibus infer: Non te Lerne nocens, nec pauperis arua Molorchi: Nec formidatus nemus age, antraque poscunt. Molorchum pauperem Stat. dixit, quem modo diuitem Martia appellat, ergo vt de diuitiis aliquid dicamus, & ne videantur duo celebertimi poetæ diuersa sentire. Martialis diuitem appellauit Molorchum: respiciens ad rem sui temporis, siquidem Domitianus. Cæsar ædem extrui fecit Herculis opulentissimam, in qua sacellum erat Molorchi: non pauperis, vt quondam, cum Hercules accepit, sed diuitis per donaria Cæsaris de templo Herculis, in cuius vultus Domitianus descenderat. & de Hercule Vindicis Strab. scribens hæc ait: Sed qualem parci domus admirata Molorchi.

Evig. 148. est lib. 1. pag. 17. Dicto quod.

DOMITIVS

¶NIHIL,) Amianus viuo patre per luxum multa consumpserat, quemadmodum supra Philomusus: idem enim fermè est argumentum: nam Amianus, & Philomusus constitutam à patre pecuniam accipiebant, tantum autem absumserat, vt pater moriens nihil habuerit, quod relinqueret, præter tritam vestem, vt recentes codices habent. vt antiquiores præter aridam vestem, vt intelligas cathedrã, quæ linteis, & loris vincebatur. Placet magis, vt secutus fidem antiqui codicis aridam vestem eius, id est rudem, quam gladiatores emeriti accipiebant, vt intelligas Amiani patrem gladiatorem emeritum fuisse: incredibile accidisse ait Mar. vt Amianus prodigus, qui pauloante luxuriabatur, & vt id licẽtius agere posset, optabat patris mortem. núc patrem viuum optat, quia scilicet plus à viuo habebat, quàm à mortuo nunc acceperit. ¶ Vltimis ceris) .i. testamento. ¶ Exigis) Quintus postulabat à Martiale libellos. ¶ Tryphon,) nomen proprium bibliopolæ. ¶ Sanus,) sana mente. ¶ Fatue,) stulte, vt ego donem. ¶ Cum grauis,) laudat liberalitatem Vestini, qui damnatus à Nerone tantum temporis postulauit, quantum satis esset ad distribuendas opes suas amicis, hoc facto, quauis iuuenis moreretur, putauit se mori senem, quasi maximum vitæ munus absoluisset. De supplicio Vestini, & eius causa satis sit referre verba Taciti, quæ hæc sunt, cum scriberet de Nerone: Opperiebat vt Vestinus in crimen traheretur odium ex nimia sodalitate: dum hic ignauiam principis deridet, ille ferociam animi veretur, recens causa quòd Statiliam Messalinam sibi matrimonio iunxerat: haud ignarus inter adulteros esse Cæsarem: tum narrat eum vocatum fuisse se à militibus ad tribunum, accitum statim medicum, qui venas soluerit conuiuis, qui cum Vestino erant, non nihil prouecta nocte emissus. hoc quod scrib. Marti. de opibus diuisis: Tacitus prætermisit, nec meminit Trãqui. ¶ Grauis,) id est moriturus. ¶ Sorores,) Parcas. ¶ Vltima pensa,) id est vltimum filum vitæ suę. ¶ Stamina pulla,) id est nigra. nam Parcæ dicuntur trahere fila nigra infelicibus. ¶ Defunctus sibi) relicta cura de se. ¶ Vota tam pia,) nõ rogabat viuere pro se, sed pro amicis, quibus impartiretur opes. ¶ Aspicis,) eodem argumento supra est epigramma de damis, quę inter se concurrentes ceciderunt præbẽtes Cæsari spectaculum. ¶ Fortia prælia,) pugnas. ¶ Tentent,) meditentur. ¶ Mitte can.) pugnant tua gratia Cæsar, at si indicaueris eis tibi nõ placere vt pugnẽt, desistent. ¶ O felix,) laudatur Nigrina, quæ mortuo patre dines facta, omnes diuitas cõmunicauit cum viro, quanuis dotem olim dedisset, plus inquit Martia. hoc esse quàm quod egerunt Euadne, & Alcestis, quarũ vtraq; incredibili in maritum amore se in rogum iniecit, audita cõiugis morte: nã Nigrina viuens amorẽ suũ testificata est, illarũ vtraque moriens. ¶ Iuuat) .i. vis. ¶ Census) diuitias, quę venerunt à patre. ¶ Arserit,) esto parserit. ¶ Alcestim,) Alcestis filia regis Thessaliæ, vxor Admeti, mater Eumeli, q; author Hom. .11. nauibus ad Troiam nauigauit, cum datum esset oraculum Admetum interiturũ, nisi aliquis ex propinquis sponte obiret, ipsa se in rogũ iniecit. Ouid. Si mea mors redimenda foret, quod abominor esset Admeti coniux quã sequereris erat. Iuue. Spectant subeuncem facta mariti Alcestem. ¶ Euadne,) Martis filia ex Thebe Asopi, vxor Capanei, audita coniugis morte se in rogum iniecit, ita apud Ouidi. loquens: Accipe me Capaneus cineres miscebimus inquit. ¶ Pignore,) monumento, testificatione certæ vitæ: nam viuũs voluisti testificare amorem tuũ. ¶ Vt tibi non esset morte probandus amor,) id est voluisti hoc, vt tibi non sit opus testificari amorem morte. ¶ Millia,) ad amicũ, qui miserat sex millia, cum Martia. eum bis sena rogauerit, inquit Martia. vt bis sena habeat, se velle petere, 24. millia, nam dat dimidium itadat. 12. quæ petierat. ¶ Nunquam,) in Zoilum inuidum petit diuitias Marti. vt earum inuidia se suspendat. nam inuidi pingebãtur apud antiquos stringentes sibi guttur, & suffocantes se ita liuor in euocatione Sili describit apud inferos. ¶ Causa est quæ?) Interrogat sed. alii sic legunt: Causa est tam. ¶ Noui voti,) quia opes petas. ¶ Pendentem,) suspensum inuidia.

Pamphile, sed rumor tam bona uina negat,
Diceris hac factus cœlebs quater esse lagœna,
Nec puto, nec credo Pamphile, nec sitio.

De Amiano. 70

Nihil Amiano, præter aridam uestem
Moriens reliquit ultimis pater ceris.
Fieri putet potuisse quis Maronille,
Vt Amianus mortuum patrem nolit.

Ad Sophronium. 71

Quæro diu totam Sophroni Rufe per urbem,
Siqua puella neget. nulla puella negat.
Tanquam fas non sit, tanquam sit turpe negare,
Tanquam non liceat, nulla puella negat.
Casta igitur nulla est. castæ sunt mille. quid ergo
Casta facit? non dat, non tamen illa negat.

Ad Quintum. 72

Exigis, vt donem nostros tibi Quinte libellos,
Non habeo, sed habet bibliopola Tryphon.
Aes dabo pro nugis, & emã tua carmina sanus?
Non, inquis, faciam tam fatue, nec ego.

De Vestino. 73

Cum grauis extremas Vestinus duceret horas,
Et iam per stygias esset iturus aquas,
Vltima uoluentes orauit pensa sorores,
Vt traherent parua stamina pulla mora.
Iam sibi defunctus charis dum uiuit amicis,
Mouerunt tetricas tam pia uota deas.
Tum largas partitus opes à luce recessit.
Seq; mori post hoc credidit ille senem.

De Damis. 74

Aspicis, imbelles tendent quam fortia damæ
Prælia, tam timidis quanta sit ira feris?
In morte paruis concurrere frontibus * audent.
Vis Cæsar damis parcere? mitte canes,

De Nigrina. 75

O felix animo, felix Nigrina marito,
Atq; inter latias gloria prima nurus:
Te patrios miscere iuuat cum coniuge sensus,
Gaudentem socio, * participemq; uiro.
Arserit Euadne flammis iniecta mariti.
Nec minus Alcestim fama sub astra ferat.
Tu melius certe meruisti pignore uitæ,
Vt tibi non esset morte probandus amor.

In Auarum amicum. 76

Millia misisti mihi sex bis sena petenti.
Vt bis sena feram, bis duodena petam.

In Zoilum inuidum.

Nunquam diuitias deos rogaui 77
Contentus modicis, meoq; lætus.
Paupertas ueniam dabis, recede.
Causa est * tam subiti, nouiq; uoti?
Pendentem uolo Zoilum uidere.

Ardent

Participare

Quæ

Alcestis

Euadne

GEORGIVS.

¶ARSERIT Euadne flammis iniecta mariti) Vno vt aiũt verbo prolato, & indiligentiæ, & ignorantiæ hunc interpretẽ coarguam, adducit testimoniũ Ouidii de arte amandi, quod opus si legisset, non tam falso fabulam celebratam apud poetas, siue historia ea fuerit, narraret. versus est in. 3. de arte. Accipe me Capaneu, cineres miscebimus inquit Iphias, in medios desiliitque rogos. Per hæc enim verba Iphiæ non Asopi filia Euadne ostẽditur. Sed Tot telii q; author erroris fuit ignoscant nobis manes, neque cum laruis, vt ille dixit, impugnemus: immo Calderinum corrigamus, qui adeo cæcus, & immemor fuit non saltẽ sequentis versus principium vel inspexit, vel recordatus fuerit, sed vt conficiam quod de Euadne dicendum est, Pyndarus in olympicis Euadnes cuiusdam mentionem facit ad hunc modum, πρὸς πιτάναν δ' ἐ παῤ ἐυρῶ τὰ πό'γον δ'ẽ σάμεγον γ' ἐλεεῖν ἐν ὥρᾳ, ἄτοι ποσιδ'άονι μιᾶχε σακεσίο, λέγεται πεδ' ὀβρίμου χον ἐυάδναν τεκέ μεν. Quod exponentes commentatores duas aiunt fuisse Euadnes: alteram Iphiæ fil iam, quę Capaneo nupsit, alteram Neptuni, & Pinatas, quæ ab Eurota progenita fuit.

¶ Condita,)

DOMITIVS.

In Afrum. 78

¶CONDITA,) In Afrum senem, & iuuenis munera subeũtem in officiis erga diuites ait poeta, cum sit turpe omnibus sectari id institutum vitæ, hoc est anxie salutare venerari, colere palatinos, seni vero esse turpissimũ. hęc officia q anxie præstat, dicitur ardelio. nam ardeliones dicuntur qui studiosius ad omnia accurrunt nulla in re permanẽtes. ¶ Sexagesima messis,) id est cum natus. 60. annũ. ¶ Vlla cathedra,) id est nullus dies est, quem mane non salutes, vel cathedra mulierum diuitum. Horat. Discipularum inter iubeo plorare cathedras. ¶ Et nulli tribuno fas,) id est nullus potest. ¶ Saturiosq; modos,) codex antiquus habet. Sigeriosq; modos, sed Tranquill. scrib. Saturium, & non Sigerium. Saturio erat decurio cubiculariorum Domitiani: Parthenius cubicularius. Si legis sigerios, emendetur dictio eadem apud Tranquil. vt pro saturios, scribatur sigerios, conueniant enim necesse est Tranquill. & Martialis quando de cubiculariis vterque loquitur. ¶ Sonas) loqueris. ¶ Ardelione) cursore ambitioso, ab ardeo, id est festino. ita poeta verbum fecit. ¶ Hospes,) Matho emit villam à Martiale ad quam fæpe accedebat. ¶ Imposui,) decepi te. ¶ Tuum rus,) quia eo tanquam tuo vtebaris. ¶ Declamas,) in Mathonem, qui disertus volebat haberi, cum laborans febre declamaret: ait Martialis eum insanire, non esse locum in febre declamationis, ni si forte id ageret causa prouocandi sudoris, & non ostendendæ eloquentiæ: Matho respondit declamare in febre magnã rem esse, maior, inquit Martialis esset, si posset tacere, cum dolor cogat eum clamare cum exurat viscera febris, id est res magna ô Matho tacere, hoc est difficile filere, quasi diceret videris potius ingemiscere propter dolorem, quàm declamare. ¶ Phrenesis,) insania. ¶ Hemitritæus,) id est laborans febre Hemitritæo. ¶ Hos,) rogat Rufum, vt hos quoque libellos commendet Venuleo, rogatq; vt legat, at si fuerit difficile legere duos libellos, plicetur alterius libri charta, vt vnus tantum videatur liber, & eo lecto alter tradatur. ita fiet, vt non duo, sed vnus videatur legi. ¶ Imputet,) ascribat, & tribuat. ¶ Aure non tetrica) .i. non graui censura. ¶ Securo,) in Nęuolum, qui vel minima rerum felicitate ita efferebatur, vt omnes contemneret. Idem siquid paulum male cessisset, & propterea esset anxius, summisse, & humiliter donabat, veneraba tur, inuitabat. Ait Martialis se optare cum aliter non exerceat Nævolus virtutem, eum esse semper solicitum. ¶ Securo,) cum nihil times. ¶ Sollicito,) cum aliquid times. ¶ Nec quisquam liber,) id est nullum putas liberum, & notum præ arrogantia, ita monet elatum alterius fortunæ. ¶ Non est,) in Thaidem fellatricem, in quam etiam supra est illud distichon: Quid me Thai senem subinde dicis, quòd probet non futuisse Thaidem, sed irrumasse. ¶ Immo fellat,) ergo irrumabatur Thais, & non futuebatur. ¶ Nos bibimus,) in Ponticum qui conuiuis aliud vinum dabat, quàm ipse biberet; ait Martialis eum vti myrrhino vase, quod fuscis maculis est distinctum, & dare vasa vitrea conuiuis, ne si ipse quoque vitro biberet, diuersum vinum notaretur. ¶ Ne calix perspicuus,) id est nisi tu biberes vitro. ¶ Prodat,) & indicet te non bibere idem vinum. ¶ Si vis auribus,) monet libellum, vt paret sibi patronum Apollinarem, vt suprà est: Meus sęazon. ¶ Candidius,) magis alienum ab inuidia. ¶ Tunicas,) cucullos.

Condita cum tibi sit iam sexagesima messis,
Et facies multo splendeat alba pilo,
Discurris tota uagus urbe, nec ulla cathedra est,
Cui non mane feras irrequietus, aue.
Et sine te nulli fas est prodire tribuno,
Nec caret officio consul uterq; tuo.
Et sacro decies repetis pallatia cliuo,
Sigeriosq; modos, partheniosq; sonas.
Hæc faciant sane iuuenes, deformius Afer
Omnino nihil est ardelione sene.

Ardelio

Saturio

Ad Mathonem. 79

Hospes eras nostri semper Matho Tiburtini.
Hoc ẽmis, impositi: rus tibi uendo tuum.

Ad Mathonem. 80

Declamas in febre Mathon, banc esse phrenesim
Si nescis, non es sanus amice Mathon.
Declamas æger, declamas hemitritæus.
Si sudare aliter non potes, est ratio.
Magna tamen res est. erras, cum uiscera febris
Exurit, res est magna tacere Mathon.

De Fabulla. 81

Epigramma nostrum cum Fabulla legisset,
Negare nullam quo queror puellarum.
Semel rogata bisq; terq; neglexit
Preces amantis. iam Fabulla promitte.
Negare iussi, pernegare non iussi.

Ad Rufum. 82

Hos quoq; commenda Venuleio Rufe libellos.
Imputet * & nobis otia parua, roga.
Immemor & paulum curarũ, operumq; suorũ
Non tetrica nugas exigat aure meas.
Sed nec post primũ legat hæc, summũue tritẽ,
Sed sua cum medius prælia Bacchus amat.
Si nimis est legisse duos, tibi charta plicetur
Altera, diuisum sic breue fiet opus.

In Nævolum. 83

Securo nihil est te Nævole peius, eodem
Sollicito nihil est Nævole te melius.
Securus nullum resalutas, despicis omnes.
Nec quisquam liber, nec tibi gratus homo est.
Sollicitus donas, dominum, regemq; salutas.
Inuitas. esto Nævole sollicitus.

In Thaidem. 84

Non est in populo, nec urbe tota,
A se Thaida qui probet * fututam,
Cum multi cupiant, rogentq; multi.
Tam casta est, rogo, Thais? immo fellat.

In Ponticum. 85

Nos bibimus uitro, tu myrrha Pontice. quare?
Prodat perspicuus ne duo uina calix.

Ad Librum suum. 86

Si uis auribus atticis probari,
Exhortor, moneoq; te libelle,
Vt docto placeas Apollinari.
Nil exactius, eruditiusq; est.
Sed nec candidius, benigniusq;,
Si te pectore, si tenebit ore.
Nec ronchos metues maligniorum,
Nec scombris tunicas dabis molestas:

Vt

salitam

DOMITIVS.

Xenium (SALARIORVM,) Puerorum vendentium salsamenta. ¶Arande,) plicande. ¶Nulla,) miserat, carmina Septitiano Martialis in Xeniis: Xenia autem erant munera, quæ in Saturnalibus amicis mittebantur ab iisdem, qui acceperant remittebantur munera, quæ apophoreta dicebantur. Qui ergo Xenium miserat, apophoretum expectabat, sed Martialis nihil in apophoretis à Septitiano acceperat. ¶Dissimulator,) apud Martialem ille etiam dicebatur, qui postulantem aliquid amicum simulabat se non intelligere. infra: Dissimulas, facies me puto causidicum. ¶Et iam fuere,) id est iam præterierе saturnalia, quæ quinque diebus durabant. ¶Scrupulum,) est genus ponderis, quod apud Plinium sæpe potes inuenire. ¶Argenti scrupula,) nam mittebantur ligula argentea. cochlearia, certo pondere. ¶Mappa,) & mittebatur in saturnalibus Muria: genus liquaminis salsi & pretiosissimi. ¶Antipolitani thynni,) nam muria illic erant optima, quemadmodum Glazomene nobiles erant Garo, & vas muriæ mittebatur in Saturnalibus. Infra ita loquitur: Antipolitani fateor sum filia thynni. Antipolis iuxta vrbem erat in Ianiculo. in Hispania ad littus Gallicum in Asia: de qua puto intelligendum. ¶Cottana parua,) ficus Syriæ: Syrię autem paruæ erant. ¶Breue vimen,) breuis cista. ¶Dissimulator,) quia simulas te non intelligere quid velim. nam misi munus, vt munus acciperem, sed tu dissimulas. non mittam igitur amplius cum sciam te esse dissimulatorem. ¶Ohe iam,) alloquitur librum, monetque iam esse quiescendum. ¶Ohe,) verbum peculiare Horatii. Iuuenalis. Satur est cum dicit Horatius ohe. ¶Vsque ad vmbilicos). i. ad finem vt Porphyrio sentit. ¶Scheda,) tabula rudis, quæ papyro superinducta conficiebatur. Plini. de papyro: Suppina tabula schedam superinducit papyrus, ex hoc igitur ait schedam excedis, & quod excedebat, schedam amputabatur. Vult enim notare librum nimium crescere. ¶Non sit res peracta,) tanquam non expleueris lectorem sed ea res perfecta. ¶Prima pagina,) id est etiam pagina lectorem tædio expleuisti. ¶Deficit,) lassus est.

Apophoreta

Scrupulú

Muria

Scheda

Si damnauerit, ad salariorum
Curras scrinia protinus licebit,
Inuersa pueris arande charta.

De Bassa. 27

Infantem secum semper tua Bassa Fabulle
Collocat, & lusus, delitiasq; uocat.
Et quod mireris magis, infantaria non est.
Ergo quid in causa est? perdere Bassa solet,

In dissimulatorem Septitianum. 32

Nulla remisisti paruo pro munere dona,
Et iam Saturni quinq; fuere dies.
Ergo nec argenti sex scrupula Septitiane
Missa, nec à querulo mappa cliente fuit.
Antipolitani, nec quæ de sanguine thynni
Testa rubet, nec quæ cottana parua gerit.
Nec rugosarum uimen breue picenarum.
Dicere te posses, ut meminisse mei.
Decipies alios uerbis, uultuq; benigno.
Nam mihi iam notus dissimulator eris.

De Rusticatione. 49

Rure morâs quid agá, respondeo pauca rogatus:
Luce Deos oro, famulos post arua reuiso.
Partibus atq; meis iustos indico labores,
Inde lego, Pnœbum cio, musamq; lacesso.
Hinc oleo corpus frico, molliq; palæstra
Stringo libens, aio gaudens, ac fœnore liber.
Pondero, poto, cano, ludo, lauo, cœno, qesco,
Dum paruus lychnus modicũ cõsumit oliui,
Hæc dat nocturnis nox lucubrata camœnis.

46 Ad Librum. 96

Ohe iam satis est, ohe libelle.
Iam peruenimus usq; ad umbilicos.
Tu procedere adhuc, & ire quæris,
Nec summa potes in scheda teneri.
Sic tanquam tibi res peracta non sit,
Quæ prima quoq; pagina notatur.
Iam lecto queriturq;, deficitq;,
Iam librarius hoc & ipse dicit.
Ohe iam satis est, ohe libelle.

Finis Quarti libri Epigrammaton
Martialis.

GEORGIVS.

¶NEC Summa potes in scheda teneri,) schedam ego puto esse folium chartæ, vt vulgus ait, quam rem etiam ex Plini. colligimus, vbi hæc scribit: Postea publica monumenta plũbeis voluminibus, mox & priuata linteis confici cœpta, aut schedis. Et idem: Sed ratio deprehendit vnius schedæ reuulsione plures infestante pagina. Nam schedæ proprie, vt existimo, erant statumina corii, quibus latitudo chartæ augebatur quam rem parum intelligentes correctores Plini. veram & frequentem lectionem deprauarunt. nam in codicibus manuscriptis vbi habetur: Igitur secundo corio. statumina facta sunt, correctores quidam stratumina fecerunt. quòd siquis hæc diligentius cognoscere voluerit, is legat Victruuium, & Palladium vbi de pauimentis loquuntur: simulque conferat aliquid ex reliquis papyri, quę ad nos vsque peruenerunt. Quòd autem scheda sit folii chartæ satis intelligitur ex his Quint. verbis: Nam qui omnes, etiam indignas lectione schedas excudit, anilibus quoq; fabulis accommodare operam potest.

Statumina

¶Hoc

DOMITIVS.

ARGVMENTVM.

HOc TibiPalladię seu collibus,) Dicatur hic Quintus liber Domitiano vt eum cũ fuerit in secessu solutis curis perlegat. orat tantum, vt accipiat librum, & ipse putabit lectum esse. Merito mittitur hic Domitia. quoniam nihil est auribus principis indigoum. sales lasciui absunt. ¶Palladiæ,) Albam Palladiam appellat, quoniam Domiti. quinquatria Minerуæ illic instituerat, instituto etiam collegio sacerdotum. ¶Vteris collibus Albæ,) id est versaris Albæ. ¶Triuiam,) id est artemisium templum Dianæ ad Ariciam, quòd ex monte Albano prospiciebatur ¶Tethym,) id est mare. nam & maris ex monte Albano est prospectus ¶Veridicæ sorores,) id est fortunæ antiatinæ, id est siue es Antii, vbi colebatur Fortuna sub duarum sororũ imagine, vt author est Macro. in saturnalibus: meminit Tranquil. earũ templum opulẽtum fuisse scrib. Porphy. ¶Responsa,) danda mortalibus. ¶Discunt,) nam minora numina à superioribus numinibus discere dicuntur respõsa danda mortalibus. Virgili. Nam cætera Iuno Metvat. ¶Suburbani freti,) nam Antium conditum est medio saxo abluente mari, vt quasi in suburbio fretum esse videatur. Antium sine portu erat aptum successui, & principibus præsertim concessum ad vacationem rerum vrbanarum: vt Strab. ¶Aeneæ nutrix,) hoc est sine es Caietæ. Nam Caieta à nutrice Aeneæ nomen accipit, vt nostris placuit scriptoribus, quanuis Strab. Caietam dictam putet, quoniam Iacones curua omnia Caieta dicunt, sinũ Caietanum curuum appellarunt. ¶Seu filia Solis,) id est es Circæis. Nam Circæi à Circe Solis & Persæ filia dicti sunt, quanuis Diodo. præter Homeri, & Apollonii sententiam Circe filiam Aeetæ, & Hecates fuisse tradat. ¶Anxur,) lingua Volsco rum: Terracina latine dicitur. eadem Trachina, quanuis Liu. aliter scribat, superioris sententiæ author Plin. ¶Aquis salutiferis,) ob paludem, quæ ante Terracinam erat à duobus fluminibus confectam, non parua aquarum salubritate. ¶Candidus Anxur) dicitur à candore saxorum. Horat. neutro genere proferens: Impositum lata saxis candentibus Anxur. ¶Quo sospite). s. Cæsare. ¶Credimus Iouem esse gratum,) nõ immemorem beneficiorum si

Antium

Caieta

Circæi

Anxur
Terracina
Trachina

IBI Hunc librum o Cæsar dedicamus siue sis Albæ, siue Antii, siue Caietæ, siue Terracinæ. Vbicunque fueris, sis tutela, & salus omnium. Sospitet te Iuppiter ille Capitolinus, quem puer adhuc defendisti. Accipe quæ so hæc carmina. Putabo enim te iam legisse, dummodo accipias, & hac mihi credulitate faciam satis.

M. V. MARTIALIS EPIGRAMMATON LIBER QVINTVS.

Ad Cæsarem. 1

HOc tibi Palladiæ, seu collibus uteris Albæ
Cæsar, & hinc Triuiam prospicis, inde Thetym,
Seu tua ueridicæ discunt responsa sorores,
Plana suburbani qua cubat unda freti,
Seu placet Aeneæ nutrix, seu filia Solis,
Siue salutiferis candidus Anxur aquis,
Mittimus ò rerum felix tutela, salusq;,
Sospite quo gratum credimus esse Iouem.
Tu tantum accipies, ego te legisse putabo.
Et tumidus Galla credulitate fruar.

Ad Lectores. 2

Matronæ, pueriq;, uirgines q;,
Vobis pagina nostra dedicatur.
Tu quem nequitiæ procaciores
Delectant nimium, salesq; nudi,
Lasciuos lege quattuor libellos.
Quintus cum domino liber iocetur,
Quam Germanicus ore non rubenti
Coram Cecropia legat puella.

Ad Domitianum. 3

Accola iam nostræ degis Germanice ripæ,
A famulis Istri qui tibi uenit aquis,
Lætus & attonitus, uiso modo præside mundi,
Affatus comites dicitur esse suos.
Sors mea q̃ fratris melior, cui tam propè fas est
Cernere, tam longe quem colit ille deum.

In Myrtalen. 4

Fœtere multo Myrtale solet uino.
Sed fallat ut nos, folia deuorat lauri,
Merumq; cauta fronte non aqua miscet,
Hanc tu rubentem prominentibus uenis
Quoties uenire Paule uideris contra,
Dicas licebit, Myrtale bibit laurum.

Ad Sextum. 5

Sexte Palatinæ cultro facunde Mineruæ,
Ingenio frueris qui propiore Dei.
Nam tibi nascentes domini cognoscere curas,
Et secreta ducis pectora nosse licet.
Sit locus & nostris aliqua tibi parte libellis,
Qua Pedo, qua Marsus, quaq; Catullus erit.
Ad Capitolini cœlestia carmina belli
Grande cothurnati pone Maronis opus.

bi collatorum, quoniam olim Cæsar puer capitolinum Iouem defendit vnà cum patruo Sabino, vt alibi, Prima suo gessit pro Ioue bella puer, quod Silius in tertio tetigit. Et præterea nuper Cæsar Ioui templum erexerat. ¶Galla credulitate,) quia Strab. tribuit Gallis credulitatem, & creduli sunt præter cæteros: præterea stolidi, vt Galla leges, id est stolida. ¶Matronę,) ad matronas honestas, & pueros scrib. & dedicat hunc librum. ¶Nequitiæ procaciores,) id est scurrilitas. ¶Sales nudi,) id est impudentes ioci. ¶Quintus iocetur,) id est quintus liber iocetur vnà cum domino, nam in hoc libro Domitianus, versatur. ¶Germanicus,) Domitianus quia id sibi nomen assumpsit populis Germaniæ deuictis. ¶Pulla cecropia,) de Domitiani vxore potes intelligere, sed placet intelligas de Pallade, quam colebat. Alii sentiunt de Iulia filia Titi Vespasiani, quam Domitianus ardentissime amauit. ¶Ore nõ rubenti,) sine rubore. ¶Accola,) datis obsidibus Domitia. à Dacis: Degis Regulus inter eos cum Domitianũ vidisset, mea inquit sors, qui sum obses, melior est quàm fratris, qui est liber in Dacis, quoniam mihi licet propè intueri Germanicum, quem ille tam longe colit. ¶Nostrę ripę) Tyberis, quia Dacis tibi missus. ¶Lætus,) De gis. ¶Mea sors,) quanuis sum obses. ¶Degis,) proprium nomen obsidis. ¶Fœtere,) Myrtale ebria solebat mero admiscere folia lauri, ne vinum oleret, sed id ad ebrietatem quoque vitandam erat aptum, nam Theophrasto authore, laurus ebrietati aduersatur. Iocatur poeta in Myrtalen. Posteaquam, inquit, non vult videri bibisse vinum, quoties videris eam rubicundo ore, dicas bibisse laurum. ¶Fallat nos.) id est vt occultet odorem. ¶Prominentibus venis,) nam id existit in ebrio. ¶Licebit dicas,) poteris dicere. ¶Bibit laurum,) id enim erit, ac si diceres, bibit vinum, & ebria est. ¶Sexte) mittit librum ad Sextum scribam, & consilium Domitiani: rogatque vt eum collocet inter leuiores poetas, nam libris de bello Capitolino gesto à Domitiano olim conueniunt grauiora poemata. ¶Mineruæ Palatinæ,) qui musas, & studia palatina exercet. ¶Nascentes,) id est primas curas Domitiani. ¶Ad carmina belli Capitolini,) id est inter opera scripta de bello Capitolino gesto à Domitiano.

DOMITIVS.

(Si Non est,) versus Phaleucius est, mittit carmina Domitiano, sed rogat Parthenium cubiculatium, vt librum principi afferat, cum tempestiuum erit, neque porrigat, sed legat vidente Domitiano, qui cum sit studiosus literarum, statim poscet libellum, fingit se esse ante ostium, & accersere per musas Parthenium vel eas alloquatur, & quæ sequuntur sint mandata ad Parthenium.

Parthenius colebat musas, idcirco vestrum. (Sic) verba Martia. obtestantis ad Parthenium qui præfectus cubiculi erat Domitiani, authore Tranquillo. (Finiat,) absoluat tuam vitam. (Inuidia fauente). i. inuidis etiã fauentibus. nam ei, qui honestum gratiæ locum retinet, illi etiam, qui inuident, fauent, vt sit sensus: Sic semper retineas istum gratiæ locum. ¶Burrus,) natus Parthenii, & propriũ viri nomen apud Tacitum. ¶Iouis sereni,) apto verbo in metaphora vsus est. nam cum dixisset Iouis, addidit sereni. Nam serenus Iuppiter dicitur. ¶Iniquas preces,) quia multa petam, & iniusta precer. ¶Vmbilicis,) vmbilicus, vt Porphyrio interpretatur, erat ornamentum quod extremis partibus librorum addebatur, vel ex osse, vel ex ligno, vnde dicitur res peruenit ad vmbilicum, id est ad finem. (Cedro,) nam libri, authore Victruuio, oleo cedrino tincti nõ timent nec tineas, nec cariem. & Hemina in annalibus scriptum reliquit, libros Numę repertos à Cn. Teren. sub Ianiculo non fuisse consumptos, quoniam cedrati essent. Alii codices Pliniani habent cerati. (Qualiter,) laudatur Domit. quòd multa ædificia incendio assumpta instaurauerit, renouatam esse vrbem sub Domitia. factamque nitidiorem, vt phœnix nitidior est cũ renouatur: nam comburit se phœnix, & ex cinerib⁹ alter phœnix nascitur. apte poeta renouatam vrbem ab incendio comparauit phœnici, quæ ipsa arsit, author est Tranquil. huius instaurationis in Domitia. Manil. togatus seri. viuere annos phœnicem. De. 60. & consecratam esse Soli in Arabia, conuersionem magni anni fieri cum moritur, nam extrema senecta comburit se surculis thuris, & aliis ramis odoratis. (Exuta,) id est deposuit senectam cariem. (Sumpsit vultus,) id est iuuentutem, innouationem. (Sui præsidis,) Domi. (Vna auis,) sola auis phœnix, & semper sola est. (Nostrę querelæ,) nonnulli codices habent notæ, vt dicas Vulcane parce, & noli iactare amplius querelam tuam omnibus, quod, scilicet Venus vxor tua concubuerit cum Marte authore generis Romani si legis nostrę, id est noli, amplius agitare nostras querelas. (Turba Martis,) non modo habemus genus à Marte, quę odisti, sed habemus etiã à Venere genus quam amas.

(Catenis lẽniacis,) quibus deprehendisti Venerem cum Marte in adulterio. Home. author in primis: Amet te patienter quanuis sis claudus, & deformis. (Edictum,) Phasis libertus cum legitimum equitis censum non haberet, lacernis purpureis volebat videri eques, & cum nuper Domitianus iussisset seruari legem Othonis, necui liceret sedere in 14. gradu nisi equestrem censum haberet, hic in theatro iactabundus laudabat legem quasi ipse esset eques, sed Lectius, cui ordinis theatralis cura erat demandata, iussit eum surgere. (Phasis,) nomen proprium liberti sumptum à Phasi fluuio, quemadmodum Tanais libertus Mecœnatis olim sumpsit à Tanai. (Domini). i. Do. Domitia cum epistolam dictaret sic incepit, Do. Deusque noster ita iubet. vnde institutũ est vt ita appellaret. (Puros). i. sine collusione plebis. (Cõmodius licet sedere,) id est reddita est dignitas equitibus (Illas,) lacernas. nam solis lacernis poterat videri eques, sed censum non habebat. (Languebam,) Symmachus medicus, cuius alibi meminit, multis discipulis comitibus accessit ad Martialẽ febre laborantem: discipuli autem illi erant iuniores manibus gelidis: ait poeta sibi allatã fuisse maiorem febrem tactu illorum adolescentium, quã prius haberet. captus enim est amore. (Nunc habeo,) scilicet febrẽ ardore amoris. (Esse quid) conqueritur poeta inuidia hominum fieri vt mortuis tantũ poetis tribuatur honos, & hoc accidere ait quoniam eadem inuidia perturbati homines vetera nouis semper anteponunt eadem est sententia Quint. qui scrib. iudicium de viuis authoribus liuore perturbari. & Ouid. Pascitur in viuis liuor, post fata quiescit. (Sua tempora.) id est authores suorum temporum. (Pompeii vmbram,) id est porticum Pompeii. (Ingrati,) Domit. cuius porticum dicit præstantiorem esse Pompeiana: nã quod Domi. condiderit porticum nulla quidem extat historia tradita vel à Tranquil. vel à Tacito, sed ab Eusseb. tantum in temporibus, quod vix potuerim reperire. (Iulia templa Catulli,) intelligit Capitolium instauratum à Sylla, & dedicatũ à Catullo. Qnarto enim constructum est Capitolium à Tarquinio. quod Hora. dedicauit, euersum bellis ciuilibus instaurauit Sylla, dedicauit Catul. bellis vitellianis instaurauit Ves. eo moriẽte incensum instaurauit Do. ait ergo poeta præ inuidia homines anteponere porticum Pompeii porticibus Domitia. & Capitolium dedicatum à Catullo Capitolio instaurato à Domi. (Sic) pp inuidiã. (Iulia tẽpla). i. Capitoliũ. alibi de filio Regili: Iulia tecta placẽt. i. tecta Capitolina. (Vmbram Põpeii,) id est porticum Pompeii.

(Saluo

Ad Musas. 6

Si non est graue, nec nimis molestum,
Musæ Parthenium rogate uestrum,
Sic te serior, & beata quondam
Saluo Cæsare finiat senectus,
Et sis inuidia fauente felix.
Sic Burrus cito sentiat parentem,
Admittas timidam, breuemq; chartam
Intra limina sanctioris aulæ.
Nosti tempora tu Iouis sereni,
Cum fulget placidus, suoq; uultu,
Quo nil supplicibus solet negare.
Non est, quòd metuas preces iniquas.
Nunquam grandia, nec molesta poscit,
Quæ cedro decorata, purpuraq;
Nigris pagina creuit umbilicis.
Nec porrexeris ista, sed teneto,
Sic tanquam nihil offeras, agasq;.
Si nouĩ dominum nouem sororum,
Vltro purpureum petet libellum.

Ad Vulcanum. 7

Qualiter assyrios renouant incendia nidos,
Vna decem quoties secula uixit auis.
Taliter exuta est ueterem noua Roma senectã,
Et sumpsit uultus præsidis ipsa sui.
Iam precor oblitus nostræ Vulcane querelæ
Parce, sumus Martis turba, sed & Veneris.
Parce pater. sic lemniacis lasciua catenis
Ignoscat coniux, & patienter amet.

De Phaside. 8

Edictum domini, Deiq; nostri,
Quo subsellia certiora fiunt,
Et puros eques ordines recepit,
Dum laudat modo Phasis in theatro,
Phasis purpureis ruber lacernis,
Et iactat tumido superbus ore.
Tandem commodius licet sedere.
Nunc est reddita dignitas equestris.
Turba non premimur, nec inquinamur.
Hæc & talia dum refert supinus,
Illas purpureas, & arrogantes
Iussit surgere Lectius lacernas.

In Symmachum. 9

Languebam, sed tu comitatus protinus ad me
Venisti centum Symmache discipulis.
Centum me tetigere manus aquilone gelatæ.
Non habui febrem Symmache, nunc habeo.

Ad Regulum. 10

Esse quid hoc dicam, uiuis q̃ fama negatur,
Et sua q̃ rarus tempora lector amat?
Hi sunt inuidiæ nimirum Regule mores,
Præferat antiquos semper ut illa nouis,
Sic ueterem ingrati Põpeii quærimus umbram:
Et laudant Catuli * Iulia templa senes.

DOMITIVS.

(Saluo Marone,) cũ posses legere Maronem. ¶Menandro) quatuor Menandri fuerũt Menander Atheniensis, author veteris comœdiæ: Menander Laodicenus, sophista, Menãder Byzantius historicus: Menander filius Diopitis author nouę comœdiæ. Strab. Et insani in mulieres amoris, hic suo tempore nõ fuit habitus in pretio. nam, vt scrib. Quintil. Philemon prauis iudiciis sui temporis est prælatus (Corynna,) nomen puellæ fictum ab Ouidiã duę fuerunt Corynnę, vtraq; Thebana, & carminibus lyricis erudita adeo vt iunior cum Pyndaro contendisse dicatur. Huius tumulus in Bœotia erat ipsius effigie, vitta coronata in monumentum superati Pyndari, author Pausanias, inde Ouid. puellæ suæ nomen honestum indidit. ¶Sardonychas,) laudat carmen Stellæ, quo dicit eum cõsecutum multas gemmas, an intelligit Violantillam amicam dediſſe ei gemmas, quam opusculo compositio Asteridem appellauit, & in cuius gratiam defleuit columbam, an intelligit ab aliis etiam habuisse à Domitiano vt puto, cuius victoriam sarmaticam cecinerit, vt mox dicemus. ¶Smaragdos). s. in fine abiicias, demum facias collisionem vocalium. ¶Plures in carmine gemmas,) id est venustatem, & florem verborum. ¶Quod Mascion Linus) eodẽ argumento epigramma est de Stella, sed qui nominer duos, Mascionem, & Linum prodigiosa ostentatione virum, horum nomina alibi non reperi, sed mihi fit verisimile eum intelligere de Athanato, qui eius tẽporibus floruit. Is quinquagenarius, plumbeo thorace indutus, & cothurnis quingentorum pondo calciatus, per arenam ingrediebatur, & de Fusio saluo, qui duo centenaria põdo pedibus, totidem manibus, & humeris contra scalas ferebat, hoc genus gestandi dedit Iuuenalis Corbulonis. ¶Decem puellas,) id est gemmas decem puellarum. alii sentiunt pretium decem puellarum, quod placet. ¶Sum) in Callistratũ, qui sibi solis diuitiis placebat. ait enim etsi non diues est, tamen se eũ esse, qui non potest esse Callistratus, sed quilibet è vulgo potest esse quod est Callistratus, nam omnes diuites esse possunt, poetæ pauci. ¶Non male notus,) quia virtute cognitus. ¶Legor frequens,) id est mea epigrammata leguntur à multis. Et dicitur hic est, vt illud Persii: Pulchrum est digito mõstrari, & dicier hic est. ¶Tua tecta centenis columnis,) id est

Menandri quatuor

Corynnæ duæ

Ennius est lectus saluo tibi Roma Marone.
Et sua riserunt secula Mæonidem.
Rata coronato plausere theatra Menandro.
Norat Nasonem sola Corynna suum.
Vos tamen ô nostri * non festinate libelli.
Si post fata uenit gloria, non propero.

De Stella. 11

Sardonychas smaragdos, adamãtas, iaspidas uno
Portat in articulo Stella Seuere meus.
Multas in digitis, plures in carmine gemmas
Inuenies, inde est, hæc puto, culta manus.

De eodem.

Quòd nutantia fronte pertinaci
Gestat pondera Mascion superbus:
At grandis Linus omnibus lacertis
Septem quòd pueros leuat, uel octo,
Res non difficilis mihi uidetur,
Vno cum digito, uel hoc, uel illo
Portet Stella meus decem puellas.

In Callistratum. 13

Sum (fateor) semperq; tui Callistrate pauper,
Sed non obscurus, nec male notus eques.
Sed tota legor urbe frequens, & dicitur, hic est.
Quodq; cinis paucis, hoc mihi uita dedit.
At tua centenis incumbunt tecta columnis,
Et libertinas arca flagellat opes.
Magnaq; Niliacæ seruit tibi gleba Syenes,
Tondet & innumeros gallica Parma greges.
Hoc ego, tuq; sumus: sed qd' sum, non potes esse.
Tu quod es, è populo quilibet esse potest.

Ad Martialem 14

Si tecum mihi chare Martialis
Securis liceat frui diebus:
Si disponere tempus otiosum,
Si uere pariter uacare uitæ,
Nec nos atria, nec domos potentum,
Nec lites tetricas, forumq; triste
Noscemus, nec imagines superbas.
Sed gestatio, fabulæ, libelli,
Campus, porticus, umbra, uirgo, thermæ.
Hæc essent loca semper, hi labores.
Nunc uiuit sibi neuter heu, bonosq;
Soles effugere, atq; abire sentit.
Qui nobis pereunt, & imputantur.
Quisquam uiuere cum sciat, moratur?

De Manneio. 15

Sedere primo solitus in gradu semper,
Tunc cum licebat occupare, Manneius,
Bis excitatus, terq; transtulit castra,
Et inter ipsas penè tertius sellas
Post Caiumq;, Luciumq; consedit.
Illinc cucullo prospicit caput tectus,
Oculoq; ludos spectat indecens uno,
Et hinc miser deiectus in uiam transit,
Subsellioq; semifultus extremo,
Et male receptus altero genu iactat
Equiti sedere, Lectioq; se stare.

Ad Cæsarem Do. 16

Quintus nostrorum liber est Auguste iocorum.
Et queritur læsus carmine nemo meo.

Martialis.

habes superbas ędes. ¶Opes libertinas,) an quod fuerit libertus, an opes ingentes. nam libertos imperatorios supra cęteros mortales ditissimos esse scrib. Plin. superasseque ciues ditissimos, vt Narcissum, Pallantem, & Calistum. quod placet, vnde Tacitus ad Senecam ex Neronę: Pudet referre libertinos, qui ditiores spectantur. ¶Opes libertinas,) id est ingentes opes. ¶Gleba Syenes,) Syenes oppi. Aegypti, quod fertile erat. alibi poeta: Mittę tuas opes, accipe Nile rosas. ¶Parma,) oppi. Galliæ Cisalpinæ. ¶Hoc quod tu.) i. dies. ¶Quod sum,) scilicet poeta. ¶Si tecum,) vita apud Martialem, vt supra dictum est, accipitur pro eo tempore, quo in voluptate honestą versantur, neque quisque dicitur viuere apud hunc poetam, nisi qui relaxato animo molestioribus curis honestę voluptati vacat. ¶Superbas imagines,) stemmata. ¶Gestatio,) locus vbi antiqui gestabantur. ¶Virgo,) aqua virginis. ¶Bonos soles,) id est bonos dies. ¶Imputantur,) id est ascribuntur tempori nostro, quod datum erat ad viuẽdum. ¶Sedere,) renouata lege theatrali à Domitiano, multi qui prius temeritate sua promiscue sedebant in plebeiam turbam retrudebantur, cum censum equestrem non haberent. nunc deridetur Manneius, qui ex ordine equestri deiectus in vltimum ordinem, & vix sedens extrema parte subsellii, altero genu videbatur stare cum altero sedere: tamen adhuc iactabundus dicebat se de sententia equitum sedere dimidium, dimidia vero parte, Lectio magistro theatralis ordinis iubente se stare. ¶In primo gradu) de cimoquarto. ¶Tum,) ante legem promulgatam. ¶Occupare,) capere ordines promiscue. ¶Transtulit castra,) alludit ad equitem, id est discessit cum soleret sedere prius inter primos. ¶Caput cucullo,) an quia eum pudebat, & nolebat agnosci, an quia velis theatralibus ipse non tegeretur, veste tegebatur. ¶Indecens,) sine dignitate. ¶Et se stare Lectio,) id est altera parte stare iussu Lectii, quasi hoc amare diceret in Lectium cui ex dimidia parte satisfacere volebat, risus est poetæ.

* Ne

Gestatio

Universidad de Bibliotecas

DOMITIVS

SERIA,) Conqueritur Martialis quòd cum multi delectentur eius carminibus: nihil donent, & dissimulent se intelligere quid petat iis iocis, intereaque omittat alias artes, præsertim agêdarum causarum, vnde multum posset lucrari. ¶ Amice mihi) antiquus codex habet: Non mihi, sed malo, quod placet, vt dicat es causa damno meo. ¶ Seriaque,) id est res grauiores. ¶ Quanti

Metreta

stet mihi,) quanti mihi constet amor tuus/meorum carminũ, nam dum/seruio tibi, omitto alias res. ¶ Metretas,) sunt qui putant metretam pro genere vasis, & cadi accipi, quo verbo vsus est Iuuena. vt scilicet metretam accipiat pro amphora vinaria, vel potius pro vino supra. Septenaria synthesis Sagiti, sed non fuerit absurdũ accipi metretam pro genere sordidæ pecuniæ, vt Illyria habebat numos quosdam peculiares, quos appellabant victoriatos, afferebarq; Romam gratia commercii. ¶ Templa falciferi tonantis,) id est Saturni: nam Saturnus numen deorum erat: in cuius templo seruabatur erarium Romanorum, propterea poeta cum de reis loquitur, huius meminit. hoc magis placet, quàm si dicas defendere templa tonantis, id est publicum fiscum tueri. ¶ Conuiua li.) id est vix adhibebor in conuiuiis. ¶ Gratis,) sine pretio. ¶ Pagina,) id est carmen, quasi dicat si daretur non placeret. ¶ Alexis,) puer datus Virgilio à Mecœnate: munera erat Alexis, quæ Mecœnas dederat Virgilio. ¶ Dissimulas,) simulas te non intelligere quid velim: vt supra: lam notus dissimulator eris. ¶ Facies me cau.) id est coges me descendere ad causas agendas, cum nihil desnihil enim dabis vt video alibi: Hæc legis, & laudas, quæ tibi fama perit. ¶ Dum proauos,) deridet Gelliam, quæ iactans nobilitatem suam contemnebat equitem, negabatque se nupturam, nisi Latoclauo. Latoclauo veste vtebantur & nobiliores, & ditiores, & quia ea veste vtebantur Latoclaui dicebantur. Trãquil. de Nerone, à latoclauo, cuius vxorem attractauerat cæsus, id est tandem vt posset commiscere, nupsit iudæo diuiti. Cophinus græce & cista eodem verbo dicuntur, id Iudæi supellectile habebant. Iuuena. Cophinum, fœnumque supellex. Iudæus ergo potest dici cistifer, quia secũ ferat in supellectile cophinũ, q & obsonia fuerunt mercede, cistifer i sunt, vel aliud aliquid vendentes. derident igitur poeta Gelliam, q̃ nupserit cistifero, cum putet se ditissimo & pauperi mercenario. ¶ Noster eques sordida conditio) .i. dum nondum placet eques, & eum contemnis tanquam te inferiorem. ¶ Quod,) ad Quintianum, cui ait se mittere in Saturnalibus non munera, quæ mitti soleant, sed versus, quoniam ea munera quæ mittuntur à pauperibus, diuitibus sunt dolosa, & plus petunt, quàm afferant: se tamen debere videri liberalem: nam cum pauper nihil donat, est liberalis, quia nihil petit. ¶ Vernulas) natos domi. ¶ Mense Decembri,) in Saturnalibus. ¶ Ligulæ) ligula erat genus gladii, autho re Gellio, à similitudine linguæ, & pro instrumento accipi potest quod ad similitudinem linguæ conflatum vsui est ad aromata, & condimenta tractanda, mittebantur ligula in Saturnalibus, vt in distichis apertum est: Cereus etiam mittebatur. in distichis: Hic tibi nocturnos præstabit cereus ignes. Et chartæ mittebantur. in distichis: Seu de uiter noto, seu caro missa soda li: Omnis ista solet charta vocare suos. & paulopost. Pruna damascena. in distichis: Pruna peregrinæ cariæ rugosa senectæ Sume: solent duri soluere ventris onus. Damascus nobilis vrbs Syriæ prunis, & mixis nobilis. in Saturnali. Domitiani Sparsa pruna. Papi. Quos pia germinat Damascus. ¶ Senibus rugosis,) id est Scarus piscis optimus, solus ruminat, vt Plini. placet. iecinore commendatur, vt in Vitelli patina commorat Tranquil. scarorum iecinora. ¶ Si qua fides,) instaurata vrbe à Domitiano & castigatis moribus poeta conqueritur, vnum tantum vitium residere quòd diuites amici nihil dent pauperibus. ¶ Siqua fides veri,) id est si veritati credendum est. ¶ Quando licuit,) id est quando potuimus. ¶ Triumphos,) an duplicem triumphum quẽ egit Domitianus de Dacis: an pompas ludorum ttiumphos appellauit. ¶ Dei palatini) quando magis meriti sunt de patria quàm tu Domitianus, quoniã expulsis delatoribus voluisti vnicuique esse vitam liberam. ¶ Ingratas amicitias,) id est ingratos amicos. ¶ Prosequitur,) id est afficit muneribus. ¶ Eques non alienus,) eques non alienus à Matriale dicitur qui censu suo equestrem obtinet dignitatem, ad differentiam equitis, qui cum equo stipendium facit, eques est, sed alienus, nam in militiam alienam mercede conducitur. in distichis: Felix cui comes est non alienus eques. Illic plura dicemus. ¶ Eques non alienus,) id est qui diuitiis eques est. ¶ Saturnalitiæ,) idem carpit hortans Domitianum, vt cum alii non dent, det ipse. ¶ Est luxuria,) id est nimiũ esse putant ciues Romani. ¶ Regis tumidi,) id est domini superbi. ¶ Selibræ,) selibra media libra erat, quod pondus in muneribus Saturnalitiis erat constitutum, inde apud hunc poetam reperies duas selibras, tres libras. ¶ Scrupula,) scrupulũ genus ponderis. ¶ Flammatæ togæ,) hoc est si miseris togam flammatam decem scrupulorum. ¶ Flammatæ,) rubræ à colore flammæ, & rubræ vestes eadem metaphora ardere dicuntur, nam veste purpureæ in Saturnalibus mittebantur. alibi: Cadmi municipes feras lacernas. ¶ Crepet,) numeret. nam dum numerantur crepitum faciunt numi.

Ligula

Damascus

Scarus

Selibra

Scrupulũ

Gaudet honorato sed multus nomine lector:
Cui uictura meo munere fama datur.
Quid tamẽ hæc prosunt q̃is uenerãtia multos?
Non prosunt sane, me tamen ista iuuant.

Ad lectorem. 17

Seria cum possim, quid delectantia malim
Scribere? tu causa es lector amice mihi.
Qui legis, & tota cantas mea carmina Roma.
Sed nescis, quanti stet mihi talis amor.
Nam si falciferi defendere templa Tonantis,
Sollicitisq; uelim uendere uerba reis:
Plurimus Hispanas mittet mihi nauta metretas,
Et fiet uario sordidus ære sinus.
At nunc conuiua est, comessatorq; libellus,
Et tantum gratis pagina nostra placet.
Sed non hac uetereres contenti laude fuerunt,
Cum minimum uati munus Alexis erat.
Belle inquis dixti. satis est. laudabimur usq;
Dissimulas? facies me puto causidicum.

In Gelliam. 18

Dũ proauos, atauosq; refers, & nomina magna,
Dum tibi noster eques sordida conditio est:
Dum te posse negas nisi lato Gellia clauo
Nubere, nupsisti Gellia cistifero.

Ad Quintianum. 19

Quot tibi decembri mense, quo uolant mappæ,
Gracilesq; ligulæ, cereiq;, chartæq;,
Et acuta senibus testa cum damascenis,
Præter libellos uernulas nihil mihi,
Fortasse auarus uidear, aut inhumanus.
Odi dolosas munerum, & malas arteis:
Imitantur hamos dona. nanq; quis nescit
Auiduni uorata decipi scarum musca?
Quoties amico diuiti nihil donat,
O Quintiane liberalis est pauper.

Ad Cæsa. Do. 20

Siqua fides ueri, præferri maxime Cæsar
Temporibus possunt secula nulla tuis.
Quando magis dignos licuit spectare triũphos?
Quando Palatini plus meruere Dei?
Pulchrior & maior quo sub duce martia Roma?
Sub quo libertas principe tanta fuit?
Est tamen hoc uitium, sed non leue, sit licet unũ,
Quòd colit ingratas pauper amicitias.
Quis largitur opes ueteri, fidoq; sodali,
Aut quem prosequitur non alienus eques?

Ad Eundem. 21

Saturnalitiæ ligulam misisse selibræ,
Flammatæ ue togæ scrupula tota decem,
Luxuria est, tumidiq; uocant hæc munera reges.
Qui crepet aureolos, forsitan unus erit.

¶ Quatenus,)

DOMITIVS

¶ QVATENVS,) Id est quoniam. ¶ Esto amicus, id est donata appellat amicum Martialis. ¶ Dulcior,) liberalitate. ¶ Quintum,) Apollonium rhetorem memoriæ infirmæ deridet, de quo alibi extat epigramma, qui ne amicos quidem suo nomine salutabat, sed tandem cœperat recte salutare, & appellare, ait poeta hoc accidisse eius labore, quod scripserat, memoriæq; mandauerat. multos fuisse Apollonios supra est dictũ: Apollonio gaudet imber Nilus. ¶ Quintum) iocus est in nominib⁹, Quintũ, & Decimum, Marcũ Crassum, vt ostendat eum infirmę prorsus memorię cum ne his quidẽ nominibus seruet. ¶ Mane domi,) cõqueritur q̃ post longæ viæ labores nõ inueniat Paulũ domi, quẽ possit salutare, ante enim exierat, quã venerit Martialis. inter cætera poeta vota optat multis in locis somnum. alibi se reliquisse vrbem, cum ibi non posset dormire scribit: Matutine cliens vrbis mihi causa relictæ, ait ergo se non posse colere Paulum, neque eum dominum habere, nisi dormiat. ¶ Sint longius,) adiurantis est, .i. nisi volui revidere. ¶ Tuę exquiliæ,) quarum interuallum mihi est molestum, sint etiam longius exquiliæ, in quibus habites: non conqueror longitudine viæ, sed quia subeo multa discrimina. ¶ Pilæ tyburtinæ,) locus in vrbe erat pila tyburtina, ex lapidibus tyburtinis. solet poeta ab obscuris locis, vel exiguis domum suam designare. vt alibi. Longum est si velis ad pirum venire. Iouem antiquũ: an veteris capitolini Iouis vestigia, an de foro antiquo intelligit, an antiquum Iouem dixit, Pap. dixit, ad differentiam Domitiani noui Iouis. placet prima sententia, ex authoritate Varr. est. ¶ Vincenda semita). i. oportet me superare cliuũ sub urbanũ. ¶ Nunq̃ ficca,) non contaminata luto. ¶ Multorũ.) vix possum superare multitudinẽ mulorũ. Iuuen. Stantis cõuitia mãdrę. Codex antiquus habet murorũ, quod nõ placet, vt mãdras murorum intelligas saxa passim iacẽtia quod insequens versus videtur probare. ¶ Trahi multo) eadem incommoda cõmemorat Vmbritius apud Iuuen. Coruscat longe abies. ¶ Labores) post mille pericula superata. ¶ Madentis,) pluuia. Iuue. Et multo stillaret penula limbo. ¶ Vix tanti Paulum,) sensus est, Tot labores sum ppessus, cum peruenì domũ tuam, vt etiam si te domi inuenirem, id vix satis esset p̃mii laboribus, quasi dicat quanto grauius oportet esse quòd post tot labores te non inueniam. ¶ Officiosus,) qui diligenter colit amicum. ¶ Tu non potes esse meus rex,) id est nolo te dominum. ¶ Nisi dormieris,) nisi mane domi quiescas, quasi dicat nolo dominum aliis seruire. quod alibi dixit: Qui rex est, regem Posthume non habeat. nam intelligo Paulum egressum fuisse mane, vt alios salutaret. ¶ Herbarum,) in Bassum, qui reuocata lege de theatrali equitum consessu à Domitiano vt ipse quoque eques videretur, sumpsit lacernas purpureas: cũ tamen nõ haberet censum equestrem, ait poeta equitem nullum existimari propter lacernas, cum nullæ lacernæ valeant quadringenta, quasi dicat non vestes requiri ad iustum equitem, sed censum quadringentorum sestertiorum. Nam si vestibus dignitas equestris esset concedenda: Cordus, qué supra appellauit principem penulatorum, eques esset, cum tamen non habeat censum equestrem, ita vtrunque subiannat. ¶ Herbarum,) eodem fermè argumento dictum est supra in Paridem: illas purpureas, & arrogantes Iussit surgere Lectius lacernas. ¶ Colores herbarum,) an virides colores dicit. vestibus enim viridibus nonnulli vtebantur, quod testatur Papin. in Glautia liberto Melioris, cum de eius vestibus loquitur: Nũc herbas imitare sinu. an, quod magis placet, ad differentiam purpuræ, quæ tingitur sanguine muricis, & coccinæ, quæ coco pomo fruticis, deniq; & aliarum vestium pretiosarum, nã pretiosiores vestes aliis medicaminibus, viliores herbarum succis inficiebantur. ¶ Iura) 14. gradus. ¶ Siluere,) erant abrogata. ¶ Quæ,) iura equestris ordinis. ¶ Renasci,) reuocari in vsum. nam reuocauit legẽ Othonis. Iuue. Exeat inquit, Si pudor est & de puluino surgat eqstri. cuius legi non sufficit. ¶ Oceanũ,) præfectũ subselliorum, & magistrum ordinis equestris. ¶ Certior eques) non plebe immista. ¶ Dare verba,) decipere Oceanum. ¶ Sic) vestibus istis. ¶ Cordus,) quem supra dixit principem penulatorum. ¶ Hermes,) Hermetem gladiatorẽ laudat eruditum omnium genere armorum quem in omni parte certaminis bene versantem ait solũ esse omnia, & ter vnum alludens ad Hermetẽ Termegistum, quẽ Græci ter maximũ dixerũt, Lact. authore: nã id significat Termegistus à varietate disciplinarũ. ¶ Martia volu.) .i. armorũ voluptas. ¶ Oíb⁹ armis) .i. omni genere pugnæ. ¶ Magister,) lanista magister gladiatorũ. ¶ Turba,) perturbatio. ¶ Sui ludi) .i. suæ disciplinæ, & suorũ gladiatorum. ¶ Aelius,) gladiator, & victor aliorum. ¶ Cadit,) vincitur. ¶ Aduolans,) gladiator. ¶ Hermes sup.) .i. qui solus sibi ipsi succedit, cũ alii aliis sessis soleant succedere. ¶ Locario rum,) an locarii dicũtur illi, qui locant foros ad spectandũ, vt dicat Hermetẽ diuitias esse locariorũ, cum multi confluant ad eum spectaculũ cõductis locis à locatoribus, an locarios eos dicit, q̃ ad ludos sstruẽdos instrumẽta aliqua locare solẽt, vel locariorũ diuitiæ, q̃ diligẽt ab iis, q̃ ludis delectãtur, vt sequit de mulierib. qđ magis placet. ¶ Ludiarũ,) Ludiæ dicunt vxores gladiatorũ, & amicæ. de Hippia Iuue. Quid vidit pp qđ Ludia dici Sustinuit. ¶ Cura) vel labor ludiarũ, vel amat à ludiis, & hoc est à mulierib. q̃ gladiatorib. delectant. Iuu. Ferrũ est qđ amãt, vel ludias accepit hoc loco psaltrias, & id genus mulierũ, q̃ in theatra procedũt. ¶ Superbus hasta,) & hasta pugnat Hermes ¶ Tridente æquoreo) .i. fuscina: nam gladiatores, qui retiarii dicebantur, vtebantur fuscina tridente Neptuni aduersus gladiatorem galeatũ, quem Mirmilonem appellabant, in cuius galea erat piscis, id genus certaminis inuenit primus Pithacus aduersus Phrinonem.

Termegistus

Locarii

Ludiæ

Quatenus hi non sunt, esto tu Cæsar amicus.
Nulla ducis uirtus dulcior esse potest.
Iandudum tacito rides Germanice naso.
Vtile, quod non uis, do tibi consilium.

De Apollonio. 22

Quintũ pro decimo, pro Crasso Regule Marcũ
Ante salutabat rhetor Apollonius.
Nunc utrunq̃ suo resalutat nomine. quantum
Cura, laborq; potest. scripsit, & edidicit.

In Paulum. 23

Mane domi nisi te merui, uoluiq;, uidere,
Sint mihi Paule tuæ longius exquiliæ,
Sed tyburtinæ sum proximus accola pilæ,
Qua uidet antiquum rustica flora Iouem.
Alta suburbani uincenda est semita cliui,
Et nunquam sicco sordida saxa gradu.
Vixq; datur longas mulorum uincere mandras,
Quæq; trahi multo marmora fune uides.
Illud adhuc grauius, quòd te post mille labores
Paule negat lasso ianitor esse domi.
Exitus hinc operis uani, togulæq; madentis,
Vix tanti Paulum mane uidere fuit.
Semper inhumanos habet officiosus amicos.
Rex, nisi dormieris, non potes esse meus.

Ad Bassum. 24

Herbarum fueras indutus Basse colores,
Iura theatralis dum siluere loci.
Quæ postquam placidi censoris cura renasci
Iussit & Oceanum certior audit eques.
Non nisi uel cocco madida, uel murice tincta
Veste nites, & te sic dare uerba putas.
Quadringentorum nullæ sunt Basse lacernæ.
Aut meus ante omnes Cordus haberet equũ.

De Hermete. 25

Hermes martia seculi uoluptas.
Hermes omnibus eruditus armis.
Hermes & gladiator, & magister.
Hermes turba sui tremorq; ludi.
Hermes, quem timet Aelius sed unum.
Hermes, cui cadit Aduolans sed uni.
Hermes uincere, sed ferire doctus.
Hermes suppositicius sibi ipsi.
Hermes diuitiæ locariorum.
Hermes cura, laborq; ludiarum.
Hermes belligera superbus hasta.
Hermes æquoreo minax tridente.

DOMITIVS. ¶CASSIDE Timendus,)id est bonus mirmilo, & optimus retiarius. ¶Ter vnus,)id est Hermes,aliter Termegistus, id est ter maximus,alludit cum nomine Hermetis,qui dicebatur Termegistus. ¶Quadringenta,) eodem fermè argumento supra est epigramma: Prætorem pauper C. sestertia Gaurus. Conqueritur enim promulgata lege de theatrali ordine à Domitiano nonnullos,qui equites olim erant, imminuto censu, nunc ita excitari de concessu equestri,vt nemo sit:qui commoueatur,& tãtum donet, quantum deest ad iustum censum,cum tamen aurigis multa darent,quod supra etiam conquestus: Quod non das equiti, vis dar prętor equo. Ait ergo neminem ita laudatum iri neque fore carmine suo immortalem. ¶Chærestrate,) Chærestratus pauper eques:hi duo versus sunt amici monentis,vt surgat cum non sit eques veniente Lectio, vt illud luuenalis Exeat inquit Si pudor est. ¶Quadringenta non sunt,) id est non habes censum equestré. ¶Surge,)ex.14.gra. ¶Sta,fuge, curre,) voces amicorum sunt persequentium Chærestratum consternatum. ¶Ecquis,) verba Martialis conquerentis. ¶Reuocat)donatum cẽsu equestri. ¶Io,)vox blãdientis. ¶Quem) id est quis est qui velit celebrari carmine nostro. ¶Qui non vult adire lacus,)hoc est qui nõ vult omnino mori,vt non celebretur carmine nostro ob eius in aliquem liberalitatẽ. ¶Nimbo rubro,)vase illo fundẽte cro cum mistum vino. ¶Scorpus,) auriga.de quo supra:Scis,inquit Scorpo, Thalioque daturum. & alibi:Cum sermo,fabuleque lassæ De Scorpo fuerint & incitato.& alibi:Cũ Scorpus vnus 15.graues horas Seruentis auri victor afferat faccos. Quod ait nasum,vis hoc dictum esse per contemptum à poeta, vt eum notauerit à Scorpis deformitate,quoniam scilicet Scorpus habuerit pergrandem nasum. Is cum vellet imaginem dicere,dixerit:Tu das hæc,vt eius nasus eiusq; imago splendeat vbiq; per vrbẽ.¶Aureus,) placet magis intelligas de habitu oris, quo vtebantur, nam oris indumentum fulgebat in auriga.Silius de auriga:Cinyphio rector radiabat fronte peloro Cãphasus.¶Frustra) vt supra dixit male diuitis à Cæsa. quasi dicat dãtur diuitiæ,vt his vtamur ad liberalitatem,sed tu cum nõ des frustra sunt datæ. ¶Dissimulator)est,vt supra dictum est,qui cum ab eo aliquid petitur simulans se non intelligere,non mouetur.¶Quæ fama,)id est qualis fama. ¶Perit tibi,)vel legis hæc, & laudes mea carmina. ¶Sed tibi hæc fama perit,) id est non das aliquid, & hanc formã negligis.alibi: Facies me puto causidicum, quia scilicet nihil dabis.¶Quod alpha) iratus est Codrus quòd de eo supra dixit alpha penulatorum, si inquit poeta iratus es Codre, potes vlcisci, nam appella me Betam togatorum.id est secundum,nam b. est secunda litera, quæ solet vocari ex ordine literarum, & carminis nõnunquã.vt supra.Si tibi Mistyllus. coquus Aemiliane vocatur. ¶Ingenium,) in equitem pauperem, qui ex lege nuper renata cum diceretur ex ordine equestri, quoniam censu careret, conquerebatur, quòd cum esset eques ingenio, moribus,studio,genere,eiicere, tur.Martialis respondet eũ qui dem esse equitem illis dotibus, sed in reliquis,hoc est in censu haberi plebeium, quòd cum ipse intelligit,non debet tantifacere consessum equestrem, vt sedeat illic, & veniente Oceano palleat timore, ne detrudatur.¶Cætera,)in censu es plebeius.¶Bis septem,) id est.14.gradus. ¶Non sunt tanti tibi,)id est non tanti facienda à te.¶Vt bene,)in Mamercum maledicũ, cui cũ nemo placeat, & in omnes inuehatur,aliquis fortasse putauerit esse maledicum & malignum, sed poeta ita eũ cui nemo placeat, miserum debere videri,& non malignum. Mamercum enim propriũ est: Osci matrem Mamercum appellãt.¶Curtios,)Curtii pii fuere. ¶Neruas,) Neruæ quieti. Poeta tribuit cuiq; familiæ suã proprietatem. ¶Siquando,)ex vulgari opinione,authore Plin. putabant eum, qui edisset carnes leporinas septem diebus, formosiorẽ fieri,& videri. Gellia hoc dicebat Martiali cum mitteret leporem, ipsa deformis erat,ait poeta. ¶Nunquam Gellia edisti leporem,) adeo deformis es.¶Varro,) in Saturnalibus mittit carmina Varroni: ita enim codices habent,quem in grandiore carmine versantẽ rogat, vt si relaxare animum cupit,non legat potius aut Catullum,aut elegiacos numeros quàm versus suos,nisi forte malit nucibus ludere,quàm legere ineptum carmen. ¶Inficiande) non reipuende.¶Cothurno sophocleo,)id est à stylo tragico: quoniam in eo stylo claruit Sophocles. ¶Calabra lyra,) id est Enniana.alii Horatianam intelligunt,cum Horat. ipse ait duobus fines incoluisse,& non planè dignosci, an Calaber sit, an Apulus.¶Scena Catulli facundi,)id est amœna,& plena voluptatis lectio.alius codex habet cœna Catulli. ¶Fumoso Decẽbri,)id est Saturnalibus. ¶Suo mẽse).i. apte mittũtur in Saturnalibus.Hora.Age libertate Decembri.¶Aspice,)spectaculum taurorum pugnantium insidentibus pueris,ei proximum videtur, quod Thessali equites in theatro, authore Tranquillo, domantes feros tauros, quibus insidebãt, indeq; desiliẽtes cornib.deducebãt ad terrã,sed hic de pueris epigrãma est. ¶Placidis iuuẽcis,)mãsuetis. ¶Sua põdera,) id est pueros insidentes.

Hermes Cassíde languida timendus.
Hermes gloria Martis uniuersi.
Hermes omnia solus,& ter unus.

De Chærestrato. 26

Quadringenta tibi non sunt Chærestrate,surge,
Lectius ecce uenit,sta,fuge,curre,late.
Ecquis Io reuocat,discedentemq; reducit?
Ecquis Io largas pandit amicus opes?
Quẽ chartis,famæq; damus, populisq; loq̃ndũ,
Qui stygios non uult totus adire lacus.
Hoc rogo non melius,q̃ rubro pulpita nimbo
Spargere,& effuso permaduisse croco,
Quàm non sensuro dare quadringenta caballo,
Aureus ut Scorpi nasus ubiq; micet.
O frustra locuples,ô dissimulator amice
Hæc legis,& laudas.quæ tibi fama perit?

Ad Codrum. 27

Quòd alpha dixi Codre penulatorum
Te nuper,aliqua cum iocarer in charta,
Si forte bilem mouit hic tibi uersus,
Dicas licebit Beta me togatorum.

In Fictum equitem. 28

Ingenium,studiumq; tibi,moresq;,genusq;
Sunt equitis(fateor)cætera plebis habes.
Bisseptem tibi iam non sunt subsellia tanti,
Vt sedeas uiso pallidus Oceano.

In Mamercum. 29

Vt bene loquatur,sentiatq; Mamercus,
Efficere nullis Aule moribus possis,
Pietate fratres Curios licet uincas,
Quiete Neruas,comitate Drusones,
Probitate Marcos,equitate Mauricos,
Oratione Regulos,iocis Paulos,
Rubiginosis cuncta dentibus rodit.
Hominem malignum forsan esse tu credas.
Ego esse miserum credo, cui placet nemo.

Ad Gelliam. 30

Siquando leporem mittis mihi Gellia dicis,
Formosus septem Marce diebus eris.
Si non derides,si uerum lux mea narras,
Edisti nunquam Gellia tu leporem.

Ad Varronem. 31

Varro sophocleo non inficiande cothurno,
Nec minus in calabra suscipiende lyra
Differ opus,nec te facundi scena Catulli
Detineat cultis aut elegia comis.
Sed lege fumoso non aspernanda decembri
Carmina,mittuntur quæ ibi mense suo.
Commodius nisi forte tibi,potiusq; uidetur,
Saturnalitias perdere Varro nuces.

De ludo puerorum cum iuuencis. 32

Aspice,quàm placidis insultet turba iuuencis,
Et sua quàm facilis pondera Taurus amet.
Cornibus hic pẽdet summis,uagus ille p armos

¶In Toto

DOMITIVS.

¶In Toto boue).i.per omnẽ partẽ bouis. ¶Arena,) theatrũ. ¶Tutior,)pueris magis fallere vestigia puerorum, id est facilius laberentur per arenam, quàm cum Tauris insidunt. ¶Est securus,)id est non est solicitus, neque anxius de futura victoria,sed pecus. ¶Quadrantem Crispus,)luxu omnia perdiderat,moriens nihil reliquit vxori,ait poeta non esse mirandum,si nihil dederit vxori,quoniam omnia sibi,id est suo ventri dederat. ¶Supremis tabulis,)id est testamento.¶Sibi,)id est ventri suo dederit. ¶Hanc,) amisit Herotiontem puellam natam domi ex seruis mortuam prosequitur hoc epigrammate alloquens Frontonem, & Flacillam parentes suos, quibus vmbram puellæ commendat,nam illi iam erant extincti.¶Herotion,) à suauita te amoris nomen finxit Martialis nam heros herotos significat amorem. ¶Ora prodigiosa,) Cerberi tricipitis.¶Fuit impletura,)id est impleuisset ¶Frigora sextæ brumæ,) sextum annum.¶Patronos.) Flacillam,& Frontonem,qui ei sunt veteres patroni.¶Garriat,) pueriliter exprimat ¶Ore blæso,)balbutienti.¶Illa,) puella non fuit tibi grauis,quia cum calcabat te leuissima adhuc erat puella. ¶Cum sibi)Euclidem Græcum detidet, qui vt sederet gradu. 14. mentiebatur & diuitias & genus, sed dum contenderet cum Lectio,qui eum excitabat e.14. gradu: defluxit repente clauis ex sinu,nam omni carebat familia:Euclides ipse sibi famulus erat,& ianitor,vnde deprehensum est omnibus eum mentiri. ¶Patrensibus,) Patræ Peloponnesi oppidum.hic indicat nomen à patria fundis. ¶Corinthio suburbano,) id est ex agro corinthio in suburbio. ¶Leda pulchra,)id est dicebat se ducere genus à Leda Lacæna. ¶Suscitanti,)eum surgere cogenti. ¶Nunquam fuit nequior,)quæ eo tempore indicauerat dominũ carere familia, cum diuitias iactabat.¶Puella) in Pætum qui lugentem Martialẽ mortem Herotiontis accusabat,monebatque eum debere esse forti animo suo exemplo,qui quanuis vxorem locupletem amisisset,tamen non lugebat. Nihil inquit poeta fortius est nostro Pæto, qui quanuis.ce.sestertia morte vxoris tetigerit,)tamen viuit,neque angitur.Propterea hoc ironice dictum est,& per cauillum.ostendit enim Martialis eum non lugere,quia lætetur potius vxoris morte ob magnam hæreditatem,quàm doleat. ¶Puella.)

Currit,& in toto uentilat arma boue.
At feritas immota riget.non esset arena
Tutior,& possent fallere plana magis.
Nec trepidãt * gressus,sed de discrimine palmæ
Securus puer est,sollicitumq; pecus.

De Crispo. 32

Quadrãtem Crispus tabulis Faustine supremis
Non dedit uxori.cui dedit ergo sibi.

In Causidicum. 34

Carpere causidicus fertur mea carmina,qui sit,
Nescio,si sciero,uæ tibi causidice.

De Herotione. 35

Hanc tibi Fronto pater genitrix Flacilla puellã
Oscula commendo,deliciasq; meas.
Pallida nec nigras horrescat Herotion umbras,
Oraq; tartarei prodigiosa canis.
Impletura fuit sextæ modo frigora brumæ,
Vixisset totidem ni minus illa dies.
Inter tam ueteres ludat lasciua patronos,
Et nomen blæso garriat ore meum.
Mollia nec rigidus cespes tegat ossa,nec illi
Terra grauis fueris,non fuit illa tibi.

De Euclide. 36

Cum sibi redire de patruelibus fundis
Ducenta,clamat coccinatus Euclides,
Corinthioq; plura de suburbano
Longumq; pulchra stemma repetit à Leda,
Et suscitanti Lectio reluctatur,
Equiti superbo,nobili,locupleti
Cecidit repente magna de sinu clauis.
Nunquam Fabulle nequior fuit clauis.

Ad Faustinum. 37

Laudatus nostro quidam Faustine libello
Dissimulat,quasi nil debeat,imposuit.

De Herotionte puella. 38

Puella senibus dulcior mihi cygnis,
Agna Galesi mollior Phalantini,
Concha lucrini delicatior stagni,
Cui nec lapillos præferas Erythræos,
Nec modo politum pecudis indicæ dentem,
Niuesq; primas,liliumq; non tactum,
Quæ crine uincit betici gregis uellus,
Rhenicq; nodos,aureamq; nitellam,
Fragrauit ore,quod rosarium Pæsti,
Quod atticarum prima mella cerarum.
Quod succinorum rapta de manu gleba,
Cui comparatus indecens erat pauo.
Inamabilis sciurus,& frequens Phœnix
Adhuc recenti tepet Herotion busto,
(Quàm pessimorum lex auara fatorum)
Sextam peregit hyemem,nec tamen totam,
Nostros amores,gaudiumq;,lususq;.
Et esse tristem me meus uetat Pætus.
Pectusq; pulsans,pariter & comam uellens,
Deflere non te Vernulæ pudet mortem?
Ego coniugem,inquit,extuli,& tamen uiuo.
Notam,superbam,nobilem,locupletem,
Quid esse nostro fortius potest Pæto?
Ducenties accepit,& tamen uiuit.

Herotion. ¶Cygnis senibus,) iam morituris, tunc enim optime canunt. Vel senibus,id est canis propter candorem: nam hoc epitheton est perpetuum apud hunc poetam. ¶Galesi Phalanini,) id est Tarentini, qui rufus erat in speciem auri,quo colore oues Beticæ habent lanam.¶Erythræos lapillos,)maris Erythræi, id est rubri maris, id est margaritas. *Gressus

¶Nitella,) erat mica puluerisauri inter arenas, hoc verbo vsus est Soli.in collectaneis:dicas puellam vicisse colorem arenæ Rheni crinibus,quæ arena est aurifera. Si legis mitella exemplo Virgil.Graia redimita mitella,dices puellam superasse dignitatem crinium germanorum,qui torti sunt,vt supra: Crinibus in nodum tortis venere Sicambri,& mitella aurea teguntur.Iuuenalis: Reticulumque comis auratum ingentibus implet. Placet vt intelligas nodos Rheni cincinnos, & capillos Germanorum,& nitellam auream micam in arenis. ¶Fragrauit,)redoleuit. ¶Atticarum cerarum,) id est mel hymetium.¶Gleba succinorum,) id est electri: qui fragrat cum frangitur electrum. ¶Sciurus,) animal est magnitudine gliris, pilo subrufo,cauda totum corpus tegens,vnde suum nomen accepit.nam σκια vmbram significat,& οὐρα caudam, nam cauda vmbram sibi facit. ¶Erat frequens,)id est ita vilis erat,vt multæ phœnices essent. ¶Et tamen viuo,)hic sensus placet,vt intelligas Pætum amissa vxore locuplete, simulasse luctum, cum tamen lætaretur, & usum esse hoc verbo apud Martialẽ quasi accusantem eum, quòd lugeret cum ipse viuat amissa vxore. ¶Ducenties,) sestertia, & tamen viuit,)alludit ad hoc verbum viuo,quod supra dixerat: Pætus simulans dolorem morte coniugis. Nitella non sic legendum non credo non alludit

DOMITIVS

CALLIODORVS,) Cõtendebat Callidorus sibi esse oportere locum equestri ordine cum haberet quadringenta: Poeta ait hunc quidem habere quadringenta, sed habere & fratrem. diuisum igitur censum non satis esse duobus equitibus. consuluit prę terea, vt si equitis locum vult retinere, imitetur Castorem & Pollucem, vt scilicet alternis diebus sedeat cum fratre, non posse enim ambos eodem tempore sedere tanquam equites. ¶Censum equestrẽ,) id est quadringenta. ¶σῦκα μέριζε,) pronerbium, græcum tractum à fratribus diuidẽtibus bona, qui eo vsque minima quæque diuidi postulãt, vt ficorum partem diuidi velint, non potest igitur, inquit poeta, qui fratrem habet videri solus habere totum censum, cum frater noto illo verbo vti soleat in diuidendis bonis: σῦκα μέριζε, id est diuide ficos. Alii codices habent, ἴσα μέριζε, æqua portione diuide, quod placet. ¶Quid,) dicit ille frater, qui dicit σῦκα μέριζε, id est diuide ficos, multo magis petet diuisionem quadringentorum. ¶Pollux,) pugil. ¶Castor,) domitor equorum fuit: hoc est alter pugil, alter equestri certamine pugnabat. Bis hoc repetitum est ab Homero vno versu, & à nostris Poe. versum in latinam vocem. Ponit igitur hoc modo Martialis Pollucem pro fratre: Castorẽ pro equite. ¶Molesto,) scilicet tuæ dignitati. ¶Tu eras Castor,) id est tu potuisses haberi eques. ¶Si non esset Pollux,) hoc est si non haberes fratrem. ¶Solœcismum facis,) vnus enim sedetis solœcismus est, quia dici latine non potest vnus sedetis, in quo vrbaniter iocatur. ¶Ledæ,) Castorem, & Pollucem, qui inuicem succedũt, ita facias tu Calliodore, sedeatis alternis diebꝰ, hoc simplicius est quàm si acerbitatem dicti immiscueris, vt intelligat poeta Calliodorum oportere mori, & descendere ad inferos, aut certe fratrem idem facere, si alteruter vult esse eques, vt alter alteri succedat, vt inuicem succedunt Castor, & Pollux. ¶Supremas,) captauerat hæreditatem Carini Martialis à quo vt scriberetur hæres, misit fæpenumero libaeo præsertim tempore, quo cõderet testamẽtum, quod tricies vno anno iam fecerat, nunc tussi videbatur moriturus, vt scilicet mitterentur iterum munera: Martialis ait se nihil habere amplius quod mittat, quòd si velit habere placentas condat semel testamentum, non toties i. moriatur. ¶Placentas madidas,) vnctas. ¶Hybleis thymis,) id est mel le siculo. ¶Signati supremas tabulas,) id est testamentum. ¶Defeci,) id est exhaustus sum, quia non habeo amplius quod mittam. ¶Miserere) inopiæ meæ, id est morere tandem. ¶Irus,) notus ex carmine Homeri in Odyssea, hic olim Arneus dicebatur. postea dictus est Irus à garrulitate mendicandi, nam ἐρέω græce, latine est loqui, eum binominem appellauit Ouid. Fortuna binominis Iri. Proceri quidem corporis, & ignaui hunc fuisse Homerus testatur. Plura in Ibin diximus. ¶Crœsus,) rex Lydiæ ditissimus, cuius diuitias cum alii multi exponunt, tum Herodo. in primis. ¶Conmesses). i. comedisses toties conchem vilis pretii cibũ, quoties placentas & liba, quæ pretiosa sunt. ¶Conchem,) conchis faba viridis, de qua in distichis: Si spumet rubra conchis, tibi pallia testa: Lautorum cœnis sæpe negare potes. Ita puto legẽdum apud Iuuenalem: Cuius conchæ tumes. ¶Spadone,) in Didymũ spadonem. hic contendebat sibi locum deberi in equitũ consessu, diuitias autem cõparauerat ducta vxore, quam alii subagitabant, diuitẽ fuisse alibi testatur poeta: Plus habuit Didymus, plus Philomelus habet. ¶Spadone,) item: Si non foret spado Didymus, & Coresus. Poeta ait se iã habere exploratũ Didymum non posse sedere inter maritos, an inter equites possit, se visurũ per quod ostendit eum nimiũ arrogãter poscere locum inter equites: cum sedere non possit inter maritos spado, & castratus. ¶Loqueris theatra) i. super bo ore vsurpas sermonem de theatro. ¶Gradus,) ordinem sedendi. ¶Edicta,) ad hoc potissimum retulit, quod edixit Domi. nequis in. 14. gradu sederet nisi equites. ¶Trabeas,) rubras vestes. ¶Idus,) dies festos, nam idus festos Iouis nomine antiquitas sanxit: author est Macrobi. in Saturna. quod etiã intelle xit poeta, cum supra dixit: Idibus & raris sumpta est tibi toga calendis. ¶Fibulæ, indumenta erant histrionum, quibus virilia tegebantur, hic pro vestibus theatralibus. Placet legas fabulas. i. actiones scenicas. ¶Census,) reditus tanquam esses dignus eques. ¶Fluxo spadone,) an fluxo pro proprio nomine accepit, an spadonem fluxum intelligit eum, qui mollis spado sit. Fluxi enim molles dicũtur à luxu, vel à fluendo. ¶Euiratior,) effœminatior. ¶Concubino celænæo). i. Athi Phrygio puero Cybeles: ¶Celænęo,) Celænæ oppidum Phrygiæ. Papinius: Nosset & illustres Satyro pendente Celænæ. ¶Gallus,) sacerdos castratus. ¶Entheæ matris) Cybeles, quæ sacerdotes in furorẽ vertebat: nam in sacris sacerdotes Cybeles vlulatu requirebant Athin: quem olim Cybele amauerat. Enthei autẽ dicuntur deo pleni. i. furentes. Papinius Musam enthean appellauit: licet enthea vati Exoperet piplea sitim. ¶Videbo,) cogitabo an possis sedere inter equites, nam inter maritos non potes, quoniam es spado. erat enim ordo maritorum in theatro ab Augusto olim constitutus, qđ Tranquil. scribit, vnde & poeta ex hoc iocatur. ¶Calidus,) notum argumentum, ex his verbis laudat munificentiam, & eas opes perpetuo seruari affirmat, quæ amicis dantur, cũ omnes aliæ diuitiæ incertis fortunæ casibus eripi possint. ¶Debitor) apud quem habueris pecunias, & qui debet tibi. ¶Extra fortunam,) extra casus fortunæ. Quæ fuit acumen ex his duobus verbis dare, & habere, nam quod das non videbis habere, & tamen habes, vt ait poeta, quod das amicis. ¶Thais,) duæ meretrices habebant dentes, altera nigros, altera candidos, scilicet Lecania, emptis enim vtebatur, vt candidos haberet: quasi dicat si Lecania haberet suos, nigros haberet etiam ipsa.

Conchis

Fibula

Fluxus

Celænę

Enthei

Irus
Arneus

Crœsus

In Calliodorum. 39

Calliodorus habet cẽsum (quis nescit?) equestrẽ
Sexte: sed & fratrem Calliodorus habet.
Quadringenta secat. qui dicit, σῦκα μέριζε.
Vno credis equo posse sedere duos?
Quid cum fratre tibi, quid cũ Polluce molesto.
Non esset Pollux, si tibi Castor eras.
Vnus cum sitis, duo Calliodore sedetis.
Surge, solœcismum Calliodore facis.
Aut imitate genus Ledæ, cum fratre sedete
Non potes, alternis Calliodore sede.

In Carinum. 40

Supremas tibi tricies in anno
Signanti tabulas Carine misi
Hyblæis madidas thymis placentas.
Defeci, miserere iam Carine,
Signa rarius, aut semel fac illud,
Mentitur tua quod subinde tussis.
Excussi loculosq; sacculumq;.
Crœso diuitior licet fuissem,
Iro pauperior forem Carine,
Si conchem toties meam comesses.

Ad Artemidorum. 41

Pinxisti Venerem, colis Artemidore Mineruã,
Et miraris, opus displicuisse tuum.

In Dindymum. 42

Spadone cum sis euiratior fluxo,
Et concubino mollior celænæo.
Quem sectus ululat matris entheæ gallus,
Theatra loqueris, & gradus, & edicta,
Trabeasq;, & idus, fibulasq;, censusq;,
Et pumicata pauperes manu monstras.
Sedere in equitum liceat an tibi scannis,
Videbo Dindyme, non licet maritorum.

Amicis esse donandum. 43

Callidus effracta nummos fur auferet arca.
Prosternet patrios impia flamma lares.
Debitor usuram pariter, sortemq; negabit.
Non reddet sterilis semina iacta seges.
Dispensatorem fallax spoliabit amica.
Mercibus extructas obruet unda rates.
Extra fortunam est quicquid donatur amicis.
Quas dederis, solas semper habebis opes.

De Thaide, & Lecania. 44

Thais habet nigros, niueos Lecania dentes,
Quæ ratio est? emptos hæc habet, illa suos.

¶Quid

DOMITIVS.

¶QVID Factum,) in Dentonem, qui cum pauloante soleret captare cœnã à Martia. quãuis parua esset, & frugi, nunc à ditioribus ꝑpetrata cœna, Martialem aspernabatur. ait poeta quãuis Dento aspernetur meã cœnam, tamen non deposuit illud studium mensæ captandæ, sed hoc agit ritu canis, qui pinguiores & vnctiores culinas solet semper sequi. ¶Sed nec respicis me, & fugis me sequentem, Conclauibus,) nam conclaue cœnationem significat: vt Cic. docet ¶Sic est,) vt cogito. ¶Ad ossa,) permanet in translatione canis, sperneris etiam ab illis. ¶Dicis,) Bassa tribas erat, & fututor, vt poetæ verbo vtamur, quod supra dixit: Esse videbaris (fateor) Lucretia nobis: At tu (prô facinus) Bassa fututor eras, cum sit puella, inquit Martialis quare dicit se puellam, quia non est, est enim fututor, nam quanuis vera dicere videatur, cum dicit se puellam, dicit id quod non est, quia non puella est, sed fututor, & se virum agit sæpe, cum sit fœmina. ¶Basia,) inuitum & recusantem Diadumenum osculabatur, & precibus nonnunquam impetrabat osculum, dicit se hoc agere de industria, nam ita assequitur oscula, & puer non amat Martialẽ vt aliquid possit postulare tanquam ei amicus. ¶Cædo,) vincor à te. ¶Nec timeas me) vt non recuses osculea mea. ¶Nec ames) nec sis amicus, & propterea exigas aliqd, nam si amares tanquam amicus, semper aliquid exigeres. ¶Nunquam,) Philo iurat se nũquam domi cœnasse, quod verum est, quoniam non cœnat quando nõ est vocatus ab aliis, quasi dicat non est quod semper inuitetur ita: vt nunquam possit domi cœnare, sed quoniam cœna abstinet, quando non vocatus. ¶Quid non,) de eadem re supra est epigramma: Hos tibi Phœbe vouet. Illic puer vouerat se dicaturum crines Phœbo, cum primum Aulus Pudẽs ad primipilarem dignitatem peruenisset, nunc creatus est primipilaris, puer damnatus voti tondit crines Aulo non prohibente, sed tamen dolente (Quid non cogit amor) Virgil. imitatio. ¶Sic cessit habenis). i. dedit currum. ¶Questus) conquestus de Phaetonte. ¶Hylas talis raptus,) an retulit hoc ad id quod Hercu. monuerat ne iret aquatum, sed cum ille peteret ob amorem, cessit, an intelligit cum raptus fuit ab Hercu. nam pater Thiodamas in bellum aduersus Herculem qui eius boues necauerat: Hylã filium sequentem monuit, vt domi maneret, ipso id posstulante pater cessit, vnde raptus est ab Hercule victore qui ea in pugna fuit vulneratus, vsus enim ope Deianiræ vxoris, authores sunt Sophocles in trachinis, & interpres Apollonii in argonauticis. Probus dixit tantum Hylam Thiodamantis filiũ fuisse, reliqua historia omissa. & Proper. Hylam Thiodamanteum appellauit à patre. ¶Deprehensus Achilles,) Achilles latuit apud Lycomedem, ne accederet ad Troiam. nota historia, nec enodatur. ¶Breuibus capillis,) quòd, scilicet sit propterea grandis: nam grandiores, & exoleti breuiores habent crines. ¶Pro tanto munere,) quanto prosecutus est. ¶Vidissem,) deridet Labienum, qui caluam duobus in locis capillis fultam, & opertam habebat, reliqua area nuda, & cum vnum esset caput, tria viderentur, monet, vt vitet porticum Philippi, vbi pictus est Herc. nam si eum viderit, putabit Geryonem: qui tricorpor dicitur fuisse, & eum necabit. ¶Caluæ,) tui capitis. ¶Longa area) spatio. ¶Prandia) Domitianus in Saturnalibus, author Tranquillus, equitibus, & senatoribus panaria distribuit: obsonia plebi sportellis. Panarium, authore Varro locus dicitur in quo panis seruatur. Hanc historiam canens Papinius ait: Hi panaria, candidasque mappas Subuectant, epulasq; lautiores. ¶Philippi,) Martii. Philippus, qui temporibus Augusti condidit ædẽ Herculis: quemadmodum L. Cornificius ædẽ Dianæ huius ædis meminit etiam Ouidius in Fastis extremi operis versibus, & Trãquillus in Aug. ¶Petisti) nãte necabit putans Geryonem. ¶Cœno domi,) in domo. ¶Protinus,) statim. ¶Petis me transfigere ferro,) auget eam gulam. ¶Sine te) non inuitato. ¶Improbius,) insatiabilius. ¶Det verba tibi,) id est decipiat te, dicẽs me non cœnare domi cum tamen cœnem, iocus est ex elocutione, Dare verba, nam quanuis videatur significare suppeditare verba, significat decipere. idem supra: Cui nihil ipse dabas, hic tibi verba dedit. ¶Hic qui,) in Pontilianum, cuius mores agrestes, & inhumanitatem accusat qui nunquam te salutat. infra dicit: Sæpe salutaris, nunquam prior ipse salutas: Sic erit æternum Pontiliane vale. ¶Læuam,) finistram. ¶Libellis,) libelli erant scripta, quæ mittebantur principi ad aliquid impetrandum, & libelli erant scripta iudicaria. Aeschines Demosthenem ita incedentem cum eiusmodi libellis deridet ea oratione, quæ inscribitur de falsa legatione. ¶Premit,) obsidet vndique.

Hylas

Thiodamas

Panarium

Libelli

In Dentonem. 45

Quid factum est rogo, quid repente factum?
Ad cœnam mihi Dento quòd uocanti
(Quis credat?) quater ausus es negare.
Sed nec respicis, & fugis sequentem,
Quem thermis modo quærere, & theatris,
Et conclauibus omnibus solebas.
Sic est, captus es unctiore cœna.
Et maior rapuit canem culina.
Iam te, sed cito cognitum, & relictum,
Cum fastidierit popina diues,
Antiquæ uenies ad ossa cœnæ.

In Bassam. 46

Dicis formosam, dicis te Bassa puellam,
Istud, quod non est, dicere Bassa solet.

Ad Diadumenum.

Basia dum nolo, nisi quæ luctantia carpsi,
Et placet ira mihi plus tua, quàm facies.
Vt te sæpe rogem, cædo Diadumene sæpe.
Consequor hoc, ut me nec timeas, nec ames.

De Philone. 47

Nunq; se cœnasse domi Philo iurat, & hoc est,
Non cœnat, quoties nemo uocauit eum.

De Encolpo. 48

Quid non cogit amor? secuit nolente capillos
Encolpus domino, nec prohibente tamen.
Permisit, fleuitq; pudens, sic cessit habenis
Audaci questus de Phaetonte pater.
Talis raptus Hylas, talis deprehensus Achilles,
Deposuit gaudens matre dolente comas.
Sed tu nec propera, breuibus nec crede capillis,
Tardaq; pro tanto munere barba ueni.

Ad Labienum. 49

Vidissem modo forte cum sedentem
Solum te Labiene, treis putaui.
Caluæ me numerus tuæ fefellit.
Sunt illinc tibi, sunt & hinc capilli,
Quales nec puerum decere possint.
Nudum est in medio caput, nec ullus
In longa pilus area notatur.
Hic error tibi profuit decembri,
Tunc, cum prandia misit imperator,
Cum panariolis tribus redisti.
Talem Geryonem fuisse credo,
Vites censeo porticum Philippi,
Si te uiderit Hercules, peristi.

In Charopinum. 50

Cœno domi quoties, nisi te Charopine uocaui,
Protinus ingentes sunt inimicitiæ.
Meq; petis stricto medium transfigere ferro,
Si nostrum fine te scis caluisse focum.
Nec semel ergo mihi furtum feciſſe licebit,
Improbius nihil est hac Charopine gula.
Desine iam nostram (precor) obseruare culinã.
Atq; aliquando meus det tibi uerba coquus.

Ad Rufum. 51

Hic qui libellis pergrauem gerit læuam,
Notariorum quem premit chorus leuis,
Qui codicillis hinc, & inde prolatis,

DOMITIVS.

Fidicula

¶GRAVEM Vultum,)id est supercilium. ¶Fidiculæ)dicuntur tormẽta à fide,id est chorda qua vincebantur, qui erant in quæstione. ¶Quæ,) in Posthumum,qui collata Mar.munera apud omnes prædicabat, ait poeta silere, non ob ingratitudinem,sed quia ista commemoratio beneficii non potest commode à duobus fieri, ab altero & beneficiorum gratiam tali exprobratione perire. ¶Tenebo,) in memoria. ¶Ipse,)id est Posthumus. ¶Dixerat mihi) tibi præstitisse hæc beneficia. ¶Si vis vt loquar,) te dedisse mihi beneficia. ¶Pereunt,) amittunt gratiam. ¶Colchida,)in Bassum qui cum male scriberet,& malum faceret poema, sumpserat tragicam materiam, & scribebat fabulam Medeæ, Thyestę, & Niobes versæ in saxum Andromaches vxoris Hectoris.cõsulit poeta vt sumat potius Deucalionis materiã, vel Phaetontis,alludens ad incendium, & per iocum ostendens eius poemata digna esse aut aqua, aut incẽdio. ¶Colchida,)fabula Medeę. ¶Thyestę * ¶Deucalion,) tempore diluuii fuit, & ponit eũ pro diluuio,nam ineptum carmen sæpenumero dicit aquis dignum.alibi.Non aliter mitti debuit iste liber. alibi: Vis puto cum libro Marce natare tuo. ¶Extemporalis,) in Apollonium, qui quoscunque salutaret,scribebat ob imbecillitatem memoriæ, de quo supra: Quintum pro decimo, nunc vtrunque suo salutat nomine.Scripsit,& edidit,& nunc autem salutauit Calphurnium recto nomine:miratur vim ingenii Martialis irrisione.Mirandum inquit est: Apollonius factus est extemporalis.Extemporales oratores respondebant proinde, ac si essent meditati: præceptum extat Quint. de oratione extemporali paranda. ¶Dic mihi,) in Aquilam pictam Ioue insedente, quem ipsa hianti rostro respiciebat. ¶O regina,)id est ò Aquila quæ es regina volucrum. ¶Tonantem,)verbum Aquile.alibi eiusdem meminit. ¶Cui,) notat figurate tempora sua Martialis. nam cum bonis artibus non sit locus,consulit Lupo, vt tradat filium erudiendum aut citharœdis,aut choraulis. At si videtur durí ingenii, faciat eum aut præconem, aut architectum. ¶Nihil sit illi,) id est nihil habeat commune. ¶Rutilium,)illum intelligo,qui tantæ æstimationis apud Romanos fuit, vt eius opus ædificiorum iusserit in senatu recitari Auguſt. ¶Architectum,)architecti magistri ædificiorum dicuntur, neque ars contemnenda est, sed hoc

Rutilius

Architectus

Epistolisq; commodat grauem uultum
Similis Catoni, Tullioq;, Brutoq;,
Exprimere Rufe, fidiculæ licet cogant.
Au latinum, χαῖρε non potest græcum,
Si fingere me istud putas, salutemus.

In Posthumum. 52

Quæ mihi p̃stiteris memini, semperq; tenebo.
Cur igitur taceo Posthume, tu loqueris?
Incipio quoties alicui tua dona referre,
Protinus exclamat, dixerat ipse mihi.
Non belle quædam faciunt duo, sufficit unus
Huic operi, si uis, ut loquar, ipse tace.
Crede mihi, quanuis ingentia Posthume dones,
Authoris pereunt garrulitate sui.

Ad Bassum. 53

Colchida quid scribis, qd̃ scribis amice Thyestę?
Quid tibi uel Niobe Basse, uel Andromache?
Materia est(mihi crede)tuis aptissima chartis
Deucalion, uel, si non placet hic, Phaeton.

De Rhetore. 54

Extemporalis factus est meus Rhetor.
Calphurnium non scripsit, & salutauit.

De Aquila.

Dic mihi, quẽ portes, uolucrum regina? tonantẽ.
Nulla manu quare fulmina gestat? amat.
Quo calet igne deus? pueri, cur mitis aperto
Respicis ore louem? de Ganymede loquor.

Ad Lupum. 55

Cui tradas Lupe filium magistro,
Quæris sollicitus, diuq; tentas.
Omnes grammaticosq;, rhetorasq;
Deuites, moneo. nihil sit illi
Cum libris Ciceronis, aut Maronis.
Famæ Rutilium suæ relinquat.
Si uersus facit, abdices poetam.
Artes discere uult pecuniosas.
Fac discat citharœdos, aut choraulas.
Si duri puer ingeni uidetur,
Præconem facias, uel architectum.

Ad Cinnam. 56

Cum uoco te dominũ, nolo tibi Cinna placere,
Sæpe etiam seruum sic resaluto meum.

Ad Posthumum.

Cras te victurum, cras dicis Posthume semper.
Dic mihi, cràs istud Posthume quando uenit?
Quã longe cras istud ubi est, aut unde petendũ?
Nunquid apud Parthos, Armeniosq; latet?
Iam cras istud habet Priami, uel Nestoris annos.
Cras istud quanti dic mihi possit emi?
Cras uiues, hodie iam uiuere Posthume, serũ est.
Ille sapit, quisquis Posthume uixit heri.

Ad Stellam. 57

Quod non argentũ, q̃ non tibi misimus aurum,
Hoc facimus causa Stella diserte tua.
Quisq; magna dedit, uoluit sibi magna remitti,
Fictilibus nostris exoneratus eris.

Ad Detractorem. 58

Adlatres licet usq; nos, & usq;,
Et gannitibus improbis lacessas,

(vt puto)inuidiose dixit poeta, cum Domitianus ad instauranda ædificia plurimum impenderet,& propterea architectis in pretio essent poetis contemptis. ¶Cum voco,)Cinna, cum vocabatur à Martiale dominus, putabat id fieri dignitate sua,& merito,at Martialis quoties aliquid volebat ab aliquo impetrare, eum dominum, & regem appellabat,inquit igitur non appello te dominum,quòd eo nomine sis dignus,sed vt impetrem aliquid,quod etiam facio in meo seruo cum volo aliquid ab eo blandiendo impetrare. ¶Placet tibi,)id est noli te efferre.Regem,& dominum appellabant aliquid captantes. Ita alibi ait se appellasse Priscum,sperans aliquid,cum non nosset eum auarum. ¶Cras,) in Posthumum, qui eam vitam, quam supra scripsit Martialis, differebat, eodem argumento supra est epigramma: Sera nimis vita est, crastina, viue hodie. ¶Victurum cras,)id est discessurum à curis, & daturum operam honestæ voluptati. ¶Quanti possent emi,)quasi dicat,facile posset comparari abste. ¶Quod non,) vasa fictilia an argenti,& auri vsum in pretio erant, nec vsquequaque repudiata sunt inuentis vasis aureis, & argenteis.nam patientia fictilis permansit mensæ, vnde tripatinea est dictum, vt Feneſtella.id autẽ erat vna patina murenarum,altera luporum, tertia missionis piscis. & Vitellius. cc.sestertiis patinam parasse dicitur fornace extructa in campis.Rheginæ & cumanæ patinæ præstantiores erant reliquis nunc.Martialis misit Stellæ patinam fictilem,& causam ostendit quare neque aurum, neque argentum miserit, quod etiam supra dixerat:Odi dolosa munera,& malas artes.do plus ego inquit Martialis tibi plus dedi Stella quod fictile vas misi, quàm si misissem aut argentum,aut aurum, nam si ea accepisses, coactus esses ratione gratitudinis paria, aut maiora mittere,nunc cum patinam fictilem acceperis exigui pretii: eris liber onere remittendi aliqd tua causa,propter te. ¶Exoneratus,) liberatus onere remittendi. ¶Adlatres,) in maledicum, cuius nomen negat se carmine vnquam indicaturum, licet ille perpetua maledicentia eum lacessat, vult enim eum perire ignotum, & miserum.hoc conuenit in Mamercum,de quo supra est epigrammia,Vt bene loquatur,sentiatq; Mamercus. ¶Gánitibus,) i.maledictis,Lucretius:Gannitu vocis adulter. Iuue. trahens verbum de voce vulpis: Appula gannit sicut in amplexu.

Tripatinea

Patinæ cumanæ

¶Est

DOMITIVS.

¶EST Mihi certum,)id est constitutum est mihi ¶Pernegare) nunquam concedere. ¶Fuisse,)te vixisse,quia nihil distat à morte silentium vitæ, vt Anni. apud Silium: Quantum etenim distant à morte silentia vitæ. ¶Ignotus,)non notus carmine meo. ¶Qui velit rodere tuam pellem caninam,)id est qui te vlciscatur maledictis ¶Vngues,)perstat in metaphora. ¶Scabie,) ab isto tuo pruritu iurgiorum, & rixarum. ¶Crispulus,) Marianum imprudentiæ accusat qui putat quendam iuuenem mollem, & Crispulum procuratorem esse vxoris, cum sit adulter. ¶Crispulus,) id est iste comatus. ¶Fremit sellam,) id est incumbit sellæ vxoris.nam mulieres sella vtebantur. Martialis.Inter fœmineas tota qui luce cathedras Desidet.Horat.Di scipularum inter iubeo plorare cathedras.Iuuena.de muliere: Conducit comites sellam cerulea amicas. ¶Currit,)fluit. ¶Violata nullo pilo,)id est expilata. ¶Certus,)certi dicuntur fideles. certi item qui supercilio grauitatem tuentur. certi præterea, quos nulla ratio rei gerendæ fallit,vt certum sagittatorem dicemus dirigentem sagittam in signum,& ita accepit hoc loco Martialis. ¶Chius Aufidius,) duo fuerunt Aufidii inter alios. Alter Aufidius Luscus qui ex decuria scribarum factus est prætor:alter fuit mœchus notissimus,de quo Iuuenalis. Notior Aufidio mœchus notissimus celebrare solebas: quod taceo, & de hoc eodem loquitur Martialis in hunc sensum: Aufidius Chius mœchus notissimus non esset procurator aptior hoc, neq; maiorem seueritatem præ se ferret,quã præferat iste, tuus\ Crispulus ô Mariane, vt per hoc ostendat Crispulum esse mœchum, vt Aufidius fuit. ¶Procuratorem,)\grauitatem procuratoriam. ¶Alapis Latini,)nam Latinus pulsando panniculum risum mouebat,vt supra. Quanto non ipse Latinus Vilia panni culi percutit ora sono. ¶Succes surum panniculo) pulsatum iri à Latino: vt moueat risum, & sit morio. ¶Res tuas agit,) id est res mariti,quia est mœchus tuæ vxoris.risus est ex inuersa elocutione. nam agere res est negocia obire,vt Marianus accipiebat Crispulum agere res vxoris.Agere item res alterius est partes sustinere,& locum subire,vt Martia. accipit mœchũ agere res mariti. ¶Iure tuo,)cõsumpta supellectile in hortis frequenti hospitio proponit hoc carmen valuis hortorum, quò hospitem venturum monet,si velit in hortis pernoctare, afferat supellectilem,quoniam ea quam olim habebat, iam est attrita. at si inquit, vti volueris,paremus hospitium communi sumptu, ego emi hortos, tu affer supellectilem. ¶Licet maneas,) pores manere. ¶In nudo solo,)id est in humo sine supellectile. ¶Digitum,)quid est,quod dicit mea supellex sustulit digitum hospitibus?nonnulli signum libertatis somniant,vt dicat mea supellex sustulit digitum hospitibus,id est liberata est ab hospitibus:quia vindicatis in libertatem mos sit tollendi digiti, at hoc non placet,illud potius sentio quod tractum est à veteri authore, nam cum res vendebantur & alienabantur, qui emebat declarans se victorem emptionis,tollebat digitum. sit ergo sensus: Mea supellex sustulit digitum hospitibus,id est hospites totam meam supellectilem absumpserunt tanquam suam. nam si dixeris hic liber sustulit digitum Titio, hoc est facit vt Titius tolleret digitum pro se.Idem est, ac si dicere hic liber est emptus Titio: authores Cice. & Pompeius. ¶Culcitra nec inanis,) nam culcitræ refarciebantur fomento, poeta. ait sibi non modo esse plenam, sed ne vacuam quidem. ¶Fascia pur.) hoc dicit propter lectum,qui ante fascia aut reste solebat sustentari, vt Porphyrio eo loco vbi ait Horme. Tenta cubilia & Cice. refert ad coniectorem quendam somniasse se onustum ponderę,& fascia lecti sui cubicula is. ¶Iacet,)demissa est ad terram. ¶Tamen,)cum nulla sit supellex,& habeo hortos. ¶Commune,) id est communi sumptu paremus hospitium ¶Instrue,) para supellectilem. ¶Quid,) deridet Ponticum,cuius libros nonnunquam laudabat assentando,cum tamen aliter sentiret, quod iocando declarat. ¶Sentis,) iudicas. ¶Admiror.) assentior. ¶Regulus,)cuius Plinimeminit in epistò. ¶Immo tibi: sic bene faciat Cæsa.) qui non bene sentio:nam, Immo tibi,sunt verba Martialis auctentis adiurationem. ¶Sæxtantes,)reuocat animum in voluptatem,& quasi nuper inspexisset in campo Martio Pyramide. vocat Callistum, & Alcinum,pueros suos, vinum, & algentes aquas infundere iubet quasi daturus operam voluptati. Papi. dixit Iunge puer cyathos,& enumerare labora, tamen iubet afferri vnguentum & rosas,quia omnino instituerit adire ad releuationem, & voluptatem, cum per mausolea sepulchra Imperatorum, qui nuper inspexit, non modo cognouerit ipsos mortales extingui,sed etiam ipsos imperatores,qui volunt Dii appellari. Supra est hortatus amicum in hunc sensum, Sera nimis vita est crastina, viue hodie. Alcinus puer quem supra extinctum dixit, & sepultum in labicana via, nunc nomine continet. ¶Aestiuas niues,) quibus calda refrigerabatur,vt supra & Iuuenalis. Frigidior geticis petitur decocta pruinis, vinum colabatur. ¶Nimio amomo,) vnguento. ¶Rosis sutilibus,) duo genera coronarum, aliæ pactiles, aliæ sutiles dicebantur. Sutiles coronæ fiebant ex foliis, primum rosarum, demum inolescente luxu ex folio nardi. has coronas minauit Martialis in cœna plena voluptatis: quoniam sutilibus coronis tantum vtebantur ad sacra, saliorum,& solennes cœnas. Rosaria corona in tanto iudicio voluptatis erat,vt cum Fuluius argentarius secundo bello Punico conspectus esset è pergula spectare in forum coronatus rosacea corona,in carcerem sit ductus.

Certus

Sustulit digitum

Coronæ pactiles Sutiles

Certum est hanc tibi pernegare famam,
Olim quam petis in meis libellis.
Qualiscunq; legaris ut per orbem,
Nam te cur aliquis sciat fuisse?
Ignotus pereas, miser necesse est.
Non deerunt tamen hac in urbe forsan
Vnus, uel duo, tres ue, quattuor ue,
Pellem rodere qui uelint caninam.
Nos hac à scabie tenemus ungues.

In Marianum. 59

Crispulus iste quis est, uxori semper adhæret
Qui Mariane tuæ, Crispulus iste quis est?
Nescio quid dominæ teneram qui garrit in aure,
Et sellam cubito dexteriore premit.
Per cuius digitos currit leuis anulus omnes.
Crura gerit nullo qui uiolata pilo.
Nil mihi respondes? uxoris res agit, inquis,
Iste meæ. sanè certus, & asper homo est.
Procuratorem uultu qui præferat ipso,
Acrior hoc Chius non erit Aufidius.
O quàm dignus eras alapis Mariane latini,
Te successurum credo ego panniculo.
Res uxoris agit, res nullas Crispulus iste,
Res non uxoris, res agit iste tuas.

Ad Hospites. 60

Iure tuo nostris maneas licet Hospes in hortis,
Si potes in nudo ponere membra solo.
Aut si portatur tecum tibi magna supellex,
Nam mea iam digitum sustulit hospitibus.
Nulla tegit fractos, nec manis culcitra lectos,
Putris & abrupta fascia reste iacet.
Sit tamen hospitium nobis commune duobus,
Emi hortos, plus est. instrue tu, minus est.

Ad Ponticum. 61

Quid sentis, inquis, de nostris Marce libellis,
Sic me sollicitus Pontice sæpe rogas.
Admiror. stupeo. nihil est perfectius illis,
Ipse tuo cedet Regulus ingenio.
Hoc sentis, inquis. faciat tibi sic bene Cæsar,
Sic Capitolinus Iuppiter. immo tibi.

Ad Suos ministros. 62

Sextantes Calliste duos infunde falerni,
Tu super æstiuas Alcine funde niues.
Pinguescat nimio madidus mihi crinis amomo,
Lassenturq; rosis tempora sutilibus,

Universidad de Deusto
Biblioteca

DOMITIVS.

Mausolea (MAVSOLEA Iam vicina) quia mausolea tantum in Caria esse solebant, authore huius operis Arthemisia vxore Mausoli. nũc autem erant etiam in campo Martio. nam Tranquil. authore Augusto. alterum volumen rerum suarum voluit tabula ænea deferi bi ante mausoleum, & Strab. de eodẽ in Samo positum est Cæsaris Augusti simulachrum ex ære fabricatum, sub aggere ipso sunt eius loculi, & cognatorum & necessariorum hoc igitur docebat Deos posse perire, quia illic erant Dei, id est imperator cum familia sepultus. ¶ Viuere,) dare operam honestæ voluptati. ¶ Iam vicina,) quæ sunt in campo Mart. ¶ Deos,) id est imperatores, qui Dei volunt videri. ¶ Astra,) laudat spectaculum editum crocodilorũ, quòd Domitia. crocodilum dederit in arena, vt scribit poeta, nondum comperi. illud historia habet Augustũ dedisse crocodilum, spectaculo, & author est Strab. in vltimo crocodilos allatos Romam in spectaculum præbuisse voluptatem Tétiritis hominibus, id est qui Tétiram insulam Aegypti incolunt feras insectantibus: nam vt colatur in Aegypto crocodilus ab omnibus soli Tentiritæ & oderunt, & persequuntur. & in hoc spectaculo fides est habenda Martiali de Domitia. Apte comparat deificationem Herculis deificationi futuræ Domitia. quoniam appellabatur Herc. maior. ¶ Ceroma castigatum,) id est palæstritam Anteum subactum. ¶ Libycæ palęstrę) Antei Libyci. ¶ Eryx) filius Veneris & Butæ, qui necabat hospites, occisus est ab Hercu. ¶ Cacus,) filius Vulcani interfectus ab Hercu. ¶ Nec rectas,) per caudã. ¶ Quota pars) quasi dicat, minima pars est tuorum laborum interficere hæc monstra in theatro tuo. ¶ Quot grauiora monstro,) nã Domitianus multas feras conficiebat in Albano, sed hæc puto referri ad spectaculum, & Carpophorum, quem supra ita laudauit. ¶ Tua hasta,) Carpophori. ¶ Pugna triplex,) quia Geryõ tricorpor: & tribus generibus telorum vtebatur. ¶ Licet,) id est suo arbitrio commoueret antiquitas hydras, cũ maiores sint crocodilis. ¶ Feris Niliacis) quid facit qua ex parte potest comparari hydra crocodilis. ¶ Sæpe salutatus,) distichon est in eum, de quo supra dixit: Libellis prægraué gerit lęuam. Is est, Pontilianus, qui nũquam resalutabat, agrestem autem hominẽ, & inurbanũ hoc distichon eludit. ¶ Vale) est verbum salutantis in discessu. ¶ Vale æternum) pontificale est verbum, quo in mortuos vtebantur. Id Euander in Pallantem vsurpauit apud Virgil. Ancipiti igitur verbo iocatur poeta, & quasi videatur recusare se salutaturum amplius Pontilianum, ait, tu eris vale æternum, cum tamen intelligat, tu mihi eris mortuus. nam vt diximus vale æternum dicebatur in mortuum. ¶ Sic,) hoc pacto cum nunquam salutes. ¶ Erit vale æternum,) id est apud me tanquam mortuus eris. ¶ Hybernos,) hirundines ex nido domestico euolantes: vnam illic reliquerunt, reuersæ primo vere lacerarunt eam, quæ remanserat. hoc cum domi Martialis acciderit, edidit epigram. & ait: debuit quidem lacerari hirundo, sed tunc cum filium Itym discerpsit: nam Progne quæ hirundo est facta, si credimus fabulis, Itym filium Tereo patri in mensam apposuit. Ex fabula iocans epigramma conficit. ¶ Atthides,) hirundines à Progne, quæ Athenienſis fuit. ¶ Nefas,) scelus, quæ remanserat. ¶ Suæ volucres) eiusdem generis aues hirundines. ¶ Profugam,) hirundinem. ¶ Mater,) Progne. ¶ Arctoa) plebeiæ & impudicæ mulieres flauos crines gestabant: pudicæ nigros. Iuuenalis cum mulierem introducit cupientem celare indicium pudicitiæ: Et nigrum flauo crinem abscondente galero. Martialis impudicæ Lesbiæ misit comam germanicam, ob hoc inquit mihi, vt scires quanto magis tui crines sint flaui. ¶ Comam,) crines. ¶ Scires) cognosceres. ¶ Magis flaui,) coma germanica, vt ostendat impudicitiam, vel certe dicit Lesbiæ crines esse magis flauos germanicis, vt ostendat esse commentitios, quibus dum Lesbia similitudinem Germanicorum æmulatur, & nimiũ affectat, reddidit eos adeo flauos: vt iam palàm esset, esse cõmentitios, & non veros. ¶ Antoni) in gratiam Ciceronis exit epigram. damnato Antonio, cuius scelere Cice. fuerat interfectus os, & caput Romanum, non est, inquit Martialis quòd speres silentium tuis sceleribus Antoni, nam & si Cice. fustulisti qui tua accusabat scelera, tamẽ omnes miserentes illius necem incipient in te loqui pro vno Cice. ¶ Obiecture nil,) id est qui nihil potes exprobrare. ¶ Photino Phario,) Aegyptio, qui Põpeium interemit. tu enim es scelerator. ¶ Romana ora,) id est in Cicerone lingua Romana. vnde supra dixit. Hoc tibi Roma caput cum loquereris erat. ¶ Tabula pro.) nam vnà cum Lepido, & Octauio multos proscripsit, & minus sceleris admisit: quàm in vno Cicerone, qué interemit. ¶ Catilina) damnatus à Cicerone cos. coniurationis hoc non admisisset Catilina quanuis hostis Ciceronis. ¶ Impius miles,) Pompilius Lenas Picenus defensus in causa capitis præcursor Ciceronis. ¶ Auro infando,) auro scelerato. ¶ Vna vox,) Ciceronis. ¶ Tibi,) id est in tuam gratiam. ¶ Silentia pretiosa,) pretio comparata à te. ¶ Loqui in te pro Cicerone,) Cicero in te inuectus est editis Philippicis, nunc omnes te accusabunt.

¶ Infusum,)

Iam uicina iubent, nos uiuere mausolea:
Cum doceant ipsos posse perire deos.

Ad Cæsarem. 63

Astra, polumq; dedit, quanuis obstante nouerca
Alcidæ nemeæ terror, & arcas aper,
Et castigatum Libycæ ceroma palæstræ,
Et grauis in siculo puluere fusus Eryx,
Syluarumq; tremor, tacita qui fraude solebat
Ducere nec rectas Cacus in antra boues.
Ista tuæ Cæsar quota pars spectatur Arenæ?
Dat maiora nouus prælia mane dies.
Quot grauiora cadũt Nemeæo põdera mõstro?
Quot tua mænalios collocat hasta sues?
Reddatur si pugna triplex pastoris Iberi,
Est tibi, qui possit uincere Geryonem.
Sæpe licet graiæ numeretur bellua lernæ,
Improba Niliacis quid facit hydra feris?
Pro meritis cœlum tantis Auguste dederunt
Alcidæ cito Dii, sed tibi sero dabunt.

In Pontilianum. 64

Sæpe salutatus nunquam prior ipse salutas,
Sic erit æternum Pontiliane uale.

De Hirundine. 65

Hybernos peterent solito cum more recessus
Atthides, in nidis una remansit auis.
Deprehendere nefas ad tempora uerna reuersæ,
Et profugam uolucres diripuere suæ.
Serò dedit pœnas, discerpi noxia mater
Debuerat: sed tunc, cum lacerauit Itym.

Ad Lesbiam. 66

Arctoa de gente comam tibi Lesbia misi,
Vt scires quanto sit tua flaua magis.

In M. Antonium. 67

Antoni pharium nil obiecture Photino,
Et leuius tabula, q̃ Cicerone nocens.
Quid gladium demẽs Romana stringis in ora?
Hoc admisisset nec Catilina nefas.
Impius infando miles corrumpitur auro,
Et tantis opibus uox tacet una tibi.
Quid prosunt sacræ pretiosa silentia linguæ?
Incipient omnes pro Cicerone loqui.

Eryx

Cacus

Vale

Vale æternum

Pompilius Lenas

DOMITIVS.

(INFVSVM,) Syriscus per multorum annorum industriam centies sestertia ab eo, à quo fuerat manumissus compilauerat. Is vagus, & errabundus inter fugitiuos caupones, & nautas, vt Iuuenalis ait totam rem absumpsit: nunquam discumbens vna mensa, adeo vt nunc ne volens quidem posset discumbere, cum pretium cœnæ non haberet, magna inquit poeta, luxuria est comesse centies sestertia. sed maior adhuc non discumbere cuius, verbi ambiguitate ita ludit. nam cum videatur dicere, maior est luxuria non discũbere, quia Syriscus vagus totum centies consumpserit, nusquam discumbens. Ipse intelligit maior est luxuria non accubare, quòd ita centies consumpserit, vt amplius non possit accubare ¶ Syriscus,) nomen ductum à Syro. Poetæ per Syros seruos intelligunt, vt Virg. Syriscam seruam. ¶ Quanto maior adhuc, nec accubare,) potes simpliciter intelligere, vt dicas magna est gula comesse centies, sed longe maior quòd nusquam accubando aut discũbendo, Syriscus centies consumpserit. ¶ Vagus per popinas sellariolas,) sellaria dicuntur loca domestica ad sedendum tantum parata. Plini. Sellaria domus auræ Neronis, & qdẽ loca ad libidinem, & segnitiem. Tranquil. in Tiberio. Recessu vero caprensi sellariũ excogitauit, sedem arcanarum libidinum. popinę sellariolæ dicuntur, in quibus desident homines ignaui ad libidinem, & luxum: Salariolis non placet ratione syllabę: nam primam corripit. ¶ Infusum) datum à patrono. ¶ Quattuor balnea,) quem autem balnea intelligat, licet coniicere fuisse Neroniana Grili Titi Agrippæ. quanto maior gula est consumpsisse, ita centies vt nusquã accubaret. ¶ Humida,) vocat Faustinum in agrum Trebulanum in campania, vbi tantam aeris reperiem esse dicit, vt si eam senserit sit existimaturus Tybur esse domicilinm hybernum calidum, cum tamen frigidissimum habeatur æstate. ¶ Leone Cleonæo,) id est Augusto mense: quo sol est in Leone. ¶ Cloneo) Cleonę opp. Peloponnesi in via quę agro Corinthum ducit pulchris mœnibus. Inde Homer. Cleonas excellere mœnibus canit. ibi Hercules leoné iteremit q̃ in cœlo esse fertur, vnde Cleonæus dr. idẽ dicit Nemęus nã Nemęa est iuxta Cleonas, í qua Argiui Nemæa sacra pagebãt, de qbus carmina extant Pyndari. scrib. Stra. meminit Higinius ¶ Trebula,) oppidũ in Campania non procul à Bais. ¶ Alget) friget. ¶ Cancri messi,) Iulio. ¶ Exige,) exple. ¶ Messes longas,) id est longam æstatem. ¶ Iam,) postquam senseris Trebulanum cœlũ. ¶ Hybernum Tybur,) id est tu tam frigidam existimabis Trebulam, vt existimes Tybur domicilium hybernum, id est vtendũ hyeme. ¶ Qui potuit,) in poetam (vt puto) qui in fabula Bacchi nati dixit Iouem esse matrem Bacchi: quoniam immaturo tempore natum intra femora fouisset: hunc Martialis deridet, hic, inquit, qui rem sibi lepidam videtur dixisse appellando Iouem matrem Bacchi, iam poterit dicere Semelen patrem. ¶ Non donem) in Theodorum, cui ait non mittere suos libellos, ne ille suos inconditos & ineptos mittat. ¶ Exigenti,) postulanti. ¶ Ne dones tu mihi tuos,) scilicet libellos ineptos. Alibi malum poetam indicat in domus incẽdio. ¶ Pompeios) in gratiam, & laudem Põpeiorum, quorum gloriam tantam fuisse scribit, vt non potuerint vno loco cadere, sed debuerint à tribus partibus orbis sepeliri, Cneus Magni filius occubuit in Hispania ad Mundam partem Europæ. Sextus in Asia ad Miletum. Cneus pater in Aegypto sepultus ad Casiam montem. hic tamen non est in Africa, sed poeta est abusus finibus orbis, vt integro satisfaceret acumini. ¶ Asia,) Miletum oppi. Asiæ tegit Sextum. ¶ Europa,) Munda Hispaniæ oppi. tegit Cneum F. ¶ Si tamen vlla tegit) quoniam Pompeius dictus est esse insepultus, vel ex eo distichо: Marmoreo in tumulo Licinus iacet at Cato paruo: Pompeius nullo. An argutius Martialis loquitur vt hoc referat ad ímensam Pompeii gloriam, & dicat eum non tegi, id est eius famam non posse cælari. ¶ Tanta ruina) triũ Pompeiorum. ¶ Quæ legis,) Iuliam legem in adulteros reuocauit Domitianus de qua alibi poeta, Iulia lex populis, ex quo Faustine renata est. Quin. Qui ante legem promulgatam erat adulter, adulteram duxit vxorem, veritus supplicium legis. legitima vxor dicitur, quæ iure & ritu nuptiali nupsit, & legitima à lege dicitur. hoc verbo cauillatur poeta, aitque alii appellant vxorem legitimam, quę ritu nupsit, & iure. Tu autem potes legitimam appellare, quia nupsit tibi causa legis Iuliæ: erat enim tibi mœcha ¶ Profecit,) Mithridates rex Ponti sanguine anatis ponticæ immisto quibusdam medicamentis remedium aduersus venenum sumebat, authore Lenæo Pompeio, quemadmodũ scrib. Gellius, adeo vt cum nonnunquã sumeret venenum inter epulas, nulla ex parte læderetur. Immo & eiusdem generis remedio nomen dedit, vt appelletur Mithridaticum. locatur in Cinnam poeta male cœnantem, quemadmodũ inquit Mithridates sumpto sanguine anatis ponticæ, quæ venenis vescit, parauit sibi corpus tutũ aduersus venenum, ita & tenui cœna paras remediũ aduersus famẽ, nam assuefacis te esuritioni, ita, vt postea esuritio non possit tibi nocere. ¶ Profecit) assecutus est poto veneno. ¶ Cauisti,) prouidisti. ¶ Narratur,) prouerbium erat apud antiquos, vt is qui loqui non posset, diceretur oleum ore gestare, eodem quidam vsus est in Marullum volentem neminem audire, sed inuerso, vt dixerit Marullum non gestare oleum ore, sed auribus, quia nunquam vellet alios audire, sed semper loqui.

Sellara popina Sellariola

Cleone

Nemæa

Trebula

De Syrisco. 68

Infusum sibi nuper à patrono.
Plenum maxime centies Syriscus
In sellariolis uagus popinis
Circa balnea quattuor peregit.
O quanta est gula, centies comesse.
Quanto maior adhuc, nec accubare.

Ad Faustinum. 69

Humida qua gelidas summittit Trebula ualles,
Et uiridis cancri mensibus alget ager.
Rura Cleonæo nunquam temerata leone,
Et domus Aeolio semper amica noto.
Te Faustine uocat, longas his exige messes
Collibus, hybernum iam tibi Tybur erit.

De Origine Bacchi. 70

Qui potuit Bacchi matrem dixisse tonantem,
Ille potest Semelen dicere Rufe patrem.

Ad Theodorum. 71

Non donem tibi cur meos libellos
Oranti toties, & exigenti,
Miraris Theodore? magna causa est.
Dones tu mihi ne tuos libellos.

De Pompeio, & filiis. 72

Pompeios iuuenes Asia, atq; Europa, sed ipsum
Terra tegit Libyes, si tamen ulla tegit.
Quid mirum toto si spargitur orbe iacere
Vno non poterat tanta ruina loco.

Ad Quintum. 73

Quæ legis causa nupsit tibi Lælia Quinte,
Vxorem potes hanc dicere legitimam?

Ad Cinnam. 74

Profecit poto Mithridates sæpe ueneno,
Toxica ne possent fæua nocere sibi.
Tu quoq; cauisti cœnando tam male semper,
Ne posses unquam Cinna perire fame.

Ad Marullum. 75

Narratur belle quidam dixisse Marulle,
Qui te ferre oleum dixit in auriculam.

DOMITIVS.

Domicœnium

SI Tristi,)ad Toranium alterum eiusdem nominis mangonem, hoc est venditorem puerorum, fuisse & Plini. in. 7. natu. hist. scrib. & Tranquil. in. 8. hunc inuitat ad tenuem cœnam, quam infra quoque describit ad socios. ¶ Laboras,)anxius es. ¶ Domicœnio,)nouum est verbum à poeta compositum ex domi, & cœno, id est cœna domestica. ¶ Esurire,)non vesci, sed leuiter gustare. ¶ Cappadocæ,)lactucæ erant quemadmodum aliæ, purpureæ, crispæ, græcæ. de his Columella: Cappadocamque premit ferali mense lupercus. ¶ Si soles). i. si tibi mos est. ¶ προγεύειν,)id est prægustare ante cœnam. ¶ Viles,)at viliores sunt quæ pelerides dicuntur. Eandem cœnam alibi describit, & inchoat à lactucis hoc versu: Attulit & varias quas habet hortus opes: In quibus est lactuca sedens, & sectile porrum, infra est epigramma. ¶ Graues porri,)grauis concoctionis, vt scribit Dioscorides. ¶ Cybium,)hoc erat genus cibi ex cybio pisce genere pulmēti falsi. Cybium autem Plin. scrib. esse pelamidem concisam & ouis, & ruta. infra Martialis in hunc sensum: Secta coronabunt rutatos oua lacertos: Et madidum thynni de sale sumen erit. ¶ Coliculus,)siue cauliculus, delicatissimus erat Apicii luxuria, per quem est fastiditus Druso Cæsari vel, vt alii codices habent, blanditus, quod placet. ¶ Botellus,) genus condimenti, quod ita conficit Apicius: Botellum sic facies ex oui vitellis coctis, nucleis pineis concisis, tum addit talia. ¶ Plus,)ex farina alicæ, oleo, & aliis rebus, vt docet Apicius in. 5. Erant autem pultes suis appellationibus distinctæ, nā aliæ dicebantur iulianæ, aliæ tracto galæ &c. ¶ Premens,) nam coronabantur pultes lucania vel Botello in disti. de Botello: Pultibus hic niues grata corona datur. ¶ Marcentes,) præmaturæ: vt marcida vina apud Papi. id est præmatura: Et marcida vina largiuntur. ¶ Pira,) quę ferūt nomen Syrorum, id est pira syra, ex eadem Syria ziziphaalla ta sunt à Sexto Papyrio Augusti temporibus. ¶ Docta Neapolis,) studiis literarum, quæ illic erant, authore Strab. ¶ Vinum bonum facies bibendo,) hac sola re, quòd tu bibes vinum bonum esse ostendes, quod alioquin non est. ¶ Mouebit) nimio vino epoto vomitio reddebatur, inde sequebatur appetitus & auiditas cibi quod tetigit Iuuenalis in muliere: De quo sextarius alter Ducitur ante cibum rabidā facturus orexim. ¶ Feruens cicer,)coctum. ¶ Lupinus tepens,) Lupini emebantur aqua tepenti, & apti mensæ Plin. ¶ Vultu tuo,) non comparato in gratiam alterius vt cogeris apud Vironem. ¶ Leget,) vt Lygurinus. ¶ Prurientes,) lasciuientes. ¶ Condyli,) & condylum significat anulum condylus item in musicis dicitur digitorum curuatura vsq; ad dimidium orbem. de hoc intelligit. ¶ Vel parui condyli,) id est exigui foraminis, ¶ Claudiam,) amatum à te. Catullus eiusdem sectæ: Cœna bis inquit, sed non sine candida puella. Nam Epicurei omnes in voluptatem cœnæ adhibent puellam. vt Hor. & alii. ¶ Tu cupis priorem,) vis eam primum omnium adesse, nam amas. locatur autem ex eo quod dixerat sequeris, & subdit quasi opponēs priorem. ¶ Vndecies,) in Zoilum eodem fermè epigramma te: quo supra alterum accusauit simulantem febrem, vt ostēt aret stragula. hic autem eadem ex cœna surrexerat vndecies, & toties mutauerat Synthesim vestem saturnalitiam hac excusatione: ne cum sudaret, sudor remaneret, & postea læderetur vento. Martialis inquit: Quare ego non sudo nimirum, quia vnam tantum synthesim habeo, quasi dicat, non habeo quam possim ostentare: si placet sententiam alteram accipe. quòd Zoilus bene cœnaret, & propterea sudaret. Martialis autem tanquam pauper contemptus in extremo lecto accubans male cœnabat: sed placet, vt dixi, prior sensus, vt ostendat illud non fieri necessario, sed vt ostentet vestes. ¶ Non totam,) Seuero librum suum emendandum commendat, quem rogat, vt patiatur hanc temporis iacturam libro legendo: quem sperat fore emendatissimum, nec vnquam interiturum, si adhibuerit Secundum alterum censorem. ¶ Dones) ascribas muneri. ¶ Imputes,) facias me debitorem. ¶ Exigis,) percenses, & examinas ¶ Durum est,) occurrit taciturnitati obiectioni quasi dicat: Seuerus, ego volo relaxare animum, & nolo emendare nugas tuas. ¶ Domino,) Mar. authori.

Ad Toranium. 76

Si tristi domicœnio laboras
Torani, potes esurire mecum.
Non deerunt tibi si soles προγεύειν,
Viles Cappadocæ, graues porri,
Diuisis cybium latebit ouis,
Ponetur digitis tenendus ustis
Nigra colículus uirens patella.
Algentem modo qui reliquit hortum,
Et pultem niueam premens botellus,
Et pallens faba cum rubente lardo.
Mensæ munera si uoles secundæ,
Marcentes tibi porrigentur uuæ
Et nomen pira quæ ferunt Syrorum,
Et quas docta Neapolis creauit.
Lento castaneæ uapore tostæ.
Vinum tu facies bonum bibendo.
Post hæc omnia forte si mouebit
Bacchus, quam solet, esuritionem,
Succurrent tibi nobiles oliuæ,
Piceni modo quas tulere rami,
Et feruens cicer, & tepens lupinus.
Parua est cœnula, quis potest negare?
Sed finges nihil, audies ue fictum.
Et uultu placidus tuo recumbes,
Nec crassum dominus leget uolumen,
Nec de Gadibus improbis puellæ,
Vibrabunt sine fine prurientes
Lasciuos docili tremore lumbos.
Sed quod non graue sit, nec infacetum,
Parui tibia condyli sonabit,
Hæc est cœnula, Claudiam sequeris
Quam nobis cupis esse turpiorem.

Botellus

Pultes

Iulianę Tractogalæ

Condylus

In Zoilum. 77

Vindecies una surrexit Zoile cœna,
Et mutata tibi Synthesis undecies.
Sudor, inhæreret madida ne ueste retentus,
Et laxam tenuis læderet aura cutem.
Quare ego non sudo, qui tecum Zoile cœno?
Frigus enim magnum synthesis una facit.

Ad Seuerum. 78

Non totam mihi si uacabis horam,
Dones, & licet imputes Seuere.
Dum nostras legis, exigisq; nugas,
Durum est perdere ferias, roganus.
Iacturam patiaris hanc, ferasq;,
Quòd si legeris * ipsa cum diserto,
Sed nunquid sumus improbi? Secundo,
Plus multo tibi debiturus hic est,
Quàm debet domino suo libellus.
Nam securus erit nec inquieta

* Ipse

GEORGIVS.

¶ Sisyphi,)

DOMITIVS.

¶ SISYPHI,) Sisyphus pumilio fuit M. Anto. intra bipedalem statutam, sed hic de Sisypho illo intelligit, qui apud inferos est, & saxum voluit. dicūt enim poemata adire inferos, & interire eum non leguntur. Alibi de immortalitate carminis: Pigra per hunc fugies inferæ lumina lethes. ¶ Lassi,) fessi quoniam voluit saxum. ¶ Lima.) instrumentum fabrile est, quo teritur ferrum, hic pro censura. ¶ Momorderit,) elimauerit. apta metaphora nam & lima dicit habere dentes: & propterea mordet. ¶ Semper eris pauper) notat figurate tempora sua quibus adeo in pretio erant diuitiæ, vt ne patroni quidem diserti conducerentur à clientibus, nisi fuissent diuites. quod accusauit Iuuenalis. Et munera orbis tantum diuitibus mittebantur. ¶ Quid promittebas,) in Gaurum fœneratorem, qui vt videretur magnus, & liberalis, promisit Martiali se daturum cc. millia, intelligens in fœnus. mox Martialis petit duo millia sine fœnore ille non dedit. Poeta solet appellare eos, qui sibi congerunt diuitias, nihil amicis impartientes pusillos. quod supra dixit in Quintum: Hęc animus Quinte pusillus emit. Ait ergo in Gaurum cum promittas. cc. millia in fœnus crede mihi non magni animi er, vt cupis videri, sed pusilli. ¶ Non poteras dare,) scilicet sine fœnore. ¶ Dispereas,) conficiare in tuis diuitiis. ¶ Pusillus,) pusilli animi, quia non das aliquid amicis & non es magni animi, vt volebas videri. ¶ Insequeris,) eodem sensu epigrammatis lusus est in Diadumenum. ¶ Consequar,) hoc vt me nec timeas, nec ames Dindymus erat Spado. ¶ Tuú uelle,) id est te petentem aliquid. ¶ Nolle) recusantem oscu lari, nam ex eo nihil pecces. ¶ Lá tristis,) de Galla conqueritur, quæ totis Saturnalibus cū amicis munera mitti soleant, nihil ipsi miserit, minatur se idem missurum Martiis calendis, id est nihil cum saturnalia fœminarum celebrantur. ¶ Nucibus relictis,) permittebantur lusus in saturnalibus, pueris nuces, viris alea, quod vtrunque prohibebatur post saturnalia, nam & pueri reuocabātur à magistris, & aleatores multabātur ab ædilibus. ¶ Tristis,) mœstus, quia diutius ludere vellet. ¶ Vdus,) vino ingurgitans, quoniam, qui inter pocula versantur vdi dicuntur, in quibus locis aleatores erant in primis. ¶ Proditus) cognitus, quia auscultans ædilis admouebat autem propius, si vacui essent aleatores. ¶ Fritillo,) alea. Fritillus, fimum, alueolus idem significant. ¶ Arcana,) quia in locis reconditis, & arcanis est. ¶ Popina,) popinę dicuntur viliores tabernæ, parua, & minora, ego intelligo de xeniis & apophoretis, nam xenia intelligebantur non magni quidé pretii, sed tamé maioris, quàm apophoreta, & apophoreta erant minora. ¶ Vestra satur.) saturnalia celebrabantur à viris quinque diebus mense decembri, quo tempore dabant cœnas seruis tanquam agentes gratias opere toto anno præstitæ: author est in satur. Macrob. cōtra Calend. Martiis mulieres seruas cœna accipiebant tanquam exhortantes eas ad in sequentis anni operam. mittebantur ergo munera viris mense Decembri, mulieribus mense Martio, author est Tranquil. in Vespa. nam Vespasianum scribit dedisse apophoreta, & viris in saturnalibus, & mulieribus Calend. Martiis. de eisdem Calen. Horatius: Martiis cœlebs quid agam Calend. ¶ Quod dedisti,) id est nihil.

Lassi marmora Sisyphi uidebit,
Quem censoria cum meo Seuero
Docti lima momorderit Secundi.

Ad Aemilianum. 79

Semper eris pauper, si pauper es Aemiliane,
Dantur opes nullis nunc, nisi diuitibus.

In Gaurum. 80

Quid promittebas mihi millia Gaure ducenta,
Si dare non poteras millia Gaure decem?
An potes, & non uis? rogo non est turpius istud,
I. tibi * dispereas Gaure, pusillus homo es.

* Dispe-ras

Ad Dindymum

Inseqris, fugio. fugis, insequor. hæc mihi mens est
Velle tuum nolo Dindyme, nolle uolo.

129. Ad Gallam. 81

Iam tristis nucibus puer relictis
Clamoso reuocatur à magistro,
Et blande malo perditus fritillo.
Arcana modo raptus è popina
Aedilem rogat udus aleator.
Saturnalia transiere tota,
Nec minuscula parua, nec minora
Misisti mihi Galla, quæ solebas.
Sanè sic abeat meus december.
Scis certe puto uestra iam uenire
Saturnalia, Martias calendas,
Tunc reddam tibi Galla, quod dedisti.

ARGVMENTVM.

HOC Primum sexti libri epigramma metro dactylico phalæcio pentametro constat, quod his pedibus mensuratur. Spondeo, dactylo, ac tribus trocheis. Mittiturque a Martiale ad amicum sibi cognominem: quem in hunc compellat modum. O mihi omnium charissime Martialis, hic sextus tibi meorum epigrammatum mittitur libellus. Quem si, qua soles omnia, diligenti expolueris censura, limaueriſque, & castigaueris, timore posito, in magni Cæsaris manus, cuius numen nomenque ueneror & colo, impauidus, intrepiduſque peruenire haud quaque dubitabit.

M. VAL. MARTIALIS EPIGRAMMATON LIBER SEXTVS.



Extus mittitur hic tibi libellus,
In primis mihi care Martialis.
Quem si terseris au re diligenti,
Audebit minus anxius, tremensq;,
Magnas Cæsaris in manus uenire.

Adulatorium.

Lusus erat sacræ connubia fallere Tedæ,
Lusus & immeritos execuisse mares,
Vtraq; tu prohibes Cæsar, * populisq; futuris
Succurris, nasci quos sine fraude iubes.

DOMITIVS.

EXtus mittitur,) Sextū librum emittit Mart. cuius initio imperatoris nomen venera tur: dum ait emendandum esse vt audeat venire in manus Cæsaris. Ego hoc epigramma credo ad amicum scribi, quanuis alii dicant ipsum se alloqui. ¶ Terseris,) elimaueris. ¶ Aure diligenti,) id est diligenti censura. ¶ Magnas,) imperatorias. ¶ Ludus erat,) hoc epigramma te agit gratias Domitiano q; inter cætera instituta reuocata lege Iulia sustulerit adulteria, & nouo instituto prohibuerit spadones fieri. ¶ Erat ludus,) habebatur pro ludo. multi legunt lusus erat. ¶ Fallere connubia,) facere adulteria. ¶ Execuisse mares,) id est castrare, & reddere spadones, hoc voluit etiam in Græcia Periander Corinthius, scilicet vt mares castrarentur, sed viduarum concharum nauis fuit retenta, quæ illud edictum afferebat. hoc prohibuisse Domitianum Tranquil. est author. & Papi. in syluis de Farino Nondum pulchra ducis demētia cœperat ortu Intactos seruare mares, nunc frangere saxo: Atque hominem mutare nefas. ¶ Sine fraude,) sine adulterio.

Periandri edictum

* Puerisq;

DOMITIVS.

SPADO,) Mœchus erat. spado ducebat vxorem non sibi, sed aliis, vnde ipse erat adulter suæ vxoris, vt de Othone scriptũ est eo distichon: Cur Otho mẽtito sit queritis exul honore
Vxoris mœchus cœperat esse suæ. nam Nero cum ea rem habebat: de spadone conqueritur Iuue. Cũ tener vxorem ducat Spado, id est non sibi, sed alii, vel, quod magis placet Spado erat mœchus quoniã mulieres spadonib. obblectabãtur. Martialis: Cur tantum eunuchos habeat tua Gellia quæris
Pannice, vult futui Gellia, non parere. idem in Paulum. Erãt igitur spadones adulteri, & ita in cõmentariis in Iuuen. scripsimus. ¶Nascere Dardanio,) Domitianus Iuliam Titi fratris filiam amauit ardentissime, quam tandem frequentibus abortiuis coegit perire: nunc parturiebat: Martialis voto quodam & precibus prosequitur partum, alloquitur puerum oriturum hoc versu. ¶Promissum,) à fatis. nam Ascanio, siue Iulio promissum erat ad genus Romanum te oriturum. ¶Deum,) quia Domitianus dominus & Deus appellabatur. ¶Habenas re,) id est imperiũ. ¶Ipsa ti.) sensus est Iulia trahet tibi fila aurea. ex disciplina Hetruscorum quoties aut ouis, aut aries purpureo, aureóve colore aspergeretur: portendebat principi cum felicitate rerum omnium largitatem. hoc scrib. Macrob. ex ostentario Tusco. & Virgil. indicauit eo versu cũ vellet portendere felicitatem principi Augusto: Ipse sed in patris aries iam suaue rubẽti Murice: iam c. m. y. l. Eandem felicitatem portendit Sen. Neroni. Aurea formoso descendunt pollice fila. Cum igitur Martialis velit ostendere puerum hunc fore felicem, ait arietini velleris in aureum colorem mutari, vt fabula est de ariete Phryxi, Iuliam dispensaturam fila, seu deducturam, hic puer potius mihi videtur filius Iuliæ, & Domitia. quam Domicillæ, siue Augustæ. nam illum suscepit in secundo consulatu nondũ imperator, hic imperator Do. nascit. ¶Tibi) in portentum tuæ felicitatis venturę. ¶Censor,) eadem laude prosequitur imperatorem, qui reuocata lege Iulia sustulerit adulteria, & mares castrari prohibuerit, quàm etiam supra eum extulit epigrammate: Ludus erat. nunc ait ex omnibus meritis in vrbem Romã collatis hoc esse præstantissimum, quòd induerit pudicitiam Censura Domitiani. carmen est phaleutium. ¶Maxime censor,) Domitianus incœstam virginum vestalium puniuit, multaque correxit, authore Suet. vnde iure maximus censor dicitur. ¶Nascentia, quæ nunc ædificantur. ¶Et renata,) quæ ædificata & instaurata sunt. ¶Vrbes tot,) adiectas imperio Roma. nam Domitianus Cattos, & Dacos populos Germaniæ adiecit imperio Ro.

Domitiani ædificia

ædificia Domitiani hæc referuntur: Capitolium instauratum, forum transitorium, porticus duplex, stadium, quorum alterum Issum, alterum Serapium dictum est, templum Flauiæ, mea aurea, Minerua Calchiœcha, cuius numinis meminit Pausa. de templis Papi. Et quæ tibi templa dicamus Ipse colas. ¶Quod pudica) id est quod induit pudicitiam prohibitis stupris, & adulteriis. ¶Rustica,) apertum est argumentum, & acumen ex verbis apparet. ¶Sum mercatus,) emi. ¶Centum mutua,) sexertia. ¶Ideo Cęciliane rogo,) quia non sum redditurus. ¶Comœdi) libidinis mulierum vsque eo progressus erat amor, vt iam amarent mimos, & histriones. hoc carpit Iuuen. longo carmine: cuius initium: Astaliæ quoties aulæa recondita cessant. tum sequitur: Hunc diligit Helia pauper: Soluitur his magno comœdi fibula. ex hoc Paulę amor nimius in comœdos ostenditur: hoc est histriones comœdiarũ, nam amabat quatuor, cum tñ in nulla scena possent loqui plures tribus, & si quartus histrio introducitur, is non loquitur, sed tantum subausculat, quæ dicuntur. hoc præcipit Hor. Nec quarta loqui persona laborat, is cum non loquatur græco verbo appellatus est Cophon prosopon, id est muta persona: author est Diomedes gramma. vetustissimus. Poeta inquit, cum tres comœdi sint, quatuor amat. ¶Paula amat κῶφον πρόσωπον) mutã personam, quasi dicat omnes amat quotquot sunt. ¶Iulia lex,) in Thelesinam, quæ cũ esset olim adultera, metu legis Iuliæ nuper reuocatæ à Domitiano aduersus adulteros nupsit, sed tanta libidine alieni viri tenebatur, vt intra. 30. dies decẽ maritos habuerit, quod cum veneficio fieri suspicitur. poeta ait minus sceleris sibi committere videri eam quæ apte est mœcha, quã quæ toties nubit.

Nec spado iã, nec mœchus erit te præside quisq̃:
At prius, ô mores, & spado mœchus erat.

De Filio Domitiani. 3

Nascere Dardanio promissum nomen Iulo,
Vera Deum soboles, nascere magne puer.
Cui pater æternas post secula tradat habenas,
Quiq̃ regas orbem cum seniore senex.
Ipsa tibi niueo trahet aurea pollice fila,
Et totam Phryxi Iulia nebit ouem.

Adulatorium. 4

Censor maxime, principumq̃ princeps,
Cum tot iam tibi debeat triumphos,
Tot nascentia templa, tot renata,
Tot spectacula, tot Deos, tot urbes,
Plus debet tibi Roma, quòd pudica est.

Ad Cæcilianum. 5

Rustica mercatus nummis sum prædia multis.
Mutua des centum Cæciliane rogo.
Nil mihi respondes, tacitum te dicere, credo
Non reddes, ideo Cæciliane rogo.

Ad Lupercum. 6

Comœdi tres sunt, sed amat tua Paula Luperce
Quattuor, & κῶφον Paula πρόσωπον amat.

De Thelesina. 7

Iulia lex populis ex quo Faustine renata est,
Atq̃ intrare domos iussa pudicitia,
Aut minus, aut certe non plus trigesima lux est,
Et nubit decimo iam Thelesina uiro.
Quæ nubit toties, non nubit: adultera lege est.
Offendor mœcha simpliciore minus.

Ad Seuerum. 8

Prætores duo, quattuor tribuni,
Septem causidici, decem poetæ,
Cuiusdam modo nuptias petebant
A quodam sene. non moratus ille
Præconi dedit Eulogo puellam.
Dignum quid fatuo Seuere fecit?

Petit Latenter à Do. Pecu. 9

Pauca Iouem nuper cum millia forte rogarem,
Ille dabit, dixit, qui mihi templa dedit.
Templa quidem dedit ille Ioui, sed millia nobis
Nulla dedit, pudeat pauca rogasse Iouem.
At q̃ non tetricus, q̃ nulla nubilus ira,
Qui m placido nostras legerat ore preces.
Talis supplicibus tribuit diademata Dacis,
Et Capitolinas ſtq̃, reditq̃ uias.
Dic precor ô nostri, dic conscia uirgo tonantis,
Si negat hoc uultu, quo solet ergo dare?
Sic ego, sic breuiter posita mihi Gorgone Pallas,
Quæ nondum data sunt, stulte negata putas?

Ad Leuinum. 10

In Pompeiano dormis Leuine theatro,
Et quereris, si te suscitat Oceanus.

In Marcum. 11

Quòd non sit Pylades hoc tẽpore, nõ sit Orestes,
Miraris? Pylades Marce bibebat idem.
Nec melior * panis, turdus úe dabatur Oresti.
Sed par, atq̃ eadem cœna duobus erat.
Tu Lucrina uoras, me pascit aquosa Peloris.
Non minus ingenua est & mihi Marce gula.
Te Cadmea Tyros me pinguis Gallia uestit.
Vis te purpureum Marce, sagatus ameni?
Vt præstẽ Pyladen, aliquis mihi præstet Orestẽ.
Hoc non fit uerbis Marce, ut ameris, ama.

De Fabulla. 12

Iurat capillos esse, quos emit, suos
Fabulla, nunquid Paule peierat?

De statua Iuliæ. 13

Quis te phidiaco formatam Iulia cælo,

* paucus

Phidias

GEORGIVS. Peloris

Chame

DOMITIVS

LVX Trigesi.) dies trigesimus. ¶Renata,) reuocata, quæ olim promulgata à Iulio fuerat, Populis, orbis, Pudicitia est iussa intra domos,) ex quo reuocata lex Iulia. ¶Quæ nubit tot. adultera est lege, nam ex prohibet mutare virum, sed quæ toties mutat virum, non est vxor, sed adultera, nam adultera quoque virum mutat. ¶Minus of.) minus displicet. ¶Mœcha semper,) aperte adulterium profitente, nam veneficium non exercet. ¶Prætores,) sensus idem est qui supra: cum sua tempora notans consuluit Lupo, vt iuberet filium fieri vel citharœdum, vel choraulem, & si videretur durì ingenii, præconem, aut architectum, nã hæ artes eta pecunio sæ. Laudat igitur senem, qui reprudentis prætoribus, causidicis, tribunis, poetisq̃, filiam in mã trimonium collocauit præconi. ¶Eulogo) Eulogus nomen proprium præconis est, sed tñ fictũ. nã Eulogus dicit, q̃ bñ loquit quod præconi conuenit. ¶Die nunquid fa. se. fe.) interrogatiue. ¶Fatuo,) scilicet homine, quasi dicat prudẽter fecit, quòd locauerit filiam præconi, qui in maiori pretio est, quàm aut tribuni, aut prætores. ¶Pauca,) petierat pecuniam ab imperatore quam non dederat, iterum petere turpe videbatur. ex ingenio ait igitur se interrogãsse Paladem, quare Domitia. non dederit, eam respondisse, si nõ dederit, non propterea cum negasse, quasi dicat paulopost datutum Iouẽ. ¶Ille dabit,) id est Domitia. ¶Vel pu.) id est pudeat me quòd etiam pauca petierim à Ioue, cum nõ dederit, vel pudeat Iouem non dedisse & rogare hæc pauca ab impera to. rogare enim videtur illum cum ipse nõ det, sed illum per se daturum dicat. ¶Diademata,) iura sua. nam Dacos in deditionem accepit, permisitque vt suo vterentur iure, hoc Pap. laudat: Qui nec extremos facilis sæuire furores Das Catis, Dacisq̃ fidem. ¶Dacis suppli.) venientibus in deditionẽ. ¶Irq̃) reditq̃ vias capito,) id est trisphos. ¶O virgo,) ô Pallas. ¶Conscia no. ro.) consiliarii Domit. nam Pallas erat numen familiare Domitia. vt Quint. videbaturq̃ impetator eius consilio vti. ¶Si negat hoc vul,) tam benigno, quasi dicat hic vultus est dantis, & non negantis. ¶Posita gorgone,) ægidẽ Pallas non habebat in capitoliũ, quod factũ erat in assentationem Domit. cuius statua habebat ægidem. propterea cum alibi interrogaretur Pallas, quare ægidem non haberet, respondit: Cęsar habet. vel posita ægide quoniam cum mitis designatur, deponit ægidem, vt apud Pro. & Sili. de Pallade compta ad iudicium Palladis Iam bellica virgo Aegide deposita, atq̃ assuetum cassidem etinem Inuoluit. ¶Putas ea neg. quæ non sunt data,) quasi dicat dabit paulopost. ¶In Pompeiano,) suscitare est aliquem sedentem excitare, supra Martia. Et sedeo qua te suscitat Oceanus. suscitare item est dormientem expergefacere. Leuinus ex. 14. gra. iussus est abire ab Oceano præfecto theatri: Illic enim sedere non poterat cum censum equestrem non haberet. hic in theatro sæpenumero dormitabat, cum ergo conqueratur se suscitari de sede quasi Martia. suscitare aliter accipiat in secunda significatione, respondet: Non miror quòd doleas te suscitari in theatro, nam illic sæpe dormitas. ¶Suscitat,) expergefacit te. Hic sensus magis placet vt dicat: O Leuine tu dormis in tumultu theatri pompeiani, & conquereris te suscitari à solo Oceano quod videtur verisimile. nam si tumultus non potest te suscitare, longe minus solus Ocea. Cauillatur autem hoc verbo, nam Leuinus intelligebat se suscitari, id est excitari ex sede: Martialis respondet iocans quasi intel lexerit suscitari, hoc est expergefieri. ¶Quod non,) in Marcũ qui mirabatur ætate sua nõ existere par amicorum, quales Pylades, & Orestes fuerunt, & hoc obiiciebat Martiali quòd se, scilicet non amaret, ostendit non sua, sed Marci culpa fieri: cum ipse opibus fruatur, & nihil ei det, nam oportet omnia amicorum esse cõmunia. ¶Nõ sit Pylades & Orestes,) id est quòd non sit vnum par amicorum, quales Pylades & Orestes. ¶Peloris,) genus conchylii nihil habens intra se præter aquosum quendam liquorem. Horati. Lucrina peloris. ¶Tyros cadmea,) id est purpura. ¶Gallia pinguis,) id est pingue sagũ gallicum. nam gallia saga mittebat grossioris villi. ¶Sagatus,) indutus sago. ¶Hoc non fit verbis,) sed opibus communicatis. ¶Ama) communicatis opibus. ¶Vt ameris,) vt te pro opibus communicatis prosequar amore. ¶Iurat,) Fabulla emerat crines, & iurabat eos esse suos: Martialis ait eam non peierare. nam supra dixit: Nam quod emas possit dicere iure tuum. iocus est in verbo. ¶Suos,) Fabulla iurabat crines esse suos, id est natiuos crines: Martialis inquit non peierare suos, ipse intelligẽs ab ea emptos. ¶Quis te) ardentissime amauit Iuliã Titi fratris filiã Domi. cuius statuã è lygdio marmore cãdidissimo iussit fieri, & vt ardorem amoris fateretur in manu statuę sculpi cestos. i. baltheũ Veneris, nã Iuno apud Hom. dum vult Iouẽ conciliare, eum percussit baltheo, & quoscunq; percusserit, eos Venus vertit in amorẽ. Iuliæ igitur amore incensus Domit. ei iubet inesse baltheũ, quasi iudicaret se eo esse percussum. epigrãma est in hãc statuã. ¶O Iulia) filiã Titi. ¶Cælo) instrumẽto lapicidarũ. ¶Phidiaco,) quale erat Phidiæ, qui Diis effingẽdis aptior q̃ homini bus, & ebore potissimũ claruit, Mineruæ simulachro Athenis, ¶Pascit aquosa Peloris,) Nescio an hic homo Pelorida aut viderit, aut comederit, nã mihi nimis arrogãter videtur de genere, & qualitate Peloridis disserẽ. Ast ego cũ græca sit dictio, quod Græci scribãt in mediũ adducã. Iulius Pollux enumerãs probata quæ dã à priscis Edulia sic ait: Cõchę Pelorinæ, vnde forsan & Pelorides nũc appellatæ sunt. Eusta. autẽ in Diony. scrib. hæc de Pelorida ἔσι γὰρ κατὰ τοὺς παλαιοὺς πελωρὶς ὀστρέϊον ωοειδὲς χαμῶδες μεγαλοπρεπὲς ἐν ᾧ καὶ πελωρὶς ὄνομα μέγεθος λέγεται quod sic interpretatur. Est. n. secundũ antiquos Peloris ostreę species chamemaior: vnde & Peloris ob magnitudinẽ dicitur. nã πελώριον magnũ significat. Est autẽ chame cõcha. Arist. vero eas in arenis nasci tradit, aquosam vero dixit poeta Pelorida placidam, & non habẽtem callum illum, ex quo valde conchylia commendantur.

Suscitare

GEORGIVS.

DOMITIVS.

¶Palladiae Artis,)non placet à Palladio scnlptore potius à Pallade Dea artificii,nam solemus præstantiora opera referre ad artificiũ Palladis,ita apud Pap.A te Palladiæ talem Germanice nobis.Effinxere manus.¶Lygdos)marmor in Tauro teperto,authore Plin.amplitudine qua lances,& crateres non excederet: prius tamẽ ex Arabia ad uehebatur. ¶Candida,) id est statua ex Lygdio.alibi:Totam nitere Lygdon.¶Non ta.)loquẽti.¶Decor viuus,)id est naturalis pulchritudo. ¶Manus)tua ô Iulia.¶Nodo acid.) baltheo venereo. ¶Non aspera,) blanda. ¶Rapuit.)Iulia tantum ardorẽ habet,& incutit hic baltheus,vt videatur mihi, sublatus collo Cupidinis. hoc sensu vtitur in disti. Collo nectẽ puer meros amores Cestonde Veneris sinu calẽtem.¶Vt Martis,) si Venus vult conciliare Martem , & Iuno Iouem, vtitur isto baltheo, quo tu imperatorem incendisti Iulia.nam apud Hom.in.19. Iliad.introducitur Iuno petens cestonà Venere, quo volebat vti ad conciliandum Iouem,ad quod alludens Martialis iam inquit Iuno nõ à Venere, nec Venus aliunde, quàm à te baltheũ petat,quo vris Domitia.Deum nostrũ.¶Versus scri.) Laberius fuit scriptor mimorum,is mortuus est decimo mense post neẽ Cæs.alter Labe. de quo Martialis hæc.is dicebat se posse scribere optimos versus sed nolle. hoc ait poeta non esse verisimile:nemo enim est,qui cum possit scribere, nolit ostentare suã scribendo doctrinam: nam tanta est gloriæ cupiditas,vt qui dicerit nullo pacto velit latere. ¶Disertos ,) eruditos versus. ¶Putabo vi.) id est fortissimi animi præter cæteros,qui potest se cohibere à scribẽdo,& qui potest scribere eversus,& nõ scribat,quasi dicat nemo est adeo vir,qui abstinere possit,nec tu posses si scires scribere. ¶Dum Phaetontea) laudat partem electri in quo erat inclusa formica.supra idem est frequens argumentum.¶Gutta,)electrum & gumi ex populo.¶Feram tenuem,) id est exilem formicã. ¶Vmbra Phae.)sub populis in quas versæ sunt sorores Phaetontis.¶Contempta,)quæ nullius pretii erat.¶Manẽte vita,) dum viueret ¶Cinnam,)Cinnam deridet, qui cum Cinnamus vocaretur: Cinna mutilato nomine volebat appellari. Si antea, inquit, fuisses dictus Furius,eadem nominis mutilatione dicereris fur. Vis vocari Cinna æmulatione Cinnæ prisci,qui magnã obtinuit authoritatem apud Romanos.¶Sãcta) priscum patrẽ Salo.nuper mortui in Hispania consolatur, ait enim Salo.non esse planè mortuum,sed viuere ea parte , qua semper optauit , hoc est immortali virtutis nomine & fama,alterius Salo.mentio in Buc.Virg.¶Qui te,)id est filius tuus.¶Nõ de vi.)in Posthumum causidicum ineptum, qui nihil ad propositam causam dicebat,& nuper conductus à Martiale vt defenderet causam trium capellarum,quas amiserat furto,cœpit Cannẽsem pugnam,& bellum aduersum Mithridatem recitare. At Martialis clamat,dic tandem o causidice de meis capellis. ¶Vi,)illata.¶Has abeste,) subtractas esse. ¶Sonas Can.) cladem Cannensem.¶Bellum Mithridaticum) gestum à Lucullo,Sylla,& Põpeio contra Mithridatem.¶Sylas,)bellum gestum inter Syllam , & Marium. ¶Mutios,)id est bellum Porsenæ,in quo Mutius Scævola manũ amisit igni. ¶Mutua.)in Phœbum fœneratorem,quemadmodum in Gaurum supra conquestus est:nam hic pollicitus est se daturum Martiali quam vellet pecuniã intelligẽs,scilicet infœnus:Martialis nunc popoſcerat pecuniã sine fœnore. Ille nõ dabat, neq; audebat omnino negare, quid opus inquit est diutius crucieris & habeas me solicitum ? tandẽ nega.¶Exigis ergo nihil,) verba Phœbi hortantis Martialẽ vt aliq̃d peteret ¶Perpetuã)Stella poeta amauit Violantillam, quam longis precibus nunquã potuerat placare,cruciatusque est miser lungo amore,nunc celebrantur nuptiæ tandem Stellæ , & Violantillæ . Poeta edit hoc epigramma,volens demonstrare incredibilem Stellæ amorem in Violantillam, aitq; hoc connubio non Stellam esse flectendum,quia iandiu cepit,sed potius flectendam esse Violantillam,quæ hactenus dura fuerat & inexorabilis.Carmẽ Pap. indicat de Violantilla : Redeũt animo iam dona,precesque:Et lachrymæ,vigilesque viri propè lumina questus . Præterea: Iamq; cœpit Flectere corda libens , & iam sibi dura videri. ¶Hiantida,) Violantilla latine, græce dicit Hiantis ab ἰάω viola & ἄνθος flos , hoc est viola , & flos,vnde latine Violant.Papi. Violantillam appellauit.Quos Stellæ , Violantillęque professus Cantaretur hymen, eadem dicta Asteris ficto nomine à Stella,nam Stella ita eam appellauit à suo nomine , Stella enim græce dicitur aster,genere masculino, inde deductum fœ.Asteris , hoc est amica asteros, id est Stellæ . Papi. Asteris ante dapes nocte Asteris ortu. ¶Læta Ve.) & fauore Veneris celebratas nuptias fuisse scrib. Papi.¶Plus dare non potui,)id est dedi quod potissimum erat, & ita apud Papi. Grande quidem,rarumque viris,quos ipsa probaui Pierius votum iuuenis cupit. ¶Domina,) Violantilla. ¶Sed nequius,) insultat amori Stellæ, cum Venus moneat,ne relinquat Violantillam , quam nullo pacto erat relicturus . ¶Nec pec. ali.) id est aliquam aliam sequaris. ¶Frugi,)contingentem . Iupp. & Mars inter deos erant adulteri vt Iuuenalis Adeo senuerunt Iuppiter & Mars.

Vel quis Palladiæ non putet artis opus?
Candida non tacita respondet imagine Lygdos,
Et placido fulget uiuus in ore decor.
Ludit Acidalio,sed non manus aspera nodo,
Quem rapuit collo parue Cupido tuo.
Vt Martis reuocetur amor,summiq; tonantis,
A te Iuno petat cestonem & ipsa Venus.

In Laberium. 14

Versus scribere posse te disertos
Affirmas Laberi,quid ergo non uis?
Versus scribere qui potest disertos,
Non scribat Laberi,uirum putabo.

De Formica electro inclusa. 15

Dum Phaetontea formica uagatur in umbra,
Implicuit tenuem succina gutta feram.
Sic,modo quæ fuerat uita contempta manente,
Funeribus facta est nunc pretiosa suis.

In Cinnamum. 16

Cinnam Cinname te iubes uocari,
Non est hic,rogo,Cinna barbarismus?
Tu si Furius ante dictus esses,
Fur ista ratione dicereris.

Ad Priscum de Salonino. 17

Sancta Salonini terris requiescit Hiberis,
Qua melior stygias nõ uidet umbra domos,
Sed lugere nefas.nam qui te Prisce reliquit,
Viuit,qua uoluit uiuere parte magis.

In Posthumum. 18

Non de ui,neq; cæde,nec ueneno,
Sed lis est mihi de tribus capellis,
Vicini queror has abesse furto.
Hoc iudex sibi postulat probari,
Tu Cannas,Mithridaticumq; bellum,
Et periuria Punici furoris,
Et Syllas,Mariosq;,Mutiosq;
Magna uoce sonas,manuq; tota.
Iam dic Posthume,de tribus capellis.

In Phœbum. 19

Mutua te centum sextertia Phœbe rogaui,
Cum mihi dixisses,exigis ergo nihil.
Inquiris,dubitas,cunctaris,meq; diebus,
Teq; decem crucias,iam rogo Phœbe nega.

De Hiantide, & Stella. 20

Perpetuam Stellæ dum iungit Hiantida uati
Læta Venus,dixit,plus dare non potui.
Hæc coram domina,sed nequius illud in aurem
Tu ne quid pecces exitiose uide.
Sæpe ego lasciuum Martem furibunda cecidi,
Legitimos esset cum uagus ante toros.
Sed postquam meus est,nulla me pellice læsit,
Tam frugi Iuno uellet habere Iouem.

¶Loro,)

DOMITIVS Baltheus Flagellum

¶Loro,)id est baltheo quo incutiebatur amor, qui baltheus dicitur etiam flagellum.Hor.ad Venerem:Sublimi feries Cloem flagello.¶Duos,)id est Violãtillam etiam,quæ hactenus fuit dura,vt mutuo amore diligat Stellam.¶Quod nu.)Proculina adulterum habuerat,cui nupsit metu legis Iuliæ , de qua satis supra. ¶Non nu.) inquit poeta,Proculina,sed fatetur se esse mœcham, quasi dicat fruebatur eodem viro ante nuptias,in eundem sensum supra est disti. Mœchus erat,poteras tamen hoc tu Paula negare:&c.¶Notare) punire ¶Non nu.)non accipis virum, quia antea habebas . ¶Fateris te,)scilicet cum hoc fuisse mœcham.¶Nil,)deridet Carisianũ, qui cum synthesim non haberet in saturnalibus,qua veste reliqui vtebãtur,togam gestabat. Toga autẽ in saturnalibus deponebatur,& sumebatur synthesis:de qua in distichis:Cum toga,per quinas gaudet requiescere luces:Hos poteris cultus sumere iure tuo.Non gestabat togã Carisianus, quòd lasciuus esset,sed quia non habebat synthesim , propterea deridetur. ¶Tu qui) Deum hortorum rogat,vt suos hortos custodiat in Ianiculo.¶Stare,)Lesbiam impudicam etiam supra ostendit cum dixit:Arctoa de gente coemam.hæc blanda quidem erat sed deformis.idcirco ait eius faciem aduersari blãditiis,& eius cupiditati.¶Contra te,)quoniã sua deformitate non finit tuas blanditias exaudiri. ¶Marcelline,) Marcellinum Tyronem Domitianus in Germania monet,ne in medios enses ruat,sed dispẽsato calore iuuenili ita pugnet,vt patriæ viuat,& imperatori operam præstet.¶Soboles syn.)id est vera proles,qui imitaris parentem animo, & moribus . ¶Horrida vr.) maior.vel ad feritatem,vel ad mores gentis Germaniæ,quæ horrida est. ¶Iugo pa.)hoc dixit , quoniam visa Parrhasia fuit,id est Arcas ea fuit Calisto.¶Iugo,) regione septentrionali.¶Cauta,)prouida virtus. ¶Ferrum Martem,) periculosum , & multos absumentem: hic Marcellinus fuit: Hispanus,cui tanquam ex eadẽ patria amanter consuluit Mar. ¶Tu po.)id est si tu prudenter pugnaueris , poteris opitulari patriæ,& fortiter diu agere pro imperatore.¶Periclitatur,)hoc argumẽtum ex multis superioribus notum est. iocatur poeta in lingentem cunnum,¶Periclitatur ca.).i.in periculo capitis est.¶Esse re.).i. trahi in iudiciũ ¶Lingit,)iocus est nam cunnilingi caput agũt.idcirco hic capite periclitatur, & ita suspensum auditorem circunscripsit. ¶Bis vicine Nepos,) vt ego possum argumẽtũ colligere, hactenus carueratliberis, & captatores certatim ei mittebant falernum,& alia ei munera , vt scriberentur hæredes,nunc sustulit filiam,& iam carens muneribus captatorum,abstinebat falerno olim misso.Martialis eum consolatur:hortaturq;,vt det operam voluptati,& bibat falernum: satis enim futurum:Filia & pia,& locuples erit.quòd si cupiat habere falernum nusquam defuturum,nam si filia nunc cœpit potare mustum,post aliquot annos idem etit optimum vinum, & falernum,quanuis non mittant captatores.denique ait non solum hi, qui carent liberis dicunt bibere falernum & dare operam voluptati,sed & illi qui habent filios possunt idem facere, vt tu. ¶Nepos,)nomen proprium , vt Iuuenalis.Molam versare Nepotis. ¶Bis vicine,) id est in duobus locis mihi vicine.¶Ficelias) Ficellę locus erat in vrbe.apud Pompeium est Fregellæ , quoniam homines vrbis Fregellæ eum locum tenuerunt. ¶Est tibi na.)id est habes filiam. ¶Signatur imagine vultus patrii,) ne suspitio sit adulterii.¶Tu tamen annoso,)hoc dolebat Nepos quòd muneribus captatorum careret: vt Iuue . Tollere dulcem Cogitat hæredem caritus turture magno.¶Parce,) abstineas annoso falerno,quod miserunt captatores, quãuis habeas filiam. ¶Relinque potius cados plenos ære,) quàm scilicet vino.idem alibi : Vnguentũ hæredi nunquam, nec vina relinquas: Ille habeat nummos, hæc tibi pauca dato.¶Locuples sit,)id est habeat diuitias.¶Cæcuba vindemia,)id est cæcubum vinum.na[c]ebatur autẽ in Populetis palustribus sinus amyclani iuxta Pontinas paludes: periit in cutia colonorũ , & angustia loci , sed maxime fossa, quam fecit Nero nauigabilem à sinu Baiano Hostiam vsq;,hoc vinum tenuit principatum:secundas partes falernum . ¶Solos orbos)carentes liberis. ¶Patres,)qui liberos habent vt tu. ¶Possunt viuere,)dare operam voluptati, & relaxare animũ. nam viuere,vt sæpe est dictum, ita accipitur apud Martia.¶Libertus.) Attedius Melior habuit puerum natum ex serua domi nomine Glauciam, cuius ingenium longo carmine testatus est Pap.dum illius mortem deflet,quemadmodum hoc loco Ma.¶Libertus,) nam statim manumisit eum Attedius delectatus ingenio,& moribus.¶Cecidit ,) mortuus est . ¶Delitiæ bre.)qa.12.anno mortuus est. ¶Patronus dicebatur)quia manumiserat: Patronus, & libertus correlatiua,vt dominus, & seruus . ¶Humatus,) sepultus. Extra vrbem sepultus erat in via Flaminia.Pap.Plebs cuncta nefas,& prælia flerunt Agmina flamineo , quæ limite Miluius ager Transuehit . ¶Innocens pudore.) id est qui pudorem præ se ferebat non ex culpa. ¶Incolis Et vet.tu quoq; Fi.)inueni codicem antiquũ in quo ficedulas legitur, & nõ Ficelias,quam lectionem authoritate Plautina cõprobamus. nã & ficedulẽses quippe significãs ita ficedulẽses à ficedulis deriuari,quẽadmodum Placentinos & turdetanos nõ tam ad oppida,q; ad aues respiciens:ergo Ficedulæ locus,vnde Ficedulenſis.

Dixit,& arcano percussit pectora loro.
Plaga iuuat,sed tu iam dea cæde duos.

In Proculinam. 21

Quòd nubis Proculina concubino,
Et mœchum modo,nunc facis maritum,
Ne lex Iulia te notare possit,
Non nubis Proculina,sed fateris.

De Carisiano. 22

Nil lasciuius est Carisiano.
Saturnalibus ambulat togatus.

Ad Priapum. 23

Tu,qui pene uiros terres,& falce cinædos,
Iugera sepositi pauca tuere loci.
Sic tua non intrent uetuli pomaria fures,
Sed puer,aut longis pulchra puella comis.

In Lesbiam. 24

Stare iubes nostrum semper tibi Lesbia penem,
Crede mihi,non est mentula,quod digitus.
Tu licet & manibus blandis,& uocibus instes,
* Contra te facies imperiosa tua est.

Ad Marcellinum. 25

Marcelline boni soboles syncera parentis,
Horrida Parrhasio quem * tegit ursa iugo,
Ille uetus pro te,patriusq; quid optet amicus,
Accipe,& hæc memori pectore uota tene.
Cauta sit ut uirtus ne te temerarius ardor
In medios enses,sæuaq; tela ferat.
Bella uelint,Martemq; ferum rationis egentes.
Tu potes & patriæ miles,& esse decus.

De Sotade. 26

Periclitatur capite Sotades noster,
Reum putatis esse Sotadem,non est.
Arrigere desit posse Sotades,lingit.

Ad Nepotem. 27

Bis uicine Nepos,nam tu quoq; proxima Floræ
Incolis,& ueteres tu quoq; Ficelias.
Est tibi,quæ patrii signatur imagine uultus,
Testis maternæ nata pudicitiæ.
Tu tamen annoso nimium ne parce falerno,
Et potius plenos ære relinque cados.
Sit pia,sit locuples,sed potet filia mustum.
Amphora cum domina nunc noua fiat anus.
Cæcuba non solos uindemia nutriat orbos,
Possunt & patres uiuere,crede mihi.

Epitaphium Glauciæ. 28

Libertus Melioris ille notus,
Tota qui cecidit dolente Roma
Chari deliciæ breues patroni
Hoc sub marmore Glaucias humatus
Iuncto Flaminiæ iacet sepulchro.
Cadus moribus,integer pudore,

* Teconstra

* tenet

Patronus

GEORGIVS.

Ficedulæ

DOMITIVS. (VELOX Ingenio,)quia iam recitabat versus Home.& Mænädri,vt Pap.(Decore felix,)id est pulcherrimus.(Bis senis messibus,)vix applicat.12.annum.Pap.Herculeos annis æquare labores,id est.12.annos:Cœperat assurgens.(Q ui fles)sensus est:Vitor,qui commoueris miseratione pueri,opto nihil vnquam in vita habeas flendum.alibi legitur:Ni fles.(Non)epigramma in eúdem.(Auaræ cataſtæ,)loca erant vbi vendebantur pueri:à verbo græco κατισθέω:quòd est expono.Persius: Cappadoces rigida seruos vinxisse catasta.Tibullus:Nota loquor,regnumq; tenet,quem sæpe coegit Barbara gypsatos ferre cata sta pedes.hic autem Glaucias non erat emptus ex grege seruorum:sed dominatus,quod indicauit etiam Pap.Non te barbaricæ versabat turba cataſtæ.(Non do.de ple.) non ex plebe.nam populus alexandrinus in sacerdotes, & plebem videbatur.i plebes erãt serui,alii liberi.Suet.in Vespasiano. Quidam e plebe.De eadem re Taci.Q uidam è plebe alexandrina.& Iuue.cum vellet indicare Crispinum esse seruilis cõditionis: Cum pars Niliacæ plebis.(Munera,) manumissionis, & suauitatem libertatis.(Immodicis,) his qui nimium sapiunt ante ætatem.(Rara se,)id est raro perueniant ad senectutem Ita Pap.primum enim Glauciã nostrum,cuius gratissimam insantiam,& qualem plerunque infelices,id est cito morituri sortiuntur.Apud te cõplexus amabam. Quint. Facilis obseruatũ est occidere celerius festinatã natiuitatem.(Cupias non pla.) hoc est eos,quos ames non cupias habere multa in se, propter quæ placeant,quia cito cadẽt,quæ nimium omnibus placent. (Sex se.) intelligas Pætũ promisisse se donaturum sex sestertia, quæ si cito donasset: Martialis (vt ait) putaret se ei debere non pro sex sestertiis: sed pro ducentis: Nunc autem cum serò dederit,amisit gratiã muneris,quia putabat Martialis se mihi ei debere. (Perdidisti)quia nullas habeo gratias, qui cito dat,bis dat.Placet intelligas eũ accepisse in fœnus ducenta, pro quibus iam deberet sex sestertia,si Pætus statim dedisset,sed cum post septem Calend.dederit, amisit sex sestertia. (Cum dubitaret,) Otho, quanuis per omnẽ vitam mollissime vixisset adeo, vt muliebres munditias sectaretur: tamẽ cum ad Bebriacum victus esset à Vitellio,ausus est sibi cõ scisc̃re mortem.huius fortitudinem laudat,& anteponit Catoni hac rationes:Cato interfecit se Vticæ rebus iam afflictis,& desperatis: Otho cum haberet multas copias,& quotidie augerentur ex Dalmatia, & Mysia post Bebriacum.Præterea milites ardentissimos ad dimicationẽ adeo vt victoriam potuerit sperare,mori voluit damnãs bella ciuilia. Propterea,vt scribit Tacitus,egregiam famam morte est consecutus.anteponatur igitur mors Othonis Catonianæ, quoniam Otho se interfecit,ne bella ciuilia amplius gererentur se duce:Cato autem mortem sibi consciuit copiis destitutus, & metu ne in manus hostiles veniret,& non studio ponendorum ciuilium bellorum. Longa est oratio Othonis apud Tacitum ad milites in.18.(Enyo,)furor belli ciuilis inter Vitellium & Othonem. Pausanias ex carmine Homeri putat Enyo Deam vnà cum Pallade præesse bellis,& ea curare,(Damnauit Martem,)id est detestatus est bellum ciuile.(Certa)forti manu.(Maior Cæsare,)à quo victi erat.(Dũ mo.fuit maior Otho.) quasi dicat non,ga fuit laudabilior mors Othonis qvo luit deponere bella ciuilia mor te sua,q̃ mors Catonis,q̃ se iterfecit metu hostiũ. (Vxoré,) in Charidemũ est epigrãma, siue distichon,qui eũ sciret vxoré habere cũ medico,id gnittebat. Poeta iocãs ieũ ait optasse mortẽ sine febre,nulla.n. cã est cur gmittat vxoré à medico subagitari,nisi fortasse,ga nolit ægrotare vnq̃ amore medici, & fide erga ipsum. (Vis mo. si. fe.).i. expilari:nã oĩa dabuntur medico.nã pauperes mortuos Mar. sæpe appellat,vel vis mori sine febre, id est nunquã vis ægrota re:propterea conduxisti medicũ hoc munere. (Nil mi.)hoc verbum miserabilius totũ declarat epigramma, si fuerit intellectum,miserabilem dicit Sabellum: hoc est dignum summa commiseratione,nõ solum quia magnam iacturam fecerit iniuria fortunæ, & incommodis domesticis,sed cũ ante amaret,& potiretur pueris,nũc propter magnam calamitatem,est ad mulieres detrusus. (Fuge,) seruorum. (Tam mi.) lege per interrogationem, vt dicat Matho tã miser est, q̃.s.tot amiserit?respõdet Mar. huic grauius quiddã ineſſe,q̃.s.cogatur. (Et fu.)verbũ Mar.respõdẽtis.i.hoc addit calamitati, q̃ cogit futuere mulieres.(Basia) Diadumenũ fuisse elegãtis oris apud antiquos,vt testat Plin.q scribit hũc fuisse effictũ à Polycleto leuiter iuuenẽ,& eã effigiẽ vẽditã.c.rãtis,inde Mar.dedit nomẽ mollipuero.huius suauia alibi laudat,& nũc exigit iocãs in Catulũ pauca optasse, qui potuerit addere numerũ.(Q uot inqs,) cõchæ eiiciunt fluctibus.(Mõte ce.).i.Hymeto mõte Atticę. (Sonant,)applaudunt.(Subiti Cæ.)repẽte ingrediẽtis. (Argento)bñ canẽti.(Lesbia)hęc noie ꝓprio dicebat Clodia, sed fictũ nomẽ à Catullo,vt Ticides poeta Metellã dixit pro Perilla.vn de Ouid.filia nomen sumpsit. (Nolo quot de.)qa numerata. Notũ est carmẽ Catulli.(Septẽ clepsydras)locus est Fabii Q uĩ, q hũc morẽ cõfirmat his verbis: Bibere aũt inter agẽdũ, qđ̃ multis moris fuit,& est qbusdã, pcul absit à meo oratore. Cęcilianus causidicus inepte orãs popoſcerat à iudice septẽ clepsydras.i.septẽ horas:nã dicẽtibus in foro ex more Atheniẽsiũ pscriptũ erat tẽpus.verbũ extat Demosthenis aduersus Aeschinẽ ex quo hic mos apertus est.ita.n.ait:Dic Aeschines aliqd aduersus hęc,si potes,& ego partẽ meę aquę.i.clepsydrę tibi cõcedã.Cęcilianus,cõcessis septẽ clepsydris,ad dicẽdũ in media actiõe ferũs potabat. Optat Mar.vt potet aquã clepsydrarũ,hoc est vt tãdẽ finiat:nã clepsydra vas erat,qđ̃ aqua fluẽte horas designabat:nunc arena.

(Arbiter,)

Velox ingenio, decore felix.
Bissenis modo mensibus peractis
Vix unum puer applicabat annum,
Qui fles talia, nil fleas uiator.

De Eodem. 29

Non de plebe domus, nec auaræ uerna cataſtæ,
Sed domini sancto dignus amore puer.
Munera cum posset nondum sentire patroni
Glaucia libertus iam Melioris erat.
Moribus hoc formæq; datũ, quis blandior illo?
Aut quis Apollineo pulchrior ore fuit?
Immodicis breuis est ætas, & rara senectus,
Quicquid amas, cupias non placuisse nimis.

In Pætum. 30

Sex sestertia si statim dedisses,
Cum dixti mihi sume, tolle, dono,
Deberem tibi Pæte pro ducentis.
At nunc cum dederis diu moratus
Post septem puto, uel nouem calendas,
Vis dicam tibi ueriora ueris,
Sex sestertia Pæte perdidisti.

De morte Othonis. 31

Cum dubitaret adhuc belli ciuilis Enyo
Forsitan, & posset uincere mollis Otho,
Damnauit multo saturum iam sanguine Martẽ,
Et fodit certa pectora nuda manu.
Sit Cato, dum uiuit, sanè uel Cæsare maior,
Dum moritur, nunquit maior Othone fuit?

In Charidemum. 32

Vxorem Charideme tuam scis ipse, sinisq;,
A medico * futui, uis sine febre mori.

In Sabellum. 33

Nil miserabilius Matho pædicone Sabello
Vidisti, quo nil lætius ante fuit.
Furta, fugæ, mortes, seruorum incendia, luctus
Affligunt hominem, tam miser: & futuit.

Ad Diadumenum 34

Basia da nobis Diadumene pressa, quot inquis?
Oceani fluctus me numerare iubes,
Et maris Aegei sparsas per littora conchas,
Et quæ cecropio monte uagantur apes,
Quæq; sonant pleno uocesq;, manusq; theatro,
Cum populus subiti Cæsaris ora uidet,
Nolo quot arguto dedit exorata Catullo
Lesbia, pauca cupit, qui numerare potest.

In Cæcilianum. 35

Septem clepsydras magna tibi uoce petenti

Enyo

Subigi

DOMITIVS. (ARBITER,)Iudex.(Clepsydras septem,)id est spatium septem horarũ.(Semisupinus)fessus recũbens.(Aqua ca.)ga calidam potabãt antiqui.Iuu.Calidę,gelidęq; qđ̃ ministertan qđ magis placet,calidã aquã intelligit,q̃ diu mãserat in vase,vt iam teperet.(De clepſ.)hoc est ex aqua clepſydrę,vt tãdẽ finias (Aspicis,)Regulus causidicus susceperat filium:huius ingeniũ, & felicitatẽ optat Mart. Reguli ingeniũ inuisum fuit Plin. laudatũ à Mart.(Regulus patrẽ)filius. (Plena tri.) nondũ finitis tribannis.(Auditum pat.) orantẽ Regulũ patrẽ.(Sinus mat.).i. gremium matris.(Laudes su.) ꝓtinere ad se.(Clamor)clientũ. (Centum viri,)erãt iudices ad quos q̃ ptinerent scripsit Cic.in oratore.(Iulia te.)capitolium. (Acris eq.).sensus est Horatii: Fortẽ creant fortibus,& bonis. & sumpsit exẽplum ab equo. (Cupitplia).i.ꝓmeditat.(Molli fronte,)inermi,nondũ cornuta.vt Virg.& Silius.(Natũ audiat) agentes cãs. (Illa duos,) patrẽ,& filiũ.(Pater ex Marulla,)adulteria vxoris Cinnæ iocãdo cõmemorat:nam Cinna habebat pater.7.liberorũ, cum nullũ procreasset,simul sordes adulteriorũ accusat,q̃ Motionẽ pistorem seruos mulier sectetur.(Nõ libe.)simul alludit eos esse seruos q nati sunt ex seruis nõ sũt liberi.(Grabatis) lectis.(Produt)indicant.(Suis ca.)ore.(Maurus,)niger.(Gogisantræ) serui Mauri.(Nate li.)depressa.(Pãnici)serui dantis operã palęstræ.nã palæstritę in familia erãt.(Dama)erat pistor tpibus Dom.& erat lippus,hoc est stillantibus oculis. alibi sordidus dicitur à Martiale.(Cinæda fronte,) id est impudica. (Nefas non est,) quia non est filius tuus.(Morionis,) moriones dicebantur, qui simplici stoliditate mentis, & deformiore risum mouebant,dicti quoniam græce μωροὶ dicuntur stulti,in distii. Non mendax stupor est,nec fingitur arte dolosæ. Quisquis plus iusto non sapit ille sapit.Morionis mentionẽ facit Plin.in epistola:Cœnabis ingt sine morione. (Chorauleæ,)tibicinis.(Carpus,) nomen fictum, & villico conueniens, nam καρπὸς fructus est. (Hybridarum,)hybridę,authore Porph.in Horat.dicũtur,qui ex imparibus parentibus nascuntur, vt canes ex venatico, & gregario,& hybridæ,qui ex apro,& sue nascuntur Plin.author est. Poeta infra eodem verbo vsus est dũ iocaretur de sue nato ex apro, & sue domestico.(Hybridæ,)hi pueri dicuntur,qui nati sunt è seruis hominibus, & ciue muliere. Alii codices habent niobidarum,vt referas ad numerum filiorũ Niobes:sed placet prior scriptura. (Fœmina) vtranq; amauerat Mar.Lycoridẽ,& Glycerẽ,alterã aspernabatur,ga anus,& alterã amabat,ga iuuenis.(Qui recitat)focale ligamentum autrium,quod oratores sumebant laneum ne interagẽdum strepitu perterrentur,dictũ focale à faucibus.iocando: Illi, inquit,qui sumpto focali recitant duo interpugnantia ostendunt,& quod non debent loqui:cum habeant colla reuincta, & q̃ non possint tacere cum loquantur. Focalis meminit Quin.& Horat.(Negat se posse loqui)quia ligat,tanquam sit raucus.(Et negat se posse tacere)quia loquitur.(Hetrusci) laudat balnea Claudii Hetrusci quæ etiam carmine Pap. celebrantur.Oppianus quidã mali erat coloris,vt infra: Mali erat coloris.Versus scribere cœpit. (Oppiane,)hunc iocans hortatur,vt lauet se Claudii Hetrusci thermis,atq; ita nactus occasionem eas describit.(Illotus,)nõ lotus.(Blandientur,)erunt iucundæ.(Fontes Apo.)iuxta Patauium.& nunc extant. (Rudes,)rusticani.(Sinuessa,) balnea habebat,authore Strab.qui busdam morbis accommodata scrib.Taci.Narcissum libertum Claudii eius cœli temperie, & balneis morbo fuisse leuatum. (Mollis)amœna.nam ille ager amœnus est. (Passer,) locus ad orã inferi maris in Cãpania.lu. Dic Passer,cui tot mõtes,tot appula seruas Rura. (Anxur).i. terracinẽles aquæ. (Superbus) .i.saxo cõditus. Vrbs olim capta est ex Anxure mõte vicino vt Li.scri. (Vada Phœbi) an cu manũ littus intelligit, vbi erat templũ Phœbi,quoniã,authore Pap.auspiciis Phœbi Cumę fuerunt,& templũ illic Phœbi erat quod cognoscas ex carmine Virg.& Silii,hoc placet.an intelligit balnea Phœbi: de qbus Iuue.(Baiæ)in littore cumano multa habebãt balnea,& in primis aquas Possideias:quas Possidius libertus Claudii Cęsa.aperuit.(Principes,)primum locũ tenentes inter balnea.

Regulus

Morio

Hybrida

Focale

Satles

Fontes Aponi virorum

(HETRVSCI ni. ther.la.) GEORGIVS. Aponus sit vicinꝰ Patauio nemo estq; nõ norit,cur autẽ dixerit rudes puellis qđ̃ in primis desiderabã,nõ satis exponit.In qõnẽ hãc soluẽdã cũ aliqñ diligentius incũberẽ atq; peracurate multa legerẽ, forte incidi in epi.Io.Cassiodori,quæ mãdãte Theorege Gotthorũ ad Archiathrũ Patauinũ scr.vt ꝓberet balnea Aponi.in ea igit epistola tradit esse in aqs Aponi stupendã quãdã cõtinẽtiæ, disciplinã: nã in vndã qua viti recreanẽ,si mulier discẽdat,incẽdit ꝓpea,qa & & ipsis altera exhibitio decoracollata est.I.ne ardentiũ aquarũ fœcũdissimũ locũ nõ crederent habuisse,vnde plurima largiretur si vterq; sexus vno munere cõiter vteret.hæc Cassio.Vnde colligimus rudes intactos,& incognitos puellis bñ cõuenit prę ceptis poetæ,q̃ mãdat Oppiano,nisi se lauerit in balneis Hetrusci,nullas alibi se inuenturũ aquas,quæ adeo viris blandiantur,quãdo in eodem balneo lauari non potest fœmina.

Arbiter inuitus Cæciliane dedit.
At tu multa diu dicis, uitreisq; tepentem
Ampullis potas semisupinus aquam.
Vt tandem * facias uocemq;, sitimq;, rogamus,
Iam de clepsydra Cæciliane bibas.

De filio Reguli. 36

Aspicis ut paruus, nec adhuc trieteride plena
Regulus auditum laudet & ipse patrem,
Maternosq; sinus uiso genitore relinquat,
Et patrias laudes sentiat esse suas.
Iam clamor, centumq; uiri, densumq; corona
Vulgus, & infanti lulia tecta placent.
Acris equi soboles magno sic puluere gaudet,
Sic uultus molli prælia fronte cupit.
Dii seruate precor matri sua uota, patriq;,
Audiat ut natum Regulus, illa duos.

In Cinnam. 37

Pater ex Marulla Cinna factus es septem,
Non libertorum, nanq; nec tuus quisquam,
Nec est amici, filius ue uicini,
Sed in grabatis, tegetibusq; concepti
Materna produnt capitibus suis furta.
Hic qui retorto crine Maurus incedit,
Sobolem fatetur esse se Cogisantræ.
At ille sima nare, turgidis labris,
Ipsa est imago Pannici palæstritæ.
Pistoris esse tertium, quis ignorat,
Quicunq; lippum nouit, & uidet Dammam?
Quartus cinæda fronte, candido uultu.
Ex concubino natus est tibi Lygdo.
Præcide, si uis filium, nefas non est.
Hunc uero acuto capite, & auribus longis,
Quæ sic mouentur, ut solent asellorum,
Quis morionis filium neget Gyrthæ?
Duæ sorores, illa nigra, & hæc rusa
Croti choraulæ, uilliciq; sunt Carpi.
Iamq; hybridarum grex tibi foret plenus
Si spado Coreusus, Dindymusq; non esset.

Ad Lycorim. 38

Fœmina præferri potuit tibi nulla Lycori,
Præferri Glyceræ fœmina nulla potest.
Hæc erit hoc qđ̃ tu, tu nõ potes esse, qđ̃ hæc est,
Tempora quid faciunt? hanc uolo, te uolui.

In raucum Poetam. 39

Qui recitat lana fauces, & colla reuinctus,
Hic se posse loqui, posse tacere negat.

De Hetrusci thermis. 40

Hetrusci nisi thermulis laueris,
Illotus morieris Oppiane.
Nullæ sic tibi blandientur undæ.
Nec fontes Aponi rudes puellis,
Non mollis Sinuessa, feruidiq;
Fluctus Passeris, aut superbus Anxur,
Non Phœbi uada, principesq; Baiæ,

Onyx

Taygetũ

Metalla

Sinadicũ marmor

Docimitæ

Ophites

Virgo

Fons Martia Aqua Piconia Fons

Lygdus

Confirmo

(Micat,) Tam laxum, & apertũ est. ¶Ibi,) in thermis Clau. ¶Tardi,) quàm à ther. Clau. ¶Onyx) marmor coloris vnguium, vnde nomen sumpsit, tamen hoc genus marmoris non fuisse in his the. canit Pap. Mœret onyx longe, queriturque exclusus ophites. ¶Taygeti me) .i. marmor laconicũ, quod viride est. Pap. Hic & amyclæi cæsum de mõte Lycurgi, quod iuro. Taygetũ promõtorium Laconiæ, vt meminit Hero. ¶Metalla) tã venę ferri, qua lapidis. ¶Phryx,) id est populus. Phryx marmor sinadicũ: nam Sinada vrbs Phrygiæ iuxta se habet planitiem oleis consitam Docimam vicũ, vnde lapides effodiuntur, quos incolę appellant docimitæ. alii dixerunt marmor sinadicum: columnæ inde afferebantur varietate similes alabastritæ, vbi ergo reperies marmor phrygium, expone marmor sinadicum. hoc marmor pingebatur purpura inuento Ro. ¶Libys,) populus. & intelligit marmor nomadicum Libyę, quod flauũ est. ¶Cecidit altius,) effodit. ¶Vario de,) quia Phrygium distinguebatur purpura. Nomadi cum erat flauum. ¶Ophitæ,) ophites lapis maculis serpentũ distinctus, vnde nomen accepit nam ὄφις significat serpentem, vnde ophites ¶Cruda Vir.) Virgo aqua, quæ in vrbẽ inuehebatur ab octaui lapidis diuerticulo, ea, quoniam declinabat herculaneum riuum, dicta est Virgo, quasi fugiens Herculem virgo haustui Martia accommodata natatui. Martia aqua item erat quæ olim dicebatur Auferia, eius fons Piconia Martia dicta, quoniam primum ab Anco Martio rege, postea Q. Martio prętore: demum à M. Agrippa ductu instaurato inuecta est in vrbem. ¶Ritus laco.) mos erat laconum vt natarent, lauarentque aqua frigida, quod & Ser. in Virg. est suspicatus. & Plu. in vita Alcibiadis scrib. Sensus est: Oppiane si non vis lauari in thermis potes sudare aridovapore, hoc est vbi non sunt aquę, sed tantum sudatur. ¶Aridо,) nam calor ille ex vaporibus igneis fit, qui aridi sunt, & postea potes te immergere in aquam virginem frigidam, & Martiam. nam Claudius duxerat riuũ in balnea sua aquæ virginis, & Martiæ. ¶Quæ,) virgo tã nitida. ¶Lygdon,) id est marmor lygdinum sine aquis nitere, quoniam Lygdus est marmor candoris eximii: Martialis pro vase & statua fœminino genere protulit. ¶Supina,) negligente. ¶Dum tibi,) laborauerat aduersa valetudine Martialis, sed cũ iam conualesceret, secesserat in agrum nomentanum. scrib. hoc ad Castricum, qui erat Bais, indicatque se iam vix posse ambulare, & tamen sibi satis esse putat, quòd posset esse piger, id est quòd euaserit, & possit exigua spatia perambulare. ¶Confirmant,) confirmare dicuntur, qui recuperant valetudinem cõualescẽtes. Cic. Nondum satis sum confirmatus. ¶Confirmant,) id est pristinam restituũt valetudinẽ. ¶Otia ruris,) id est secessus agri nomẽtani. ¶Nympha,) aqua cana à colore quia sulphurea. ¶Aquis sulphureis,) id est aquis Baianis. ¶Non onerosa suis iugeribus,) id est quæ parum spatii occupauit. ¶Hic) casa, & otium nomentanum. ¶Soles,) id est dies baianus, & secessus. ¶Quondam,) olim cum bene valerem. ¶Laudatas ad vndas,) id est ibam Baias vbi sunt laudatæ aquæ. nam balnea Baiana dicuntur à Martiale aquæ laudatæ. vt alibi: Inter laudatas ad stygа missus aquas. ¶Faciles recessus,) q. facile possum accedere exiguo viæ spatio. ¶Si licet esse pigro,) id est si possum hoc parum spatii ambulare. ¶Festiue,) in Calliodorum, qui iocis, & scurrilitate venabatur cœnas, os autem fœtebat fellatione, si inquit Martialis dixero vnum de te, non satis festiuè, sed vere, hoc est si dixero te fellatorem, nemo ad poculum te inuitabit. nam fellatoris os male olet. ¶Permaduisse multo sale,) id est multis facetiis. ¶Arridеs,) arridere est ridentem risu prosequi. ¶Dicteria,) dicuntur dicta vrbana, græce dicuntur apophthegmata. ¶Belle,) non festiue. ¶Nemo propinabit tibi,) id est nemo inuitabit te ad poculum, cum sis tam fœtido ore ob fellationem. ¶Lusistis,) Lygdus mollis concubinus duxerat mœcham, duæ ergo mœchæ erant coniunctæ. de Lygdo supra: Et concubino natus est tibi Lygdo. Poeta ridet. quòd lex Iulia hoc pacto seruetur. nam dum inquit prohibemus adulteria, duo adulteri coniunguntur. ¶Nubite lasciui,) hoc erat edictum legis Iuliæ: Nõ est permissa vobis nisi casta Venus. ¶Lectoria,) mœcha. ¶Turpior vxor erit,) nam ambo erant adulteræ, vel certe quod placeret notat turpitudinem Lectoriæ, quæ spadonem olim haberet adulterum, & nunc virum, turpius, inquit, est nubere spadoni, quàm tantum adulteram & mœcham esse, hinc illa indignatio Iuuena. Cum tener vxorem ducat spado. ita enim & illum, & hunc locum sumus interpretati. ¶Vapulat,) Veneтus auriga erat, non poterat peruenire metam ante alios pigris equis, quanuis vapularent. Turba spectatorum putabat eos facere magnam rem, qui ad metam venirent ante alios. Poeta iocans ait quadrigam Veneri si bi videri magnam rem facere, q. cum veheretur assidue, non curat. de Veneto alibi sæpe de Prasino: Conuiua meus Veneto que loquatur. ¶Vapulat) verberatur. ¶Facit magnam rem) quòd, scilicet vapulando ad metam non veniat.

Nusquam tam nitidum micat serenum,
Lux ipsa est ibi longior, diesq;
Nullo tardius à loco recedit.
Siccos pinguis Onyx anhelat æstus,
Illic Taygeti uirent metalla,
Et certant uario decore saxa
Quæ Phryx, & Libys altius cecidit,
Et flamma tenui calent Ophitæ.
Ritus si placeant tibi Laconum,
Contentus potes arido uapore,
Cruda Virgine, Martiaq; mergi,
Quæ tam candida, tam serena lucet,
Vt nullas ibi suspiceris undas,
Et credas uacuam nitere Lygdon.
Non attendis, & aure me supina.
Iandudum quasi negligenter audis.
Illotus morieris Oppiane,

Ad Castricum. 41

Dum tibi felices indulgent Castrice Baiæ,
Canaq; sulphureis Nympha natatur aquis,
Me Nomentani confirmant otia ruris,
Et casa iugeribus non onerosa suis.
Hic mihi Baiani soles, mollisq; Lucrinus,
Hic nostræ mihi sunt Castrice diuitiæ.
Quondam laudata quocunq; libebat ad undas
Currere, nec longas pertimuisse uias.
Nunc urbi uicina iuuant, facilesq; recessus,
Et satis est, pigro si licet esse mihi.

In Calliodorum. 42

Festiue credis te Calliodore iocari,
Et solum multo permaduisse sale.
Omnibus arrides, dicteria dicis in omnes,
Sic te conuiuam posse placere putas.
At si ego non belle, sed uere dixero quiddam,
Nemo propinabit Calliodore tibi.

In Lectoriam. 43

Lusistis, satis est, lasciui nubite cunni.
Permissa est uobis non nisi casta Venus.
Hæc est casta Venus. nubit Lectoria Lygdo.
Turpior uxor erit, q̃ modo mœcha fuit.

Ad Catianum. 44

Vapulat assiduo Veneti quadriga flagello.
Nec currit, magnam rem Catiane facit.

Dicteria Apophthegmata.

(Stultissimvs Mihi videtur in hac parte Calderinus, nã non de spatio, quod casa siue villa occupet in agro intellexit poeta, sed vt Plin. ait de positione villarum, in qua modus seruandus est. Ita vt ædificium pro agri merito, & pro fortuna domini instituatur, nec scilicet difficilius sit sustinere, quàm condere, dixereq́ue vulgo, vt idem author ait, optimum esse aliena insania frui, sed ita vt villarum tutela non sit oneri, quam rem expressit poeta, cum dixit: Et casa iugeribus non onerosa suis. Ergo modum probandum dixit, vt neque fundus villam quærat, neque villa fundum.

(Nympha,)

Aquarum ductus

Priapus Orneus Ornea sacra Silenus Alebedus

(Nympha,) Antequam plene conualuisset Marti. bibit aquã ex fonte Stellę. vouitque porcam virginem Dianę, vt alii sentiũt quod magis placet, Proserpinæ: vt Macrob. ex sententia Cornel. recitat. porca victima erat Proserpinæ, vouit inquam porcam, si aqua illa furtim hausta eum non læderet, nunc penitus confirmatus persoluit votum, & rogat fontem, vt sine vllo nocẽdi metu largas aquas præbeat: cũ iam satisfecerit necata porca suo crimini, quòd olim æger bibisset, optat demum, vt nunc bene valens hauriat fontem, quemadmodum olim eger biberat. ¶Domestica,) intra parietes. ¶Ab antro,) antiquus codex habet ab Anna. Anna soror Didonis ad atriam consecrata erat. supra est dictum, & satis cecinit Oui. & Silius. ¶Cõiux Numæ,) id est Egeria, quæ illic numen habebat fontem. ¶Ab Anna,) id est ab Atitia, in qua colebatur Diana. ¶Nona de grege camœnarum,) illac enim fluebat: an alludit ad nouem aquarum ductus, qui in vrbem inuehebantur, qui in his nominibus dicebantur teste Frontino, Appia, Anio vetus Martia, Tepula, Iulia, Virgo, Augusta, Claudia, Anio nouus, postea ad tempora vsq; Dioclitiani. 10. & 8. aquarũ ductus creuerunt, & apte poeta has. 9. aquas. 9. musis comparauit, cum diceret hanc ingredi in domum poetæ. Potes & accipere dictum quod magis placet, propter Egeriam, quæ vna inter. 9. musas fuit quorundã sententia: authore Plu. ¶Marcus,) Martialis. ¶Exoluit se vo.) id est persoluit vota. 10. ¶Virgine por.) id est intacta. nam & steriles vacca mactatur apud Hom. Proserpinæ. ¶Aquam furti.) .i. clam bibit ex aqua tua. ¶Tu cõten. meo cri.) .i. cũ iam satisfecerim tibi de meo crimine, qa mactaui porcam. ¶Sana sitis,) id est vnam ita sanus sitiã nũc vt olim æger sitiebam. Optat potum alibi ęgrotans: Setinum & dominæ niues, densique tritices. Quando ego vos medico nõ prohibẽte bibam? ¶Quod) Pomponius mala carmina scribebat, quæ cum vellet laudari, cœnam dabat amicis: hoc carpit Persi. Calidum scis ponere sumen. Idem tangit Hora. in arte poetica, quod igitur laudentur carmina Põponii dicit poeta carmina nõ esse erudita, sed cœnam, quasi dicat laudantur carmina propter cœnã. ¶Turbam tog.) id est Romana, vel leuiorum hominũ turba, quod placet. nam poeta dicit sæpe se esse interrogatum cũ est comes alicuius. ¶Clamat grãde soph.) id est assentatorie laudat, græca est assentatio, quæ dicitur σοφὸς, id est, est doctus, nã græci immodice laudabant, quod In. carpit: Laudare paratus &c. supra: Audieris cum grande sophos. ¶Non sum,) epigramma hoc affixit poeta in hortis custodi Priapo. Priapus nomen est vt bis & portus, quam iuxta Dardaniam vrbem condiderunt Milesii, vt alii putant illic Deus eodẽ nomine colitur ex sacris sumptis à Corinthiis, qui Priapum Orneum colunt, eius sacra ornea vocant. Filius fuit patris Liberi, & Veneris, vt Diodo. vt Strab. Nymphæ. huic cum cæteris Bacchi comitibus sacra celebrant ad Alebedum iuxta Colophonẽ vnde ipse Silenus, & reliqui comites Alebedi dicuntur. Virgil. Huc Alebede veni. Huius numinis originem tradiderunt Aegyptii, qui pudenda Osiridis coluerunt pro Deo, quem dixerunt Priapum. Is non modo inter vrbes colitur, sed etiam rurifructuum fures castigat. Alloquitur cunctos Priapus. ¶Nãsi,) id est ficosus fies o fur. ¶Inserta tibi,) colũna mea cupressa. Ficus enim genus morbi est, qui oritur ex frequenti pædicatione, ex quo iocans alludit ad arborem. ¶Quod conuiuaris,) in Lupercum iocatur, qui nunquam eum inuitauerat. Nã inquit, sum tibi iratus, & nouiqua ratione te vlciscar. ¶Quid facies,) inquit Lupercus, veniã, & ita tuam auaritiam vlciscar. ¶Conuiuaris,) conuiuia facis. Irascar,) tibi. ¶Licet,) quanuis me sæpe voces. ¶Hoc iacet,) Pãtagathum tõsorem laudat, qui nuper erat mortuus, cuius manus facilitatem, & leuitatem tã tam fuisse scrib. vt terram quanuis cupiat ei esse leuissimam, nõ tamen possit esse leuior, quàm manus fuerit Pantagathus sertuus erat. ¶Raptus,) rapti dicuntur qui moriuntur annis pueribus. ¶Vagos) inæquales. ¶Vix ferro tangente,) forcipe. ¶Exoluisse,) expolire. ¶Genas hirsutas,) id est barbatam faciẽ. ¶Lotus,) Hermocrates medicꝰ fuit qui plurimos imperitia necabat. In eum nunc scribit poeta, ait enim Andragoram vnã lotũ fuisse in balneis, & cœnasse hilarem, sed muẽtum mane domi mortuum, quare, inquit, hoc accidit. nimirum viderat in somno Hermocratem, qui tantę est pernicici, vt non modo si medetur, sed etiam si cernitur aliquo pacto interficiat. ¶Tãtos) Sextilianus hæc, verba sępenumero vsurpat tantos, & tantas. hoc accidere ait, qui amet mutoniatos. ¶Tãtos & tãtas) drauсos, vt diximus, amabat, hoc est pergrandes iuuenes, qui hispidos & barbatos præcidebãt. ¶Tantos) .i. pergrãdes pueros. ¶Tantas) .i. mentulas: hoc etiã supra notauit poeta: Dormis cum pueris mutoniatis. in Phœbum. ¶Secti podicis) impudicũ fuisse Carinũ duobus epigrammatibus supra ostendit: quorũ vtrunq; indicauit eũ pudenda muliebria lingua sectari: Catamitum indicat, hoc est puerum meritorium tanta libidine, vt nullum faciat finem pruriginis, quanuis iam inutilis sit.

Ad Hiantida Nymphan. 45

Nympha mei Stellæ quæ fonte domestica puro
Laberis, & domini gemmea tecta subis.
Siue Numæ coniux Triuiæ te misit ab antro,
Siue camœnarum de grege nona uenis,
Exoluit uotis hac se tibi uirgine porca
Marcus, furtiuam quòd bibit æger aquam.
Tu contenta meo iam carmine, gaudia fontis
Da secura tui, sit mihi sana sitis.

In Pomponium. 46

Quòd tã grãde sophos clamat tibi turba togata,
Non tu Pomponi, cœna diserta tua est.

De Priapo. 47

Non sum de fragili dolatus ulmo,
Nec quæ stat rigida supina uena,
De ligno mihi quolibet columna est.
Sed uiua generata de cupresso,
Quæ nec secula centies peracta,
Nec longè cariem timet senectæ.
Hanc, tu quisquis es ô malus, timeto,
Nam si uel minimos manu rapaci
Hoc de palmite læseris racemos,
Nascetur, licet hoc uelis negare,
Inserta tibi ficus in cupresso.

Ad Lupercum. 48

Quòd conuiuaris sine me tam sæpe Luperce,
Inueni, noceam quo ratione tibi.
Irascar, licet usq; uoces, mittasq;, rogesq;.
Quid facies, inquis quid faciam? ueniam.

Epitaphium Pantagathi. 49

Hoc iacet in tumulo raptus puerilibus annis
Pantagathus, domini cura, doloriq; sui,
Vix tangente uagos ferro resecare capillos
Doctus, & hirsutas excoluisse genas.
Sis * licet inde sibi tellus placata, leuisq;,
Artificis leuior non potes esse manu.

De Andragora. 50

Lotus nobiscum est hilaris, cœnauit & idem.
Inuentus mane est mortuus Andragoras.
Tam subitæ mortis causam Faustine requiris:
In somnis medicum uiderat Hermocratem.

De Sextiliano. 51

Tantos, & tantas si dicere Sextilianum
Aule uetes: iunget uix tria uerba miser.
Quid sibi uult, inquis, dicam, quid suspicer esse.
Tantos, & tantas Sextilianus amat.

Ad Papilum. 52

Mentula tam magna est, tãtus tibi Papile nasus:
Vt possis, quoties arrigis, olfacere.

In Carinum. 53

Secti podicis usq; ad umbilicum
Nullas reliquias habet Carinus,
Et prurit tamen usq; ad umbilicum.
O quanta scabie miser laborat,
Culum non habet, est tamen cinædus.

Martialis.

* Sis licet vt debes tellus

DOMITIVS.

CVM Coleret,)idem ſenſus eſt apud Iuuena. Diligitur nemo niſi conſcius. Theleſinus quandiu caſte, & pudice adoleſcentes amicos coluit,nihil eſt aſſecutus,cum primum autem cœpit curare turpes pueros,& libidinis conſcius eſſe,factus eſt diues. Iuu. Nil tibi ſe debere putat:nil conferet vnquam Participem, qui te ſecreti fecit honeſti. ¶ Pudica baſia,) & caſta familiaritas nihil poteſt præſtare, ſed ſi fueris cõ ſcius alienorum ſcelerum, eua des diues. ¶Baſia pura,) caſtus congreſſus amicorum, quaſi di cat oportet inter turpes verſa ri. ¶Quòd ſemper,)in Coracinũ cuius anhelitũ fœtidũ vnguẽ ntorũ odores emẽdabant,poe ta optat nil potius olere q̃ ole re vnguenta,quaſi indicaret eũ vnguenta ſumere, quia male oleat, & in Poſthumum idem eſt ſenſus:Poſthume non bene olet, qui bene ſemper olet. ¶Nos,)me. ¶Caſia,) intra palu des in Arabia colligitur aduerſus duo veſpertilionum genera pugna. ¶Niger) vnctus. ¶Ni do ſuperbæ alitis,) id eſt nido phœnicis.nam phœnix moritu ra, ex caſia, & thuris ſurculis nidum conficit, quemadmodũ author Plin. ſcripſit Mani. Mẽ doſum alteruttum codicem ar bitror Plin.aut Hero.namPlin. ita ſcrib.Cinnamomum, & caſias fabuloſa narrauit antiqui tas,princeps Hero. auiũ nidis, præſertim phœnicis, in quo ſi tu Liber pater ſit educatus, easq̃ue decuti in rupibus inuiis fruſto carnis allato,aut plumba tis ſagittis,hæc Plin.Hero.eo lo co vbi ſcrib.de cinnamomo:de phœnice nullam nictionem fe cit.ſcrib.tamen Arabes hoc co gitaſſe, vt coactum cinnamo mum in nidum decutiant:obii ciunt aſinorum aut boum mor tuorũ corpora ſecta in fruſta: quę aues nidis inferentes:nidos ea mole diſſipant,atque ita ca dentes ſurculi ab Arabibus col liguntur, de plumbatis ſagittis nullum extat Herod.teſtimo nium quod Plin.ſcrib. ¶Nicero tiana,)vnguenta erant à magi ſtro tabernæ Nicerote, vt coſ miana à Coſmo. Nicerotes au tem vnguentarius Syrius fuit: huius Laberius meminit, vt mox dicetur. ¶Plumbea,) dicũ tur vnguenta non tam à colore vt mihi placet, quàm à confe ctione ipſa:nam in vaſis plum beis in vmbra coquebantur au thore Plin. quoniam ſol erat ei inimicus. ¶Fragras,) redoles. ¶Plumbea,) decocta in vaſis plumbeis. ¶Quòd tibi) in ſenẽ hiſpidũ fellatorem, hic vt alie nus à libidine videretur,oſten tabat ſetas,& membra hiſpida, at poeta ingt alia corporis par te eũ poſſe eſſe turpem,& libi dinoſum,& leuius crimen futurum.ſi depilato corpore ſuſpitio nem præbuerit,quòd ſit cinædus,nam id quod agebat erat ſcele ratius.Charidemus dicitur,qui delectatur fama populari: ¶ Dare verba,)decipere. ¶Crede mihi,)ſequere conſilium meum. ¶Mul ta dicere,)loqui varia. ¶Fac putẽt te pẽdicari)nã quod putant te fellatorem eſſe turpius eſt. ¶Mentiris,)in Phœbum iam canum, ſed diſſimulantem canitiem vnguento. non erit, inquit, opus ton dere,nam ſola ſpongia poterit caput tuũ o Phœbe detergere. ¶Pi ctis,)vnctis,vt nigri eſſent. ¶Radere,)detergere. ſpongia tergen dis menſis vtebantur antiqui,quod diſtichon indicabit. Spongia item piſcis erat tribus generibus,vt Plinius ſcribit hærens lapidi bus ita,vt vix auelli poſſit,ſed hic de ſpongia,non piſce intelligit. ¶Cernere)ad Aulum Pudentem Amicum militãtem in Germa nia.huius ſupra meminit,cum de Encolpo puero loqueretur. nunc ſignificat ſe cõualuiſſe ex grauiſſimo morbo,quo illo ab ſente laborauit,ſibi autem eſſe in votis vt ille primipilaris re uertatur ſoſpes,nam Aulus Pu dens primipilum maxime affe ctabat,quod centurionibus da batur,cum rem bene geſſiſſent dignitate equeſtri, etiam ſi qua dringenta ſeſtertia non poſſide rent. ¶Plagæ,)regionis. ¶Trio nes parrhaſios,)ſeptentrionem in Germania ab vrſa parrhaſia. ¶Sydera pigra,)Bootes, & vrſa quia nunquam nobis occidunt. ¶Pigra,) nunquam nobis occi dentia. ¶Laſſa,)languẽtia. ¶Plu rimus Pudens,)ita codex anti quus habet, & ita eſt legẽdum non autem pudor. ¶Pudens) i. nomẽ Auli Pudẽtis. ¶Plurim') ſæpiſſime erat in ore.ſ. mihi, hoc eſt ſæpe te languens nomi nabam. ¶Clarus eques)in equeſtrem dignitatem aſcitus. ¶Pul la ſtamina,) parcæ ducunt infe licibus.ſenſus eſt,ſi nõ ſum om nino inuiſus Diis, & infelix. ¶Vox,)meum votum. ¶Sur dos,)ſurdi dicuntur Dii,quan do non audiũt vota. ¶Et dolet) Baccaris ſignificat nardum ruſticum:author eſt Plin. hic Bec cara nomen eſt proprium. Gau ſapina penula erat toga,quæ ge ſtabatur ſublato clauo, vt alii ſcribunt, erat tunica laticlauia: ea texebatur in modum gauſa pæ miro cãdore villorũ:geſta batur hyeme. Baccara multas gauſapinas habebat,& optabat perpetuam hyemem. his oſten tandis,Mar.trita, & lacerata tu nica accuſat Baccarã, q̃ ſibi be ne induto frigus optet cum idẽ noceat poetæ habenti tritas la cernas. ¶Frigus,)hyemẽ,& dies frigidos. ¶Sexcentas)non ſexcẽ tas,ſed multas. nam ſexcẽtum Sexcẽtum nomen erat in promptu volen tibus ſignificare magnum nu merum.Cicero: Sexcenta incõ moda ſum perpeſſus intuenda Republi. ¶Gauſapinas,) veſtes. ¶Luces obſcuras,) id eſt nubi los dies. ¶Hybernos)hyemales. ¶Si tepuere,)ſi incaluerunt ſo le. ¶Noſtræ lacernæ,) tritæ. ¶Scapulis,)humeris q̃to tu hu manius faceres,ſi ferres gauſa pinas media eſtate,vt tu calore labores, quàm optare hyemẽ perpetuã. Diſtichon de penula gauſapina:Tam mihi candor ineſt villorum gratia tanta: Vt me vel media ſumere meſſe velis,hoc eſt tu optares ferre media meſ ſe,quanuis ſim hyberna. ¶Laudat,) oderat inuidos poeta, quod ſupra indicauit in Zoilum: Pendentem volo Zoilum videre.& alibi:Omnibus inuideas liuide,nemo tibi.& nunc ait ſibi placere carmina ſua:nulla alia re magis, quàm quòd eorum inuidia quidam cruciatur. ¶Mea Roma,)mihi amica & beneuola.

¶Rubet,)

De Theleſino. 54

Cum coleret puros pauper Theleſinus amicos,
Errabat gelida ſordidus in togula.
Obſcœnos poſtq̃ cœpit curare cinædos,
Argentum, menſas, prædia, ſolus emit.
Vis fieri diues Bithynice, conſtius eſto,
Nil tibi, uel minimum, baſia pura dabunt.

In Coracinum. 55

Quòd ſemper caſiaq̃, cinnamoq̃,
Et nido niger alitis ſuperbæ
Fragras plumbea Nicerotiana,
Rides nos Coracine nil olentes:
Malo quàm bene olere, nil olere.

In Charidemum. 56

Quòd tibi crura rigent ſetis, & pectora uillis,
Verba putas famæ te Charideme dare.
Extirpa (mihi crede) pilos de corpore toto,
Teq̃ pilare tuas teſtificare nates.
Quæ ratio eſt, inquis? ſcis multos dicere multa.
Fac, pædicari te Charideme putent.

In Phœbum. 57

Mentiris fictos unguento Phœbe capillos
Et tegitur pictis ſordida calua comis.
Tonſorem capiti non eſt adhibere neceſſum,
Radere te melius ſpongia Phœbe poteſt.

Ad Aulum. 58

Cernere Parrhaſios dum te iuuat Aule triones,
Comminus & Scythici ſydera ferre poli.
O q̃ pene tibi ſtygias ego raptus ad undas
Elyſiæ uidi nubila fuſca plagæ.
Quanuis laſſa tuos quærebant lumina uultus,
Atq̃ erat in gelido plurimus ore Pudens.
Si mihi lanificæ ducunt non pulla ſorores
Stamina, nec ſurdos uox habet iſta deos.
Soſpite me ſoſpes latias reueheris ad urbes,
Et referes pili præmia clarus eques.

In Baccaram. 59

Et dolet, & queritur, ſibi non contingere frigus
Propter ſexcentas Baccara gauſapinas.
Optat & obſcuras luces, uentoſq̃, niueſq̃,
Odit & hybernos, ſi tepuere, dies.
Quid fecere mali noſtræ tibi ſæua lacernæ?
Tollere de ſcapulis quas leuis aura poteſt?
Quanto ſimplicius, quanto eſt humanius illud,
Menſe uel Auguſto ſumere gauſapinas.

In Inuidum. 60

Laudat, amat, cãtat noſtros mea Roma libellos,
Meq̃ ſinus omnis, me manus omnis habet.

DOMITIVS.

¶RVBET,)Hi ſunt affectus inuidentis. ¶Oſcitat,) ore hiſcit. ¶Hoc volo,)hoc præmium. ¶Noſtra placent,)vt hic rũpatur inuidia. ¶Rem,) Pompilli dicuntur quidã thynni,qui nauibus plenis velis euntibus à gubernaculis nuſquam diſcedunt. Pompillus nomen proprium eſt hoc loco, qui carmen quidem ſcribebat, ſed tamen ſine vlla venuſtate aut lepore,cũ eſſet ingenioſus mul ti putabant fore immortalem. Poeta hoc negat,quoniam non ſolum ingeniũ perpetuitatem donat,ſed quidam lepos & gra tia,quæ aberat à carmine Pom pilli. ¶Rem ſa.)verbum à Mar. alibi etiam vſurpatum nam di cit eum habere rem factam,qui vſq; eò in negotio ſuo eſt pro greſſus,vt putet ſe conſecutu rum reliquum ſine cont ouer ſia. ſupra:Et factã tibi rem ſta tim putaſti.hi duo verſus dicũ tur ex ſententia vulgi. ¶Vſipio rum. ¶Ptolemæus Vſipium de prauata dictione pro Vſipiorũ ponit ad Iſtrum. Accolæ autẽ Iſtri fuerunt hoſtes, de quibus ſcrib. Tacitus Domi. Daci, Cat ti, Sarmatæ. poſuit Vſipios hoc loco, qui inter eos hoſtes ſunt. ¶Leue,) inconſtans, quia ſæpe defecerat. ¶Flauorũ,)a crinib⁹. ¶Sic va.)vt Pũpi.legetur. ¶Fa mæ,) immortalitati. ¶Tineas paſcunt) cum obiiciunt chartas non legendas. ¶Blattasq̃,) no men ſumpſit à græco verbo, quod eſt noceo. ¶Cocifo.) cũ redimunt piper. ¶Chartis.) li bris. ¶Genium)leporem, & gra tiam natiuam. Genius item re rum gerendarũ Deus, vt ſcrib. Pũpeius. ¶Amiſit,) Oppianus erat captator, apud græcos poe ta eſt, qui de piſcibus carmẽ ele gantiſſime ſcripſit, quem imita tus eſt Ouid. apud Latinos ope ris eodem argumento vt apud Plin. legimus. ¶Silanus,) factus eſt orbus amiſſo vnico filio, quem habebat, inquit poeta ar gute filium mortuum non eſſe cadauer, ſed patrem, quia mul ti captatores ad ipſum tanquã aues aduolabant. ¶Si lanus,)di tiſſimus. ¶Vnicum,)id eſt filiũ quẽ habebat qui mortuus eſt. ¶Vulturis) Vultur cadauera ſe ctatur præter cæteras aues, vt il lud Ennii: Vultur is in ſyluis mi ſerum mandebat homonem. ¶Cuius vui.) cuius captatoris. nam captatores perinde ac vul tures ſunt aduolantes ad cada uer. ¶Scis te ca.) ¶Marianus ca ptatorem ſcripſerat hæredem: hunc ingenioſe carpit poeta, ca ptabantur, qui blanditiis, & mu neribus alliciebantur, vt illud maius daret. ¶Tu ſcis quid vẽ lit captator,) nam cupit te cito mori. ¶Supremis ta.) teſtamen to. ¶Eſſe tuo lo.)id eſt ſuccedere tibi. ¶Et pi.)piſcis amare poteſt quaſi dicat qui decipitur non debet amare author ẽ fraudis. ¶Tu fa.)tuam mortem. ¶Des ni.) vt illud, Ploratur lachrymis amiſſa pecunia. Iraſcuntur apud Iuue. qui non ſunt ſcripti bonis cõſum ptis: Ducitur fratis plaudendum funus amicis. ¶Cum ſis,) in pue rum mollem, qui ſcripſerat epigramma in Mar. hunc hexame tris inſectatur. ¶Permittis tibi,)tanta vteris licentia animi, vt cõ mittas emendare meos libellos. ¶Quos fama nouit,) qui ab om nibus probati ſunt. ¶Nugas,)carmina mea ¶Felices)quæ legun tur. & laudẽ habent. ¶Curio,)Dentato marito,qui ex aratro fuit creatus conſul, ſed iis filius patris. ¶Tonſi ad ſpeculum,) id eſt ci nædi. nam ad ſpeculum cinædi tondebãtur. vt Iuu. Ille tenet ſpe culum pathici geſtamen Othonis. ¶Matris togatę,)id eſt mœchę deprehenſæ cogebantur toga indutæ procedere in publicũ. ¶Et ſponſam)vt ſupra. nam cinædi ſunt ſponſæ virorum ¶Torã aurem,)diligenter audire. ¶Sili perpetui,) immortalem famã conſecuti. ¶Dignãtur)accipiũt Silius declamauit in foro ad mediam ætatem. ¶Sura,)ad Su ram ſcrib. Plin. hic doctiſſimus Sura fuit dictus Palphurius Sura, & Palphurius coronatus eſt in certamine ora torum, coronati autem hone ſto loco in ludis ſedebant, cum autem hoc certamine, quo fue rat victor in circo eſſet poeta: ait Suram habere honeſtum il lic locum, vnde ſpectet certa mina, placet ſuperior etiã ſen ſus. pores intelligere ex Auen tino monte eum ſpectaſſe certa mina, nam illic habitabat. Pã Panices tices inteſtinorum partes ſunt & quidẽ ſordidæ. Feſtus ita ſcri. Panices ſunt ventris fluxus. ¶Dianæ Au.)Diana in Auenti no colebat: cuius poſtibus cor nua boum affigebantur, cũ aliis eius templis tatum ceruorum pendere ẽt. ¶Magni Cir.) in quo coronam allecutus erat. ¶Tan to pondere rerum).i. in tantis negotiis. ¶Sed tu plus mẽtis ha bes,)quàm alii. ironia eſt. ¶Pe ctus fixe,)vulneraueruẽt doctri na. ¶Iſtud,)tria carmina quę ſe quuntur. ¶Quid cũ panti.)ſcri pta fuerunt ab hoc puero, quæ inſerit Mar. & deridet, vt Perſi. Neronis carmen: Torua Mi malloneis implerunt cornua bombis. & Ho. carmen Furii Bi baculi: Furius hybernas cana niue conſpuit alpes. & alibi ma li ſcriptoris: Fortunam Priami cantabo, & nobile bellũ. ¶Mul to alti.)multo eruditius eſt.

GEORGIVS.

¶AMISIT Pater vnicũ Ap pianus,)Neſcio eleboro magis, an fuſtibus tam inſano expoſi tori opus ſit:nam ſi vel mera cas anticyras biberet, vix caput illud inſanabile ſanari poſſet, ergo verberibus cædatur, vt ali quando ad ſanitatem reduca tur, nunquid maximum nõ eſt & q̃ ſanari non poſſit, niſi ver bere: aut vinculis inſaniẽ genus ſcribere Ouid. noſtrum imita tum fuiſſe Appi. qui ad Anto pium τακλευτικὰ ſcripſit: cũ Ouid ducentos ferè annos Op pianũ anteceſſerit. Ergo vt igna uia, atq̃ ſtultitia hominis coar gui poſſit primos Appiani verſus apponemus: ἤτοι τοὶ πόν τοιο, πολυσπερέας τε φαλάγγας παντοίην νεοδῶν, πλωτὸν γέ νῳ ἀμφιτρίτης, ἐξερέω, γαίης ὑπατον κράτος, ἀντωπὸν. ¶Cuius vulturis erit hoc cadauer,) hoc in loco commemorandum erat illud prouerbium Senecæ de captatoribus ad hanc ferè ſententiam, ſi vultur es cadauer expecta. Errat hic idem de ſegmentis, in quam ſententiam plura non dico, quoniam alibi de hac dictio ne copioſe diſſeruimus. epigrãma in Afrum habetur in quo hæc legimus: Non aliter tidetur Atlas cum compare gibbo.

Ecce rubet quidam, pallet, ſtupet, oſcitat, odit.
Hoc uolo: nunc nobis carmina noſtra placent.

De Pompillo. 61

Rem factam Pompillus habet Fauſtine, legetur,
Et nomen toto ſparget in orbe ſuum.
Sic leue flauorum ualeat genus Vſipiorum,
Quiſquis & Auſonium non amat imperium.
Ingenioſa tamen Pompilli ſcripta feruntur,
Sed famæ non eſt hoc (mihi crede) ſatis.
Cum multi tineas paſcunt, blattasq̃ diſerti,
Et redimunt ſoli carmina docta coci.
Neſcio quid plus eſt, quod donat ſecula chartis,
Victurus Genium debet habere liber.

Ad Apianum. 62

Amiſit pater unicum Silanus,
Ceſſas mittere munera Apiane?
Heu crudele nefas, malæq̃ parcæ,
Cuius uulturis hoc erit cadauer?

Ad Marianum. 63

Scis te captari, ſcis hunc, qui captat, auarum,
Et ſcis qui captat, quid Mariane uelit,
Tu tamen hunc tabulis hæredẽ ſtulte ſupremis
Scribis, & eſſe tuo uis furioſe loco.
Munera magna quidem miſit, ſed miſit in hamo
Et piſcatorem piſcis amare poteſt?
Hiccine deflebit uero mea fata dolore?
Si cupis, ut ploret, des Mariane nihil.

In Detractorem. 64

Cum ſis nec rigida Fabiorum gente creatus,
Nec qualẽ, Curio dum prandia portat arati,
Hirſuta peperit rubicunda ſub illice coniux,
Sed patris ad ſpeculum tõſi, matriſq̃ togatæ
Filius, & ſponſam poſſit te ſponſa uocare,
Emendare meos, quos nouit fama, libellos,
Et tibi permittis felices carpere nugas,
Has inq̃ nugas, quibus auré aduertere totam
Non aſpernantur proceres urbisq̃, foriq̃,
Quas & perpetui dignantur ſcrinia Sili,
Et repetit toties facundo Regulus ore,
Quiq̃ uidet propius magni certamina Circi
Laudat Auentinæ uicinus Sura Dianæ.
Ipſe etiam tanto dominus ſub põdere rerum
Non dedignatur bis, terq̃ reuoluere Cæſar.
Sed tibi plus mẽtis, tibi cor limante Minerua
Acrius, & tenues fixerunt pectus Athenæ.
Ne ualeam, ſi non multo ſapit altius iſtud,
* Quid cũ panticibus laxis, & cũ pede grãdi,

* Qui

DOMITIVS.

CAVDES Præterea,) cum tale carmen ſcribas. ¶Inuſſerit,) vrendo ſignauerit. ¶Stigmata) ſigna & notę quas habuerit carmen meum. ¶Cinnamus,) qui ſcit expolire cutem.placet magis vt accipias pro ſullone.¶Vafra arte,) ſullonaria. ¶ Erit vrſus,) veniet ad feritatem. ¶Fatiges dent.) tranſlationem à cane ſumpſit.¶Hexametris) Tucca reprehenderat ſuperius epigramma,quod & longum eſſet & hexametris compoſitum.

* Tacitā ¶Alterum,) ſcilicet vt conſtet hexametris,poeta ait ſibi licere & hoc ſolere fieri in alterum, ſcilicet quod ſit lōgum paciſcitur cum Tucca,vt ſola diſticha legat,epigrammata autem longa tam liceat Tuccæ tranſire, quàm ſcribere.¶ Tucca,) nomē conuenit cenſori, nam & Octauius in emendando carmine Virgiliano, Tucca vſus dicitur, authore Euſebio. ¶Solet fieri,) vt epigrammata ſint hexametris.¶Conueniat nobis,) hoc eſt hoc pactum ſit inter nos. ¶Famæ,) præconis Gelliani imprudentiam accuſat, qui puellam vendens, vt eius pudicitiam & blanditias oſtentaret,ita inſtitutam vt negaret,facereque venditiorem ter oſculatus eſt.At qui paulo ante promiſerat ſexcenta,noluit dare,vult enim in nuere Gellianum fuiſſe fœtido anhelitu,vel cunnilingum, vel fellatorem.nam in eius generis homines hoc ioci genere ſemper vtitur, vt in eſcam in quā Sabidius ſufflauerat fellator: Sed nemo potuit tāgere,merda fuit.Et in Poſthumū ſæpe. ¶Suburra,) in ſuburra erant impudicæ mulieres,quod ſupra indicauit:Tonſtrix ſuburræ faucibus ſedet primis. Licere dicuntur res venales, quando certatim præmia offeruntur,dum venduntur ſub haſta,& licitato res dicuntur, qui eandem rem affectantes pollicentur pretium. ¶Puram,) quia negabat negantem. ita enim docuerat. ¶Profecerit,) id eſt ſit aſſecutus.¶Negauit,) noluit dare offenſus oſculo Gelliani. nam erat fœtido anhelitu ob fellationem. ¶Cur tantum,) Eunuchi ſpadones dicti ſunt,authore Donato,à græco ἀπὸ τοῦ, quod ſignificat extraho. Adhibebantur cuſtodiendis lectis matronarum: nam in eum vſum emebantur: impudenter factum oſtendit poeta,& accommodatum eſſe conſilio mulierum volentium futui,nec parere,vt nunc in Gelliam iocatur.nā Eunuchi procreare non poſſunt, etſi rem habent.Tanta erat mulierum libido,vt ſpadones quoque adulteros haberent,quod alibi conqueritur,At prius, o facinus,& ſpado mœchus erat.¶Flete nefas,)Caſtricus puerum amiſerat Bais,vbi erat,vt ſupra:Dum tibi felices indulgent Caſtrice Baiæ.huius poeta mortem deflet.¶Naiades,) nymphæ aquarum. ¶Lucrino,) Lucrinus iuxta Baias. ¶Thetis,)mare.¶Eutychus,)'nomen eſt pueri.alibi nomen aſinarii,qui primo mane occurrit Auguſto:vnde bonum accepit omen.nam Eutychus ſignificat fortunatum. author Tranquill. ¶Dulce latus tuum,)id eſt qui lateri ſemper hærebat.¶Alexis,)alter Alexis vt Vigil.¶Hylā,) Hylas raptus eſt in Bithynia ſecutus ceruam immiſſam à Iunone, vt Theocritus ſcrib. ab omnibus nymphis:vt O naſus in primo Amazonicorum,à nulla nympha raptus ſubmerſus eſt,vt Apollonius canit ab vna nympha,eius nomine lacus eſt,quem luſtrantes quotannis Bithyni Hylam vocant. ¶Hermaphroditum,) Hermaphroditus : Veneris & Mercurii filius,quem Salmacis nympha dilexit.is vtrunque habebat ſexum, vnde eius generis homines Hermaphroditi dicti ſunt,& alio verbo androgyni,qui olim in portentis habebantur.poſtea in delitias recepti:vt Pli.¶Sollicitata) allecta. ¶Viri,)Eutychi. ¶Non miror) Baſſa Baſſi filia aquā portabat: cum pater fuiſſet ebrius,hoc miratur Martialis, nam & cum Diogenes ebrium in foro vidiſſet : Illius, inquit, pater ebrius fuit,ſimul inquit eam fuiſſe ſelatricem. ita dixit alibi in Leſbiam: Qua tibi parte opus eſt Leſbia ſumis aquam.¶Sexageſima,) Cottæ vitam iucundiſſimam admiratur , quòd cum 62.annum expleuerit, nunquā ægrotauerit, & hanc fuiſſe veram vitam ſcrib.non enim multi anni oſtendunt aliquem diu vixiſſe, ſed vitæ iucunditas & carentia morborum . ¶Meſſis acta,) id eſt annus abſolutus. ¶Calentis lectu,)in febre . ¶Alcon,) Alcontius alio verbo dictus eſt.Hor. Alcontem dixit Alcon maris expers pro ſeruo. Horatii verbum cum Martiale conuenit:Plin.nō conuenit,qui ſcri.Alcontium vulnerum medicum à Claudio.c. ſeſtertiis cō demnatum exulem miſſum in Galliam , deinde reſtitutum. ¶Daſio,)nomen medici hoc loco.Daſii etiam cuiuſdam meminit Liui. in ſecundo bello Punico.¶Symmacho,) medico de quo ſupra cum venit ad Martialem ægrotantem comitatus c. diſcipulis.¶Digitum impudicum ,) deridet & contemnit. nam oſtendere medium digitum,qui infamis dicitur,opprobrium erat . ¶Computentur,) numerentur.

¶Sumus

Et rubro pulmone uetus,naſiſq; timendum
Omnia crudelis Lanius per compita portat.
Audes præterea,quos nullus nouerit,in me
Scribere uerſiculos,miſeras & pdere chartas.
At ſiquid noſtræ tibi bilis inuſſerit ardor,
Viuet,& hærebit,totoq; legetur in orbe,
Stigmata nec uafra delebit Cinnamus arte.
Sed miſerere tui,rabido nec perditus ore
Fumantem naſum uiui tentaueris urſi.
Sit placidus licet,& labat digitoſq;,manuſq;,
Si dolor,& bilis,ſi iuſta coegerit ira,
Vtſus erit,uacua dentes in pelle fatiges,
Et * tacitus quæras,quā poſſis rodere carnē.

Ad Tuccam.

Hexametris epigrāma facis,ſcio dicere Tuccam,
Tucca ſolet fieri,denicq; Tucca licet.
Sed tñ hoc lōgū eſt ſolet hoc quoq; Tucca * licere.
Si breuiora probas, diſticha ſola legas.
Conueniat nobis,ut tas,epigrammata longa
Si tranſire tibi,ſcribere Tucca mihi.

De Præcone puellam uendente.

Famæ non nimium bonæ puellam,
Quales in media ſedent ſuburra,
Vendebat modo præco Gellianus.
Paruo cum pretio diu liceret,
Dum puram cupit approbare cunctis,
Attraxit prope ſe manu negantem,
Et bis,terq;,quaterq; baſiauit.
Quid profecerit oſculo,requiris?
Sexcentos modo qui dabat,negauit.

Ad Pannicum.

Cur tantum eunuchos habeat tua Gellia,quæris
Pannice? uult futui Gellia,non parere.

De morte Eutychi pueri.

Flete nefas ueſtrum,ſed toto flete Lucrino
Naiades,& luctus ſentiat ipſa Thetis,
Inter Baianas raptus puer occidit undas
Eutychus,ille tuum Caſtrice dulce latus.
Hic tibi curarum ſocius,blandumq; leuamen,
Hic amor,hic noſtri uatis Alexis erat.
Nunquid te uitreis nudum laſciua ſub undis
Vidit,& Alcidæ Nympha remiſit Hylam?
An Dea fœmineū iam negligit Hermaphroditū,
Amplexu teneri ſollicitata uiri?
Quicquid id eſt,ſubitæ quæcūq; eſt cā rapinæ,
Sit precor & tellus mitis,& unda tibi.

De Baſſa.

Non miror,q; potat aquam tua Baſſa Catulle,
Miror,quòd Baſſi filia potat aquam.

Ad Martianum.

Sexageſima Martiane meſſis
Acta eſt,& puto iam ſecunda Cottæ,
Nec ſe tædia lectuli calentis
Expertum meminit die uel uno.
Oſtendit digitum,ſed impudicum
Alconti,Daſioq;,Symmachoq;.
At noſtri bene computentur anni,
Et quantum tetricæ tulere febres,
Aut langor grauis,aut mali dolores,
Aut uita meliore ſeparentur.

Tucca

Suburra

Liceo
Licitator

Spado

Tompilius

Eutychus

Hylas

Vtpiā

Hermaphroditus

Androgynus

Alcontius

Cornutus

DOMITIVS.

¶CLAVDE Infantes,) id eſt parum viximus, ac ſi eſſemus infantes,quia febres & dolores occuparunt vitæ tempus.¶Vita non eſt viuere,) hoc eſt non eſt conſumere annos.¶Valere) eſſe ſanus,& in voluptate agere.¶Edere,) cum deridet, qui Theleſinam ancillam olim vēdiderat,ſed eius poſtea amore captus eam redemit. pulchre, inquit,factum. nam quæ paulo ante vendita fuerat tanquā ancilla,nunc redimitur pro domina . placet potius vt intelligas eam non fuiſſe iterum emptam , ſed magno interdum pretio conduci à domino priore.¶Cruſmata,)ad ſonitus bethicos.Cruſmata dicuntur ſoni tus cymbalorum & inſtrumentorum, quæ digitis pulſantur. nam κρούω eſt verbero, & pulſo,vnde cruſma , ¶Modis ga.) nam puellæ gaditanæ peculiarem ſaltationem habebāt. ¶Pelian,)frater Nerei fuit,Neptuni & Tyteæ filius , ex eadem matre,& Creta nati ſunt Amithaon,Pharetus, Aeſon , Pelias pater Iaſonis, qui ad decrepitā ætatem vixit,de quo intelligit. ¶Ad rogos Hect.) id eſt in medio mœrore.¶Redimit dominam,)pretio impetrat tanquā à domina.Redemptores dicuntur qui ſuſcipiunt opera conficienda.Redimere item eſt aſſe qui pretio,vt hic. ¶Non,) cuſtos hortorum alloquitur ex agro Hilari Cæretani diſpenſatoris, cum tantum diſpenſatorem dicat,ego Publium intelligo,& Pallatinū.Cere olim Agilinam dixerunt.Sunt qui diſpēſatorem accipiant pro artifice, qui cuſtodē effinxit, quod placet . ¶Parcite iuge.)nolite aliquid furari . ¶Medio,) ſenem deridet, qui non ſecus vngebat crines,& reliquum corpus colebat,quàm ſi iuuenis eſſet, & vt iuuenile os indicaret,cum nullos haberet dentes, dentiſcalpio vtebatur,ridens,hoc ſignificat Eſculano, ne videns dentiſcalpium deceptus putet eum dentes habere. ¶Imus,)in imo loco.¶Segmenta,) dicūtur quiſquiliæ rerum ſectarum.Segmēta item dicebantur ornamenta quæ Senatus Rom.aurea permiſit mulieribus in gratiam Volumniæ, quæ Coriolanum repreſſit imminentem patriæ. Segmenta præterea faſciolæ.Iuuenalis Segmenta & longos habitus,nonnulli codices habent ſemitatus, id eſt diſtinctus & expolitus.vt Catullus: Omnes puſilli & ſemitati mœchi,at ſegmentati faſciolis obuoluti dicūtur , & per tranſlationem ſegmentati vnguento obliti dicuntur. ¶Caluam Triphilen,)id eſt trium capillorum.¶Fodit,)ſcalpit. ¶Lentiſcis,) lentiſcus erat arbor,ex qua fiebant dentiſcalpia. ¶Tonſis,) politis. ¶Cunmittis,)ad Pontiam veneficam cuius meminit Iuuenalis: Tu ne duos vna ſæuiſſima vipera cœna:Tūne duos. Hæc mittebat Martiali ſæpenumero munera eſculenta,id eſt apta eſui: dicebat mittere ſuas buccellas. at poeta inquit, has ego non mittam amicis:nec edam quia puto ineſſe venenum. ¶Buccellas,)buccella genus cibi conditi eſt,ſed mihi Augu. videtur accepiſſe buccellas pro exiguo fruſto panis his verbis : In balneo demum poſt horam primam noctis duas buccellas mā ducaui . & alibi poeta primitiuum protulit:Horret canibas canis improbi buccas, vt expo nas tuas buccellas,id eſt quas ti bi parauerat . ¶Nec mittam,) amicis ¶Nec edam,) quaſi dicat , ego puto eſſe venenum, quod nec mihi volo ſumere, nec tradere amicis.¶Ille ſacri,) Domitianus duas expeditiones ſuſcepit in Dacos populos Germaniæ,in priore Appius Sabinus conſularis oppreſſus eſt: alteram commiſit Cornelio Fuſco,qui erat præfectus cohortium prętorii,data ei belli ſumma:hic mortuus eſt eo ſi bello. Inde inquit Iuuenalis Fuſcum prębuiſſe viſcera lanianda vulturibus dacis, poeta epitaphiū ei componit.¶Ille cuſt.)ille prę fectus prætorii,& qui cuſtodiebat latus Domitiani. ¶Martis to.)id eſt cohortium prætorii. nam cohortes prætorianæ non verſantur in caſtris,ſed in vrbe. ¶Summi du.)Domitia ¶Credita,)commiſſa.¶O for.)quæ inuidiſti Fuſco : potes hoc fateri, quanuis mortuus ſit : vicit tamen,quia domuit Dacos. ¶Dacus,)populus Germaniæ. ¶Nemus ſa.)domitum & redactum in deditionem. ¶Cum ſis)Afrū carpit,qui pauper, iuuenis,fortis à ſex ſeruis geſtabatur,cum tantum diuitis ſit ſenis,& imbecillis . hoc multo maiorem ait riſum cōmouere,quàm ſi nudus incederet per medium forum.¶Eſſe onus)portari humeris.¶Cappadocum)finitima Armeniæ Cappadocia,vnde ſerui mittebantur.vt è Syria. ¶Irus,) pauperrimus fuit. ¶Parthenopæus,)vnus ex.7. ducibus, qui ad Thebas fuerunt profecti, iunior &omnium pulcherrimus. longum de hoc extat Papinii carmen in Thebaide : Pulchri haud vlli triſte ad diſcrimen ituro Frons fuit.¶Arthemidorus,) pugil. ¶Cum vinceret,) ætate florente . ¶Traduceris,) ſubſannaris.

Infantes ſumus,& ſenes uidemur.
Aetatem Priamiq;,Neſtoriſq;.
Longam qui putat eſſe Martiane,
Multum decipituriq;,falliturq;.
Non eſt uiuere,ſed ualere,uita.

De Theleſina.

Edere laſciuos & bethica cruſmata geſtus,
Et gaditanis ludere docta modis,
Tendere quæ tremulū Pelian,Hecubæq; maritū
Poſſet ad Hectoreos ſollicitare rogos,
Vrit,& excruciat dominum Theleſina priorem,
Vendidit ancillam,nunc redimit dominam.

De Cilice fure.

Fur notæ nimium rapacitatis
Compilare Cilix uolebat hortum,
Ingenti ſed erat Fabulle in horto
Præter marmoreum nihil Priapum.
Dum non uult uacua manu redire,
Ipſum ſurripuit Cilix Priapum.

De Priapo.

Non rudis indocta fecit me falce colonus.
Diſpenſatoris nobile cernis opus.
Nam Cæretani cultor notiſſimus agri
Hos Hilarus colles,& iuga læta tenet.
Aſpice,q̄ certo uidear non ligneus ore.
Nec deuota focis inguinis arma geram.
Sed mihi perpetua nunq̄ moritura cupreſſo
Phidiaca rigeat mentula digna manu.
Vicini(moneo)ſanctum celebrate Priapum,
Et bis ſeptenis parcite iugeribus.

Ad Eſculanum.

Medio recumbit imus ille qui lecto
Caluam Triphilen ſegmentatus unguento,
Foditq; tonſis ora laxa lentiſcis.
Mentitur Eſculane:non habet dentes.

In Pontiam.

Cū mittis turdumq; mihi,quadram'ue placentæ
Siue femur leporis,ſiue quid his ſimile,
Buccellas miſiſſe tuas te Pontia dicis.
Has ego nec mittam Pontia,ſed nec edam.

Epi.Fuſci.

Ille ſacri lateris cuſtos,Martiſq; togati,
Credita cui ſummi caſtra fuere ducis.
Hic ſitus eſt Fuſcus.licet hoc fortuna fateri,
Non timet hoſtiles iam lapis iſte minas.
Grande iugum domina Dacus ceruice recepit,
Et famulum uictrix poſſidet umbra nemus.

In Afrum.

Cum ſis tam pauper,q̄ nec miſerabilis Irus,
Tam iuuenis,q̄ nec Parthenopæus erat,
Tam fortis,q̄ nec,cum uinceret,Artemidorus,
Quid te Cappadocum ſex onus eſſe iuuat?
Ridieris,multoq; magis traduceris Afer,
Quàm nudus medio ſi ſpatiere foro.

Cruſmata

Pelias

Redemptor
Redimo

Segmenta

Semitatus
Segmentarius

Lentiſcus

Buccella

¶ATLAS,) Sensus puellæ est tanta admiratione, & risu spectari Afrum, quanta spectantur res nouæ in ludis, vt Atlas, qui cœlum dicitur sustinere, si gibbo corpore & curuo fuerit repræsentatus, vt Elephas per stadium incederet insidente Mauro. Hanc nouitatem spectaculi quæsiuit Nero, in cuius ludis notissimus eques Ro. insidens Elephanto per medium catradomum curit & aptè spectacula ab Atlante & elephanto sumpsit, cum in Afrum scribat, & ex Africa elephantes mauri sint. ¶Compare gibbo,) id est cum pari gibbi magnitudine. alibi legitur cũ corpore gibbo ¶Nigra bel.) id est elephas. An alludit ad ludos Neronis, in quibus fuerunt camellorum quadrigæ, & notissimus eques Rom. vt proposui, elephanto est vectus, vt per gibbos camellos intelligat qui gibbum habent dorsum, & quod sequitur de equite Rom. non aliter Atlas magnus ridetur cũ gibbo camello compare idoneo ad eum gestandum. ¶Hexaphoro,) hexaphorum nõ nisi ditissimorum erat lectica, & à sex seruis gestata. de hac Iuu. Et sexta ceruice feratur. ¶Sandapila,) feretrum erat populare. Pauperes nunquam gestabãtur, nisi mortui. sensus est: Non debes gestari, nisi mortuus fueris. At si fueris mortuus, debes gestari sandapila, non hexaphoro. An placet vt mortuum accipiat pro paupere & ignauo. ¶Mortuus,) pauper, & ignauus non debes gestari hexaphoro, id est lectica ditissimorum hominum. alibi de lectica ignauit: Cum tua sit Sandapila est. ¶Potor,) claruerunt potu nonnulli: Torquatus Medio qui tres vini cõgios vno spiritu potare dicebatur. Plin. auc. ¶Lippus) cui oculi stillabant. ¶Valebis,) peribis. ¶Oculus bi. ve.) quia periit. ¶Tristis,) in Lupum, qui arrogantiam sibi palam deberi arbitrabatur, quam haberet: monet Martialis eum esse fortunatum & fortunam accusaturam ipsum ingratitudinis, si senserit eum tristem, & hoc pacto auaritiam hominis, & nimia, atque immodica appetentem animũ accusat. ¶Tristis,) mœstus. ¶Scierit,) te esse tristẽ. ¶Vt no.) rosæ olim mittebantur ex Aegypto hyemali tempore, in gratiam autem Domitianus iam erat excogitatum, vt in vrbe quoque hyeme prouirerẽt. Virebant etiam perpetua hyeme in Hispania ad Cartha. nouam: ex Italicis Milesiæ palmam ferebant serò peruenientes, antequam veræ rosæ seruarentur, ex ramentis & segmentis cornuum tinctis coronæ conserebantur, imitantes veros flores, & hæ appellabantur hybernæ: nunc poeta ab Aegypto ait desiderari in vrbem frumentum, non rosas, quę iam poterãt mitti illuc ex vrbe. ¶Memphiticus) Aegyptius visus est deridere. ¶Hortos pha.) Aegyptios. ¶Ambitiosa,) quę rens laudẽ nouitate florum. ¶Noua dona,) id est insinuata. nam nouæ rosæ hyeme erant noua dona. ¶Floræ,) Deæ florum. ¶Pæstani ruris,) id est rosacei. ¶Omne iter,) id est omnis pars vrbis. ¶Iussus iam cedere,) id est qui cogeris cedere ¶Brumæ Romanæ,) id est rosis Romanis, quæ hyemẽ sunt & proueniunt. ¶Iratus,) de solio satis supra, hoc ligneo vsus est August. quo pedes, & brachia iactabat, idq; appellauit Duretam verbo Hispanico. Charidemus erat fellator, & cum inguina in solio lauaret, ita aquas iactabat, vt videretur velle eas pollutas esse, & immundas iis, qui postea se lauarent eodem loco. Ego, inquit poeta, nollem Charidemum sic lauare caput, vt lauat inguina, at si lauat caput, fœdius est ob fellationem. ¶Sic,) tanto impetu. ¶Subluis,) iactas lauando in soliovase, quod erat in balneis. ¶Malo la.) inguina, quia puriora sunt ore tuo. Vrbane fellatorem indicat. ¶Quidam,) iocatur cum Rufo, cuius fata paulopost deflebit, ait se interrogatum esse à quodã, an esset Martialis Poeta, & cum annuisset, miratũ cur habuisset tam malas lacernas, respõdit, quia erat malus poeta. At ne cogar, inquit, hoc sæpius fateri, mitte ô Rufe bonas lacernas. ¶Lanista) lanistæ erant, qui habebant familias gladiatorũ. Mangones, qui habebant seruos venales. ¶Emptor) mango. ¶Inspectum me velut emptor,) tanquam vellet emere seruum, aut lanista, qui vellet emere gladiatorem. ¶Batauam au.) Bataui insulam tenent in Rheno, hos domuit Domitianus prima ætate. cum poeta barbarum vellet nominare Batauum dixit, qui & barbarus erat, & hostis fuerat Domitiani. ¶Aurem ba.) id est barbaram, & hostilem. alibi legitur, Aurem seueram. ¶Inspectum diligenter,) inspiciebantur autem diligenter, cum emerentur serui. Inde illud legimus Augustum misisse amicos per vrbem qui matres fami. & adultas ætate virgines denudarent, atque perspicerent tanquam Toranio mangone vendente. ¶Ne hoc accidat hoc sæpe mihi,) id est ne cogar dici malus poeta, mitte bonas lacernas.

Hexaphorum

Sandapila

Rosæ milesiæ

Lanista

Mangones

Batauũ

Non aliter monstratur Atlas cum cõpare mulo,
Quæq; uehit similem bellua nigra libyn,
Inuidiosa tibi q̃ sit lectica, requiris,
Non debes ferri mortuus hexaphoro.

Ad Aulum de Lusco. 77

Potor nobilis Aule lumine uno
Luscus Phryx erat, alteroq; lippus,
Huic dicit medicus, bibas caueto
Vinum, si biberis nihil uidebis.
Ridens Phryx oculo ualebis, inquit.
Misceri sibi protinus deunces,
Sed crebros iubet, exitum requiris?
Vinum Phryx, oculus bibit uenenum.

Ad Lupum. 72

Tristis es, & felix, sciat hoc fortuna, caueto.
Ingratum dicet te Lupe, si scierit.

De Rosis ad Cæs. missis. 79

Vt noua dona tibi Cæsar nilotica tellus
Miserat, hybernas ambitiosa rosas.
Nauita derisit pharios memphiticus hortos,
Vrbis ut intrauit limina prima tuæ.
Tantus ueris honos, & odoræ gratia Floræ,
Tantaq; pæstani gloria ruris erat.
Sic quacunq; uagus gressum q̃q;, oculosq; ferebat,
Textilibus sertis omne rubebat iter.
At tu Romanæ iussus iam cædere brumæ
Mitte tuas messes, accipe Nile rosas.

In Charidemum. 30

Iratus tanquam populo Charideme lauaris,
Inguina, sic toto sublues in solio.
Nec caput hic uellem, sic te Charideme lauare.
Et caput ecce lauas, inguina malo laues.

Ad Rufum. 21

Quidam me modo Rufe diligenter
Inspectum, uelut emptor, aut lanista,
Cum uultu, digitoq; subnotasset,
Túne es, tune ait ille Martialis,
Cuius nequitias, iocosq; nouit,
Aurem qui modo non habet seueram?
Subrisi modice, leuiq; nutu
Me, quem dixerat esse, non negaui,
Cur ergo inquit habes malas lacernas?
Respondi, quia sum malus poeta.
Hoc ne sæpius accidat poetæ,
Mittas Rufe mihi bonas lacernas.

Atlantes

¶ATLAS Cum compa. gi.) Non modo odiosa sunt tanta interpretis verba, sed & falsa, & inuoluta est sententia: nec minus expositor, quàm poeta difficilis & obscurus habetur, sed interpretis verba Sibyllæ interpretanda reliquamus, quod autem ad poetæ sensum pertinet & apud idoneos scriptores legiã proferã. Victruuius scri. Atlãtes græce eos appellari: quos Latini telamones appellãt, nec rationes inuenit huius appellationis apud Latinos. Sunt enim Atlantes imagines hominum sustinentium columnas ædium, aut ipsa ædificia, ad similitudinẽ videlicet Atlantis, qui cœlum fingitur sustinere. ii plerunq; gibbosi fiunt, aut gibbosos imitantur, dum onera sustinent, & compares sunt, interim auersi, interdum se inuicem spectãt, hoc prętereuntes monstrare solent risus gratia, ad quam ædificantium consuetudinẽ, & risum poeta respiciens dixit: Non aliter ridetur Atlas eũ cõpare gibbo. De nigra autẽ bellua, hoc dixerim elephãtem hic significari, quẽ vt Senec. ad Lucili. scri. paruulus Aethiops plerunq; in genua subsidere faciebat, & quia Aethiops est Libys, ideo eum nigræ belluæ similem, hoc est elephanto dixit.

¶Quantum,)

Claudius Hetruscus

¶QVANTVM,) Duos Claud. Hetruscos patrem, & filium tẽporibus Domitiani fuisse & Pap. & Martialis testantur. Pater Iouis suspitione ab imperatore in exilium est missus, quem filius est comitatus. nunc restitutus est, laudaturque carmine hoc imperatoris clementia. ¶Parẽtis He.) patris. ¶Hetrusco,) filio solicito de exilio, quoniam patrem comitatus est & prosecutus singulari pietate. ¶Fulmina mis.) id est exilium, id est reuocasti ab exilio Hetruscum patrẽ. ¶Hos mores,) talem clementiã. ¶Ignibus Iouis,) id est fulminibus. ¶Hetruscus,) filius, qui fuerat prosecutus patrem in exilium. ¶Esse,) hoc vtrunque tui muneris contigit filio esse comiti, & patri esse reduci. nec prohibuisti filium esse comitem, vt tuo munere pius fuisse videat. & reduxisti ab exilio patrem auditis precibus filii, vt hoc ipsum etiam absente acceperit. meminit Papi. in sylui. ¶Octophoro sanus,) sanus prudentem significat, & mentis constitutæ, & sanus significat bene valentem. Philippus gestabatur Octophoro, cum sanus esset. Poeta sanũ esse negat, hoc est prudẽtẽ. nam ancipiti verbo iocatur. ¶Octophoro,) lectica gestata ab octo seruis, si sanũ credis, id est prudentem, & habere mentem cõstitutam. potius placet exponas si credis sanum, quasi dicat nõ est sanus, sed mortuus, ignauus, & pauper. quod supra dixit: Non debes ferri mortuus. ¶Editur en.) Rufus vix absoluto. 25. anno in Cappadocia mortuus est. huius intentum deplorat poeta, cum ei esset amicissimus: nec spero te amplius lecturũ, quia mortuus es. ¶Tellus Ca.) id est Cappadocia. ¶Tibi,) à te. ¶Orbata,) priuata re charissima. ¶Aemylia) hanc Aemyliam strauit M. Scau. ¶Tota,) via vicina. ¶Occidit,) extincta est. ¶Quinque præmia. Alphei). 5. lustrum, id est. 25. annũ Alpheus flu. iuxta Pisam, & Eli dem in Peloponneso, vbi ludi olympici singulis lustris celebrant. ¶Amici,) absentis. ¶Thura,) nam amicorum cineribus thura dabantur. ¶Puta hæc carmen esse thu. absentis amici,) id est habe. ¶Setinum,) æstuabat siti poeta ægrotans. Nullus ergo diuitias optat potius quã setinum & niues: ¶Setinum) vinum optimum, & recentissimũ erat ex Setia missum. ¶Niues dominæ,) appellat niues dominas ab effectu. rem enim optatam blandioribus verbis nuncupamus. ¶Bibebantur niues,) quia his refrigebatur decocta & inde etiam vina expressa liquata, quæ bibebantur. ¶Ingratus,) erga naturam. ¶Midæ) Midas rex Phrygũ fuit ditissimus filius Gordii. Gordius autem ab agricultura ad imperium est euectus. Ab eius nomine inter Phrygiam minorem, & maiorem erat Gordię vrbs, in qua seruabatur plaustrum, quod olim Gordii fuerat. Illic gesta sunt quæ de nouo dissoluto ab Alex. scrib. Curtius Mida autem habuit aures asini cum electus iudex Marsiam Phœbo prætulisset. de eo scripsit Herodo. in pri. & Trogus in. 11. Hermeus in principio Mysiæ ex monte Dindymene sacro fluit suo alueo accipit Hilum, & Pactolum flumina Lydiæ, quæ tandem in Phocaicũ mare erumpunt, vt Strabo, & Herodot. vehit auri arenas, vt Pactolus, vnde Crœsi diuitiæ auctæ sunt. Silius ne qui profunditur auro: Atque il latis Hermi flauescit arenis. ¶Tagumque,) Tagus notissimus, Strab. & Plin. & nostrorũ omnium authoritate, olim aureas arenas habebat in Hispania ¶Libat,) id est leuiter gustat. & libare dicuntur qui aliis propinant, poeta optat totum setinũ & omnes niues, & dicit se promissurum, vt qui eo propinat habeat ingentes diuitias, bibatq; ille calidam, & totam frigidam relinquat Martiali. ¶Et potet cali.) hic sensus magis placet, vt detestetur ministrantem sibi ægrotanti aquam calidam & dicat, is qui mihi libat ægrotanti aquam calidam possideat messes libycas & ingentes diuitias, & ipse istam aquam bibat, quasi dicat ego volo carere potius ingentibus diuitiis, & potare frigidam. ¶Libat,) propinat. ¶Dii,) tantam facultatẽ benefaciendi in Domitiano esse ostendit, vt nihil aliunde debeat petere, quàm aut à se, aut à Diis. se vero debere optare vt ab ipso, & Diis. & ita optat. ¶Mane,) sportula. c. quadrantũ dabat à diuitibus his, qui ipsos colebant. Martialis solitus colere Cæcilianum casu eum saluta uit suo nomine, cum ex more deberet dominum appellare: propterea eo verbo amisit sportulam. ¶Libertas,) quòd ausus sim appellare te vero nomine: & non dominum. ¶Abstulit. c. quadrantes,) id est sportulam, quæ erat. c. quadrantum. ¶Cũ peteret,) in Panaretum ebrium qui superiore nocte lagœnam amplius biberat, & cum posceret paulopost matellam, data est ei testa spoletina, quam ex hauserat, eam totã repleuit lotio, cum plus bibisset, quare etiã plus non minxit, quia nihil indiderat aquæ, idcirco minus minxit. nam merum bibẽtibus minus lotii fit. ¶Madidus,) ebrius. ¶Matellam,) id est scaphium. ¶Arguto pol.) id est digito resonanti. Crepitu enim digitorum poscebatur Matella. supra: Digiti crepantis signa nouit Eunuchus: Et delicatæ suscitator vrinæ. Matella ita loquitur in dist. Cum poscor crepitu digitorum, & verna mortur: O quoties pellex culcitra facta mea est. ¶Spoletina) testa anteponebatur, spoletinum musto setino. ¶Oenophori,) œnophorum vas vinarium. ¶Lagœnam cepisse,) id est capacem fuisse quantum biberat. nam supra dixerat plus bibisse.

Setinum vinum

Midas

Gordius

Libo

Ad Cæsarem Do. 82

Quantum sollicito fortuna parentis Hetrusco,
Tantum summe ducum debet uterq; tibi,
Nam tu missa tua reuocasti fulmina dextra.
Hos cuperem mores ignibus esse Iouis.
Si tua sit summo Cæsar natura tonanti,
Vtetur toto fulmine, rara manus.
Muneris hoc utrunq; tui testatur Hetruscus.
Esse quod & comiti contingit, & reduci.

De Philippo. 83

Octophoro sanus portatur Auite Philippus,
Hunc tu si sanum credis Auite, furis.

Flet mortem Rufi. 84

Editus est sextus sine te mi Rufe camœnis,
Nec te lectorem sperat amice liber.
Impia Cappadocum tellus & numine læuo
Visa tibi, cineres reddit, & ossa patri.
Funde tuo lachrymas orbata Bononia Rufo,
Et resonet tota planctus in Aemylia.
Heu qualis pietas, heu quàm breuis occidit ætas,
Viderat Alphei præmia quinq; modo.
Pectore tu memori nostros euoluere lusus,
Tu solitus nostros Rufe tenere iocos.
Accipe cum fletu mœsti breue carmen amici
Atq; hæc absentis thura fuisse puta.

In Bibentes aquam. 85

Setinum, dominæq; niues, densiq; trientes,
Cũ ego uos medico non prohibente bibam?
Stultus, & ingratus, nec tanto munere dignus,
Qui mauult hæres diuitis esse Midæ.
Possideat libycas messes, Hermumq; Tagumq;
Et potet calidam, qui mihi laudat, aquam.

Ad Cæsarem. 86

Dii tibi dent, & tu Cæsar quæcunq; mereris,
Dii mihi dent, & tu, quæ uolo, si merui.

Ad Cæcilianum. 87

Ma: e salutaui uero te nomine casu,
Nec dixi dominum Cæciliane meum.
Quanti libertas constet mihi tanta, requiris?
Centum quadrantes abstulit illa mihi.

De Panareto potore. 88

Cum peteret seram media iam nocte matellam
Arguto madidus pollice Panaretus.
Spoletina data est, sed quam siccauerat ipse,
Nec fuerat soli tanta lagœna satis.
Ille fide summa testæ sua uina remensus
Reddidit œnophori pondera plena sui.
Miraris, quantum biberat, cepisse lagœnam,
Desine mirari Rufe, merum biberat.

DOMITIVS.

¶SANCTA Ducis,)in Zoilum sellatorem,in'quem & supra dixit: Nec vindicare te Rufe possumus,sellat.Hunc ait non oportere grauiter ferre promulgatam legem aduersus adulteros,quoniam ipse non sectabatur mulieres,sellabat. Non futuis,) sed sellas.¶Summi du.)Domitia.imperatoris.¶Cælatus,)Amianus habebat pateram, in quam sculptoris arte erat effictus serpés & ea bibebat vinum vaticanũ, quod pessimum est,cum inquit serpens sit in patera,& illic vinũm vaticanum,qui inde bibit venenum, alludens ad vinum pessimum, & serpentis effigiẽ bene expressam. ¶Arte My.) Myron claruit argento effingẽdo,& sculpto.¶Mœchum) Gellia cum vnum tantum haberet mœchum, dicebat se non esse nimium accusandam,quia vnũ tantum haberet:at Martialis in quit hoc turpe est:sed turpius quòd est vxor duorum.nam lepide describit mœcham. Mœcha inquit est complurium virorum vxor,& quæ vnum habet mœchum, vxor duorum est.¶Tam male) Thaidem male olentem,& conantem emendare fœtorem vnguentis deridet iocando,aitque nulla ratione posse tegi,quin insitum sibi fœtorem exhalet, & quanuis habeat vnguenta non olet ea, sed Thaidẽ olet.¶Fullonis)ful
Fullones lones dicuntur qui pannos purgant.vtuntur autem vrina,quã colligunt locatis amphoris in angulis,vt turba illic meiat.inde Titius ætate Lucilli in oratione,qua legem fanniam suasit,ita describit ebrios: Ludunt alea studiose,vnguenta delibuti scortis stipati. & paulopost: Dum eunt,nulla est in angiportu amphora, quam non impleant.erat etiam vsus lotii in purpura tingẽda.¶Auari,)quia diu seruat lotium.¶Testa,)amphora.¶Recens hir.)nam cum hircus ex amore reuertitur, grauius oler.¶Ora leo.) leonis anhelitus fœtidus est. vt scrib. Lucre.& Plin.testatur.¶Transtyberina)erat vilior pars vrbis, ibi sepeliebant scurræ, & vilissima quæque ministeria fiebant. ¶Cutis)pellis transtyberina detracta cani. ¶Pullus,)gallinæ. ¶Abortiuo ouo,)id est in ouo, quod nondum peruenerat ad
Garum formatum fœtum.¶Garo,)garum faciebant ex intestinis piscium & cæteris abiiciendis maceratis. dictum, quoniam è pisce olim fiebat, quem græci garum appellant. Postea factũ est è scombris tanta æstimatione, vt nullus liquor præter vnguenta esset in maiore pretio. Garum optimũ mittebant hæc loca Clazonene : Pompeii Leptis.Garo corrupto nihil est fœtidius.¶Vitus fal.)id hunc fœtorem,qui proueniebat ex barathro,id est ex imo stomacho. ¶Creta aci,)id est Iudo Veneto.nam terra ex Cypro afferebatur,quæ misto aceto & occultata sub terra, & in solem tepentẽ educta medicamentũ conficiebat cuti expoliendę,& vellendis pilis.¶Pingui fal.)id est lomento.nam farina fabæ dicitur lomentum,quòd rugas extendit.propterea dixit supra, lomento rugas vteri,quod condere tentas.¶Mil.fr.)id est per mille falsas artes. ¶Se tu.)nõ exhalare grauem odorem.¶Thaida,) id est natiuum Thaidis fœtorem. ¶Ponuntur) in Calpetianum pauperem,qui alienis vasis mercede conductis aureis cœnabat,quod poeta indicat:Putaris,inquit, Calpetianum vasis aureis vti vbiq;,quia alia non habeat.& aliud est,nõ habet sua vasa, cogitur vti alienis. ¶Stabulo,)mansionem in suburbio appellat stabulum. ¶Agrum,) villam.¶Non habet suum,) vtitur alienis,quæ mercede conducit inde semper vtitur vasis aureis.alibi in gestantem anulos:Dactylothecam inquit non habet.

DOMITIVS.



CCIPE Belligeræ crudũ thoraca,)Aegidem sumpsit Domitianus hoc est, munimentũ pectoris gorgoneo ore sculptũ quale gestabat Minerua.id appellatur Lorica, quando est in pectore hominis mortalis, in pectore Deæ Aegis. Consecrat pectori imperatoris Aegida hoc carmine.¶Thoraca,)id est munimentum pectoris. ¶Deæ Medusęę,)id est Mineruę,quia gestat caput Medusæ, vel quia interfecerit Medusam,vt Higin. scrib.¶Quo tumet ira) hoc est quo Pallas irata vtitur.& Virg. appellauit Aegidem arma turbatæ Palladis: Gorgoneumque caput turbate Palladis arma,& cũ benigne alloquitur aliquẽ dicitur deponere ægidem.supra: Sic breuiter posita modo Gorgone Pallas. ¶Hoc Cæsar,) ex loro enim erat. ¶Dum vacat,) vacua est.¶Pectore sacro,) pectore tuo diuino.¶Inuia,) Sarmatę populi,authore Hero,qui à Meotide palude incipientes ad septentrionem tendunt, viginti dierũ itineribus : iidem à Græcis Sauromatę dicuntur vt Plin.scrib.tanta his inest barbaries,vt ne nomen quidem pacis intelligant.Lentulus eos tumultuãtes ad Danubium repressit. sagittis vtuntur. Laudat loricã Cæsaris Martialis & eam putat felicẽ,q; diuino pectori sit adhę sura:simul rogat,vt cito triumphali vesti imperatorem restituat:nam Domi.necessario suscepit expeditionem in Sarmatas, de quibus domitis noluit triumphare,lauream tãtum intulit Ioui Capitolino. ¶Inuia,) impenetrabilis. ¶Sarmaticis,) id est Sarmatarum hostium. ¶Magis fida,)id est certa.¶Tergore,)lorica,quia è tergore fiebat lorica. ¶Getico Martis)qui in Geticis colitur.

¶Cuspidis

In Zoilum. 39

Sancta ducis summi prohibet censura,uetatq;
Mœchari,gaude Zoile,non futuis.

In Amianum. 90

Cælatus tibi cum sit Amiane
Serpens in patera Myronis arte,
Vaticana bibis,bibis uenenum.

De Gellia. 91

Mœchum Gellia non habet nisi unum.
Turpe est hoc magis,uxor est duorum.

De Thaide. 92

Tam male Thais olet,q̃ non Fullonis auari
Testa uetus,media sed modo fracta uia.
Non ab amore recens hircus,non ora Leonis,
Non detracta cani transtyberina cutis.
Pullus abortiuo nec cum putrescit in ouo,
Amphora corrupto nec uitiata garo.
Virus ut hoc alio fallax permutet odore,
Deposita quoties balnea ueste petit.
Psilotro nitet,aut acida latet oblita creta,
Aut tegitur pingui terq; quaterq; faba.
Cum bene se tutam per fraudes mille putauit,
Omnia cum fecit,Thaida Thais olet.

De Calpetiano. 93

Ponuntur semper chrysendeta Calpetiano.
Siue foris,seu cum cœnat in urbe domi,
Sic etiam in stabulo semper.sic cœnat in agro
Non habet ergo aliud? non habet immo suũ.

ARGVMENTVM.

DOMITIANVS, cum in Sarmatas expeditionem susceperit,loricam sibi fieri mandauerat, in cuius medio Gorgonis caput erat sculptum. Quod genus armaturæ,Varrone authore,crudo ex corio fieri consueuerat Hortatur itaque Martialis Domitianum ad huiusmodi expeditionem capescendam, mitteque loricam extollit, quasi vna eademque sit cum ægide Palladis, nihilque differat, nisi q;, cum Pallas ea vtatur,ægis,cum vero Domitianus,lorica,vel thorax appelletur. Aldus vir plane latina græcaque lingua insigniter clarus, vnũ continuumque epigramma putauit carminum duodecim. Ego tamẽ duo potius esse putarem. Quattuor prima carmina, vnum epigramma ad Domitianum. Reliqua octo,alterum ad loricam.

M. VAL. MARTIALIS
EPIGRAMMATON
LIBER SEPTIMVS.



CCipe belligeræ crudum thoraca Mineruæ,
Ipsa Medusęæ quę timet ira deæ
Dum uacat hæc Cæsar poterit lorica uocari,
Pectore cũ sacro sederit,ægis erit.
Inuia Sarmaticis domini lorica sagittis,
Et Martis getico tergore fida magis.

DOMITIVS.

¶CVSPIDIS-Aetolę,)id est lãceæ.nam Aetoli lanceas inuenerunt,vt scrib. Plin.vel cuspidis Aetolæ,id est teli Meleagri Aetoli, quasi dicat ne Meleager quidem, qui aprum illum fabulis portẽtosum interemit, hanc loricam penetrare posset, quod placet.¶Texuit,)loricæ fiebant ex corio. Adeo autẽ dura loricam Cæsarianam scribit poeta,vt ex vngulis aprorũ non ex pelle sit confecta. hoc magis placet,quàm quod nonnulli suspicantur de apro Calydonio.¶Securam)nihil timentem.¶Sacrum pectus)Cæs. Domi.¶I comes,)ô lorica.¶Illęsa) non penetrata. ¶Merere,)assequere. ¶Palmatæ togæ,) id est vesti triumphali, quod Seruius est suspicatus. hæc ortum habuit à pictis vestibus:quę apud Hom.sunt.Palmata dicebatur quoniam pars palmæ,id est victoriæ ea intexebatur,vt ab Helena pictis vestibus apud Hom. acu certamina inseruntur,eadẽ dicebatur triumphalis.Ex Plin. est historia.¶Cur non,)idem dixit in Theodorũ supra. ¶Cur,) id est quæ causa est, quare non mitto tibi meo libellos, causa est ne mittas tuos, qui inepti sunt ¶Esset,)Poetæ erant maculenti.luue.Vt dignus veniat hederis,& imagine macra.¶Opianus,)cum morbo,& natura ipsa esset pallidus,putauit se posse videri poetã si scriberet versus,cum pallorem poeticũ iam haberet.supra:Illotus morieris Opiane.In hunc iocatur Martialis ostendens illi pallorẽ natiuum inesse, & eundem scribere malum carmen, ad quod se contulit hac vnà de causa,quia scilicet pallet.¶Si deside.)reuocat Cæsa.ex Sarmatis populo Romano Italia poscente.¶Redde Deum votis,) id est redde te,qui Deus es. ¶Si respicis desiderium,)id est si vis satisfacere desiderio Rom.populi.¶Hosti,) Sarmatis, apud quos est ¶Multa laurea veniat,)multus triumphus. Alludit ad lauream quam solam de Sarmatis intulit Ioui capitolino, neglecto triũpho.¶Terretur,) dum vincitur cultu tuo,& fruitur, & in delectatur.¶Ecquid)audito rumore vẽturum Cæsarem canit epigram.¶Ecquid,)id est an conuersus ad nos.¶Aboris hyperboreis,)à septẽtrione.¶Certus author abest,)id est non apparet vsquam,qui id nunciauerit.¶Chartæ victrices,)id est literæ lauro circundatæ.nam literę,authore Plin.de triumpho lauro circundabantur.¶Publica gaudia,)id est quæ sunt publica gaudia.¶Cuspide laurigera,)gestante laurum. ¶Io,)vox prosequeris triumphum. ¶Sonas inuictus,)id est dicetis inuictus. ¶Quo maior fiducia,) id est vt cum maiore fiducia possimus vti lætitia, veni tu nuntius triumphi sarmatici. ¶Hyberna,) iterum populi gaudia, & curam testatur absente Cęsare,& mox venturo ait in spectaculis animis hominum meditantibus de Cæsare oculos nulla frui voluptate,neque inspicere,quis victor sit. ¶Arctos hyberna,)id est septentrio. ¶Peuce,)cum Ister in Pontum euoluatur sex mistis fluminibus iuxta primum ostium est insula Peuce,in quam olim Syrmus rex aufugit authore Strabone, insequente Alexãdro.¶Et Ister calens,) ponit omnia hæc loca pro accolis. ¶Rhenus improbus,) quia ter defecit domitis accolis.¶Fracto cornu ter,) ter intelligo quando Domitianus puer domuit Batauos incolentes insulam Rheni, & bis Dacos,& Cattos eiusdem Germaniæ populos.¶Perfide,) sæpius rebellantis. ¶Abesse non potes nostris votis,) ob nostra vota non potes abesse ab vrbe:quia te animo prosequimur, & amplectimur tanquam præsentẽ. ¶Parens orbis,)quia Domitianus fuit appellatus pater patrię ¶Passerinus an Tigris,)nomina sunt athletarum. ¶Turba magni Circi,)id est spectatores magni Circi. In eundem sensum infra erit epigramma. ¶Nunc) iterum lætatur venturo Cæsare,ait quę sua carmina non esse intempestiua triumpho, cum triumphi soleant habere ludos & iocos. ¶Victor,) expugnatis Sarmatis. ¶Orbe Odrysio,)à partibus septentrionalibus mẽse Decembri nunciatum est redire Cæsarem, idcirco December faciebat vota certa, & rata. ¶O December felix)quia attulisti nuncium de Cæsa. ¶Poteras non cædere Iano,)id est poteras esse prior dignitate, si Cæsar rediret mense tuo, sicut Ianus mense. ¶Gaudia,) de aduentu Cæsaris. ¶Festa conuitia,) supra expositum est:Consueuere iocos vestris quoque ferre triũphum. ¶Festa conuitia,)id est festiue iocabitur in Imperatorem. ¶Lusus,) iocos, festiuos. ¶Cum,) Casselius ingeniosus volebat videri.60. annum iam natum. ¶At si est ingeniosus nunc,) quando erit disertus, quando tandem discet.¶Quãdo disertus erit)quando discet. nam volebat videri doctus, cum diceret se ingeniosum.

Quam uel ad ætolæ securam cuspidis ictus,
Texuit innumeri lubricus unguis apri.
Felix sorte tua, sacrum cui tangere pectus
Fas erit,& nostri mente calere dei.
I comes,& magnos illæsa merere triumphos,
Palmataq; ducem sed cito redde,togæ.

Ad Pontilianum. 2

Cur non mitto meos tibi Pontiliane libellos?
Ne mihi tu,mittas Pontiliane tuos.

De Opiano. 3

Esset Castrice cum mali coloris,
Versus scribere cœpit Opianus.

Ad Cæsarem Do. 4

Si desiderium Cæsar populiq;,patrumq;
Respicis,& latiæ gaudia uera togæ,
Redde deum uotis poscentibus.inuidet hosti
Roma suo,ueniat laurea multa licet.
Terrarum dominum propius uidet ille,tuoq;
Terretur uultu barbarus,& fruitur.

De fama reditus Do. 5

Ecquid hyperboreis ad nos conuersus ab oris
Ausonias Cæsar iam parat ire rates?
Certus abest author,sed uox hoc nunciat omnis.
Credo tibi,uerum dicere fama soles.
Publica uictrices testantur gaudia chartæ,
Martia laurigera cuspide pila uirent.
Rursus Io magnos clamat tibi Roma triũphos,
Inuictusq; tua Cæsar in urbe sonas.
Sed iam lætitiæ quo sit fiducia maior,
Sarmaticæ Laurus nuncius ipse ueni.

Ad Cæsarem Do. 6

Hyberna quanuis arctos,& rudis Peuce,
Et ungularum pulsibus calens Ister,
Fractusq; cornu iam ter improbo Rhenus,
Teneat domantem regna perfidæ gentis
Te summe mundi rector,te parens orbis.
Abesse nostris non tamen potes uotis:
Illic & oculis,& animis summus Cæsar,
Adeoq; mentes omnium tenes unus,
Vt ipsa magni turba nesciat Circi
Vtrum'ne currat Passerinus,an Tigris.

De reditu Do. 7

Nunc hilares,siquando,mihi,nunc ludite musæ
Victor ab Odrysio redditur orbe deus.
Certa facis populi tu primus uota December.
Iam licet ingenti dicere uoce,uenit.
Felix sorte tua,poteras non cædere Iano,
Gaudia si nobis,quæ dabat ille,dares.
Festa coronatus ludet conuitia miles,
Inter laurigeros cum comes ibit equos.
Fas audire iocos,leuioraq; carmina Cæsar
Sit tibi,si lusus ipse triumphus amat.

De Casselio. 8

Cum sexaginta numeret Casselius annos,
Ingeniosus homo est,quando disertus erit?

In Olum. 9

Prædicatur Oros,fellat Linus,Ole quid ad te?
De cute quid faciat ille,uel ille sua.
Cętenis futuit Matho millibus,Ole quid ad te?
Non tu propterea,sed Matho pauper erit.

DOMITIVS.

Res archetypa

COGIS,) vasa archetypa erant pretiosissima. ea erat manu vetustorum artificum confecta. Res archetypa dicitur, quæ authoris est facta: non ducta exemplo, sed stans aliis in exemplum. Aulus Pudens petit à Martiale, vt manu sua emendata carmina daret. Iocatur Poeta. ¶Nugas,) versus viles. ¶Archetypas,) emendatas à me. ¶Sic me legat,) dolet quendam maledicum scripsisse carmen sub suo nomine plenum mordacitatis, à qua ipse semper horruit: & in decimo idem conqueritur, Vernaculorum dicta sordidum dentem. Iurat suum non esse carmen, quod sub eius nomen circunfertur. ¶Sic,) iurantis. ¶Dominus) Domitianus. ¶Ea aure,) benignita te auris. ¶Iuste quos odit,) id est merito odio habeo. ¶De nullo rubore,) reprehensione alicuius, quia qui reprehenditur rubet. Iuuena. Rubet auditor. ¶Sanguine lyc.) id est acerbitate iambica. nam Archilocus in Lycambem generũ suũ scripsit carmen, quo illum cõpulit ad laqueum. ¶Negant ferre radios Phœbi,) id est non potest apertevti suo carmine, inde post dicentur clanculari. ¶Ludimus) iocamur innocuis, non detrahẽtibus famæ alicuius. ¶Per Genium,) Genius deus rerum gerendarum, vt Pomp. & famę Deus, vt supra: Victurus Geniũ debet habere liber. ¶Gregẽ Casta.) musas. ¶Instar,) q̃ mihi loco numinis est. ¶Liber,) cãdidus, simplex, sine liuore. ¶Dum,) Lycoris migrauerat Tybur. iocans poeta dixit eam illuc migrasse, vt fieret candida, quia audiuerat ebur cœlo Tyburtino ex vetustate reparari. nunc & reuersa est, & nigra. vt supra: Tybur in Herculeum migrauit nigra Lycoris. ¶Antiqui dentis,) id est vetusti eboris, quod fit ex dente elephantis. ex eiusdem belluæ aliis ossibus fit, sed minore æstimatione, author Plin. ¶Accidit,) suspendit animum lectoris vsque ad exitum epigrammatis: ait enim puellam suam amisisse lusus, & delitias, & quoniam amica Catulli passerem delitias suas amiserat, & Violantilla columbam, quam Stella defleuit: putauit auditor tale aliquid amisisse amicam Martialis: at aliud est, quod vltimis versibus declarat. ¶Orba nequitiis sui passeris,) id est priuata passere ¶Hiãtis,) Violantilla amica Stellæ. ¶Cantata,) celebrata eo carmine, quod inscriptum est: Asteris & idem eo carmine quod inscriptum est Columba. ¶Lux mea,) amica mea. ¶Non capitur nugis,) id est non delectatur leuioribus rebus. Nugæ sunt tres nullius pretii. & Cice. ad Atticum homines nullius pretii dixit nugas, vt Metrodorus, & reliquæ nugę. ¶Istis amoribus,) id est istis delitiis. & ad amores humanos educatis bestiis. ¶Mouent,) ad dolorem. ¶Sesquipedalis) sesqui indeclinabile significat vnum & dimidium: additur cuiuis nomini, adeo vt Tacitus sesquiplagam pro vna plaga cum dimidia dixerit. Cice. in oratore suo, Pes, qui adhibetur ad numeros partitur in tria, vt necesse sit partem pedis, aut æqualem esse alteri parti, aut altero tanto, aut sesquimaiorem. Sesquipedalis dicitur vnius pedis cum dimidio. Amica Martialis delitias suas sesquipedales coniiciebat futuras, cum puer ad legitimã peruenisset ætatem, propterea doluit sibi ereptum esse ante tempus, quod nonnulli garriunt sesquipedalem formam hoc loco, id est perfectam, nec conuenit, nec verum est. ¶Quis puer,) domi Stellæ fons erat, & elegantiores ministri. proximo nemore colebatur Hercules in primis, nunc laudatur Arginus de eadem re infra est epigramma: Fons dominæ regina loci, quo gaudet Hiantis. ¶Quis puer,) id est qui assistit aquis Violantillæ, cuius ędes celebrantur carmine Pap. ¶Naida) aqua, Hylas raptus exiit ex aquis. ¶Tirynthius,) Hercules. ¶O quam bene factum est,) quia non permittet raptum Argini. ¶Licet ministres,) id est pares ministrare nobis. ¶Securus) quia Hercules te defendet. ¶Aera domi,) in Regulum, qui vilissima munera donauerat, quem districho redarguit, cum ostendit adeo vilia esse munera, vt nullum sit pretium. ¶Aera domi non sunt,) id est non habeo pecunias. ¶Nunquid emis,) an emeres tu? quasi dicat non, quia adeo sunt vilia, vt nemo faciat pretium. ¶Ruris bibliotheca,) reponit libros in bibliotheca, vt alii sentiunt sua, quod placet ad laniculum, vt alii intelligunt, Amici alloquitur bibliothecam. ¶Videt) videt vicinam vrbem. quod supra dixit: Vnde totam licet æstimare Romam. ¶Imo nido,) dicebantur nidi librorum, vbi reponebantur, aut terni, aut quaterni. supra: De primo dabit, alteróve nido.

Genius

Nugæ

Sesqui

Sesquiplagam

Sesquipedalis

In lucem cœnat Sertorius, Ole quid ad te?
Cum liceat tota stertere nocte tibi.
Septingenta Tito debet Lupus, Ole quid ad te?
Assem ne dederis, crederis ue Lupo.
Illud dissimulas, ad te quod pertinet Ole,
Quodq; magis curæ conuenit esse tuæ.
Pro togula debes, hoc ad te pertinet Ole.
Quadrantem nemo iam tibi credet, & hoc.
Vxor mœcha tibi est, hoc ad te pertinet Ole.
Poscit iam dotem filia grandis, & hoc.
Dicere quindecies poteram, quid pertinet ad te,
Sed quid agas, ad me pertinet Ole nihil.

Ad Pudentem. 10

Cogis me calamo, manuq; nostra
Emendare meos Pudens libellos.
O quàm me nimium probas, amasq;,
Qui uis Archetypas habere nugas.

Ad Faustinum. 11

Sic me fronte legat dominus Faustine serena,
Excipiatq; meos qua solet aure iocos,
Vt mea nec iuste quos odit, pagina læsit,
Et mihi de nullo fama rubore placet.
Quid prodest, cupiant cũ quidam nostra uideri,
Si qua Lycambeo sanguine tela madent?
Vipereumq; uomant nostro sub nomine uirus,
Qui Phœbi radios ferre, diemq; negant.
Ludimus innocuis uerbis. hoc iuro potentis
Per Genium famæ Castalidumq; gregem,
Perq; tuas aures magni mihi numinis instar
Lector inhumana liber ab inuidia.

De Lycoride. 12

Dum Tyburtinis albescere collibus audit
Antiqui dentis fusca Lycoris ebur:
Venit in Herculeos colles, quid Tyburis alti
Aura ualet? paruo tempore nigra redit.

De sua Puella. 13

Accidit infandum nostræ scelus Aule puellæ,
Amisit lusus, deliciasq; suas,
Non quales teneri plorauit amica Catulli
Lesbiã, nequitiis passeris orba sui,
Vel Stellæ cantata meo, quam fleuit, Hiantis,
Cuius in Elysio nigra columba uolat.
Lux mea non capitur nugis, nec amoribus istis,
Nec dominæ pectus talia damna mouent.
Bisdenos puerum numerantem perdidit annos,
Mentula cui nondum sesquipedalis erat.

Ad Arginum puerum. 14

Quis puer hic nitidis absistit Hiantidos undis
Et fugit ad dominam Naida? nũquid Hylas?
O bene, quòd sylua colitur Tirynthius ista,
Et quòd amatrices tam propè seruat aquas.
Securus licet hos fontes Argine ministres,
Nil faciunt Nymphæ, ne uelit ipse, caue.

Ad Regulum. 15

Aera domi non sunt, superest hoc Regule tantũ,
Vt tua uendamus munera, nunquid emis?

Ad Bibliothecam Iulii Mar. 16

Ruris bibliotheca delicati,
Vicinam uidet unde lector urbem,
Inter carmina sanctiora siquis

¶Notatos,)

DOMITIVS.

Authographi

¶LASCIVAE Thaliæ,) lasciuo carmini. ¶Notatos,) id est authographus. nam libri exscripti manu authoris dicuntur authographi. ¶Litura,) castigatio. nam libri castigati manu authoris erant in maiori pretio. ¶Paruo munere dedicata,) id est consecrata paucis libris. ¶Fragmentũ,) tabulã vetustate consumptam carmine celebrat contra impetum vulgus, à quo contemnebatur. Puto hanc tabulã vel aditam fuisse libro Martia. vel sororibus domus. ait autem hanc esse partem argo nauis, & esse sanctiorem quacũq; naui integra. ¶Prima car.) id est argo, aut certe, quod placet, æmulatione Catulli hoc edidit carmen, qui metaphorice phaselum suũ decantat. ¶Maris ignoti) mortalibus. Argo nauis exor. ar. fuit conf, vt scripsit Alexander Cornelius, ea similis arbori ferenti vi scum, nec aqua nec igni potest corrumpi. ¶Cyaneæ,) duo scopuli sunt cõtra Bosphorũ Thraciũ. iidem dicti sunt symplegades, quia videntur concurrere simul, & inuicé discedere pro aspectu nauigãtium, per eas trãsierunt argonautæ, quod Apollonius, Flaccus, Orpheus, & qui cunq; argonautica scripserunt, tradunt, fauore tamen, &, ope Palladis, & Iunonis. Lu. Vt pagasæa ratis peteret cum phasidos vnda Cyaneas tellus emisit in æquora. ¶Ruinæ cya.) id est symplegades. ¶Tristior ira.) id est tempestas ¶Cessierit,) id est videatur consumpta vetustate. ¶Salua ra.) id est integra rate. ¶Nil est,) in Sanctram, qui alienas captabat cœnas & reliquias omnes colligebat: quod erat gulosi, simul eas venditabat, quod erat auari, & miseri. ¶Vocatus) inuitatus. ¶Cœnam re.) ad differentiam sportularum. nam etsi in sportulis dabatur cœna, tamen non erat recta cœna. Recta enim erat, quæ dabatur domi à diuite. Tran. Sportulas ad rectas cœnas redegit. ¶Glandulas apr.) cum. 60. sapores ex apro conficerentur, glandula, siue glandia erant inter cæteros parte gutturis tanti saporis, vt lege sumptuaria fuerit prohibita. ¶Lumbum,) lumbus porci, qui erat in medio, si in tres partes diuidebantur. ¶Peierate) falsò iurare se non habuisse turdum vt ei detur. ¶Cirros,) carnes cirrinæ dicuntur, quas pariunt ranæ informes & exiguæ eiusdem similitudinis carnes ostreorum sunt, & cirri dicuntur. Cirri præterea dicuntur nodi. infra dicetur lorum cirratũ. & Persi. Iuuenes cincinatos appellat cirratam turbam. ¶Liuidos cirr.) Plin. videtur accipere pro minutioribus pedibus piscium: nam cum de polypis scriberet: Duo inquit longissimi pedes sunt, qui se velut anchoris stabiliunt, cæteri cirri, quibus venantur. ¶Liuidos, à colore ¶Buccis) frustis. supra dixit buccellas. ¶Linit,) maculat. ¶Vuæ ol.) vt apud L. Col. & Var. dicebantur quæ ollis seruabantur. ¶Mala pu.) earum granata dicuntur, sortita nomina, quia apud Pœnos maxime florent, & inde ea accipit Italia. ¶Vuluę exca,) exesę, & exesis carnibus ita, vt sola pellis remaneret. De vulua hæc Apitius: Vuluæ sic fiunt: Piper tritum, & Ciminum, capita porrorum. ¶Boletus de,) nam cito finitur, vel fragilis. ¶Spondylos,) spondylum est genus ferulæ ex Syria. Spondyli item ossa quædam pectoris. Sunt qui humerorũ intelligant. Plin scrib. primum spondylum dor cadis reddere facilem aditum potentiorum, si gestatus fuerit. ¶Sinu te.) calido ob cibos. ¶Et tur. trum,) id est carentem capite. Trunca cadauera dicuntur sine capite. ¶Longa dextra,) id est demissa manu quicquid non comederunt canes. ¶Analecta,) dicuntur reliquiæ, eodem verbo vtitur in dicticis. de scopis. Otia sed scopis, nunc analecta dabunt. proprie autem reliquiæ, quæ sunt sub mensa, & colliguntur, nam ἀνὰ λέγομαι est colligor, potes accipere analecta fuisse instrumenta ad colligendas reliquias ex pauimentis, quibus scilicet pro scopis vtebantur: nam, vt scrib. Plin. Purgamenta cœnæ euerti solent in pauimento, veluti reliqua. ¶Præda escu.) id est nec furta rerum esculentarum.

Spondylus

Analecta

Lascivæ fuerit locus Thaliæ,
Hos nido licet inferas uel imo,
Septem quos tibi misimus libellos
Authoris calamo sui notatos,
Hæc illis pretium facit litura.
At tu munere dedicata paruo
Quæ cantaberis orbe nota toto
Pignus pectoris hoc mei tuere
Iuli Bibliotheca Martialis.

In Gallam. 17

Cum tibi sit facies, de qua nec fœmina possit
Dicere, cum corpus nulla litura notet,
* Cum te tam rarus cupiat, repetatq; fututor
Miraris? uitium est non leue Galla tibi.
Accessi quoties ad opus, mistisq; mouemur
Inguinibus, cunnus non tacet, ipsa taces.
Dii facerent ut tu loquereris, & ipse taceret,
Offendor cunni garrulitate tui.
Pedere te mallem, nanq; hoc nec inutile dicit
Symmachus, & risum res mouet ista simul.
Quis ridere potest fatui poppysmata cunni?
Cum sonat hic, cui non mentula, mésq; cadit?
Dic aliquid saltem, clamosoq; obstrepe cunno.
Et si adeo muta es, disce uel inde loqui.

De Fragmento Argus. 18

Fragmentum, quod uile putas, & inutile lignũ,
Hæc fuit ignoti prima carina maris.
Quam nec cyaneæ quondam potuere ruinæ
Frangere, nec Scythici tristior unda freti.
Secula uicerunt, sed quamuis cesserit annis,
Sanctior est salua parua tabella rate.

In Sanctram. 19

Nihil est miserius, nec gulosius Sanctra.
Rectam uocatus cum recurrit ad cœnam,
Quam tot diebus, noctibusq; captauit:
Ter poscit Apri glandulas, quater lumbum,
Et utranq; coxam leporis, & duos armos,
Nec erubescit peierare de turdo,
Et ostreorum rapere liuidos cirros,
Dulci placenta sordidam linit mappam.
Illic & uuæ collocantur ollares,
Et punicorum pauca grana malorum,
Et excauatæ pellis indecens uuluæ,
Et lippa ficus, debilisq; boletus.
Sed mappa cum iam mille rumpitur furtis,
Rosos tepenti spondylos sinu condit.
Indeuorato capite turturem truncum,
Colligere longa turpe nec pudet dextra
Analecta, quicquid & canes reliquerunt,
Nec esculenta sufficit gulæ præda,

Recta cœna

Glandula Glandia

Cirrinæ carnes

Cirri

GEORGIVS.

¶CROSOS Tepenti spondylos sinu condit,) Quòinquam, quò tanta abiit latinarum, & græcarum literarum cognitio, atque obseruatio, quam iactabundus homo præ se fert? an Plin. verba docent spondylos pectoris: aut humerorum ossa esse? desinat aliquando per arrogantiam suam Domitius ineptire: nam quis græcus, latinúsve de spondylis ita scripsit, aut sensit? Arist. in libris de partibus animalium (nam græca est dictio) spondylos appellat vertebra spinæ, quæ ex spondylis cõficitur, nam rachis græce spina est, spondylion vero vertebra: suntque decem & septem spondyli: quorum duodecim spinam faciunt, reliqui vero lumbos. ¶Quidam vero spondylos vt ait Festus, cubos appellauerunt apud Senecam, & Macrobium. spondyli videntur piscium genera, vnde iuniores quidam existimant spondylos olim appellatos, quos nunc vulgus schinalos dictitat, quare admodum miror hunc iactabũdum hominem, qui omnia semper à græcis deducere nititur, authores Græcos non consuluisse nimis præceps, & audax in omnibus deriuationibus, & compositionibus, quemadmodum enogrorum confingit. Quod nusquam lectum est pro oxygaro, quod frequentissime habetur. præterea tritissima quædam, & vulgaria de Voconio poeta blatterat. Cum Apule. in apologia magis respondens Aemiliano adducat testimonium diui Adriani, qui cum Voconii amici sui poetæ tumulum veneraretur, ita scripsit: Lasciuus versu, mente pudicus erat.

Spondylus

Spondylus

Voconius poeta

DOMITIVS.

(LAD Pedes,)ex mẽsa seruorum,qui ad pedes discumbunt.supra hoc apertum est eo dicti.Omnia cũ retro pueris obsonia tradas,Cur nõ mensa tibi ponitur à pedibus?(Vino misto,) nam seruiebant mistum aqua.(Hæc est,)natalem Lucani poetæ & certũ fuisse,& eo mortuo celebratum vel Papinii carmen testatur, qui phaletio versu natalitia illius sacra decantat:Lucani proprium diem frequenter.idem ait duobus epigrammatis Marti.Polla Lucani vxore diem celebrante.(Conscia magni partus,)id est partus Lucani.(Dedit Luc.pop.)quasi dicat populi dicunt naturæ, quæ produxit in beneficium,& gratiam populorum.& idem Pap. de Beth: Lucanum potes imputare terris.(Polla,) vxor Lucani laudata multo carmine Pap.Luc. conscius cõiurationis in Neronem, cuius princeps fuit Piso:multas, insignesq; familias paterno genere complexus,vt scrib.Taci.Socii præterea Rubrius Flauius, Sulpitius Asper, Plau. lateranus interfectus est deprehenso crimine. Coniurauit autem in Neronẽ: quoniã princeps inuidens prohibeat poetæ carmina ostentari populo.(Inuisior,) sensus est. Nullus est interfectus à te ô Nero:cuius nec dignus sis maiori odio,& magis inuisus, quã nec Luc. Idem sensus fermè est in Anto.Et leuius tabula, quàm Cicerone nocens.(Hocnõ li.) ideſt hoc saltem debuisti vereri si nunquam aliud scelus potuisti horrere,vel debuit tibi adẽpta esse facultas istius facinoris perpetrandi.(Vatis,) idem est argumentum.(Lux memor,) id est dies natalis memorandus (Sacris,)natalitiis.(Betis,)fluui.Hispaniæ. Luca. Cordubensis Hispaniæ Beticæ.(Meruit,) assecutus est, vt numeraretur inter fontes castalios, quoniam tulit poetam.(Dedisset te terris,)ideſt produxisset.(O Phœbe,)nam numina,quibus sacrificamus,inuocamus.(Secunda plectra,)id est secundam laudẽ carminis,prima fuit Virg.Papanteponit Lucanũ etiam Virg: Ipsa te latius æneis venerabitur canentem.(Sentiat se,) eo maius non potuit precari coniugi amanti maritum,quàm vt eius officinm ab illo sentiretur (Cum Iu.)in maledicnm. duo Iuue.iisdem tẽporibus floruerunt:alter cõsul:cuius meminit Tacalter poeta, cuius satyræ extant.Sũt qui suspicentur hoc dici de consule:sunt qui de poeta.ego de poeta:nam Iuue. vt ex antiquorũ monumentis in eius commentariis recitauimus,satyra paucorum versuum non absurde composita in Paridem Pantomimum, poetamque eius semestribus molitionis tumentum genus scripturę industrioſæ excoluit, & tamen bene diu ne modico quidem auditorio quicquid committere ausus est,recitauit tantum Quin.Alisque Martial. & cum Martialis superius epigramma edidisset, quo est cõquestus quendam scribere versus maledicos sub suo nomine,suspicatus est Iuue. id de se scribi à Martiale præsertim delatore ita affirmante,in quem nunc scribit, & malæ linguæ imprecatur

Misto lagœnam replet ad pedes uino.
Hæc per ducentas cum domum tulit scalas,
Seq; obserata clausit anxius cælla,
Gulosus ille,postero die uendit.

De natali Lucani. 20

Hæc est illa dies,quæ magni conscia partus
Lucanum populis,& tibi Polla dedit.
Heu Nero crudelis,nullaq; inuisior umbra,
Debuit hoc saltem non licuisse tibi.

De Eodem. 21

Vatis Apollinei magno memorabilis ortu,
Lux redit,Aonidum turba fauete sacris.
Hæc meruit,cum te terris Lucane dedisset,
Mistus Castaliæ betis ut esset aquæ.

De Eodem. 22

Phœbe ueni,sed quantus eras,cum bella canenti
Ipse daret latiæ plectra secunda lyræ.
Quid tanta pro luce precer? tu Polla maritum
Sæpe colas,& se sentiat ipse coli.

In Maledicum. 23

Cum Iuuenale meo quæ me committere tetas,
Quid non audebis perfida lingua loqui?
Te fingente nefas,Pyladen odisset Orestes,
Thesea Pirithoi destituisset amor.
Tu Siculos fratres,& maius nomen Atridas,
Et Ledæ poteras dissociare genus.
Hoc tibi pro meritis,& talibus imprecor ausis,
Vt facias illud,quod puto lingua facis.

In Malum Poetam. 24

Dulcia cum tantum scribas epigrãmata semper,
Et cerussata candidiora cute,
Nullaq; mica salis,nec amari fellis in illis
Gutta sit,ô demens uis tamen illa legi.
Nec cibus ipse iuuat morsu fraudatus aceti,
Nec grata est facies,cui gelasinus abest.
Infanti melimella dato,fatuasq; mariscas.
Nam mihi,quæ nouit pungere,chia sapit.

Scazonta mittit ad Apollinarem. 25

Apollinarem conueni meum Scazon,
Et si uacabit,ne molestus accedas,
Hoc qualecunq;,cuius aliqua pars ipse est,
Dabis,hoc facetum carmen imbuant aures.
Si te receptum fronte uideris tota,

(Committere mẽ,)id est ducere me. in inimicitias dicimur committi,quando cogimur inter nos dimicare,& contendere.& committuntur feræ quando coguntur simul pugnare. (Pyladen,)Pylades filius Strophili Phocensis Orestem Agamẽnonis filium vnice dilexit adeo,vt ne insanum quidem deseresset:Affuit insano iuuenis Phoceus Oresti.& Pylades fuit Pantomimus tem poribus Augusti.Pirithous Ixionis filius rex Lapitharũ & Theseus amicitiam in Marathone iniuerunt cum Thesei fama adductus Pirithous emisisset taurum.vt illius vires experiretur. Inde iuncta ex ea amicitia Deidamia in vxorem ducta, Pirithous Theseum ad nuptias duxit.hæc Plu.aliter Herodotus. (Siculus fra.)non Pallicos intelligit: de quibus multa Macrob.non Damonem,& Phitiã, qui nõ fuerunt fratres:sed Amphinomum, & Annapiam fratres Cataneos,qui piissimi fuerunt in parẽtes adeo,vt Neptuni ira imminente excidio eos humeris extollerent. Silius.Et Catane generasse pios celeberrima fratres. author est Strab. & Plu.in oratione ad Apollinẽ. Pausanias eorum meminit,nomen non expressit.(Atridas,) Agamemnonem & Menelaũ. Maius no.)quàm fuerit Amphinomi,& Annapiæ. (Quod facis,)id est imprecor,quòd semper hæreas inguinibus.quod supra etiam dixit:Hæreat inguinibus potius tam noxia lingua. (Dulcia,)in eum qui candore carminis,nulla autem dicacitate,aut vrbanitate inserta volebat placere, eandem ciborum; & epigrammaton cõditionem esse scribit poeta,vt placere nequeãt nisi addita mica salis,aut aceti.Sensus est Quinti.Acoris cibus palatum delectãt & eius genera scripta. (Candidiora,) sensus candidioris.(Cute cerussata,)id est pelle expolita cerussa.(Mica,)granum. (Salis,) id est vrbanitatis. (Nec amari fellis,)id est mordacitatis. (Fraudatus,)carens. (Morsu aceti,) id est aliqua parte aceti. (Gelasinus,)ruga contracta ex risu dicitur,pro nuga accipitur qualis in media fronte eminet. (Cui abest Gelasinus,) id est quæ nõ corrugatur aliqua ex parte. (Melimella,) poma musta dicebantur à celeritate maturitatis,eadem melimella dicũtur à sapore mellis.(Melimella) dulcia epigrammata danda sunt infantibus.(Mariscas,) ficus mariscas nominat Cato. & repetit Pli.Cato ficus mariscas in loco cretoso, aut aperto ferit,erant autem dulcis saporis potius,quàm grati.(Fatuas,) carentes sapore salis (Chia,)ficus erat,quam disciplina Cloacii nominat Macrobius,ea habet saporem acerbisculum,propterea delectat. (Ficus chia,)id est epigrammata mordens.(Apollinarem,)Scazon carmen iambicum claudicans:de quo supra est dictum:alloquitur vt se conferat ad Apollinarem,si vult esse tutus aduersus malignos.(O Scazon,)ô meum carmen iambicum. (Vacabit,) erit vacuus negociis.(Cuius,)carminis ipse aliqua parte,& emendatione sua,& hæc eius gratia scribo vbi nominatur.(Imbuant,) dent primam limam & honorem.

Pylades

Pirithous

Amphinomus
Annapia

Gelasinus

Melimella

Mariscus

Iuuenalis

(Fauore

DOMITIVS.

(FAVORE Noto,)quo solet.(Flagret)incensus sit.(Tuscę) Dexter amicus Martialis ei miserat aprum integrum. Martialis diu apro inspecto,& cogitato sumptu futuræ culinæ:eum remisit,vult enim cibos,qui minori pretio condiantur. (Populator glandis Tuscæ,)id est qui popularis glandes Tuscas:nam apri vescũtur glandib°.(Secunda fa.) id est qui potes esse admiratione.(Apro Aetolo,)Calydonio. (Dexter,)amicus meus.alii codices habent Culter,& hoc epigram.est de Apro à Dextro occiso.(Inuidiosa,) supra conditionem meam. (Festa culi.)id est agens diem festum.(Iugo,) id est sylua excisa. (Sed coquus,)nunc pœnitet Martialis cum reminiscitur exigere multum sumptum.(Piperis)piper adhibebatur apro condiendo: falerno misto garo arcanũ œnogarum dicitur.nam œnogarum erat garum misto vino. Apitius spondylos ex simplici œnogaro factos.& alibi addes œnogarum in rubera,& piper.(Arcano autem garo,)id est exiguo: quia falerni potio superabat garum,οἴνος vinum γάρος garum significat vnde œnogarũ. (Ad dominum)Dextrum.(Noster ignis,)id est nostra culina non capax tui. (Conturbator,)conturbatores apud Martialẽ dicuntur, qui pecunia in varios sumptus exigunt,& qui diuersa requirunt.vt alibi:Conturbatorẽq; macelli. Conturbatorem igitur appellat aprum: hoc est piper,& œnogarum & magnũ sumptum exigentem. (Esurio vil.) volo viliores cibos. (Sic tyburtinæ,) Fuscum rogat,vt sua carmina accipiat mense Saturnalitio, & dicat quid sentiat. (Certa,) à iure censoria. (Dum medius December,) id est saturnalia.(Nemus cæsum sæpe redire,)id est germinare. (Tua Pallas trapetis)oliua. sensus est:Et ager tuus plus olei ferat,quàm solet beticus:nam Hispania Betica oleo abũdat: Italia obtinet palmam. Venafra, Liciana contendunt. post Italiam Istria,& Betica. (Trapetis,)trapetum dicitur mola torcularis. τρέπω significat voluo.Lacus immo,) id est pleni, id est solia, per quæ labuntur musta.(Fora)quia Fuscus erat causidicus.(Plurima palma,) id est vndecunq; afferatur palma, & victoria. (Sire licet verũ res est ardua,sed tu Quod,) sensus est: Cupio scire verum, quid sentias de meo carmine: quod si hoc tibi videtur difficile,quia vereris,ne me offendas: potes dicere mihi quod tibi vis dici,hoc est tu potes me laudare,quemadmodum tu vis laudari cum alicui ostendis carmina.(Testile)missurus carmina Voconio Victori poetæ: alloquitur Testilum illius puerum in quo laudando Voco. erat occupatus: rogat vt paulisper à poetæ latere discedat: dum sua illi carmina legit castiganda. (Dulce t.) dulcis cura.(Victoris,)est cognomen poetæ,sed mendaa librariorum scriptum erat Victuri.versus autem hoc eodem epigrammate indicat mendam:Carmina Victori dum lego pauca tuo.(Notior,)nobilior carmine poetæ.(Sic) precantis est, & optantis.(Positis cantaret,) tonsis. (Tuo victori,) vapore tuo. (Marsi,)qui poeta caprus Melænis amore compositos de eaversus ostendebat Virgil.(Melænis fusca,) epitheton conueniens.nam μέλαινα significat fuscam, id est quemadmodum Marsus potuit ostendere Maroni cantanti Alexim suos: ita me debeo posse ostendere Voconi.quanuis tui amore ardeam. (Das Cattis,) Argumentum est epigrammatis in Celiam, quæ inusitato genere concubitus venerei videbatur oblectari: cum Romanum hominem nullum admitteret, vt illud: (Qua ratione facis,) non modo interroget quare id faciat: sed quo pacto id faciat. (Toros,)concubitus. Iudæi recutiti dicuntur,quoniam iudæis pueris cutis inguinis recidebatur: postea cum cutis succresceret dicebantur recutiti, quasi noua tecti.Horat appellauit Iudæos appellas, hoc est cute & pelle carentes.hoc inditio Domitianus cum exigeret tributum à Iudęis,senem inspici iussit (Alanus)Alani inter Sarmatas sunt nam vt scrib.Plin primum omnium sunt Scythæ degeneres à seruis orti. Trogodyti,Alani, Toxalani.aduersus Alanos poposcit opem Volgesus rex Parthorum à Vespasiano, optauitque Domitianus mitti: sed non impetrauit.(Equo sarmatico,)nam Alani habent equos Sarmaticos,cum sint inter Sarmatas.Sunt autem laboris patientissimi adeo,vt centena milia &.l. continuo cursu conficiant aliquando: vt Plin. scrib. (Raucæ cortis,)ad Regulum: cui miserat munera empta in foro, cum eadem Regulus ex agro suo vberius haberet.Cors pars domus, vbi alilia seruabantur.(Aues raucæ cortis,)id est aues raucas cortiles. (Oua matrum,)gallinarum.

Noto rogabis ut fauore sustenter.
Quanto mearum scis amore nugarum
Flagret,nec ipse plus amare te possum.
Contra malignos esse si cupis tutus,
Apollinarem conueni meum Scazon.

De Apro à se occiso, 26

Tuscæ glandis Aper populator,& ilice multa
Iam piger,ætolæ fama secunda feræ,
Quem meus intrauit splendenti cuspide culter,
Præda iaces nostris inuidiosa focis.
Pinguescant madidi læto nidore penates,
Flagret & exciso festa culina iugo.
Sed coquus ingentem piperis consumet aceruũ,
Addet & arcano mista falerna garo.
Ad Dominum redeas,noster te non capit ignis,
Conturbator Aper,uilius esurio.

Ad Fuscum. 27

Sic Tyburtinæ crescat tibi sylua Dianæ,
Et properet cæsum sæpe redire nemus.
Nec tarteſſiacis Pallas tua Fusce trapetis
Cædat,& immodici dent bona musta lacus.
Sic fora mirentur,sic te pallatia laudent,
Excolat & geminas plurima palma fores.
Ocia dum medius præstat tibi paruaDecember,
Excipe,sed certa quos legis aure iocos.
Scire licet uerum,res est hæc ardua,sed tu
Quod tibi uis dici,dicere Fusce potes.

Ad Testilum puerum. 28

Testile Victoris tormentum dulce Voconi,
Quo nemo est toto notior orbe puer,
Sic etiam positis formosus amare capillis,
Et placeat uati nulla puella tuo.
Paulisper domini doctos sepone libellos,
Carmina Victori dum lego pauca tuo.
Et Mecœnati Maro cum cantaret Alexim,
Nota tamen Marsi fusca Melænis erat.

In Celiam. 29

Das Cattis,das Germanis,das Celia Dacis,
Nec Cilicum spernis,Cappadocumq; toros.
Et tibi de pharia Memphiticus urbe fututor
Nauigat,à rubris & niger Indus aquis.
Nec recutitorum fugis inguina Iudæorum,
Nec te Sarmatico transit Alanus equo.
Qua ratione facis,cum sis Romana puella,
Quòd Romana tibi mentula nulla placet?

Ad Regulum. 30

Raucæ cortis aues,& oua matrum,

Martialis.

Oenogarum

Conturbatores

Trapetum

Recutiti

Alani

Cors

GEORGIVS.

(RAVCAE Cortis aues,& oua matrum.) Varro in origine latinæ linguæ cortem in villa ex pluribus tectis coniugi aitac vnum quiddam fieri. Vnde & nomen,vel quod circa eum locum coercetur pecus. Nonius vero Marcellus spatia esse villarum,intra materiam tradit secutus eundem Var.Ouid.cohortem dixit in fastis: Absulerat multas illa cohortis aues. Quare non video cur cortem dixerit partem domus, vbi altilia seruarentur, & eo magis cum altilia in viuariis, non in corte,faginentur.

DOMITIVS

CHIAS,) Ficus. melius tamen seruabantur ficus Liuiæ, Pompeiq, quàm chiæ. ¶Flauas medio vap.) temperato vapore aridas. ¶Fœtum,) hœdum. ¶Rudem,) nouum iuuenem, & ignorantem coitum. ¶Non pares frigoribus,) id est oliuas frigore rugosas. ¶Non pares,) id est victas. ¶Olus canum) herbam canam. ¶Diligenter,) id est ò quàm dissimulanter erras, quia fingis te non intelligere hoc. ¶Nisi me,) id est nisi victum meum. ¶Id tota suburra,) vbi res venduntur. ¶Quicquid Vmber,) id est tuus villicus Vmbri ruris. ¶Attice,) Pomponius Atticus primus cognomen cum doctrina reportauit ab Athenis, vt ait Cice. quod in eius familiam est propagatum: nam ex eo dicti sunt Attici. ad Atticũ nunc scri. Martia. temporis sui dantem operam philosophiæ: hoc tamen damnat in eo quòd publica vitet gymnasia: & potius cũ vult sudare, currat, quàm aliud exercitationis genus velit peragere: hic sensus non placet quẽ nonnulli hactenus secuti sunt: ego quid sentiam dicam in calce huius epigrammatis. ¶Attice fa.) id est doctæ gentis: nam ille primus cognomen ex Athenis retulerat. ¶Ingentem do.) id est Atticorum. ¶Cóticuisse,) carere eloquentia. ¶Turba cero. Mineruæ,) id est turba studiosorum. ¶Omnis sop.) id est omnis sapiens, & omnis doctus amat te. ¶Magister,) gymnasii. ¶Colit,) alios iuuenes. ¶Fracta au.) id est clamoribus. ¶Vnctor,) id est aliptes. ¶Sordidus) auarus. ¶Rapit op.) spoliat iuuenes operibus. ¶Follis,) genus pilæ. Sueto. de Augusto: Ad pilam, & folliculũ est reuersus. ¶Paganica,) pila ¶Stipitis) exercebãtur tyrones in campo Martio incursantes ad palum, quod Sal. scribit in historiis, & qui tradiderunt præcepta de re militari, eodem exercitationis genere qui erant intraturi thermas. Iuue. Aut quis non vidit vulnera pali: Quẽ cauat assiduis sudibus, scutoque lacessit? ¶Ictus habes,) quia non resistit nec sentit stipes. ¶Ceromate,) ceroma erat genus vnguenti ex cœno, oleo, quo vtebantur palæstritæ. ¶Vara bra.) qui habent leuiter obtorta crura, & vara sunt brachia palæstritarum, cum ad uersarium amplectãtur, vt hic. ¶Arpasta,) Arpastum genus pilæ. ¶Puluerulenta) quia per terram iactabatur. ¶Calet am. si.) id est in porticu Europæ. hæc duo loca patebant ad cursum, vt supra. ¶Area,) gymnasii. Quod dictum est ex communi sensu: ego autẽ ita sentio laudari Atticum, q̃ deuitet exercitationes pertinentes potius ad luxum, q̃ ad rectam valetudinẽ & relicto gymnasio cursu exerceatur: & dicat eos, qui exercẽtur in gymnasio eẽ pigros, verã autem exercitationem esse cursum. ¶Cum liceat currere,) quem admodum Atticus. & ita legas: Ludere per omnes varias artes quibus area seruit: hoc est quæ in Gymnasio exercentur. ¶Est pigritia pigritiæ & desidiæ, id est cum liceat currere, id est cũ te cursu possis exercere, quod Atticus facit. ¶Quo possit,) Carinus quem impudicum fuisse supra ostẽdit: balnea extruxit, quæ cum essent in omnium admiratione, ait poeta non mirum esse ab homine pessimo rem vnam esse benefactã, quando Nero omnium pessimus thermas pulcherrimas ędificauit, simul respondet calumniatoribus: quod visus sit anteponere Neronianas thermas ædificiis Domitia. duorum, inquit, impudicorum ædificia cõfero: Nero thermas ædificauit, Gymnasiumq́: quæ vt frequentarentur, senatores, & equites oleo donauit ad id necessario. Tranquil. ¶Ore ranci.) inuido. Persi. Rancidulum quiddã balbe nare locutus. ¶Domini,) Domitia. ¶Muneribus,) id est ædificiis. ¶Præfero balneis cinædi,) scilicet Carini: hoc est duos impuros comparo: verba sunt poetę respondentis calumniatori. ¶Balneis cinædi) Carini impuri præfers thermas Neronianas. Verba calumniatoris arguentis poetam. ¶Inguina,) Lecania cum in balnea veniret: iubebat sibi astare seruum obligatis pudendis subligaculo. Subligaculo autem vtebantur, cum alii: tum histriones indumento à genibus ad vmbilicum: non modo vt partes illas velarent, sed vt etiam inguina comprimerent libidine. nam frequenti coitu rauescebant: hoc demõstrat infra Martia. Lecania autẽ hunc seruum volebat vti subligaculo in balneis: cum alii nudi essent hac de causa, vt suspicaẽ Mar. vt postea secretius lauaret ab eodem seruo recẽti ad opus, .i. futueretur à seruo, qui in aliis latus nõ fatigasset. ¶Sed meus) sensus est. Quare mecum lauaris, & cũ seruo meo, qui sumus sine subligaculis: immo seruus ne præputium quidẽ tegit, non legas bis, sed altero loco. Pludæum pondus) .i. inguina Ludęa. i. circuncisa & aperta: vt Ludæus est. ¶Fœmineos recessus) .i. occultam lauationem. ¶Tua aqua) .i. tuo riuo. i. tuo sperma te. Virgil. in obscœno carmine: Quã non petieris, ore fouebis aquã. i. sperma. ¶Cum pluuias) Stella miserat tegulas Mart. vt tegeret villam in hyeme: Martialis poscit quemadmodum tegit villam, ita tegat agricolam, id est Martialem, id est mittat togam. tegulæ balneis accommodatæ mammatæ dicebantur: reliquæ tectis domorum. ¶Pluuias,) nimbos. ¶Iouem madidum,) id est cœlum madidum.

Et flauas medio uapore chias.
Et fœtum querulæ rudem capellæ,
Nec iam frigoribus pares oliuas,
Et canum gelidis olus pruinis
De nostro tibi rure missa credis.
O quam Regule diligenter erras.
Nil nostri, nisi me ferunt agelli.
Quicquid uillicus Vmber, aut colonus,
Aut Tusci tibi, Tusculi'ue mittunt,
Aut rus marmore tertio notatum,
Id tota mihi nascitur suburra.

Ad Atticum. 31

Attice, facundæ renouas qui nomina gentis,
Nec sinis ingentem conticuisse domum:
Te pia Cecropiæ comitatur turba Mineruæ,
Te secreta quies, te sophos omnis amat.
At iuuenes alios fracta colit aure magister,
Et rapit immeritas sordidus unctor opes.
Non pila, non follis, non te paganica thermis
Præparat, aut nudi stipitis ictus habes,
Vara nec iniecto ceromate brachia tendis.
Non harpasta uagus puluerulenta rapis,
Sed curris niueas tantum propè Virginis undas,
Aut ubi sidonio taurus amore calet.
Per uarias arteis, omnis quibus area seruit
Ludere cum liceat, currere pigritia est.

In Cinnam. 32

Sordidior cœno cum sit toga, calceus autem
Candidior prima sit tibi Cinna niue,
Deiecto qui inepte pedes perfundis amictu:
Collige Cinna togam, calceus ecce perit.

Ad Seuerum. 33

Quo possit fieri modo Seuere,
Vt uir pessimus omnium Carinus
Vnam rem bene fecerit, requiris,
Dicam sed cito. quid Nerone peius?
Quid thermis melius Neronianis?
Non deest protinus ecce de malignis,
Qui sic rancidulo loquatur ore,
Vt quid tu domini, Deiq́; nostri
Præfers muneribus neronianas?
Thermas præfero balneis cinædi.

In Matronam. 34

Inguina succinctus nigra tibi seruus aluta
Stat, quoties calidis tota foueris aquis.
Sed meus, ut de me taceam, Lecania seruus
Iudæum nulla sub cute pondus habet,
Sed nudi tecum iuuenesq́; senesq́; lauamur.
An sola est serui mentula uera tui?
Ecquid fœmineos sequeris matrona recessus,
Secretusq́; tua Cunne lauaris aqua?

Ad Stellam. 35

Cum pluuias, madidumq́; Iouẽ perferre negaret
Et rudis hybernis uilla nataret aquis,
Plurima quæ posset subitos effundere nimbos,
Muneribus uenit tegula missa tuis.
Horridus ecce sonat Boreæ stridore December,

¶Non

DOMITIVS

Theta signum mortis

¶Non Tegis agricolam,) id est non das mihi togam, vt tegar: ¶Nosti,) quæstor Domitiani ex exercitu nouitate quadam signi indicabat percussori cum vellet aliquem interficere mungebat nasum: signum autem ab aliis dari solet, vt theta inscriberetur, propterea theta dicitur signum mortis. Persi. Et potis est vitium mortis præfigere theta. Hunc quæstorem volentem emũgere nasum, collegæ prohibuerunt. Iocatur poeta quòd qui paulo ante imperabat necem aliis: nunc non potuerit emungere nares. ¶Mortiferum signum,) necis est theta. ¶Operæpretium) iuuat. ¶Iuguli,) necis. ¶Stiria,) vt Palęmon interpretatur, est gutta pendens, quæ nondum cecidit. ¶Inuiso naso, quia cum tangebat nasum, erat indicium necis. ¶Non licuit,) quia tãquam imperatura necem aliis prohibitus est emungere nares. ¶Tãtus) Polyphemus, & Scylla jerãt serui Seueri, vt non modo aliis possent incutere terrorem, sed ipsi inter se timerent. ¶Tãtus,) tam magnus. ¶Talis,) id est tã deformis. ¶Cyclops,) id est Polyphemus. ¶Scylla) serua Seueri. ¶Fera monstra,) id est iambos. ¶Vterque timor,) id est alter alterum timebit. ¶Discursus,) in Cælium, qui dum recusaret laborem salutandi, cœpit fingere podagram, & ita finxit, vt paulo postea cœperit laborare: Ridet poeta tantam fuisse artem Cælii, vt non modo fictam podagram, sed veram expresserit. ¶Fingere po.) se laborare podagra. ¶Discursus,) eodem verbo vtitur Iuue. Gaudia discursus. ¶Vagum mane,) id est matutini temporis labores, quo tempore omnes vagabantur ad salutãdos diuites. ¶Aue) salutationem. ¶Plantas sanas,) id est pedes non laborantes. ¶Gradu laborioso) quia ita incedit, vt videatur dolere. ¶Desiit fingere,) quia veram habebat podagram. ¶Hic iacet,) Hetruscus, qui ab exilio lachrymis filii fuerat restitutus, vt supra dictum est, nunc moritur, poeta epitaphium componit, quo laudat pietatem filii superstitis ita amissum patrẽ lugentis, vt nõ nonagenarium senẽ, sed patrem iuuenẽ ante tempus ereptum lugere videretur. ¶Ille fe.) Hetruscus. ¶In aula Augusta,) Domitia. ¶Passus vtrunq́; Deum.) id est Claudium & Neronam. Hetruscus pater seruus fuit Claudii: à quo eadem conditione traditus est Neroni, vt in sylvis aperte docet Pap. Terribilem affectũ passus, visusq́; tyrannum Inanemq́; præterea Nondum stelligerum senior di missus in axem Claudius in lõgo transmittit habere nepoti. ¶Non humili passus,) magno animo. ¶Cõiugis,) vxoris. ¶Ambo ne.) græcus est pro ambos. vt illud Virg. Si duo præterea. legitur ab aliis loco Ambos

Stella tegis uillam, non tegis agricolam.

Ad Castricum de Theta. 36

Nosti mortiferum quæstoris Castrice signum.
Est operæpretium discere Theta nouum.
Exprimeret quoties rorantem frigore nasum,
Letalem iuguli iusserat esse notam.
Turpis ab inuiso pendebat stiria naso,
Cum fleret madida fauce December atrox.
Collegæ tenuere manus, quid plura requiris?
Emungi misero Castrice non licuit.

De Polyphemo. 37

Tantus es, & talis nostri Polypheme Seueri,
Vt te mirari possit & ipse Cyclops.
Sed nec Scylla minus. quòd si fera mõstra duorũ
Iunxeris, alterius fiet uterq́; timor.

De Cælio. 38

Discursus uarios, uagumq́; mane,
Et fastus, & aue potentiorum.
Cum perferre, patiq́; iam negaret,
Cœpit fingere Cælius podagram.
Quam dum nult nimis approbare ueram,
Et sanas linit, obligatq́; plantas,
Inceditq́; gradu laborioso,
Quantum cura potest, & ars doloris,
Desit fingere Cælius podagram.

Epi. patris Hetrusci. 39

Hic iacet ille senex Augusta notus in aula
Pectore non humili passus utrunq́; deum,
Natorum pietas sanctis quem coniugis umbris
Misçuit, Elysium possidet umbra nemus.
Occidit illa prior uiridi fraudata iuuenta.
Hic propè ter senas * uidit olympiadas.
Sed festinatis raptum te credidit annis,
Aspexit lachrymas quisquis Hetrusce tuas.

Ad Sempronium. 40

Cosmicos esse tibi Semproni Tucca uideris,
Cosmica, Semproni tam mala, q̃ bona sunt.

In Cinnam. 41

Primum est, ut præstes, siquid te Cinna rogabo.
Illud deinde sequens, ut cito Cinna neges.
Diligo præstantem, non odi Cinna negantem.
Sed tu nec præstas, nec cito Cinna negas.

Ad Castricum. 42

Muneribus cupiat siquis contendere tecum,
Audeat hic etiam Castrice carminibus.
Nos tenues in utroq́; sumus, uinciq́; parati,
Inde sopor nobis, & placet alta quies.
Tã mala cur igit̃ dederim tibi carmina, quæris.
Alcinoo nullum poma dedisse putas.

Ad Ouidium. 43

Maximus ille tuus Ouidi Cæsonius hic est,
Cuius adhuc uultum uiuida cera tenet.
Hũc Nero damnauit, sed tu damnare Neronem
Ausus es, & profugi, non tua fata sequi.

Cosmicus

Alcinous

* vixit

Damno

Martiali quod poscebat dari: nec negabat omnino, sed diu habebat ipsum suspẽsum & solicitũ. ¶Primũ est vt præstes,) id est prima gratia est tui beneficii, vt præstes. ¶Sed tu nec præstas,) ideo non diligo te. ¶Nec cito Cinna negas,) propterea odi te. ¶Muneribus,) Castricus & eruditissimus poeta, & dives fuit. Martialis cum alii amicis munera mitterent, ipse munerũ loco mittere solebat carmina: neutrum poterat efficere in Castricum, qui nec egebat muneribus, nec carminibus paulo tamen ante dederat epigramma ad poetam: nũc refert causam, quare miserit: ait enim & hoc accidisse, vt Alcinoo pomorum copia reliquos mortales superanti, aliquis aliquando miserit poma. ¶Muneribus,) sensus est horum versuum, Castricum nõ posse superare muneribus, aut carminibus. ¶Hic etiam,) eadem temeritate. ¶Invtroq́; su. te.) laboramus inopia munerum, & carminum. ¶Vinciq́; pa.) facile cedimus. ¶Inde,) cum non possimus mittere bona carmina. ¶Dederim) ausus sim dare. ¶Alcinoo,) Alcinous Nausito filius celeberrimus carmine Hom. in odyssea, Corcyram, in qua erant populi Phæaces insigni iustitia rexit: ãta pomariorum copia, & fertilitate: vt, authore Homero, præmaturis fructibus nouissima tum succederent. Pap. Quid bifera Alcinoi laudem pomaria. Ouid. Phæacum felicibus obsita plantis Iura petunt. huius filia Nausicaa nudum & naufragum ex littore Vlyssem domũ perduxit. ¶Maximus,) maximus Cęsonius singulari amicitia cum Anneo Seneca iunctus: missus est à Nero. in exilium. Ouid. eum secutus est, non veritus principis indignationem, & contempta gratia, qua apud illum valebat: idem amicum amissum tabella expressum habebat apud se: cuius picturæ hoc additur carmen à Martia. ¶Viuida) veris lineamentis expressis. ¶Hũc,) Cęsonium. ¶Dãnare Neronem,) ausus es sequi damnatum & negligere Neronem, apud quem gratia valebas. nam damnare est condẽnare dãnare item est aliquid tanq̃ detestãdum omittere, vt supra de Othone: Damnauit multo saturatum sanguine Martem. & ita hic accipitur. ¶Non tua fata,) id est non tuam sortem selicem apud Neronem, id est malusti sequi malam sortem amici quàm tuam felicem.

¶Magnvs Comes,)qui magnus eras apud Neronẽ. ¶Aequorá Scyll.)i. freta sicula. Scylla Scylla scopulus maris Siculi naufragiis & periculis insignis. Maximus Cæson. proconsulatum Africæ gessit temporibus Neronis. ¶Præsens & ventur.)id est præsentes,& posteri. ¶Nomina victura,)fata immortalia præstabunt meum carmen legi post mortem. ¶Quod ille suo nam Maximus Cæso.non dubitauit Senecam damnatum profiteri sibi esse amicum. Temporibus etiam Claudii damnatus est Sene. sed mox ab exilio restitutus,vt scrib.Taci.¶Facundi)Serenus,Carus, Statius, vt scrib. Taci. Senecæ amicissimi fuerunt.eodem argumento est epigrãma:quo superius præponit amicitiã Ouidii maximo amori Pyladæ in Orestem, hoc carmen additur picturæ Cæsoni. ¶Salutat fre. pag.)id est ad quẽ toties scripsit Senecæ amicus potens,quia plurimum valebat apud Neronem.¶Proximus caro,)amore in Senecam. ¶Aut prior Sereno,) id est qui pari amore cum Caro diligebat,aut vehementiore, quàm Serenus Senecam. ¶Domini,) Neronis. ¶Vetustas,)antiquitas. ¶Exuli parem,) Pylades secutus est Orestem,qui matre interfecta exiliũ abiit furiis agitatus inest. ¶Exuli,) Oresti. ¶Parẽtis.)Clytemnestræ matris cæsæ à se. ¶Duorum,)Pyladæ,& Ouidii. ¶Exuli Ne.)Pylades nihil timebat. At Ouid. Neronem debebat vereri,plus igitur est.¶Cõmendare,)Priscum accusat,qui pollicitus se missurum munus Martiali id differebat cupiens vnà mittere carmen, at poeta inquit sibi pauperi mittendum esse munus expolitum, diuitibus pulchros vessus. ¶Excrucias,)habes me anxium expectantem munus. ¶Ore mæonio,)Homeri ore. ¶Placet) concinnatur.¶De nostro,)id est de nostro dãno. ¶Pexa munera,) id est pulchra,an pexa dicit, vt referat hoc ad vestem pexam, id est refertam, & plenam sine vllis illecebris, vt tractum sit à pexis vestibus hyemalibus grãdioris pili.placet prior sententia:in alio codice legitur plena munera ¶Doctorum,)Liciniũ Suram conualuisse lætatur: de quo in aduersa valetudine desperatũ erat,simul monet amicum,vt cum euaserit periculũ mortis, reliquam vitam agat cum voluptate, & relaxatione animi nullo die prætermisso. ¶Lingua pris.) imitata priscos. ¶Auos graues,)id est instituta, & doctrinam antiquorum. ¶Quanto munere,) id est grato munere mortalibus.¶Gusta ta lethes aqua,)hoc est gustato flumine infernali:nam animæ ad superos redituræ in noua corpora,vt cecinit poeta, potant aquam lethei fluminis.¶Perdiderant metum,)id est vota susceptapro te,nõ putabat se deberi & persolui, quia nõ putabãt euasurum.¶Tristitia se.) deposita cura te euasurum flebat. ¶Peractus lachrymis,) id est iustas lachrymas omnes emiserunt, tanquam si mortuus esset.¶Regnator tacitiauerni,)id est Pluto.¶Nõ tulit inuidiam,) id est non potuit perferre loquelas hominum lugentium te.¶Colos raptas,)id est pensa. ipse restituit colos raptas Parcis, quas deposuerant sorores. ¶Mors falsa,)id est falsò existimata de te.¶Frueris posteritate,) id est ita viuis nunc inter eos qui sunt tibi posteri, quia habebaris mortuus.¶Viue,)da operam relaxationi animi. ¶Velut rapto)nam qui viuunt rapto maiori studio & diligentia res raptas amplectuntur: hoc est consume omnes dies, ac si eos raperes. ¶Gaudia fugitiua,) id est gaudia, quæ cito labuntur, vt supra : Sæpe fluunt imo sic quoque lapsa sinu. ¶Vita reuersa,)iterum data tibi,)id est nullum diem voluptatis prætereas. ¶Cum mensas,)instituerant antiqui cœnã, quam appellabant ambulatoriam ministris circunferentibus vasa. Si pauperes inuitabuntur rarius ad eos accedunt:ministri ditioribus seruientes.hãc igitur cœnam pauper Martialis damnat.¶Pro mensis,) loco mensarum.¶Gabatæ)vasa con caua,dicta, quia sunt concauata.¶Lances,)patinæ minus excauatæ.¶Transcurrunt,)ministris circunferentibus. ¶O lauti,)ò diuites. ¶Habete vobis,) has epulas. ¶Offendimur cœna,)quia non vescimur. ¶Fons dominæ,) Violantilla magnificas habebat ædes, quæ à Papi. in epithalamio Stellæ describuntur:Lecta Deæ sedes veris nec sordet ab astris, in his fons erat.Papin. Perspicui viuunt in marmore fontes, proximo nemore consecrato Herculi argumentum supra est expositum. ait poeta apte hoc factum: vt Hercules sit proximus:ne,scilicet multi niuei ministri rapiantur à' nymphis : vt Hylas raptus fuit. ¶Domus delitiũq;,) id est domus Violantillæ.¶Luceat,)accipiat lucem.¶Choro,) ministris similibus Ganymedi. ¶Obseruat,)custodit.¶Notos) quo nouit amores nympharũ. ¶Parua,) Seuero misit & oua, & poma,sed ne videretur gulosum amicum existimare,ait se mittere poma,vt vescatur,oua vt raucam vocem aperiat, & vt faucibus mederetur, & vt vox fieret clarior.nam vlceratis faucibus oua medentur : author Plin.

¶Mercari,)

Aequora per Scyllæ magnus comes exulis isti,
Qui modo nolueras,consulis ire comes.
Si uictura meis mandantur nomina chartis,
Et fas est,cineri me superesse meo,
Audiet hæc præsens,uenturaq; turba,fuisse
Illi te,Senecæ quod fuit ille suo.

Ad Eundem. 44

Facundi Senecæ potens amicus,
Caro proximus,aut prior Sereno,
Hic est Maximus ille,quem frequenti
Felix littera pagina salutat.
Hunc tu per siculas secutus undas
O nullis Ouidi tacende linguis
Spreuisti domini furentis iras.
Miretur Pyladem suum uetustas,
Hæsit qui comes exuli parentis,
Quis discrimina compararet duorum?
Hæsisti comes exuli Neronis.

Ad Priscum. 45

Cõmendare tuũ dum uis mihi carmine munus,
Mæoniocq; cupis doctius ore loqui,
Excrucias multis pariter me,teq; diebus,
Et tua de nostro Prisce Thalia placet.
Diuitibus poteris musas,elegosq; sonantes
Mittere,pauperibus munera pexa dato.

Ad Licinium. 46

Doctorum Licini celeberrime summe uirorum,
Cuius prisca graues lingua reduxit auos,
Redderis heu quanto fatorum munere nobis
Gustata lethes penè remissus aqua.
Perdiderant iam uota metum,securaq; flebat
Tristitia,& lachrymis iamq; peractus eras.
Non tulit inuidiam taciti regnator auerni,
Et raptas fatis reddidit ipse color.
Scis igitur,quantas hominũ mors falsa querelas
Mouerit,& frueris posteritate tua.
Viue uelut rapto,fugitiuaq; gaudia carpe,
Perdiderit nullam uita reuersa diem.

De Annio. 47

Cum mensas habeat ferè ducentas,
Pro mensis habet Annius ministros,
Transcurrunt Gabatæ,uolantq; lances.
Has uobis epulas habete lauti,
Nos offendimur ambulante cœna.

Ad fontem Hiantidos. 48

Fons dominæ regina loci,quo gaudet Hiantis.
Gloria conspicuæ,delitiumq; domus.
Cum tua tot niueis ornetur ripa ministris,
Et Ganymedeo luceat unda choro,
Quid facit Alcides sylua sacratus in ista?
Tam uicina tibi cur tenet antra Deus?
Nunquid nympharum notos obseruat amores,
Tam multi pariter ne rapiantur Hylæ.

Ad Seuerum. 49

Parua suburbani munuscula mittimus horti,
Faucibus oua tuis,poma Seuere gulæ.

Gabata

Lances

DOMITIVS.

¶Mercari,)Vrbicum monet vt si velit audire suos versus, neque eos emere:eat ad Pomp.vel ad Auctum:qui omnes memoria tenebat.¶Mercari,)emere. ¶Nostras nug.) id est nostros libellos.¶Sedet,)habet domicilium.¶In pri.æde Martialis quod templũ reliqua superat magnificentia. Martis vltoris templum ædificauit Augustus Cæs.quod vouerat in bello Philippẽsi aduersus Brutum,& Cas.vltorem appellauit, quoniam id bellum susceperat ad vlciscẽdam mortem Cæsa. patris. ¶Iure mad.) sordibus. sunt qui legunt iure madens,id est iure peritus,sed non placet. ¶Limatus,) habens limatam, & attritam togã.¶In vario vsu togæ,)id est dum omnibus in rebus vtitur eadem toga.¶Nõ lect.me.)idest nõ legit modo mea carmina.¶Sed liber est)hic sic tenet memoria mea carmina, ac si esset liber. ¶Absenteis)non inspectos. ¶Vt nulla li.)id est ne minima quidem syllaba pereat. ¶Deniq; si vellet,)id est posset videri author carminum:adeo bene memoria tenet meos versus.¶Sollicites).i.prouoces ad recitãda carmina.¶Nec sa.an.va.) id est nõ vacuus erit omnino negotiis. Iuuena. Si vacat & placidi &c. Quin.Marsus & Pedo legendi, si vacet,id est si otium sit.¶Gratum,)Celer magistratũ habuerat in Celiberia. idem post reditum in vrbem ex Pompeio Aucto audiebat carmina Mar. monet poeta Auctum se magnopere vereri aures Celeris: quoniam nõ videatur auditor, sed iudex Celtiberorum : nam & Martia.erat Celtiber. ¶Si tamen iu.)id est probatur à Celere:nam si offenderet nollet recitari. ¶Celtas lb.) id est Celtiberos:nam Celtæ cum tenuissent ripas Iberi, sunt Celtiberi nominati. ¶Certior,) sanctior. ¶Maior,)reuerentior: quia rexit Celtiberos. ¶Iudicis,) alludit ad id quod fuerat iudex in Hispania.¶Omnia,) Vmbrum causidicum deridet, qui quæcunque munera à clientibus in saturnalibus acceperat:misserat Martia. Ea autem erant vilissima,& nullius fermè pretii, eiusdem munerum vilitatem Iuu. satyrico carmine insectatur : Vix octo serui potuerũt ferre munera Martia.facilius, inquit poeta vnus puer potuisset mihi ferre quinque libras argenti. ¶Quinq; dies)quia saturnalia durabant.5.diebus. ¶Triplices pu.)de quibus dicemus in disti. ¶Spongia acces.co.)id est venit comes. ¶Vimine picenarum,) id est cum cistella oliuarũ. ¶Sapæ laletanæ,)appellat vinũ laletanum sapam,quia erat fæcosum: habebatq; plurimum fæcis.supra:A caupone tibi fex laletana petatur. de hoc vicino(vt puto)intellexit,cum dixit, Plutimus hispanas mittet mihi nauta metretas.Iuu. dixit

Celtiber

de vino misso causidicis: vinum Tyberi deuectum.¶Coctana,) coctanum ficus est ex Syria.Plin.ita scrib. Syria in ficorum genere habet caricas, & minores eius generis, quæ coctana vocant. Item pruna in Damasco monte nata.¶Canis prunis,)id est rugosis.& supra:Acuta senibus testa.¶Cum damascenis)Ex Syria mittebantur serui : idcirco Iuuenalis: Quo pruna,& coctana vento, id est venit venalis seruus. ¶Ficus libyca,) in hyeme producebantur artificio mortalium frigidissima ipso etiam tactu.supra:Et ficus libycæ gelata testa. ¶Fuisse nummorum.30.) id est fuisse pretii.30. numorũ. ¶Semper mane) Nasidianus captabat olim munera à Martiale blanditiis, sed cum poeta iam aspernaretur, excogitauit nouum aucupii genus, solebat enim dicere se vidisse somnia plena terroris Mart.ad quę plaeanda postulabat modo thus, modo agnam,modo porcum. poeta respondet. ¶Iam prior vindemia,)id est prius illud aucupiũ,quo vtebaris apud me. ¶Venit ad fæ.) id est defecit. ¶Sed & hæc,) & etiam hoc nouum aucupium defecit. ¶Saga,)mulier magna. ¶Exorat,) placat. ¶Tuas noctes,) id est tua somnia horrenda de me. ¶Consumpsi)dando tibi. ¶Molas falsas,)molam fallam, id est pecuniam pro mola falsa ad sacra.¶Decreuere)sunt imminuti.¶Cadit,)interficitur propter somnia. ¶Aues cortis,) id est aues cortiles. ¶Dormi tibi,) id est in tuam perniciem, & non in meam.¶Nulli munera,) Crestus acceptis muneribus ab amicis nihil remittebat,sed irrumatoribus fellando satisfaciebat : tu inqt poeta, ita satisfacis omnibus, satisfacies etiam meis muneribus, quæ misi tibi fellando, non me, sed seruum meum,qui Iudæus est. ¶Si nulli re.)si nulli reddis. ¶Nec mi. remittis,)patiar mihi non remitti.¶Sed si rem,)si satisfacis. ¶Lupo,Gallo,)sunt irrumatores. ¶Lingas).l.mentulã. ¶Proba).l.mentula mea.¶De Solymis perustis).i.à Iudæis.i.serui mei,qui venit è Iudea.i.ex Aegypto.supra:Sed meus, vt de me taceam, Lecania seruus Iudæũ nulla sub cute pondus habet. ¶Dãnatam modo mẽtulam tributis,) mentula damnata tributis dicitur,quoniã cum Do.exigeret tributa Iudæorum,multi ne soluere cogerentur:dissimulabant originem negantes se esse Iudæos, sed si differebantur: inspiciebant an essent circunciſi:& ita deprehendebantur: interfui inquit Tranquil. adolescentulus,cum senex nonagenarius inspiceretur à quęstoribus & frequenti cõcilio, an esset circunsectus: nam circunsecti dãnabantur ad soluenda tributa: mentula igitur damnata tributis dicitur concisa, id est Iudæa:quoniam eo iudicio damnabantur ad tributa.

Coctanũ

Ficus libyce

Ad Vrbicum. 50

Mercari nostras si te piget Vrbice nugas,
Et lasciua tamen carmina nosse liber,
Pompeium quæras,& nosti forsitan Auctum,
Vltoris prima Martis in æde sedet.
Iure madens, uarioq; togæ limatus in usu
Non lector meus hic Vrbice,sed liber est.
Sic tenet absenteis nostros,cantatq; libellos,
Vt pereat chartis littera nulla meis.
Deniq;,si uellet,poterat scripsisse uideri,
Sed famæ mauult ille fauere meæ.
Hunc licet à decima,nec enim satis ante uacabit,
Sollicites,capiet cœnula parua duos.
Ille leget,bibe tu,nolis licet,ille sonabit,
Et,cum iam satis est dixeris,ille leget.

An Auctum. 51

Gratũ est,q; Celeri nostros legis Aucte libellos,
Si tamen & Celerem quod legis,Aucte iuuat.
Ille meas gentes,& Celtas rexit Iberos.
Nec fuit in nostro certior orbe fides.
Maior me tanti reuerentia turbat,& aures
Non auditoris,iudicis esse puto.

In Vmbrum. 52

Omnia misisti mihi saturnalibus Vmber
Munera,contulerant quæ tibi quinq; dies.
Bis senos triplices,& dentiscalpia septem.
His comes accessit spongia,mappa,calix,
Semodiusq; fabæ cum uimine picenarum,
Et laletanæ nigra lagœna sapæ.
Paruaq; cum canis uenerunt coctana prunis,
Et libycæ ficus pondere testa grauis.
Vix puto triginta nummorum tota fuisse
Munera,quæ grandes octo tulere Syri.
Quanto commodius nullo mihi ferre labore
Argenti potuit pondera quinq; puer.

In Nasidianum. 53

Semper mane mihi de me mera somnia narras,
Quæ moueant animum,sollicitentq; meum.
Iam prior ad fæcem,sed & hæc uindemia uenit,
Exorat noctes dum mihi saga tuas.
Consumpsi salsasq; molas,& thuris aceruos,
Decreuere greges,dum cadit agna frequens.
Non porcus,non cortis aues,non oua supersunt.
Aut uigila,aut dormi Nasidiane tibi.

In Chrestum. 54

Nulli munera Chreste si remittis,
Nec nobis dederis,remiseriscq;,
Credam te satis esse liberalem.
Sed si reddis Apicio,Lupoq;,
Et Gallo,Tityoq;,Celioq;
Lingas non mihi,nam proba,& pusilla est,
Sed quæ de Solymis uenit perustis
Damnatam modo mentulam tributis.

Martialis.

DOMITIVS

(ASTRA,) Laudat Rabirium architectum, qui ædem flauiæ genti erexit, ea enim ædificari voluit Domitianus Trãquil. teste: vel Domitianus domum struxit, de qua infra, quod placet: ¶Cepisti,) arte complexus es. Domum parrha.) id est domum patinam, hoc enim placet potiusquam ædem Flauiam. Domus palatina dicitur parrhasia ab Euãdro Arcade. Silius: Aspice montis apex vocitata palatia regi Parrhasia. Virg. Parrhasio dictum Panos de monte Lycei. non placet, quod suspicantur nonnulli domum Domitiani dici parrhasiã, quia in Germania sub parrhaside vrsa multa gesserit: vnde Germanicus est dictus. Spoliorum illorum meminit Plinius in laudibus Traiani parrha. item proprio nomine fuit pictor. ¶Pisa,) ciuitas in Peloponneso non procul ab Elide, quæ habuit Iouis olympici imaginẽ fictam à Phidia. ¶Parauit,) cogitauit dare. ¶Man⁹ has) Rabiri. ¶A.n. To.) id est Domitia. Phidias illud simulachrũ Iouis effinxit, quod cum est dicatum tonitru luppiter signum dedit sibi placere: vt scribit Pausan. ¶Castor,) Gabinia mulier ancillam iuuenẽ pugilem donauit tantis opibus, vt esset eques. Castor fuit hippodamus, id est equorũ domitor. Pollux eius frater fuit pugil. Versus Hom. iisdem verbis bis repetitur: κεῖσορέ᾽ ἵππόδ᾽ἄμον, καὶ πὺξ ἀγαθὸν πολυδεύκεα: hoc est Castora domitorẽ equorum: & Pollucem pugnis fortem, hoc versu iocatur poeta. ¶Fecit Castora,) id est equitẽ id est equestri censu donauit. ¶De Polluce). i. pugile. ¶Nunc erit hippodamus,) id est erit eques, alludens ad Castorẽ hippodamum. ¶Iam sex.) nullum esse ait, qui non sit mollis, siue hispidus sit, siue iunior. Galla cũ elegãtiores, & formosiores vellet, decepta elegantia formæ officium mariti non reperiebat: at inquit poeta non modo hoc in formosis continget tibi ô Galla, sed si hispidum habueris, talem reperies. nam omnes sunt cinædi. Iuue. Hispida membra quidem & dure &c. ¶Dum coma,) id est dum sequeris formam. ¶Imbellem,) nequeuntẽ coire. ¶Mollem maritũ,) id est effœminatum. ¶Quære aliquẽ loquentem Fabios,) id est grauem. ¶Tristis turba,) id est censoria, & grauis turba. ¶Vero viro,) quia omnes sunt sponsæ tã hispidi, quàm pulchri, & leues. Iuue. Quis enim non vicus abũdat Tristibus obscœnis? ¶Non cœnat,) Cæcilianus assiduis mẽsis, & cœnis volebat sibi apponi aprum, quanuis alios non inuitaret. Poeta ait quanuis Cæcilianus alium non inuitet: tamen cum habet aprum, habet conuiuam, quasi dicat aper blã de ei consumit cœnam, & tantum amittit, quantũ si haberet conuiuam. ¶Bellum insidiosum,) quia aper cõsumit, hoc placet potius, vt de apro homine intelligas. infra poeta meminit: Vt velit decipi lectorem: vt cum de Bruto priore versu deridens tenuem mensam Cæciliani: nam Aper alienas cœnas sectabatur, vt alibi ostendit. ¶Tarpeiæ,) cum Cæsare habeat, dicit se Ioue non indigere, neque se debere petere aliquid ab eo, nam quod ei necessarium est, potest Cæsar suppeditare, debet tantum rogare Iouẽ pro Cæsare, vt scilicet diu terris imperet. ¶Succensueris,) id est iraseris mihi. ¶Aulæ tarpeiæ.) Capitolii. ¶Quem credimus tonantem,) id est esse verum Deum. ¶Saluo duce,) dum seruas Domitianũ incolumem. ¶Debeo rogare Cæsarem pro me,) quia ipse potest mihi suppeditare quæ sunt necessaria. ¶Te pro Cæsare,) id est debeo ei optare incolumitatem à te. ¶Abstulerat) Domitianum laudat quòd instauratis ædificiis vicos vrbis reddiderit laxiores, & expeditos, qui pauloante fuerunt occupati tabernis opificum, vt nunc tandem sit vrbs, quæ pauloante erat taberna. ¶Institor,) rerum vilium venditor. ¶Nullum limen,) id est nullus institor seruabat limen suum, sed confundebantur domus. ¶Semita,) callis. ¶Nulla pila,) ad pilas enim res vendebantur. Horat. Nulla taberna meos habeat, vel pila libellos. ¶Lagœnis catenatis,) vasis clausis. Iuuenalis. Postquam omnis vbique Fixa catenatæ siluit compago tabernæ. ¶Medio luto) occupata via. ¶Nouacula cæca,) gladius tonsorius nõ visus. ¶Stringitur,) nudatur. quasi dicat tonsores non tondent in media turba. Menas duxit primus tõsorem è Sicilia. ¶Seruant sua limina,) id est stant intra suas cas. ¶Fuit magna taberna,) erat tota vna officina. ¶Reclusis foribus grandes) Amillus. de hoc Iuuenalis. Quòd discipulos inclinet Amillus. ¶Sine teste) ambiguum est verbum, & cum videatur dicere remotis arbitris, id significat quod res ista magnis testibus agetur. ¶Quod facit). i. pathicus & fellator. i. pedicabatur & fellabat, quod vtrũq; sine testibus fit alterũ natibus, alterum ore. ¶Perpetui nunq̃) laus est Silii poetæ. ¶Perpetui Sili,) semper victuri. ¶Volumina). i. secundum bellum Punicum. ¶Latia toga). i. rebus gestis Romanorum. alibi legitur latia lyra. ¶Pierios re,) putásne solum Silium in poetica versatum? ¶Non ante att.). i. non ante proposuit sibi imitandum Maronem, & contulit se ad carmen. ¶Impleuit magni, quàm Ciceronis opus.) quia fuit causidicus & declamauit, hos duos proposuit sibi imitandos Maronem carmine, & Cic. in causis. de vtrisque habuit prædia.

¶Grauis

Ad Rabirium. 55

Astra, polumq; tua cepisti mente Rabiri,
Parrhasiam mira qui struis arte domum.
Phidiaco si digna Ioui dare templa parauit,
Has petat à nostro Pisa tonante manus.

De Achilla. 56

Castora de Polluce Gabinia fecit Achillam.
Pyxagathos fuerat, nunc erit Hippodamus.

Ad Gallam. 57

Iam sex, aut septem nupsisti Galla cinædis,
Dum coma te nimium, pexaq; barba iuuat.
Deinde experta latus, madidoq; simillima loro
Inguina, nec lassa stare coacta manu,
Deseris imbelles thalamos, mollemq; maritũ,
Rursus & in similes decidis usq; toros.
Quære aliquẽ Curios semper, fabiosq; loquẽte,
Hirsutum, & dura rusticitate trucem.
Inuenies, sed habet tristis quoq; turba cinædos,
Difficile est uero nubere Galla uiro.

De Cæciliano. 58

Non cœnat sine apro noster Tite Cæcilianus,
Bellum conuiuam Cæcilianus habet.

Ad Iouem. 59

Tarpeiæ uenerande rector aulæ,
Quem saluo duce credimus tonantem,
Cum uotis sibi quisq; te fatiget,
Et poscat dare, quæ Dei potestis,
Nil pro me mihi luppiter petenti,
Nec succensueris, uelut superbo.
Te pro Cæsare debeo rogare,
Pro me debeo Cæsarem rogare.

Ad Cæsarem Do. 60

Abstulerat totam temerarius institor urbem,
Inq; suo nullum limine limen erat.
Iussisti tenues Germanice crescere uicos,
Et modo, quæ fuerat semita, facta uia est.
Nulla catenatis pila est præcincta lagœnis,
Nec prætor medio cogitur ire luto.
Stringitur in densa, nec cæca nouacula turba,
Occupat haud totas nigra popina uias.
Tonsor, copo, coquus, lanius sua limina seruant.
Nunc Roma est, nuper magna taberna fuit.

In Amillum. 61

Reclusis foribus grandes præcidis Amille,
Et te deprehendi, cum facis ista, cupis,
Nequid liberti narrent, seruiq; paterni,
Et notet obliqua garrulitate cliens.
Non pædicari se qui testatur Amille,
Illud sæpe facit, quod sine teste facit.

De Silio. 62

Perpetui nunquam moritura uolumina Sili
Qui legis, & latia carmina digna lyra,
Pierios tantum uati placuisse recessus
Credis, & Aoniæ bacchica serta comæ,
Sacra cothurnati non attigit ante Maronis,
Impleuit magni q̃ Ciceronis opus.

DOMITIVS.

¶GRAVIS Hasta cen. vi.) cẽturiati erant iudices, apud quos quotidianæ lites, & ciuiles agebantur à causidicis. supra de filio Reguli: Iam clamor, centumq; viri. ¶Hasta gra.) nam bona adiudicabant his, quibus debebantur, quemadmodum & res, quę sub hasta venduntur, adiudicantur emptori. ¶Hunc) eloquentiã Silii. ¶Plurimus cliens,) id est plurimi clientes defensi olim in foro. ¶Postquam,) eo anno, quo Nero interfectus est, Silius consulatum gerebat, collega Attico: vt scrib. Taci. ¶Emeritos,) accepta rude ex causis forensibus. ¶Phœbo,) carmini. ¶Ingentem annũ,) quo est interfectus Nero: quia tanto tyranno liberatus est totus orbis. ¶Sacer.) consecratus in libertatem. ¶Asserto,) id est vindicato in libertatem ex tanto tyranno. ¶Celebrat Helicona,) id est carmen. ¶Pro foro,) id est pro causis. nã bellum secũdum Punicum carmine scribebat. 17. lib. quos editis cõmentariis sumus interpretati. ¶Qui,) hic Cinnamus mihi ille videtur, in quem inuehitur Iuue. Patricios omnes opibus cũ prouocet vnus. Is enim munere mulieris ex tonsore factus erat eques: nunc emissum in Siciliam in exilium insectatur poeta ridens iterum fore tõsorem cum amissis opibus exilio nullum aliud præsidium ad vitam tuendã habeat. ¶Domĩnæ,) amicæ. ¶Aethnæa regna,) sicula. ¶Cum fugeres tristia iura) id est graue & triste iudiciũ in te. ¶Inutilis,) nulla arte honestiore præditus. ¶Quies infelix,) appellat quietem infelicẽ, quia in exilio infeliciter erat futurus in otio. ¶Magister ludi.) gladiator. ¶Vendere vocem). i. non potes esse histrio in theatris siculis, quia ignoras histrionicã. ¶Quod superest,) quod solum habes. ¶Lis te bis.) Gargilianũ imprudẽtiæ accusat, qui. 10. annis litigauerat, cum facile posset cedere à tantis curis, & leuius esset semel vinci quã. 10. annis litigare. ¶Conterit,) consumit te. ¶Tribus foris,) nã tria fora litigandi erant, vt supra dixit. Atq; erit in triplici par mihi nemo foro. ¶Cui licet vinci). i. qui tantum imperium in animum suum habet, vt posset eo vti, & cedere cum voluerit, non debet tandiu litigare, sed cedere: qui aliter agit stultus est. ¶Hæredem,) Labienus captauerat ingentibus muneribus hæreditatem Fabii: Fabius autem assumptis bonis moriens eum reliquit hæredem, sed pauciora erant bona, quàm fuerit pretium munetum, hunc poeta deridet. ¶Ex asse,) id est bonis vniuersi patrimonii. ¶Plus me.) zit, plus merere est aliquem dignum esse maiore pretio, plus item merere est aliquem dignum esse maiore supplicio, vt dicat Labie. ait se plus meruisse, cum intelligat Labie. meruisse maiores opes. poeta intelligit, Labi. merebat plus, id est dignus erat maiore malo: quia per fraudem captabat hereditatem. ¶Pædicat,) mulieres virili concubitu vicissim abutebantur, has damnat Iuue. carmine satyrico, Lenonum ancillas posita lausea corona Prouocat. & paulopost: Ipsa Medulline frictum crissantis adorat: latino verbo fricatrices possunt appellari tribades. τρίβω significat frico, græco vsus est Martialis præter hunc nullus author Porph. excepto. qui in verba illa Hora Et mascula Sappho. Sappho inquit dicta est mascula, vel ꝙ dedit operam poeticę, qđ est viri & maris, vel quòd tribas fuit. Tribadem autem fuisse car-

Tribas

Sappho

men indicat, quod extat. ¶Philænis,) meretrix fuit: quæ, vt ex epitaphio græcis versibus conscripto cognoscitur, carmine Philocratis poetæ laceratur, negat enim ex tumulo se vnquam ea commisisse, quæ scripserat Philocrates, rogatque ne poetæ fides adhibeatur, scripsit hæc varia genera concubitus, notata ea versiculo Ouid. Nec quæ concubitus non tacuere suos. Idem dicitur in obscœno Vir. carmine, vbi figuras Philænis tangit. Inde impudicam, & famosam tribadem appellat Martialis. ¶Sæuior,) intemperantior, & magis inflammata. ¶Tentigine,) pruritu libidinoso. ¶Vorat,) lingendo, & tribando. ¶Subligata,) subducta veste. ¶Ludit harpasto,) harpastum genus erat pilæ, qui ludus ad viros attinebat. ¶Et flauescit Aphe.) hoc est ludit palęstra. Palæstræ enim aspergine arenæ flauescebant luctaturi. Aphe græce, latine significat tactum. Aphe igitur, id est tactu arenæ. Ouidi. in hunc locum cum scribit luctam Acheloi ad uersus Herculem: Inque vicem fuluæ tactu flauescit arenæ. ¶Flauescit Aphe,) id est luctatur, & palæstras mulieris carpit Iuue. Endromydas tyrias & fœmineum ceroma Quis nescit. ¶Graues draucos,) drauci, vt supra est expositum, erant grandiores adolescentes agentes in hispidos, vt patici domini, qui patiebantur iactare pueros alterno brachio, in more erat Gymnasii, & exercitationis. supra versus hoc indicauit: Aut grandis Linus omnibus lacertis Septemque pueros leuat, vel octo. ¶Rotat,) iactat. ¶Facili la certo,) id est robustis brachiis. Qui legunt alteres non placẽt. Quid autem sint alteres dicetur in distichis. ¶Lutulenta) vnctа ceromata confecta ex luto. ¶De palæstra putri,) putrem palæstram propter vnguenta: quod placet, vel propter malum olei odorem. ¶Magistri vncti,) id est aliptæ. In sensum horum duorum versuum Iuuenalis ita scribit: Callidus, & cristæ digitis impressit aliptes: Ac summum dominæ femur exclamare coegit. ¶Quam vomuit septem deunces,) vomitione vtebantur mulieres, vt in maiorem esuritionem excitarentur. Iuuenalis. Tandem illa venit rubicundula totum Oenophorum sitiens. & paulopost: Bibit & vomit.

Philænis

Aphe

Drauci

In Cinnamum, 63

Hunc miratur adhuc centũ grauis hasta uirorũ,
Hunc loquitur grato plurimus ore cliens.
Postquam bis senis ingentem fascibus annum
Rexerat, asserto qui sacer orbe fuit,
Emeritos musis, & Phœbo tradidit annos,
Proq; suo celebrat nunc Helicona foro.
In Cinnamum, 63
Qui tonsor fueras tota notissimus urbe,
Et post hæc dominæ munere factus eques.
Sicanias urbes æthnæaq; regna petisti
Cinname, cum fugeres tristia iura fori.
Qua nunc arte graues tolerabis inutilis annos?
Quid facit infelix & fugitiua quies?
Non rhetor, non grammaticus, ludi'ue magister,
Non cynicus, non tu Stoicus esse potes.
Vendere nec uocem senis, plausumq; theatris,
Quod supereſt, iterum Cinname tonsor eris.

In Gargilianum. 64

Lis te bisdecimæ numerantem frigora brumæ
Conterit una tribus Gargiliane foris.
Vah miser, & demens, uiginti litigat annis
Quisquam, cui uinci Gargiliane licet?

De Labieno. 65

Hæredem Fabius Labienum ex asse reliquit,
Plus meruisse tamen se Labienus ait.

In Philænim. 66

Pædicat pueros tribas Philænis,
Et tentigine sæuior mariti
Vndenas uorat in die puellas,
Harpasto quoq; subligata ludit,
Et flauescit Aphe, grauisq; draucos,
Alterno facili rotat lacerta,
Et putri lutulenta de palæstra
Vncti uerbere uapulat magistri,
Nec cœnat prius, aut recumbit ante,
Quàm septem uomuit meros deunces,
Ad quos fas sibi tunc putat reuerti.

¶HVNC miratur adhuc centum grauis hasta virorum.) Non vna erat. c. viralis hasta: sed planè duplex quantum ex Quint. cognoscimus, qui de præiudiciis loquens hæc scrib. Aut cum de eadem causa pronunciatum est, vt in reis deportatis, & assertione secunda, & de partibus centumuiralium, quæ in duas hastas diuisæ sunt. Val. item Maxi. vbi tradit de rescissis iudiciis centumuiralis hastæ meminit, putoque centumuiralia iudicia sic apud Ro. agi solita fuisse, quemadmodum in prepotenti & sanctissima Venetorum republica quadraginta iurales causæ exercentur. Sunt enim Venetiis bis quadraginta viri publico consilio ad iudicandum constituti, quorum alteri ciuiles causas cognoscunt: Alteri vero de criminibus, & quæstionibus iudicant, quo ordine olim apud Roma. centumuiri in duas (vt puto) hastas diuisi decernebant per sententias suas.

Centumuirales causæ

Quadraginta viri Venetiis

DOMITIVS.

¶COLIPHIA,) Panes erant palæstritarum membris confirmandum, quemadmodum gladiatores authore Plin. Charta vtebantur. Coliphia, luuena. Luctantur paucæ comedunt coliphia paucæ: κῶλον græce, latine membrum, ἴφι fortitudinem significat. ¶Vorat,) lingendo & tribando. ¶Dii mentem,) prouerbium est in sanos. ¶Virile,) ad virum pertinere, hoc est quę cum virilia officia exerceas, cunnum etiam lingis, quasi id quoque sit virile. ¶Commendare)ad Instantiam Rufum scribit: cuius infra meminit: Betis olifera. hunc rogat ne socero suo qui est grauis supercilii, lasciuos iocos legat. ¶Commendare,)laudare. ¶Seria,) grauia. ¶Admittit,)probat, & patitur. ¶Curio & Fab.) etiam grauissimis censoribus. Curium aspernatum aurum legimus: Fabri. censorem grauissimum. Iuuen. Fabricius notet. Gel. Liuius, & Plin. meminerunt. ¶Hæc,) Canius poeta Gaditanus habuerat Theophilam puellam, cuius & pudicitiam & carmen laudat poeta in ¶Theophila,) hoc significat amicam Diis. ¶Voce cecr.) id est voce græca. ¶Hortus atti.).i. academia fuit locus extra Athenas, in qua docuit philosophiã Plat. dicta ab Academo heroe, vt Laer. Dioge. ex testimonio antiquorum scrib. Sunt qui intelligant hortum atticum. i. hortum Epicuri, nam Epicurus, authore Plin. primus Athenis hortos colere instituit. Pap. Mallet deserto senior Gargetius horto. alius codex habet senis altus in hortis. ¶Suam,)di sciplinã. ¶Per h.a.)id est quodcunque opus Theo. tibi emendauerit. ¶Viuet,) id est erit perpetuum. ¶Tam non fœmineú sapit). i. tam est erudita, & grani, & exquisita doctrina. ¶Parthenis) an Violantillam Neapolitanam dicit, quod non placet: proprium nomen est mulieris doctæ: cuius nullum extat monumentum. alibi legitur Pãthenis. ¶Fingentem,) anteponitur Theophila Sappho, quoniã nõ sit inferior doctrina, & superet pudicitia. ¶Sappho,) filia fuit Euriguli, & Leidis, capta amore est Phaonis: hac de causa, vt putarunt, quoniam centum capita herba est habens duplicé radicem, alteram masculam: alteram fœminam: ea dum auellitur si mascula contigerit viro, is vel inuitus amatur à mulier. Euenit autem Phaoni. Plin. author est. Locus tamen est deprauatus. Ita. n. hẽt, Phaonem, & Lesbium, pro & Phaonem Lesbii. ¶Castior,)nã illa amauit Phaonem, & tribas fuit. ¶Ipsarum,) amica mulieri accipitur in bonam partem, amica viro in malam, Philænis tribas appellabat mulierem amicam: quod non poterat accipi, nisi in malã partem, cũ ipsa esset tribas, & partibus viri vteretur. ¶Tribas tribadum,)id est quæ tribas tribades. ¶Recte vocas amicã,) quoniam viri officio vteris in eam. ¶Ficosa,)ficus pro morbo accipitur, & ficus pro fructu. Domi cuiusdam pauperis res mira acciderat, vt cum omnes domestici haberent ficos morbum: solus ager careret ficis fructu. ¶Dispẽsator,)magister domus. ¶Turpi vlcere,)id est ficos: locus est ex ambiguitate verborum. ¶Gratus,)Paulũ rogat causidicũ, vt magna voce carmina, q̃ sub eius noie conferuntur: plena maledictis testẽ non esse Martialis. hoc sibi accidere supra conqueritur: Si me fronte legat dominus Faustine serena. & infra: Vernaculorum dicta sordidum dentem. ¶Atro veneno,) maledictis. ¶Patronam vocem,) id est tutricem. ¶Gratus December,) id est saturnalia sint tibi fructuosa: nã causidici à clientibus in saturnalibus donabantur. ¶Triplices,)pugillares. ¶Vani) nullius pretii. ¶Grandis reus est,)diues cliens. ¶Scyphos auorum,) id est pocula archetypa, quæ in pretio habebantur. Publius latronum ludo delectabatur. ¶Capit,)oblectat. ¶Nouium,) nomen proprium, qui optime ludebat. ¶Mandris) latronibus. ¶Vitreo latrone,) nam vitrea erant in pigro. Ouid. Siue latro cinii sub imagine calculus ibit: Fac pereat vitreo miles ab hoste tutus. ¶Sic fauor arbiter coronæ vnctæ,)id est turba vncta in gymnasio fauens. ¶Det tibi palmam,) id est victoriam, & præmium. ¶De nudo trigone,)id est de trigonali pila, qua nulli exercebantur. Sunt qui lo cum intelligant, vt supra: Seu lentum ceroma teris, lentumue trigona, quod est vanum. ¶Polybi,)nam Polybus in gymnasio summa erat admiratione cum manu sinistra fortissime pila trigonali certaret: hanc fortitudinem sinistræ negat Plin. in mulieribus contingere: sinistræ vero fortitudo in trigonali requirebatur. In distichis ita loquitur: Si me nobilius scis expullare sinistris, Sum tua, si nescis. & alibi: Captabit sinistra dextra, læuaque trigonem. ¶Esquiliis,) ad Maximum quem cum multis in locis domicilium haberet, nusquam poterat reperire, vt salutaret. ¶Colle Dianæ,) Auentino. Nam illic erant templa Dianæ Auentinæ.

Cum Coliphia sexdecim comedit
Post hæc omnia cum libidinatur,
Non fellat, putat hoc parum uirile,
Sed planè medias uorat puellas.
Dii mentem tibi dent tuam Philæni,
Cunnum lingere, quæ putas uirile.

Ad Rufum. 67

Commendare meas instanti Rufe camœnas,
Parce precor socero, feria forsan amat.
Quòd si lasciuos admittat & ille libellos,
Hæc ego uel Curio, Fabricioq; legam.

De Theophila. 68

Hæc est illa tibi promissa Theophila Cani,
Cuius Cecropia pectora uoce madent.
Hanc sibi iure petat magni senis atticus hortus,
Nec minus esse suam stoica turba uelit.
Viuet opus quodcunq; per istas miseris aures.
Tam non fœmineum, nec populare sapit.
Non tua Panthenis nimium se præferat illi,
Quanuis Pierio sit bene nota choro.
Carmina fingentem Sappho laudauit amatrix.
Castior hæc, & non doctior illa fuit.

In Philænim. 69

Ipsarum tribadum tribas Philæni
Recte quam futuis, uocas amicam.

De Familia Ficosa. 70

Ficosa est uxor, ficosus & ipse maritus,
Filia ficosa est, & gener, atq; socer.
Nec dispensator, nec uillicus ulcere turpi,
Nec rigidus fossor, sed nec arator eget.
Cum sint ficosi pariter iuuenesq; senesq;
Res mira est, ficos non habet unus ager.

Ad Paulum. 71

Gratus sic tibi Paule sit December,
Nec uani triplices, breuesq; mappæ,
Nec thuris ueniant leues selibræ,
Sed lances ferat, aut scyphos auorum,
Aut grandis reus, aut potens amicus.
Seu quod te potius iuuat, capitq;,
Sic uincas Nouiumq;, Publiumq;
Mandris, & uitreo latrone clusos,
Sic palmam tibi de Trigone nudo
Vnctæ det fauor arbiter coronæ.
Nec laudat Polybi magis sinistras.
Si quisquam mea dixerit malignus,
Atro carmina quæ madent ueneno.
Vt uocem mihi commodes patronam.
Et quantum poteris, sed usq; clames,
Non scripsit meus ista Martialis.

Ad Maximum. 72

Esquiliis domus est, domus est tibi colle Dianæ,

GEORGIVS.

¶COLIPHIA Sexdecim comedit,) De coliphiis abunde dixi in Iuuenale. Sunt enim panes subcinericii: sed illud miror, quòd etymologiam huius dictionis, non solum commenticiam fecerit, sed plane deridiculam, quando non ἀπὸ τοῦ κώλου, quod est membrum, & ἴφις sed forma diminutiua: ἀπὸ κολλικῶν fiat culitum, & coliphum. Coliphiũ

¶Vicus

DOMITIVS.

Vici in vrbe

¶VICVS Patricius,) vici in vrbe varia habebant nomina, vt Patricius à patriciis. Africus, quia Pœni captiui illic fuerunt custoditi. Cyprius, quoniam sabina lingua significat bonum. & Sabini illic habitarunt, à bono omine Cyprium appellarũt. Idem dictus sceleratus ob factum Tulliæ, quæ carpentum duxit per ora patris. In patricio vico florales ludi celebrabantur: spectant Capitolium vetus. Capitoliũ vetus dicebatur: tantum illic erat sacellum Iunonis, & Mineruæ antiquius: ædes postea extructa in Capitolio. de hoc loco supra in sellexit: Qua videt antiquum rustica Flora Iouem. author est Var. ¶Cybeles viduæ,) propter Athim suum, quo non potuit potiri. vel viduę propter gallos sacerdotes custodes. ¶Nouum Iouem,) ad differentiam illius sacelli, quod dixit vetus. ¶Cyllenes,) Carus & Norbana coniuges diem celebrabãt, quo matrimonio coniuncti sunt. Poeta rogat Mercurium, cuius numini hæc sacra dabantur, vt is dies redeat semper felix, & lætus vtriq; coniugi. Inuocatur autẽ Mercurius ex Aegyptia disciplina: nam Aegyptii caduceum Mercurio dant in speciem draconum maris, & fœminæ coniunctorum: ita & parte media inuicem alligẽtur nodo, quem vocant Hercules: deinde variis flexionibus totum caduceum ambiant, hoc ad genituram hominum spectare putabant. Cũ ergo pro arcto vinculo Cari, & Norbanæ sacra peragant, inuocatur Mer. hac caducei forma. ¶Cyllenes,) Arcadiæ mons est Cyllene notum natale Mercurii. ¶Minister,) nuncius. ¶Virga aurea.)caduceum. ¶Viret,) videtur viuere. ¶Furti lasciui,) id est adulterii. ¶Idus maternæ,)id est idus Maiæ. Maia mater fuit Mercurii. Maia item vxor Vulcani. sed Piso vxorem Vulcani Maiestam, nõ Maiam dicit appellari. A matre Mercurii mensis Maius est dictus: quãuis Mar. fabulosas antiquorum opiniones de hoc afferat. eo mẽ se Maiæ & Mercurio rem diu inuitam omnes mercatores faciebant. ¶Auus,) Atlas pater Maię ¶Mole parca,)id est paruo põdere, nam dicitur sustinere cœlum. ¶Hic,)duæ, inquit, causæ sunt quare debeas annuere, q̃ & Carus colit eloquentiam, cuius tu es Deus, & idem minister est Iouis nostri. i. Do. vt tu Iouis fidus: vttu fidus es Tonãti. ¶Antistes) sacerdos literarum ¶Vis gratis dare)facere tui copiam. ¶Nec vis dare,) pretium, quasi dicat si vis dare coitũ, opus est des pretium, cum sis deformis antusq;. ¶Quod te,) Philomusus cum à multis inuitaretur: elatus est superbia, quasi amaretur ab omnibus. at inquit poeta eum non amari, sed delectare alios. ¶Ditipiunt,) certatim inuitant. ¶Delectas,) nam scurræ delectant non amantur. ¶Cum saxetani,)Papilus, quem supra dixit veneficũ fuisse, mittebat munera, sed ea nõ placebãt ob veneni suspitionem, ergo & imprudens erat qui frustra mitteret munera, & genio carebat. Genio caret qui non placet. supra: Victurus genium debet habere liber. caret item genio qui spernit voluptates, non habebat igitur Genium Papilus, vel quia non placebat, vel quia meliora munera amittebat. ¶Cum saxetani lacerti,)lacertus genus piscis, qui minimus est ad saxetum Beticæ. Plin. Hæc Colla: siue Parrianus scurra baxetanus à patria Betica, cum sequitur lacertorũ nomina, nemo est, qui non debeat suspicari munera tua esse venenata, cum tu male cœnes. Conchis est fabatia viridis, vt infra dicetur, & piscis. Cum est legumen, nisi multo oleo perfundatur, nullius est saporis. in fra: Si spumet tubra conchis tibi pallida testa: Lautorum cœnis sæpe negare potes. ¶Cõchis inuncta,)sine oleo. ¶Habes nec cor.) id est imprudentes es, quia male cœnas, & mittis bona munera, prodis enim te, quia nemo est qui non possit suspicari fraudem, cum mittas meliora, & deteriora vescaris. ¶Nec genium,) fraudas enim te voluptate. ¶Potaui,)iocus. antiqua vina à consulibus nomen sumebant: nuper poeta cum consule cœnauerat: qui mustum apposuerat. ¶Vinum consulare,) videtur dicere vetus, sed nouũ dicit. ¶Quatenus,)Marcel. cuius supra meminit, militabat in Germania. Hunc hortatur poeta Fau. vt mittat sua carmina, cum præsertim iam bella sileant, quòd si vis, inquit gratiora esse carmina mea illi, mitte puerum ingenuum, cum autẽ tibi mittam carmina vt grata sint, mittam pastoralẽ puerũ: nã Fausti. rure Tyburtino ita delectabatur, vt nihil illic nisi fructuosum veller. quod supra indicauit: Baiana nostri villa Basse Faustini Non otiosis ordinata myrtetis ¶Triones Odrysios,)id est septentrionẽ. Odrysii populi Thraciæ. ¶Mãgonis) Mity.)Græci, Delphici, & Mitylenæi pueri forma commendabantur. ¶Lacon,) puer lacedæmonius. Mos erat apud Lacedæmonios, vt ephebi, quo asperiores in bellũ essent, in ara Dianæ verberarẽtur. ¶Nõ cæ.) qui nondum peruenit ad ætatẽ qua sit cædẽdus. ¶Istro capti.) id est Germania deuicta. ¶Tyburtinas oues,) nam solo ruris fructu delectaris: neq; vis aliq̃d, quod ad id non pertineat. ¶Triginta,) Lausus lecto Mart. libro ait se triginta reperisse epigrammata non probanda. Bonus significat non modo non paruum, sed etiam magnũ. ait ergo poeta: Si totidem reperirentur epigrammata bona in eius libro: librum fore bonum, id est magnum.

Capitoliũ vetus

Et tua patricius culmina uicus habet.
Hinc uiduæ Cybeles, illic sacraria Vestæ,
Inde nouum, ueterem prospicis inde Iouem.
Dic, ubi conueniam. dic, qua te parte requiram.
Quisquis ubiq; habitat maxime, nusq; habitat.

Ad Mercurium. 73

Cyllenes cœliq; decus facunde minister,
Aurea cui torto uirga dracone uiret,
Sic tibi lasciui non desit copia furti,
Siue cupis Paphien, seu Ganymede cales.
Maternæq; sacris ornentur frondibus idus,
Et senior parca molle prematur auus,
Hunc semper Norbana diem cum cõiuge Caro
Læta colat, primis qua coiere toris.
Hic pius antistes sophiæ sua dona ministrat,
Hic te thure uocat fidus & ipse loui.

In Anum deformem. 74

Vis futui gratis, cum sis deformis, anusq;,
Res perridicula est, uis dare, nec dare uis.

Ad Philomusum. 75

Quòd te diripiunt potentiores
Per conuiuia, porticus, theatra,
Et tecum, quoties ita incidisti,
Gestari iuuat, & iuuat lauari,
Nolito, nimium tibi placere,
Delectas Philomuse, non amaris.

In Tuccam. 76

Exigis ut nostros donem tibi Tucca libellos,
Non faciam, nam uis uendere, non legere.

In Papilum. 77

Cum saxetani ponatur cauda lacerti,
Et bene si cœnas conchis inuncta tibi est.
Sumen, aprum, leporem, boletos, ostrea, mulos
Mittis. habes nec cor Papile, nec genium.

Ad Seuerum. 78

Potaui modo consulare uinum,
Quæris q̃ uetus, atq; liberale,
Ipso consule conditum, sed ipse,
Qui ponebat, erat Seuere consul.

Ad Faustinum. 79

Quatenus Odrysios iam pax Romana triones
Temperat, & tetricæ conticuere tubæ,
Hunc Marcellino poteris Faustine libellum
Mittere, iam chartis, iam uacat ille iocis.
Sed si parua tui munuscula quæris amici
Commendare, ferat carmina nostra puer,
Non qualis geticæ satiatus lacte iuuencæ
Sarmatica gelido ludit in amne rota,
Sed mitylenæi roseus mangonis ephebus,
Vel non cæsus adhuc matre iubente lacon.
At tibi captiuo famulus mittetur ab Istro,
Qui Tyburtinas pascere possit oues.

Ad Lausum. 80

Triginta toto mala sunt epigramniata libro,

Cyllene

Maia

Carere genio

Lacertus

Conchis

DOMITIVS.

Bonus ¶BONVS,)Id est magnus.¶Vel liber bonus,)est, dimidia parte poterit bonus iudicari. placet hæc sententia. alibi : Sunt bona, sunt quædam mediocria, sunt mala plura. ¶Menophili,) Menophilus cum Iudæus esset: ne inguina circunsecta deprehenderentur, & propterea cogeretur ad tributũ iudaicum, quod imperator exigebat, prægrandi fibula eas partes velabat. Nuper autem cum palæstra luderet delabente subligaculo se Iudæum prodidit. ¶Fibula,) subligaculum. ¶Penem,) caudam dixerunt antiqui, inde pro mentula Pomp. ¶Comœdis,) comœdiarum histrionibus. Nemo inquit Cice. sine subligaculo prodit in scenam. ¶Parcere sollicitum voci,) id est ita velle suam vocem seruare. Subligaculo enim histriones vtebantur, vt & pudenda velarent, & rem Veneream cohiberent, ne frequenti concubitu rauescerent, hoc indicat Iuuenalis. Si mulier gaudet cantu nullius fibula durat Vocem vendentis prætoribus: hoc est si cantore delectatur: tot adhibet illecebras, vt nulla fibula possit cantoris inguina reprimere, quin soluat etiam periculo vocis amittendæ. & alibi: Soluitur his magna comœdi fibula: sunt quę Chrysogonum cantare vetent. ¶Verpus erat,) Iudæus, propterea nolebat inspici: ne cogeretur soluere tributum. ¶Eutrapelus,) Eutrapeli verbo græco: latine dicuntur vrbani, & Eutrapeli dicuntur etiam, qui supra annorum rationem grandi corpore crescunt, citoque moriuntur: in quo voce latina caremus, hic proprium est tonsoris nomen. ¶Subit) succrescit. ¶Expungit) expilat. ¶Subit altera,) quia diu occupatus erat in ornando adeo: vt altera barba subiret. ¶Dum,) Cæcilius seruus imaginem Martialis habebat expressam picturæ: quod & Auitus seruat. vt infra: Non te cælabis sublimi pectore vates. Poeta gratias agit carmine, eiusque imaginem hoc versu ait fore immortalem, & diuturniorem picturæ. ¶ Peucen,) insula ad ostium Danubii. ¶Tacentem Istrum,) id est cõgelatum. ¶Spirat,) viuere videtur. ¶Hæc loca) Peucen, & Istrum. ¶Hic vultus,) in hoc libro. ¶Apellæum opus,) pictura excellentissimi pictoris, qualis fuit Apelles. Opus Apellæum intelligit de opere cuiuscunque pictoris excellentissimi. Opera autem Apellis hæc celebertima erant Venus exiens ex mari dicata delubro Cæsaris, de qua locutus est Ouid. Si Venerẽ Chous nunquam pinxisset Apelles: Mersa sub æquoreis illa lateret aquis. Aliam inchoauit, & superasset priorem, nisi mors intercepisset. Pinxit præterea Alexan. fulmen in templo Dianæ Ephesiæ. Apelles Chous fuit, vixit olympiade centesima. 12. vt Plin. tradit. ¶Quod non) hic volebat videri poeta, quod tantum ederet distichа, aut tetrasticha. ¶Scribere librum,) id est facere multa epigrammata. ¶Ad natalitias,) Sextus ignotos homines ad diem natalem suum celebrandum inuitabat, vt mitterent ei munera. Martialis sæpius inuitatus nihil miserat. nunc igitur non inuitatus est: iocans accusat Sexti auaritiam, & fraudes. ¶Natalitias,) id est ad conuiuium natale. ¶Quid factum,) quid accidit. ¶Præteritus,) non inuitatus. Præteriti dicebãtur illi ex cõpetitoribus magistratuum qui repulsam habebant. ¶Pignora,) confirmationes amicitiæ. ¶Postulanti,) ita cupienti. Quidam codex antiquus habet argenti pustulati, & ita est legendum. nam argentum pustulatum, seu postulatum dicitur purissimum. hoc docet Tranquil. in Nerone, vbi scribit imperatorem exegisse argentum pustulatum, & aurum obrizum dicitur quod sæpius excoctum purissimum est, author Plini. Martialis ibi & pustula felix de phiala, nam pustula bractea est argenti pustulati. ¶Negociatur,) quia non dat aliquid tũa sportula, sed facit negociationem, & lucratur: non est igitur sportula, sed negociatio. ¶Poscis munera,) hoc est expectas munera, inuitas ad dapes. ¶Iam dices,) postquam vides me nihil mittere. ¶Vapulet vocator,) id est Martialem non inuitabis amplius, sed tanquam edacem repelles, quia iam te noui. vel vapulet vocator, nam vocator dicitur qui inuitat. & vocatio inuitatio. hoc verbo antique vsus Cato. Mei sodales conquerunt in triuio vocationes. ¶Si meus,) si inquit monstra à dominis amantur: quare non licet mihi domino amare seruum Labycam, immo magis licet. hoc ait poeta, quoniam turpe videbatur domino amare aut seruum, aut ancillam. hoc etiam defendit Horat. carmi. Ne sit tibi amor ancillæ pudori. ¶Lagopode,) ancillæ nomen duxit à clunibus leporis. id enim indicat grẽca compositio, potest & aspectu leporis. ¶Canius) poeta Gaditanus. ¶Catellæ exiguę) nam Publius delectabatur catella, quæ Issa vocabatur. ¶Cercopithecon,) simia caudata dicitur cercopithecus, compositione etiam ipsa: ex India mittitur capite nigro: pilo asinino dissimili voce aliis. Simia ita loquitur apud Martialẽ, Si mihi cauda foret, cercopithecus eram. Iuuenalis: Effigies sacri nitet aura cercopitheci.

Si totidem bona sunt, Lause liber bonus est.

De Menophilo. 31

Menophili penem tam grandis fibula uestit,
Vt sit comœdis omnibus una satis.
Hũc ego credideram, nam sæpe lauamur in uno,
Sollicitum uoci parcere Flacce suæ.
Dum ludit media populo spectante palæstra,
Delapsa est misero fibula, uerpus erat.

De Eutrapelo. 32

Eutrapelus tonsor dum circuit ora Luperci,
Expungitq; genas, altera barba subit.

Ad librum. 33

Dum mea Cæcilio formatur imago Secundo,
Spirat & arguta picta tabella manu,
I liber ad geticam Peucen, Istrumq; tacentem,
Hæc loca perdomitis gentibus ille tenet,
Parua dabis charo, sed dulcia dona sodali,
Certior in nostro carmine uultus erit.
Casibus hic nullis, nullis delebilis annis
Viuet, Apellæum cum morietur opus.

Ad Sabellum. 34

Quòd non insulse scribis tetrasticha quædam,
Disticha quòd belle pauca Sabelle facis,
Laudo, nec admiror, facile est epigrámata belle
Scribere, sed librum scribere, difficile est.

In Sextum. 35

Ad natalitias dapes uocabar,
Essem cum tibi Sexte non amicus.
Quid factum est, rogo, quid repente factum
Post tot pignora nostra, post tot annos,
Quòd sum præteritus uetus sodalis?
Sed causam scio, nulla uenit à me
Argenti tibi libra pustulati,
Nec leuis toga, nec rudes lacernæ,
Non est sportula, quæ negociatur.
Poscis munera Sexte, non amicos.
Iam dices mihi, uapulet uocator.

De Se. 36

Si meus aurita gaudet lagopode Flaccus,
Si fruitur tristi Canius Aethiope.
Publius exiguæ si flagrat amore catellæ,
Si Cronius similem cercopithecon amat.

Eutrapeli

Peuce

Apellis opera

Apelles

Argentum pustulatũ & pustulatum

Aurum obrizum

Vocator

Vocatio

Lagopode

Cercopithecus

GEORGIVS.

¶Si Meus aurita gaudet lagopode Flaccus,) De ancilla intelligendum non est, quoniam sequentes omnes comparationes de brutis fiant, quæ velut monstra à dominis suis amentur, sed potius lagopode legendum est: vt de aue intelligamus, quam Plin. hoc nomine apellat, & ita describ. Lagopus pedes leporino villo hoc ei nomen dedere, cætero candidæ columbarum magnitudine. hanc auem duplicem tradit idem scriptor.

Lagopus

¶Ichneumon,)

DOMITIVS Ichneumon

¶ICHNEVMON,) Animal ex Aegypto, quo aduersus amphesibœnam dimicaturum mergit se limo sæpius, & siccat sole, vbi sæpius id fecit, exit munitum in certamen. ¶Marium,) his dem temporibus fuerunt Marius Cel. & Ma. Priscus, vt Plin. & Tacit. meminerunt. ¶Pica sa.) quia format vocem humanam. ¶Nectit draco.) id est habet in delitiis draconem, quòd ne mirũ sit Tib. & Cæs. authore Tranquil. serpentem draconem in delitias habuit, quem manu sua cibabat. ¶Luscinæ,) luscinia tantæ est docilitatis, vt Domitia. tempore bus in aula imperatoris esset Luscinia, quæ verba græca, & latina effingebat. ¶Dedit ti.) id est dolet & luget. ¶Qui vi.) ego qui video hæc monstra an redicta. locus est: erat enim deformis Labyca. ¶Fertur,) gloriatur cũ audiuerit libros suos lectitari Viennæ in Gallia. Vienna autem op. Gal. ad Rhodanũ situm erat, cuius nomen extat, licet mœnia sint collapsa. ¶Ex ipso or.) id est in ipso ortu. Ortus autem Nili incertus est, licet nonnulli scribant in extremis Aethiopiæ esse montibus. supra. Et qui prima bibit deprehensi flumina Nili. ¶Meus ta.) ex Hispãia. ¶Hybla, Hymettos,) hæc loca apta melli. ¶Nõ nihil,) id est aliquid. ¶Blandæ lin.) assentatoriæ. ¶Credã iam. puto Lause tibi) hoc dictum est ironice in Lausum qui, vt supra dixit carpebat eius libros: & ait: Cum Vienna legat meos libros, nimirum credem tibi ô Lau. reprehendenti quasi dicat iam te contemno. ¶ felix,) corona futilis ex rosa sumebatur in cœnis solennibus & saliorũ cum nunc Apollinari cœnam solutam celebret, mittit ei coronam rosaceam. ¶Felix rosa) quia cingis tempora Apollinaris. ¶Olim,) diu, multis annis. ¶Venus) cui dicata est. ¶Iactat) inæqualis liber dicitur: cuius pars probanda est, pars laudanda. Inæqualis item, qui varietate rerum est distinctus, quod probatur in poemate, nisi enim varietas insit, non oblectat. Matho Martialis librum inæqualem dicebat, cum priorem significationem acciperet, respõdet suum librum laudari à Mathone, quoniam bonus liber nõ sit nisi inæqualis, id est varietate distinctus. ¶Si verum,) id est quòd meus liber sit inæqualis) Critici dicũtur iudices, qui aliena carpunt. Horat. Vt critici dicunt, iidem dicti sunt homeromastici ex historia, quoniã Zoilus olim, teste Victruuio, hoc sibi nomẽ assumpsit, dũ carperet Ho. Vnde reliqui alienorum operũ censores ex illo dicti sunt homeromastici. à Catone appellatur vitiligatores, qm̃ tanq̃ vitilitiũ obtendentes morosa cẽsura nihil prætermittũt intactũ. Festiue autẽ dixit Plin. Vitiligatores fuisse appellatos, qm̃ de vitio litigarẽt, ita vrbane interpretatus est Cato, cũ tñ à vitilitio vinculo dicantur. Caluinus, & Vmber scribebant æquales. i. oĩno malos, vbi nulla est pars bona. Sene. l. inęqualem oratorẽ appellat. i. partim bonũ. expositione illud & berillos inæquales, appositio itẽ est, nã berilli inserebantur phialæ, quod Strab. de Indis in poculis scrib. inæquales: nam in sexangularẽ figuram pollicebãtur berilli, vt repercussu angulorũ color excitaretur, idcirco inæquales. Sed plura in cõmẽtariis Iuu. Quos propediẽ edemus vnà cũ cõmẽtariis syluarũ Pap. Silli, & epist. ad Aticum. ¶De nostro,) nuces saturnalitiæ dicuntur qm̃ in saturnalibus his pueri ludebãt: eædẽ appellatæ sunt iuglandes nuptas ad maritũ comitantes, vt nõnulli putarũt, qm̃ cadentes ex arbore tripudiũ faciãt, vt alii doctius scribũt, qm̃ nucleũ, & fœtum multiplici cortice tueãtur: q fœcũditati muliebri cõuenit. Mittebãtur ergo nuces à Mar. Iuu. & causa afferẽ quare alia poma nõ mittat, qm̃ alia poma Priapus donauit puellis. ¶Siquid,) Bacchară dissimulatorẽ accusat, qui hortatus Mar. vt siquid opus esset peteret, postea cũ illũ audiret cõquerentẽ, dissimulabat se intelligere: qua re indigeret. ¶Secũdus) creditor. ¶Appellat) sollicitat me. ¶Rigida,) aspera voce. ¶Nescis quid sit opus). i. dissimulas scire q̃d sit opus. ¶Clare,) alta voce, & celsa, quæ potest ab omnibus audiri. ¶Hoc opus,) sensus est: Postq̃ nõ intelligis, & dissimulas scire, q̃d sit, opus est vt sis mutus, & nõ loquaris, vt nequeas dicere mihi quid sit opus. ¶Hoc op. est, subito fias, vt sidere mutus) sidus genus morbi est, improuiso, & subito lingua amittit, vnde sideratiֻ dicunt, authore Pli. eo morbo laborãtes: infra: Sidere percussa est subito tibi Zoile lingua. ¶Fias mutus subito side.) id est morbo improuiso.

Delectat Marium si pernicios us ichneumon,
Pica salutatrix si tibi Lause placet,
Si gelidum collo nectit Glacilla draconem,
Luscinię tumulum si Thelesina dedit,
Blanda cupidinei cur non amet ora Labycæ,
Qui uidet hæc dominis mõstra placere suis?

De suis Libris. 37

Fertur habere meos, si uera est fama, libellos
Inter delitias pulchra Vienna suas.
Me legit omnis ibi senior, iuuenisq;, puerq;
Et coram tetrico casta puella uiro.
Hoc ego maluerim, q̃ si mea carmina cantent,
Qui Nilum ex ipso protinus ore bibunt.
Quá meus Hispano si me Tagus impleat auro,
Pascat & Hybla meas, pascat Hymettos apes.
Nõ nihil ergo sumus, nec blãdæ murmure lingua
Decipimur. credam iam puto Lause tibi.

Ad Rosam. 38

I felix Rosa, mollibusq; sertis
Nostri cinge comas Apollinaris.
Quas tu nectere candidas, sed olim
Sic te semper amet Venus, memento.

Ad Criticum. 39

Iactat inæqualem Matho me fecisse libellum,
Si uerum est, laudat carmina nostra Matho.
Aequales scribit libros Caluinus, & Vmber,
Aequalis liber est critice, qui malus est.

Ad Iuuenalem. 90

De nostro facunde tibi Iuuenalis agello
Saturnalitias mittimus ecce nuces.
Cætera lasciuis donauit poma puellis
Mentula custodis luxuriosa dei.

In Baccharam. 91

Siquid opus fuerit, scis me non esse rogandum,
Bis nobis dicis Bacchara, terq; die.
Appellat rigida tristis me uoce Secundus.
Audis, sed nescis Bacchara, quid sit opus.
Pensio te coram petitur clareq;, palamq;,
Audis, sed nescis Bacchara, quid sit opus.
Esse queror gelidasq; mihi, tritasq; lacernas,
Audis, sed nescis Bacchara, quid sit opus.
Hoc opus est subito fias ut sidere mutus,
Dicere ne possis Bacchara, quid sit opus.

Nuces saturnalitiæ Iuglandes

Ichneumõ

Inæqualis

Critici

Zoilus

Vitiligatores Homeromastix

Berilli Inæquales

GEOR GIVS.

Præsiderare

Præsideratio

DOMITIVS.

Narnia

(N ARNIA,) Quintus habebat agrum confinem agro Martialis, habebat Narniesem agrum in quo non versabatur, conqueritur poeta Quintum abesse, cuius vicinitate agellus Nomentanus sibi erat in pretio. Narnia oppidum alias dicebatur Nequinum. ¶Amnis,) id est enim, vnde Narnia. ¶Vix adeunda,) quę vix potest aditi. ¶Abducere,) distrahere. ¶Lenta mora,) diu. ¶Perdis,) auferes causam amandi cum recessum & voluptatem, quam ego capiebam propter Quintum vicinum. ¶Parce mihi,) nam irata videbatur esse Narnia, cum non redderet Quintum. ¶Perpetuo ponte,) quia habebat pontem, quo maxime gloriabatur. ¶Vnguentum,) Onyx significat lapidem coloris vnguium. Onyx item significat ampullam marmoream, vt Porphyrio interpretatur. Papilus erat cunnilingus, quòd qui exercent falsum habent anhelitum, vt supra dixit in Bethicum: Teque iuuant gerres, & pelle melandria cana. Halitu igitur Papili dicit vnguentum factum esse garum falsum. ¶Parua onyx,) id est ampulla. ¶Bruma est,) Linum monet, ne se basiet hyemali tempore: cum semper sit mucidus. nam hic cum vellet ambitiosus videri, & amicos omnibus, naribus fluentibus obuios omnes basiabat. ¶Niuali osculo,) mucido. ¶Percussus.) læsus. ¶Rudis,) indocta. ¶Dulcior,) ironia. ¶Glacies l uida,) id est mucus. ¶Cilix,) apud Cilices & Syrios capellæ, & hirci vestiuntur villo tonsili: vnde vestes fiebant: quas nunc cilicina appellamus. ¶Cinyphio marito) Cinyps flui. est inter duas syrtes, authore Hero. & Plin. qui ex tumulo labitur: quem Ciraton appellauit: illic sunt magni hirci: vnde dicuntur hirci cinyphii. Virgil. Nec minus interea barbas, incanaque menta Cinyphii tondent hirci. Cinypheæ etiam segetes dicuntur à copia, quæ illic est. Ouidi. Cinypheæ segetes citius numerabit aristas. ¶Marito cinyphio,) id est hirco. ¶Gallum recentem,) an recentem gallum dicit, quoniam hi quibus genitalia amputantur, primis diebus animam habent grauissime olentem, an quod non displicet, quoniam Bethicus gallus, cuius supra meminit, cunnis lingendis cæteros anteibat. ¶Recentem,) qui nuper lingebat. ¶In mensem Aprilem,) quia tunc non eris mucidus. ¶Conditus,) epitaphium Vrbici infantis. Tres Vrbici fuerunt: Vrbicus Pompe. cuius meminit Taci. Vrbicus, cuius Iuuenalis: Vrbicus infans, cuius hoc epitaphium. ¶Genus,) maiores. ¶Nomen,) ortum. ¶Trieteride) spatium annorum. ¶Tetricæ Deæ,) id est Parcæ inexorabiles, & seueræ. ¶Lingua blæsa,) quæ non omnino intelligitur. ¶Superesse,) id est diutius te viuere. ¶Nisi serior Nestore,) id est nisi peracta longiore ætate, quàm ætas Nestoris. in eundem fermè sensum est versus de Glaucia: Qui flebatalia, nil fleas viator. ¶Nosti,) mittit librum Cæsio Sabino Vmbro, monetq; quàti facere debeat munus Cęsii, quia quauis vni videatur mitti, tamen ab omnibus legetur. nam Cæsius copiam omnibus faciet. ¶Vmbriæ montanæ,) quæ in montibus sita est. ¶Auli Pudentis,) amici. ¶Vel,) etiam. ¶Proximum,) secundo loco. ¶Turni) poetæ. Turnus & Memor fratres fuerunt: quorum meminit Sidonius. ¶Frequens amator) i. o quot erunt, qui te amabunt. ¶Omnia,) Castor cum pauper esset, magno pretio omnia emebat. vaticinatur fore Martialis vt etiam omnia vendat: si voluerit parare victum. monosticon est. ¶Sic placidum,) ante imperatores Crispini fuerunt multi: temporibus imperatorum tres: Crispinus præfectus prætorii Claudii, Crispinus filius Neronis ex Poppea. Crispinus temporibus Domitiani claruit gratia principis: in hunc inuectus est Iuuenalis. Crispinus tyrias humero reuocante lacernas. & supra meminit Martialis. Nescit cui tyriam dederit Crispinus abollam, nunc Martialis suum libellum ei commendat: erat Aegyptius.

Onyx

Trieteris

Turnus Memor

Crispini tres

Cilicina Cinyps

Ciraton

cinypheæ segetes

Vrbici tres

Narniam sulphureo quã gurgite candidus amnis
Circuit, ancipiti uix adeunda iugo,
Quid tam sæpe meum nobis abducere Quintũ
Te iuuat, & lenta detinuisse mora?
Quid Nomentani causam mihi perdis agelli,
Propter uicinum qui pretiosus erat.
Sed iam parce mihi, nec abutere Narnia Quinto,
Perpetuo liceat sic tibi ponte frui.

De Papilo. 93

Vnguentũ fuerat, qđ onyx modo parua gerebat.
Olfecit postquam Papilus, ecce garum est.

In Linum. 94

Bruma est, & riget horridus December,
Audes tu tamen osculo niuali
Omnes obuios hinc, & hinc tenere,
Et totam Line basiare Romam.
Quid possis, grauiusq; sæuiusq;
Percussus facere, atq; uerberatus?
Hoc me frigore basiet nec uxor,
Blandis filia nec rudis labellis,
Sed tu dulcior, elegantiorq;,
Cuius liuida naribus caninis
Dependet glacies, rigetq; barba,
Qualem forcipibus metit supinis,
Tonsor Cinyphio Cilix marito,
Centum occurrere malo cunnilingis,
Et gallum timeo minus recentem.
Quare si tibi sensus est, pudorq;,
Hybernas Line basiationes
In mensem rogo differas Aprilem.

Epi. Vrbici pueri. 95

Cõditus hic ego sum Bassi dolor Vrbicus infans,
Cui genus, & nomen maxima Roma dedit.
Sex mihi de prima deerant trieteride menses.
Ruperunt tetricæ cum mala pensa Deæ.
Quid species, qd lingua mihi, quid profuit ætas?
Da lachrymas tumulo, qui legis ista, meo.
Sic ad lethæas, nisi Nestore serior, undas
Non eat, optabis, quem superesse tibi.

Ad Librum suum. 96

Nosti si bene Cæsium libelle
Montanæ decus Vmbriæ Sabinum
Auli municipem mei Pudentis,
Illi tu dabis hæc uel occupato,
Instent mille licet, premantq; curæ,
Nostris carminibus tamen uacabit,
Nam me diliget ille, proximumq;
Turni nobilibus leget libellis.
O quantum mihi nominis paratur.
O quæ gloria, qu'm frequens amator,
Te conuiuia, te forum sonabit.
Aedes, compita, porticus, tabernæ.
Vni mitteris, omnibus legeris.

Ad Castorem. 97

Omnia Castor emis, sic fiet ut omnia uendas.

Ad Crispinum. 98

Sic placidum uideas semper Crispine Tonãtem,
Nec te Roma minus, q̃ tua Memphis amet,

(Lector

DOMITIVS.

(Lector Candidus,) alienus ab inuidia. ¶Non nihil,) id est aliquid laudis præstat temporibus. ¶Parthasia,) id est palatina. ¶Frui aure Cæsaris,) id est nonnunquam leguntur audiente Cæsare. ¶Memphis,) patria tua in Aegypto. ¶Marso,) poetæ. ¶Catullo,) qui fuit temporibus Cæsaris Augusti. ¶Mando,) commendo. ¶Cætera,) prædium dandum, quasi dicat cum hæc dixeris, reliqua à Domitiano expecto.

Carmina parrhasia si nostra legentur in aula,
Nanq; solent sacra Cæsaris aure frui,
Dicere de nobis, ut lector candidus, audet,
Temporibus præstat non nihil iste tuis.
Nec Marso nimium minor est, doctoq; Catullo.
Hoc satis est ipsi, cætera mando Deo.

ARGVMENTVM.

IMPERATORI Domi. Cæs August. &c. Nuncupatoria est epist. qua Domitia. octauum hunc librum Martia. dedicat inquiens, vniuersis, quos tibi dedicaui, libris æternitatem mi Domitiane largitus es. Tua enim causa apud posteros extabunt. Hic tamen octauus, quia Sarmatici, Pannonicique belli gloriam narrat, magno a cunctis pretio æstimabitur præ cæteris. in quo sane cudendo, mihi, ob materi et amplitudinem, & dignitatẽ, laboris oppido quam parum fuit. At vero, ne quenquam eiusdem materiæ perpetuum filo tædio afficeret flosculis tem variegauimus. Et quanquam viri quidam præcellentes epigrammata ita conscripsere, vt licentiæ sibi plus nimio vendicarint: Nos tamen stylum ita temperauimus, ne de more nostra epigram. lasciuire permitteremus, propterea quod tuo sacro nomini maior, meliorque pars libri consecrata est, Hancque ob rem sequenti hexastricho librum, vt verecundo, sanctoque ore loquatur, cohortamur. Venerem facessere iubemus. & Pall. quam tu sanctis s. colis, vt pudicitiæ præsidem, accersimus.

M. VAL. MARTIALIS
EPIGRAMMATON
LIBER OCTAVVS.



MNES quidem libelli mei,) Octauum librũ dicaturus Domitiano profitetur se omnem verborum lasciuiam declinaturum. Gratulatur enim imperatori, qui nuper Sarmatas deuicerat. Tantam autem materiam sibi propositam esse ait, vt ad poema ornandum nullo fermè ingenii labore opus fuerit, ait tamen se mediis laudibus alia inseruisse, ne solum esset carmen. & perpetuum de laudibus, quòd imperatoris aures fatigaret ¶Domine,) ò Domitiane ¶Famam,) perpetuitatem. Fama enim carminii idem est quòd vita homini. ¶Supplicant tibi,) id est dicati sunt. ¶Propter hoc,) quia tibi dicati sunt. ¶Occasione fruitur pietatis,) id est sæpius adorat, cum tibi totus sit dicatus. ¶Minus laborandum,) id est minus oportet laborare. Duo poema factunt, ingenium, & materia. ¶Subinde frequenter. ¶Omnis versus,) epigramma. ¶Fatigare,) numero & multitudine. ¶Satiare,) nos narrantes ¶Viris supremę fortunę.) vt ab Augusto, qui libellum epigrammaton edidit. ¶Maior,) quia continet victoriam de Sarmatis. ¶Allegata) missa. ¶Meminerit,) hæc pars. ¶Laurigeros penates hactenus Venerem videtur coluisse carminis licentia: & lasciuia verborum: nunc pro Venere Palladem inuocat: cuius nomen colebatur à Domitiano & Dea erat pudicitiæ. ¶Laurigeros penates) i. triumphalem domum recenti victoria de Sarmatis. ¶Sanctius,) maiori pudore. ¶Venus nuda,) id est lasciua, & impudens verborum licentia. ¶Fastorum,) reuertentem ex Sarmatis Domitianum victorem mẽse Ianuarium, vt ait poeta, doluit se non posse cernere pluribus oculis, promisitq; ei longissimam Nestoris ætatem, sed tamen non satisfactum est desiderio populi optantis, vt non modo annos Nestoris viuat Domitianus sed etiam ipsius Ianus. Ianus dicitur parens fastorum, quoniam initium præbebat anni: Fasti autem per singulos annos scribebantur. ¶Istri) Sarmatarum, qui ad Istrum habitant. ¶Tot vultus,) Ianus duos vultus, vt nonnulli scribunt, quatuor habuit.

Ianus

Mperatori Domit. Cæs. Augusto Germanico Dacio Val. Mart. salutem. Omnes quidem libelli mei domine, quibus tu famam, id est uitã, dedisti, tibi supplicant, & puto propter hoc legentur. Hic tamen qui operis nostri octauus inscribitur, occasione pietatis, frequentius fruitur. minus itaq; ingenio laborandum fuit in cuius locũ materia successerat. Quam quidem subinde aliqua iocorum mistura uariare tentauimus, ne cœlesti uerecundiæ tuæ, laudes suas, quæ facilius te fatigare possunt, q̃ nos satiare, omnes uersus ingererent. Quanuis autem epigrammata seueriſſimis quoq;, & supremæ fortunæ uiris ita scripta sint, ut nimiam uerborum licentiam affectasse uideãtur: ego tamen illis non permisi, tam lasciue loqui, q̃ solent, cum pars libri & maior, & melior ad maiestatem sacri nominis tui allegata sit, meminerit non nisi religionis purificatione lustratus accedere ad templa debere. Quod ut custodi turum me lecturi sciant, in ipso libello huius nomine, profiteri breuissimo placuit Epigrámate.

Ad librum suum. 1

Laurigeros Domini liber intrature penates
Disce, uerecundo sanctius ore loqui.
Nuda recede Venus. non est tuus iste libellus.
Tu mihi, tu Pallas Cæsariana ueni.

Ad Ianum. 2

Fastorum genitor, parensq; Ianus
Victorem modo cum uideret istri,
Tot uultus sibi non satis putauit,

DOMITIVS.

Optauitq; oculos habere plures,
Et lingua pariter locutus omni
Terrarumq; domino, Deo rerum
Promisit pyliam quater senectam.
Addas iane tuam pater, rogamus.

Ad Musam.

Quinq; satis fuerant, uel sex, septemq; libelli,
Et nimium, quid adhuc ludere musa iuuat?
Sit pudor, & finis, iam plus nihil addere nobis
Fama potest, teritur noster ubiq; liber.
Et cum rupta situ Messalæ saxa iacebunt,
Altaq; cum Licini marmora puluis erunt,
Me tamen ora legent, & secum plurimus hospes
Ad patrias sedes carmina nostra feret.
Finieram, cum sic respondit nona sororum,
Cui coma, & unguento fordida uestis erat,
Túne potes dulces ingrate relinquere nugas?
Dic mihi, quid melius desidiosus ages?
An iuuat ad tragicos soccũ trãsferre cothurnos?
Aspera uel paribus bella tonare modis?
Perlegat ut tumidus rauca te uoce magister,
Oderit & grandis uirgo, bonusq; puer.
Scribant ista graues nimium, nimiumq; seueri,
Quos media miseros nocte lucerna uidet.
At tu Romano lepidos sale tinge libellos.
Agnoscat mores uita, legatq; suos.
Angusta cantare licet uidearis auena,
Dum tua multorum uincat auena tubam.

Ad Cæsarem Dom. 4

Quantus Io latias mundi conuentus ad aras
Suscipit, & soluit pro duce uota suo.
Nam non hæc hoium Germanice gaudia tãtum,
Sed faciunt ipsi nunc puto sacra Dei.

Ad Macrum. 5

Dum donas Macer anulos puellis,
Desisti Macer anulos habere.

In Eutchum. 6

Archetypis uetuli nihil est odiosius Eucti
Ficta Saguntino cymbia malo luto.
Argenti furiosa sui cum stemmata narrat
Garrulus, & uerbis mucida uina facit.
Laomedonteæ fuerant hæc pocula mensæ,
Ferret ut hæc, muros struxit Apollo lyra.
Hoc cratere ferox commisit prælia Rhetus
Cum Lapithis, pugna debile cernis opus.

Messala

Licinius Crassus

Soccus Cothurnus

¶ Ipsvres Oculos,) id est vt posset cernere Domitianũ. ¶ Omnis lingua,) id est quaterna. ¶ Addas tuam ætatem,) quia non satis putat populus Roma habere vitam Nestoris. ¶ Quinque satis,) introducit musam eum hortantem, vt scribat epigrammata: ne videatur alia causa quàm honesta scribere. ¶ Ludere) ea lasciue. ¶ Sit pudor,) carmine. ¶ Et finis:) nil plus addere põt fama, q̃ addi tur. ¶ Teritur,) consumitur ¶ Messalę) Messala orator stem matis domestici studiosissimus magnificas habuit ædes, quæ cum domo Licinii Crassi certa bant ¶ Situ,) vetustate. Infra de eodem: Marmora Messalæ finditque caprificus. ¶ Marmora Licinii,) ædes marmoreæ Licinii Crassi. Persi. in Licinii ædes: Hic est ille, qui cognomento dictus primus omnium Romanorum postea decoxit: irrisione tamen occurrentium salutabatur diues, qui in Parthos fuit: nõ fuit appellarus diues primus, sed hic. ¶ Noua,) id est vltima ex musis. ¶ Sordida) oblita vnguento. ¶ Soccum) grandem vocem. Soccus genus calciamenti, quo vtebantur comici: cothurno tragici. ¶ Tragicos cothurnos,) altum genus scribendi. ¶ Paribus modis,) id est versibus heroicis. ¶ Rauca voce,) magno hiatu. ¶ Lucerna,) quia poemata quandoq; scribuntur ad lucernam. ¶ Licet) esto. ¶ Angusta auena,) infimo carmine. ¶ Vincat tubas multorum,) id est magis hæc legant, quàm heroica. ¶ Quantus,) multa templa erexit Domitianus Diis, adeo, vt quantum debeant imperatori soluere non possint, vt altero epigrammate dixit. imperatore igitur reuertente ait non modo Pop. Roma. lætari, qui fruitur vultu Cæsa. sed & ipsos Deos, qui multa accipiunt ab imperatore. ¶ Aras latias,) Ro. ¶ Suscipit,) facit gaudia, quòd tu sis reuersus. ¶ Faciunt sacra,) id est sacrificant lęti tuo aduentu. ¶ Dum,) Macer poeta fuit Veronensis, cuius meminerunt Ouid. & Euse. fuit item Macer equestris ordinis temporibus Domitiani qui muneribus datis puellis imminuerat censum equestrem, adeo vt amplius eques esse non posset, cum quadraginta non haberet. Qui autem priuabatur dignitate equestris: deponebat anulum insigne ordinis equestris. Ait ergo Martialis Macrum donasse tot anulos puellis, vt quem ipse gestabat anulum equestrem coactus sit deponere. Iuuenalis: Talibus à dominis post cuncta notissimus exit Anulus. ¶ Desisti) quia imminuisti censum equestrem, & deposuisti anulum. ¶ Archetypis,) Euctus vasa habebat argentea, quæ vetustissima esse prędicabat, & cum diu in enarrandis vasorum laudibus fuisset occupatus, apponebat in iisdem prælentis anni vinum. deridet igitur poeta vetustissimis poculis bibentem bonum vinum. Archetypa vasa dicuntur vetustissima, & primi exempli. ¶ Cymbia,) vasa. Luto sa,) nam fictilia vasa conficiebantur terra Saguntina. Iuuenalis: Pugna Saguntina feruet cõmissa lagœna. Martialis alibi: Hispanæ luteum rotæ toreuma. De terra Saguntina testimonium extat Plin. ¶ Mucida vina,) id est veribus suis facit mucida vina. ¶ Ferret hæc,) acciperet hæc pocula. Nam Apollo, & Neptunus ædificarunt Troiam pacti à Laomedonte pocula. ¶ Cum Lapithis,) in pugna cẽraurorum nobilissimum craterem fuisse legimus: quo Euritium Thesęus interemit. Oui. Forte fuit iuxta signis exantibus asper Antiquus crater, qué vastum vastior ipse Sustulit Aegides craterem, item Hileo dat Virg. eadem in pugna: Et magno Hileum Lapithis craterа minantem. Martialis dat Rhetho, vt Flaccus in primo argonauticorum: Multosque infamis Hiacco Rhetus. & paulo post: Crateres, meníque volant. ¶ Debile,) imminutum, fractum. ¶ Vasa argentea aliis supponebantur tanquam nidi. Plini. de poculis: Ad sustentanda obsonia inter addimus altera & interest quàm plurimum limina perdiderit.

¶ Censentur,)

DOMITIVS.

¶ Censentvr,) In pretio sunt. ¶ Longæuo Nestore,) propter vetustatem ductam vsque ad Nestorem. ¶ Columna,) id est fundum, quo sustinetur poculum. ¶ Trita,) vsu. ¶ Pollice,) manu Nestoris. ¶ Aeacides,) Achilles. ¶ Misceri,) propinari iussit Patroclo. ¶ Ipse bibit,) tres ad Achillem oratores venerunt: Vlysses, Aiax, Phœnix, in quorum aduentu Achilles ita loquitur Patrocle maiorem iam craterẽ Menœtii filii appone, & exhilara fronte, poculumque appone singulis: nam amicissimi hominesmeas ædes subuenerũt. ¶ Et bi. ipse me.) bibit enim Achilles. Honinuit Phœnici & Aiaci, & bibit, alius codex habet viuidiusque merum. ¶ Bitiæ,) noti carmine Virg. Tum Bitiæ dedit increpitans. ¶ Astyanacta,) vinum nouũ. ¶ In cyathis Priami,) id est in scyphis archetypis. ¶ Hoc est,) Cinna volebat disertus causidicus videri: & cum tãdem inciperet agere causas: vix, 10. horis absoluerat. 10. verba, à iudicibus item petiit quatuor horas quod spatium cum videatur datum ad dicendum, poeta vrbaniter ait Cinnam impetrasse lõgum spatium horarum, quo posset silere. ¶ Sed modo,) id est cum nõdum absoluisses. 10. horis: ¶ Quattuor clepsy.) id est quatuor horas. ¶ Potes tacere,) quasi dicat melius fuerit tandiu silere, quàm agere causas. Vel certe potes silere, quoniam non agis causas dicendo, sed siles adeo pauca dicis, & vrbane eum silere ait tam lente loquentem.

Hi duo longæuo censentur Nestore fundi,
Pollice de Pylio trita columba nitet.
Hic Scyphus est, in quo misceri iussit amicis
Largius Aeacides, & bibit ipse merum.
Hac propinauit Bitiæ pulcherrima Dido.
In patera Phrygio cum data cœna uiro est.
Miratus fueris cum prisca toreumata multum,
In Priami cyathis Astyanacta bibes.

In Cinnam. 7

Hoc agere est causas, hoc dicere Cinna diserte,
Horis Cinna decem dicere uerba nouem.
Sed modo clepsydras ingenti uoce petisti
Quattuor, ò quantum Cinna tacere potes.

GEORGIVS.

¶ Longaevo Censent Nestore fundi: Pollice de Pylio trita columba nitet,) O miserandam vetustissimi poetę sortem qui talem nactus sit expositorem. O infelicem græcarum, latinarumq; literarum conditionem: quas indoctus, & perinde impudens homo corrumpat. O grauem ignauiam doctorum hominum: qui veritatem non asserant: & eam tam turpiter perire patiantur. habent hi duo versus quæstionẽ omnium, quæ in poetis habentur difficillimam, & perobscuram, in qua soluẽda Græci omnes grãmatici totis viribus elaborarunt. Quare cum hi duo versus de Homeri Iliade sumpti fuerint: varieq;, & diuerse super eis grammatici disseruerint: primum veram lectionẽ trademus: tum homericos versus, & quid senserint doctissimi viri subiungemus. legendum enim est hoc modo: Hi duo lõgæuo censentur Nestore fundi: Pollice de Pylio trita columba nitet. Nam dicit fundo constabat poculum, in cuius ansis insculptæ erant columbæ quatuor: quod solus Nestor astante Vlysse, Aiace, Diomede, & Achille: sustulit, atque ebibit: de cuius poculi forma, atque cælatura multa à celeberrimis scriptoribus quæsita sunt, quæ omnia ab Eusta. sub cõpendio sumpta in latinũ trãsferam illudque in primis dicam appellari vas illud nestorida, à figura poculi nestorei. Sed iam Homerum audiamus hæc de Nestore scribentem πᾶς δ' ἐπάς περικαλλές, ὃ οἱ κοτέννης ὀγερωδὸς χρυσοέλοις ἥλοισι πεπαμένον. οὔατα δ' αὐτοῦ τέσσαρ' ἔσαν, δοιοὶ δὲ πέλειαι ἐσσὶ φὶς ἕκαστον χρύσεαι ἐπνεύοντο. δύω δ' ὑποπυέμενες ἦσαν, ἄμφω μογέων ἀποκινήσασκε τραπέζης, πλέον. νέστορ δ' ὄγε ῥεῖα μογήσας ἄειρεν. Quæ vt potui latina feci: Stat Scyphus insignis tulerat quem Nestor ab æde, Confixum ex auro clauis. hic quattuor aures, Quas circum geminæ stabant vtrique columbæ Aureæ pascentes: suberant autem duo fundi: Vixq; gemens alius de mensa tolleret illum Plenum: non gemuit senior cum sustulit ipse. Super his primum quæsitum est quid sit aureis clauis confixum. Deinde quid illud quatuor erant ansæ, quando Asclepiades dixit alia pocula: vbi loquitur de Nestoride duas ansas habere. tum autem quo pacto supponi possunt quatuor columbæ pascentes circa quanque ansam: deinde cur dixerit duos fuisse fundos poculi. In primis autem quæsitum est à Nestore, qui solus sine labore sustulit: cum alii laborantes illud ferrẽt. De clauis quidam ita accipiunt: vt forinsecus argẽteo poculo affixi velut arte lusoria starent, quemadmodum alibi in septro Achillis dixit: ὡς φάτο πηλεΐδης ποτί δ' σκῆπτρον βάλε γόμφοις χρυσείοις ἥλοισι πεπαρμένον. Apelles autem quidam tornator demõstrauit in corinthiacis operibus clauorum positionem, vt essent eminentia quædam parua, & ferruminata clauorum capitula, sed à poetis dicuntur infixi clauis: non tanquam forinsecus inhærentes, sed velut infixis similes, quod scilicet extra parum emineant in superficie suspensi. De ansis vero quidam sic diuidunt: habebat autem duas ansas supernes: quemadmodum alia pocula: reliquę duę circa mediam curuaturam ex vtrisque partibus similes hydriis corinthiacis: hic perquam aperte demonstratur quatuor ansarum habitus, quæ ex vna velut radice, quę ex fundo procurrat secundum quanque ansam. Sunt enim diuisi rami non multum inuicem distantes sed protendentes vsque ad labra paululum quidem suspenduntur: & prout distant à vase seruant diuisionem, cum vero desinunt ad labrorum inhærentiam: rursum coniunguntur, & fiunt hoc modo ansæ quatuor. Hæc quidem forma non in omnibus huius fabricæ, sed in quibusdam vasis videtur, maxime in his poculis, quæ seleucides dicuntur. De duobus vero fundis sunt, qui sic soluant: Poculorum quædã fundum habent, & congulatinatum cum toto poculo: quemadmodũ sunt cymbia, phialæ, & siquid est phialis simile: quædam duo, vt canthari, seleucides, & carchesia. Vnum quidem aiunt esse fundum, qui secundum alueum cum toto vase constructus est: alterum vero, qui ante ab acuto incipiẽs desinit in latus, & tale dicunt fuisse Nestoris vas. Possumus autem supponere duos fundos, & alterum quidem ferè totum tumorem poculi secundum maiorem circunscriptionem habentem elationem conuenientem altitudini: alterum vero minorem circulum contentum in maiore: quemadmodum contigit in vasis Nestoris. Dionysius vero Thrax fertur Nestoria fabricasse discipulis argentum conferentibus: vnde Promathidas Eracleotes ex Dionysii constitutione exponens, ait scyphum esse depresse habentem aures, quemadmodum sunt naues duarum prorarum: circa autem aures columbas, quemadmodum vidit baculos quosdam subesse poculo obliquos per longitudinem, & illos esse duos fundos, quale poculum olim Capuæ visum fuit, quæ ciuitas est Campaniæ Dianæ oblatum, quod dixerunt Nestoris fuisse. nam argenteum erat aureis: literis homericos versus insculptos habens. Alii vero altius de poculo differuerunt: hoc est priscos. cum æstimassent primum mansuetum nutrimentum hominibus or bicularem mundum ex figura Solis, & Lunæ fecisse: hinc mensas rotundas, tripodas, & placentas. poculum vero, quod susciperet nutrimentum humidum circulare fecerunt, sed Nestoris poculo quidam magis peritiores inuerant, habebat enim stellas, quas clauis similes poeta dixit, & stellas similes esse clauis, velut impactas caelo: quemadmodum dixit Aratus de eis οὐρανῶσι ἐνηρήρεκε γάλμασιν τὸ δὴ σύνεστι. addit autem aureos clauos argenteo poculo, quippe figuratas substantiam cœli secundum apparentiam argentei poculi, quòd cœlum argento simile sit. Stellæ vero aureæ, quia ignitæ videantur. De columbis autem sunt qui ita sentiant, per peliades non significari aues, sed potius stellas peliades per literæ transfectionem. Nam & multi poetæ, & in primis Simonides, atque Pyndarus, Peliadas pro pleidibus dixerunt. Ergo in poculo vnaquæque ansa duæ supponendæ sunt, siue aliquis voluerit eas esse puellas sub natura auium, siue sub figura humana stellis variatas. sunt vero qui intelligant hoc modo duæ, cum dixit poeta Peliades aureæ circumpascebantur, duoque fundi suberant, vt non essent duo fundi: neque secundum diæresim legendum, vt dixit Diony. Thrax. sed potius compositæ ὑποπυέμενες: vt intelligamus quatuor fuisse columbas in duabus ansis diuisis bifariam: duo autem ὑποπυέμενες: hoc est sub fundi tanquam suffundales: velut sustineretur poculum à duobus peliadibus subiacentibus fundo. ergo cum depositione duplicis fundi, & columbis, quæ in ansis inerant variæ, & dissidentes sententiæ grãmaticorum forent: dixit Nestora cẽsere geminum esse fundum, hoc idem de columba intelligendum est. Quam senis pollice tritam dicit. quare facessat arrogantissimus, & indoctissimus iste Domitius, qui duos versus tam reconditæ, & variæ eruditionis ista deprauauerit, vt de dignitate Homerica, & festiui poetæ doctrina multum nobis tolleretur. De Nestoride vase intellexisse Sueto. dixerim: cum scrib. Neronem nunciata defectione exercituum literas prandenti sibi redditas concerpsisse: mensam subuertisse, & duos scyphos gratissimi vsus, quos homericos à cælatura carminum Homeri vocabat solo illisisse.

Nestoris Homericæ quæstiones difficillimæ

Ansæ quales

Seleucides

Promathidas

Capuę nestoris vas

(PRINCIPIVM,) Ianuario mense nihil maius inesse ait: cum & initium anni sit, & tunc fasces consulares sumantur, q̃ q̃ eò reuersus est Domitianus à Sarmatis victor. (Hoc mauis,) quod contigit. (Reducé,) incolumem, & victorem Domitianum. (Velocibus) cito labentibus. (Tuo vultu,) id est tuis calendis renouantur anni: (Te primum pia thura,) nam Ianuario sacra peragebant, vt felix annus esset. (Purpura,) id est coss. qui fasces sumebant mense Ianuario. (Soluere,) Hyla factus lippus, id est oculis stillantibus voluit soluere nouem partes creditæ pecuniæ Quinto: mox amisso altero oculo voluit dare partem dimidiam, consulit Martialis vt antequá alterum oculum amittat, accipiat dimidium, nam cum nuper morbo oculorum subtraheret tres vncias: mox luscus tres. Verendum est ne totum neget amisso vtroque oculo. (Dodrantem,) id est, 9. vncias. (Luscus,) factus (Vult dare dimidium,) sex vncias. (Occasio lucri est breuis,) quia cito peribit alter oculus. (Cæcus am.) duobus oculis. (Emit,) Bassus, 10. millibus numũ emit lacernas, sed cum non esset soluturus, poeta ait eum lucratum esse has vestes. (Lucrifecit,) id est lucratus est. (Adeo bene emit,) id est adeo viliter emit. interrogatio est. cui ita respõdet. (Immo non soluit,) quod maius est. (Peruenisse) redeuntem Domitianum tanto applausu populus in circo excepit, vt Sarmatæ, vnde venerat, potuerint exaudire clamorem, quodq́ue magis est mirandum: occupati occuli in imperatore inspiciendo non viderunt equos, qui in Circo iam quater cucurrerant. (Rhenus flu.) Germaniæ. (Vrbem,) Romam. (Ille Rhe.) id est accolæ Rheni. (Lætitiæ nouæ,) te veniente. (Istrum,) accolas Istri. (Nemo,) nullus spectator. (Missos quater,) septies enim mittebantur equi à carceribus in circo: sed cum Domitianus vellet, c. missos vno die perficiisse vt quinquies tantum singuli mitterentur. In eundem sensum supra: Adeoque mentes omnium tenes vnus, Vt ipsa magni turba nesciat Circi Vtrum ne currat passerinus, an tigris. (Longa gaudia,) id est platisus longi. (Nec te sic Cæsar,) id est nunquam mauit tantum quantum nunc, quasi dicat ad cumulum amoris peruenisti, & nullus locus relictus est, vt amari possis amplius. (Vt velis ipsa,) etiam si Roma velit: plus non potest amare. (Vxorem,) in eos qui locupletem vxorem ducunt: nam hi nubunt vxori, vt illud Plauti: Dotem accepi: libertatem vendidi. Locupletis vxoris insolentiam satyra insectatur Iu. (No lo nubere vxori,) quia oportet me parere. (Inferior,) nobilitate, & opibus. (Pares,) in amore, & concordia: nisi mulier sit inferior nobilitate, & opibus. (Morio) Moriones dicebantur qui naturali quadam stoliditate, & deformitate oris oblectabant. hi adhibebantur cœnis diuitum. propterea Plin. cum inuitat amicum ad frugalem cœnam: Cœnabis, inquit, sine morione, Morio nomine ipse significat stultum. Martialis Morionem emerat adductus nomine vt ipse iocatur: putans eum esse stultum, sed cum haberet domi: vidisletq́ue eum non angi, non cruciari, non vexari aliquo furore, esse mẽte trãquilla, simplicitate quadam naturæ, poeta indicauit eum sapientem, propterea repetit à Gargiliano pretium datum, quoniam vendiderit sapientem pro stulto. ita quoque de Morione loquitur in disti. Quisquis plus iusto nõ sapit, ille sapit. Nã veram vitam putat esse in traquillitate mentis, & rerum contemptu. (Sapit,) nam poeta more Epicuri putat sapientiam summá esse qualis est morio. (Pallida) horti pensiles erant apud antiquos, qui roris promouebantur in solem ab olitoribus, rursus hybernis diebus speculatoribus tegebantur, ne ventus læderet. Plin. de cucumeribus Tiberii: Nullo non die contigit pensiles hortos non promouerit rotis ab olitoribus in solem: prorsus hybernis diebus intra specularum munimenta reuocantibus. Amicus Martialis pẽsiles hortos ita texerat, cum poeta haberet cellam apertam ventis, ait ergo se melius futurum hospitẽ arboris, quàm talis amici, quia tegetur saltem specularibus. (Specularia,) lapides speculares. (Admittunt diem sine fęce) nam excludunt ventos, & brumam. (Nemus tenerum,) id est hortulos. (Nõ tota feneſtra,) sed partim aperta. (Dum noua,) Domitianus domitis Sarmatis noluit triumphare: sed lauream tantum retulit Ioui Capitolino. Poeta ait tantam fuisse populi lætitiam, vt hæc laurea non sit minor triumpho, & laudandum esse animum imperatoris, qui confidat se non fore minori veneratione apud suos hac laurea, quàm si triumphasset.

(Memorabit,)

Morio

Horti pensiles

Ad Ianum. 1

Principium des lane licet uelocibus annis,
Et reuoces uultu secula longa tuo.
Te primum pia thura rogent, te uoce salutent.
Purpura te felix, te colat omnis honos.
Tu tamen hoc mauis, latiæ quod contigit urbi
Mense tuo reducem lane uidere deum.

Ad Quintum. 9

Soluere dodrantem nuper tibi Quinte uolebat
Lippus Hylas, luscus uult dare dimidium,
Accipe quam primum, breuis est occasio lucri,
Si fuerit cæcus, nil tibi soluet Hylas.

De Basso. 10

Emit lacernas millibus decem Bassus
Tyrias coloris optimi, lucrifecit,
Adeo bene emit? inquis, immo non soluit.

Ad Cæs. Dom. 11

Peruenisse tuam iam te scit Rhenus in urbem,
Nam populis uoces audit & ille tui.
Sarmaticas etiam gentes, Istrumq́; Getasq́;
Lætitiæ clamor terruit ipse nouæ.
Dum te longa sacro uenerantur gaudia circo,
Nemo quater missos currere sensit equos.
Nullum Roma ducem, nec te, sic Cæsar amauit.
Te quoq; iam non plus, ut uelit ipse, potest.

Ad Priscum. 12

Vxorem quare locupletem ducere nolim,
Quæritis, uxori nubere nolo meæ.
Inferior matrona suo sit Prisce marito,
Non aliter fiunt fœmina, uirq́; pares.

Ad Gargilianum. 13

Morio dictus erat uiginti millibus emi,
Redde mihi nummos Gargiliane, sapit.

In Crudelem amicum. 14

Pallida ne Cilicum timeant pomaria brumam,
Mordeat & tenerum fortior aura nemus.
Hybernis obiecta notis specularia puros
Admittunt soles, & sine fæce diem.
At mihi cella datur, non tota clausa feneſtra,
In qua nec boreas ipse manere uelit.
Sic habitare iubes ueterem crudelis amicum,
Arboris ergo tuæ tutior hospes ero.

Ad Domitianum. 15

Dum noua Pannonici narratur gloria belli,
Omnis & ad reducem dum litat ara Iouem.

(MEMORABIT,) Celebrabit. (Et ditant latias tertia dona tribus,) ita & codex antiquus habet, & est legendum. Latinæ feriæ dicebantur dies, quibus fœdus ictum est à Latinis cum Pop. Ro. iisdem diebus licebat populis Latinis petere carnem ex monte Albano à Ro. Pop. ex sacris. Cic. in oratione pro Planco hoc indicat: dum paucitatem hominum in quibusdam municipiis ostendit his verbis Quibus municipiis vix qui carnem Latinis petant, inueniuntur. Victoria Sarmatica, tertia erat, de qua hic loquitur bis iam domitis Cattis, & Dacis. (Tertia igitur dona,) id est sacrificia: quæ tertia iam victoria fiebant. (Ditãt tribus latias) i. populos quia iã tertio carnes dabantur. Authores sunt Macrob. & Var. Latinę autem feriæ in pompa triumphali dicebantur. in alio codice legitur: Et libant latiæ &cæt. (Triumphos secretos,) laureã appellat triumphum secretum quasi ea voluerit Imperator triumphum cælare. (Tuæ pacis) quam dedisti Romanis per domitis Sarmatis. (Nosse suos) perspectos habere animos suorum, & eos cognoscere. (Credis tibi,) de pietate sancta tuorum erga te. (Pistor,) Ciperus iunci genus est apud Plini. hic est proprium nomen. Hic ex pistore factus fuerat causidicus, lucrabaturq́; multum, sed conuiuiis liguritoribus, nebulonibus multa dabat. Facere panẽ & farinã dicitur pistor, qui pinxit far, & coquit panem, & farinam. Facere item panem & farinam dicitur, qui liberalitate, siue prodigalitate sua aliis panem, & farinam subministrat. Cum igitur Ciperus nunc multos pascat prodigalitate sua: æque pistor videtur, ac olim erat: cum panem, & farinam pistor faciebat. Huc spectat totũ hoc epigramma, vt ostendat Ciperum, qui liberalis volebat videri multos alendo, non agere id ex liberalitate, vt scilicet det panem, & farinã multis, sed veteri more & instituto pistoris. Pistor à pinsendo farre dictus: olimq́ue tantum farinam faciebat, panem ipsi quirites, & mulieres. Sententia est Attei Capitonis. Postea receptum fuit, vt idem & panem coqueret, propterea ait. (Et facis panem, & facis farinam,) nam vtrunque ad pistorem pertinebat. (Mutuaris,) accipis ab aliis, vt ostendas prodigalitatem. (A pistore,) ab instituto, & opere pistoris non discedis: dum multos pascis. (Egi,) locus est, quòd causa amissa plus sibi debeatur, quàm si vicisset. nam laus fuisset loco partis alicuius præmii. (Pactus,) duo millia. (Erubui,) tuli illum pudorem propter te. (Sic tua Cirini,) Cirinium deridet, qui dicebat se posse edere epigrammata, sed nolle: ne Martialis æmulus videretur. poeta ita respondet, vt ostendat se id non sentire, quoniam nemo sit tam amicus, qui velit cedere ingenio, & nolit doctior videri. Supra in eundem sensum: Versus scribere qui potest disertos: Non scribat, Laberi virum putabo: hæc dicit deridendo. (Mecum,) vel mecum pari laude, vel mecum maiori, id est maiori laude. (Amici,) Martialis sic pari respectu amicitiæ. (Flacci Calabri,) id est Horat. 1. Virg. noluit scribere eo scribendi genere vt cederet amico. (Pindaricos modos,) Pindarus Scopæ Lidi filius poeta Thebanus, lyricorum princeps, vt scribit Fabius tantæ æstimationis, vt & Macedoniæ regibus charus, & Alexander Thebis captis edixerit: Pindari domum ne comburite. Id. n. fuit Alexandri verbum: licet nonnulli græci scribant ea verba ædibus Pindari fuisse ascripta. Inuentus est mortuus cum cœpisset dormire in gymnasio in gremio pueri dilecti. (Cessit,) laude. (Romani cothurni,) id est tragœdię Romanę. Horat. Scriberis Vario, Varium scribit Quin. cuius tragœdia Thyestes cuilibet Græcorum conferri posset. (Frequens amicus,) id est multi amici. (Pauper) amici monostichõ. Cinna ita erat pauper, vt vellet videri dissimulare diuitias. at inquit Martialis ita est: neque magnopere laboret in hoc simulãdo oportet. (Cum) Varus flu. est qui disterminat Italiam à Narbonensi Gallia: hic nomen est proprium viri. is componebat ducentos versus eodem die, qua in re non erat sapiens. Est enim inanis cuiusdam ingenii tot versus effundere, tamẽ hoc iactabat ita, vt vellet laudari, sed non recitabat. in hoc erat sapiens. Sapiẽtis enim erat quærere laudem hac iactantia si poterat, sed tamen nihil recitaret, quoniam recitando nullam potuisset assequi laudem. (Nulla non luce,) id est quotidie. (Non sapis,) non es doctus poeta. (Sapis,) quia nihil recitas. (Phosphore,) venturo Cæsare noctu, conqueritur diem serò redire: quo die Domitianus erat in vrbem ingressus. (Phosphore,) Lucifer: stella quæ diem præcedit. (Moraris) tardas. (Nostra gaudia) aduentus Cesaris.

Latinæ feriæ

Ciperus

Facere panem

Pistor

Pindarus

Varius

Varus

Ius latii

Dat populus, dat gratus eques, dat thura senatus
Et ditant latias tertia dona tribus.
Hos quoq; secretos memorabit Roma triũphos,
Nec minor ista tuæ laurea pacis erit.
Quid tibi de sancta credis pietate tuorum?
Principis est uirtus maxima, nosse suos.

In Ciperum. 16

Pistor qui fueras diu Cipere,
Nunc causas agis, & ducenta quæris,
Sed consumis, & usq; mutaris.
A pistore Cipere non recedis,
Et panem facis, & facis farinam.

Ad Sextum. 17

Egi Sexte tuam pactus duo millia causam,
Misisti nummos quot mihi? mille. quid est?
Narrasti nihil inquis, & à te prodita causa est,
Tanto plus debes Sexte, quòd erubui.

Ad Cirinium. 18

Sic tua Cirini promas Epigrammata uulgo,
Vt mecum possis uel prior ipse legi.
Sed tibi tantus inest ueteris respectus amici,
Charior ut mea sit, quàm tua fama tibi.
Sic Maro nec Calabri tentauit carmina Flacci,
Pindaricos posset cum superare modos.
Et Vario cessit Romani laude cothurni,
Cum posset tragico fortius ore loqui.
Aurũ, & opes, & rura frequẽs donabit amicus,
Qui uelit ingenio cedere, rarus erit.

De Cinna. 19

Pauper uideri uult Cinna, & est pauper.

Ad Varum. 20

Cum facias uersus nulla non luce ducentos,
Vare nihil recitas, non sapis, atq; sapis.

Ad Luciferum. 21

Phosphore redde diẽ, qd gaudia nostra moraris?
Cæsare uenturo Phosphore redde diem.

GEORGIVS.

(DAT Populus, dat gratus eques, dat thura senatus: Et libant latiæ tertia dona tribus,) Quo spatiosius historias, & cõsuetudines priscas conquirit, & repetit impudens hic iactator: eo magis pugnantem, & interim confusam interpretationem affert, velut hac in parte: nam si populus, eques, & senatus thura dabant, vtpote triumphum Diis, & Domitiano gratulantes: tribus latiæ gratulabundæ: quo pacto ditabantur tertiis donis, qui magis & ipse

(LENTO Igne,) tarda ſtella. (Abducere Cyllaron.) vt celerius venires, vt ſatisfaceres Po. Ro. Hic equus eſt ſtellificatus: dicatus erat Romæ ad forum in ęde Caſtoris. Pa. Et pauper aſpiciens ledæus ab ęde propinqua Cyllarus. (Titana) Solem. (Tenes,) moratis Solé cupientem venire, & ſatisfacere lætitiæ populi. (Xanthus,) quòd flauus ſit. (Aethon,) quia videatur ardere, equi ſolis. (Volunt fræna,) id eſt volunt currum. (Memnonis alma parés,) Aurora mater Memnonis. (Vigilat,) iandiu cupiens exire. (Luci nitidæ,) veniente Domitiano. (Non cedunt,) id eſt non dant locum. (Luna,) quæ nondum diſceſſit è cœlo, quia ipſa etiam vult videre Cæſ. (Non deerit dies populo,) id eſt populus videbit te etiam media nocte. (Inuitas,) Hibrida dicitur ex imparibus parentibus natus vt Por. interpretatus eſt Horatium. canis natus ex venatico, & gregario hibrida. Item, autore Plinio dicitur fœtus apri, & ſuis domeſticę, & hoc etiam cõuitium in homines dicitur: eoq; vſus eſt Cice. in M. Antonium. (Porcum,) ſuem domeſticum. (Das verba,) ſi derides vt hoc ſcilicet oſtendas. (Eſſe,) verberauerat coquum, qui male cœnam parauerat, inquit Martialis. Si coquus non eſt verberandus, quòd cœnam malefecerit, qua cauſa erit verberandus? quaſi dicat nulla alia de cauſa debet verberari. (Cædo verbero. (Siquid,) blande rogat Domitianũ vt mittat pecuniam: nec debeat ferre animo iniquo. (Improba,) in ſaturnalibus. (Permitte,) æquo animo ſinas te rogari à me. (Qui rogat,) qui ſupplicat. (Vidi,) Oppianus mali erat coloris, neque cõ ualeſcere poterat, ſupra: Eſſet Caſtrice cum mali coloris: Verſus ſcribere cœpit Oppianus Mar. ſępe ęgrotauerat, ſed conualuerat, vt ſuperiore carmine oſtendit. iocatur igitur in Oppianum, qui perpetuo male habebat, neque vnquam conualeſcebat. (Male,) id eſt male habentem videbo te. (Sæpe,) ſcilicet male habentẽ, ſemper enim male habes. (Non tot) dederat ſpectaculo Domitianus multas tigres. Tigrim primus oſtendit Auguſtus Romę manſuefactã: Claudius quatuor, plures nunc Domitianus. poeta ait eum ſuperaſſe Bacchum, qui gemina tantum tigride dicitur triumphaſſe. Plin. ſcribit elephantes duxiſſe Bacchi currum, & Põpeium ita eſſe æmulatum triũpho ſuo. Tigres autem fuiſſe indicat Silius duobus in locis: Qualis odorata deſcendens Bacchus ab Indis. (Raptor,) fœtus enim tigridis rapitur ea ab ſente totus, reuerſa ad vacuum cubile, cum id ſenſit, raptoris fugientis veſtigia perſequitur. Ille paſſim relictis catulis moratur feram referentem ſingulos ad cubile, tandem cum ad flumen aliquod, vel ad littus peruenit, naui eſt tutus, geſtatq; ſecum, qui ſuperſunt. (Albus,) pallens præ metu. Supra: Viuat & vrbanis albus in officiis. (In equo hyrcano) nam in Hyrcania, & India ſunt tigres. (Gangeticus,) Indus à Gãge fluuio. (Timuit tot.) nã numeroſus eſt Parthus tigridis. (Eois aruis,) id eſt Indis. (Nouas,) inſolitas. Tigres nouæ erant nũc in ſpectaculis: nam raro viſæ fuerant, cum tamen variæ feræ ex genere pardorum, & ſimiles tigridi ſæpe ſpectatę fuerint: nam Scaurus ædilis. c. &. l. oſtendit. Pompeius. cccc. &. 10. Auguſtus. cccc. &. 20. (Delitias,) ſpectaculi. (Tua arena,) id eſt tuum ſpectaculũ. (Triũphos Erythræos,) id eſt Indicum triumphum. (Victoris Dei,) Bacchi: nam tertius Bacchus de Indis triumphauit: authore Diodoro. (Ageret Indos captiuos,) id eſt cum triumphares de Indis. (Munera,) Gaurum monet orbum, & diuiſem vt captatores contemnat, qui cum mittant munera non amant, ſed optant mortem. (Locupleti,) tibi diuiti. (Ait,) videtur dicere morere. (Si ſapis,) ſi cor habes, & percipis. (Dic toga,) Parthenius præfectus cubiculi Domitiani togam candidam Martiali miſit, quam poeta laudat, ſed iocans oſtendit ſibi deeſſe lacernam, quoniam lacerna ſua trita, non bene conuenit tam pulchræ togæ. Alloquitur togam, & rogat cuius la næ pretioſiſſimę velit exiſtimari. (Amici facundi,) id eſt Parthenii, qui doctus erat, vt alibi inquit poeta: Nec muſis vacat, aut muſis vacaret. (Cuius gregis eſt,) cuius velleris. (Fama,) laus. (Phalanthi ledæi,) id eſt laconici Tarenti. nam Tarentini ducunt originem à Laconicis duce Phalantho. (Herba appula,) id eſt paſcua Apuliæ. (Saturat,) irrorando alit. (Galeſus,) fluuius labitur à Calabris, fluit propè Tarentum. Cannuſinæ, & Tarentinæ lanę in pretio habebantur. (Bethis tarteſſiacus,) id eſt Bethis Hiſpanus, qui Bethis Tarteſus dicebatur, vt Strab. Aqua bethica lanæ fiunt fuluæ. (Stabuli Iberi,) id eſt pecudum Hiſpaniæ.

(Multifidum

Cyllarus

Hibrida

Roma rogat. placidi nunquid te pigra Bootæ
Plaustra uehunt, léto quòd minus igne uenis?
Ledæo poteras abducere Cyllaron aſtro,
Ipſe ſuo cedet nunc tibi Caſtor equo.
Quid cupidũ titana tenes, iam Xãthus, & Aethõ
Fræna uolunt, uigilat Memnonis alma parés.
Tarda tamen nitidæ non cedunt ſydera luci,
Et cupit auſonium luna uidere ducem.
Iam Cæſar uel nocte ueni, ſint aſtra licebit,
Non deerit populo te ueniente dies.

In Gallicum. 22

Inuitas ad aprum, ponis mihi Gallice porcum.
Hibrida ſum, ſi das Gallice uerba mihi.

Ad Ruſticum. 23

Eſſe tibi uideor ſæuus, nimiumq; guloſus,
Qui propter cœnam Ruſtice cedo cocum.
Si leuis iſta tibi flagrorum cauſa uidetur,
Ex qua uis cauſa uapulet ergo cocus?

Ad Cæſarem Do. 24

Siquid forte petam timido, graciliq; libello,
Improba non fuerit ſi mea charta, dato.
Et ſi non dederis Cæſar, permitte rogari,
Oſtendũt nunquam thura, precesq; louem.
Qui fingit ſacros auro, uel marmore uultus,
Non facit ille deos: qui rogat, ille facit.

In Oppianum. 25

Vidiſti ſemel Oppiane tantum
Aegrum me male, ſæpe te uidebo.

Ad Cæſarem Do. 26

Non tot in eois timuit gangeticus aruis
Raptor, in hyrcano qui fugit albus equo.
Quot tua Roma nouas uidit Germanice tigres,
Delitias potuit nec numerare ſuas.
Vicit erythræos tua Cæſar arena triumphos,
Et uictoris opes, diuitiaſq; Dei.
Nam cum captiuos ageret ſub curribus Indos
Contentus gemina tigride Bacchus erat.

Ad Garum. 27

Munera qui tibi dat locupleti Gaure, ſeniq;,
Si ſapis, & ſentis, hic tibi ait, morere.

De Partheniana toga. 28

Dic toga facundi gratum mihi munus amici,
Eſſe uelis cuius fama, decusq; gregis?
Appula ledæi tibi floruit herba Phalanthi,
Qua ſaturas calabris culta Galeſus aquis.
An tarteſſiacus ſtabuli nutritor hyberi
Bethis in Heſperia te quoq; lauit aqua?

DOMITIVS.

(MVLTIFIDVM Timauum, lanę Patauinę in pretio erant, quod Strab. ſcrib. & in diſtichis eſt. Non procul autem à Patauio Timauum eſſe error quidam recepit, placet magis hoc, quàm vt intelligas de lanis Hiſtriæ, aut Tergeſtinis. (Numerauit,) allu-

An tua multifidum numerauit lana Timauum
Quem prius aſtrifero Cyllarus ore bibit.
Te nec Amyclæo decuit liuere ueneno,
Nec Miletus erat uellere digna tuo.
Lilia tu uincis, nec adhuc dilapſa liguſtra,
Et Tyburtino monte quod albet ebur.
Spartanus tibi cedet olor, Paphiæq; columbæ.
Cedet erythræis eruta gemma uadis.
Sed licet hæc primis niuibus ſint æmula dona,
Non ſunt Parthenio candidiora ſuo.
Non ego prætulerim Babylonica picta ſuperbe,
Texta Semiramia quæ uariantur acu.
Non Athamanto potius me mirer in auro,
Aeolium dones ſi mihi Phrixe decus.
O quantos riſus pariter ſpectata mouebit,
Trita palatina * ueſtra lacerna toga.

De Diſtichis. 29

Diſticha q ſcribit (puto) uult breuitate placere,
Quid prodeſt breuitas, dic mihi, ſi liber eſt?

De ſpectaculo Scæuolæ. 30

Qui nunc Cæſareæ luſus ſpectantur arenæ,
Temporibus Bruti gloria ſumma fuit.
Aſpicis, ut teneat flammas, pœnaq; fruatur
Fortis, & attonito regnet in igne manus,
Ipſe ſui ſpectator adeſt, & nobile dextræ
Funus amat, totis paſcitur ille ſacris.
Quòd niſi rapta foret nolenti pœna, parabat
Sæuior in laxos ire ſiniſtra focos.
Scire piget poſt tale decus, quid fecerit ante,
Quàm uidi, ſatis eſt hanc mihi noſſe manum.

dit ad numerũ oſtiorum Timaui, qui octo habet. (Aſtrifero,) cœleſti. relatus enim eſt in cœlum Cyllarus. ſupra: Hic vbi ſe pretenas Cyllarus hauſit aquas. (Nec de,) non par fuit. (Liuere,) infici. (Amyclæo ve.) purpura laconica. De purpura laconica Papi. Quis purpura ſæpe Oebalis, & Tyrii moderator liuet aheni. & in carminibus Horat. Nec purpuras laconicas tra hunt clientes. ſunt qui de cocco intelligant potius quàm purpura, quoniam in laconica naſcatur, ſed placet de purpura. (Miletus,) tribus in locis eſt caput Ioniæ, vnde Mileſia vellera dicta ſunt à Virgil. non à lanæ præſtantia, ſed à colore. Lanas enim ſolitas fuiſſe illic tingi hic verſus indicat, & Horat. in epiſto. Teſtam Mileti vitabit chlamydem. (Vincis,) ſuperas. (Lilia,) candore. (Liguſtra nondũ delapſa,) quæ cecíderunt. Virg. (Alba liguſtra cadunt. (Ebur albet,) quia frigore aſſeruatur illic frigiditate. (Spartanus,) id eſt olor ledæus. (Paphiæ colũbæ) dicatæ Veneri. (Gemma,) id eſt vnio. Vnionem ſoli Romani appellarunt, reliquæ etiã gentes margaritas. gemmæ in conchis oriuntur, quæ colligũtur ab vrinantibus, & clariores ſunt ex mari rubro. (Eruta,) euulſa. (Aemula,) ferè paria. (Primis niuibus:) id eſt nondũ tactis. (Candidiora ſuo Parthenio,) id eſt animo ſui Parthenii, qui miſit. (Babylonis,) Babylonii varios picturæ colores, authore Plin. veſtibus acu intexebant. Veſtes autẽ pictę dicta apud Home. ſunt. Vnde triũphales deductæ ſunt. (Texta,) veſtimenta. (Picta) diſtincta. (Variantur) ornãtur, & pinguntur. (Acu ſemiramia,) Babylonia nam Semiramis regina Babylonis fuit. (Aeolium,) patrem Athamantis patris Phryxi, & Helles ex nepte, vnde pecus Aeolium, quare aries, quo Phryxus nepos Aeoli vectus eſt in Pontum. Licet alii ſcribant arietem fuiſſe inſigne nauis, qua nauigauit Phryxus, alii pædagogum Phryxi, quem Gãbrus rex Scytharũ excoriari iuſſit, accepto in munus Phryxo ab Aeeta. Fabula obtinuit, vt arietem brutum putemus cuius vellus fuerit aureum. (Non mirer me,) hoc eſt non placeret magis. (Auro Atha.) ideſt Phryxi filii Athamantis. (O quam) riſus aliis mouebis. (Noſtra la. tri.) tacite petit lacernam. alibi eſt veſtra lacerna. (Diſticha,) fatetur ſe decipere lectorem qui ſcribat diſticha, & ita teneat lectorem breuitate, ſed tamen tot ſcribat, vt librum conficiat. vel, quod placet, oſtendit cauſam quare ſcripſerat longum epigramma. nam cum librum abſoluere velimus, inquit, quid refert diſtichàne ſcribamus, an longiora epigrammata? nam quòd me hortaris ſcribere diſticha, vis vt placeam breuitate, ſed nulla poteſt eſſe breuitas, cum faciamus librum. (Si liber eſt,) ſi tendo ad iuſtum librum, & ſi multa diſticha legere te oportet. (Qui nunc,) ita puniebantur damnati, vt ante eſt dictũ, à Domitiano vt pereuntes vel tragœdiam repræſentarent, vt ſupra de Laureolo, & Orpheo, vel aliqua ex hiſtoria damnatus repræſentat virtutem Scæuolæ vera imitatione: nam & ipſe ſibi manũ comburit imperatoris iuſſu. poeta de hoc ſpectaculo edit epigramma. (Bruti,) maiorum, & Porſenæ. nam Brutus fuit temporibus Porſenæ. (Teneat,) id eſt qui damnatus eſt repræſentet Scæuolam. (Fruatur pœ.) id eſt fruatur laude pœnæ. (Regnet,) præſtet ipſe damnatus. (Adeſt ſpe. ſui,) id eſt ſpectat laudem ſuam. (Illa,) dextra. (Totis ſacris,) id eſt totis ſocibus ſacrorum. nam Scæuola, vt Liui. combuſſit dextram ad aram ſacrorũ in caſtris Porſenæ. (Quod niſi,) & hoc erat repræſentandum ex hiſtoria Mutii: vt ille abduceretur ab igne cum pararet etiam ſiniſtram comburere ſupra: Sed tam ſęua pius miracula nõ tulit hoſtis: Et raptum flammis iuſſit abire virum. (Nolenti,) recuſanti. (Sæuior) maiore virtute quàm fuerat dextra Scæuolæ. (Laxos,) extinctos pœnæ. (Piget ſcire,) id eſt nolo ſcire. (Quid ante,) nam ob ſcelus damnatus erat, & ob ſcelus laudem conſecutus combuſſo manum fortiter. (Noſſe,) dignam laudem. Nil enim ante dignum laude fecit.

Miletus

Gemma
Vnio
Margarita

Aeolus

GEORGIVS. * Noſtra

(CAN Tua multifidum numerauit lana Timauum,) Ego magis Altinatem lanam exiſtimo. nam Altinates oues à Colum. commendantur: de quibus etiã poeta hæc ait: Velleribus primis Apulia, Parma ſecundis: Nobilis Altinum tertia laudat ouis. Sed cum erraſſe dicis quoſdam, qui dicant Timauum vicinum Patauio, coarguendus erat, & refellendus illorum error, & in primis à te, qui ſedulus harum rerum inquiſitor vis videri. Ego autem vt errori quorundam occurram, quando res ipſa, & locus huius quæſtionis me admonet, quid de Timauo, tum ex lectione veterum, tum ex inquiſitione diligenter noſtrorum hominũ ſub iungam, quanquam illud in primis miror Blondum egregium alioquin Italiæ ruinarum illuſtratorem affirmare Timauũ eum eſſe fluuium, quem noſtri homines Brentam vocitent. Miratur enim non indoctos homines quærere Timauum in Hiſtris, & poſt teſtimonia Lucani & Martialis Plinio nixus quædam dicit in totum falſa de inſulis ſcilicet & aquis dulcibus in vrbe Veneta ſcatentibus, qua vellem virum aliàs non indoctum, & tum recentioris hiſtoriæ, tum Italicarum vrbium inquiſitorem laborioſum, aut hæc ſiluiſſe, aut exactius flumen inueſtigaſſe, quanquam ſuper terram mergatur, ergo vt quod ego ſentio, & verum eſt, aliquando dicam, fluuius is quem Brentam nunc dicunt, à priſcis Meduacus appellatus eſt, eodem nomine & Bachilio à Vincentinis defluens montibus. Nam oſtia Padi Plini. ſcribit hæc ait proximum portum facit Brondulum ſicut Edronem Meduaci duo, & foſſa Clodia. Timauus autem per Aquileienſem agrum labitur, & merſus poſt. 10. millia paſſuum exit, authore Plin. Strab. quoque Poſſidonium ſecutus Timauum ſubire terras tradit: influit autem in mare pluribus oſtiis, quę accolę Tergeſtini ſinus fronticulos dicunt, quoniam inſtar fontium emittunt aquas, ex aduerſo quorum eſt inſula parua cum aquis calidis, quæ pariter cum æſtu maris creſcunt, minuunturque. & nunc balnea montis Falconis appellantur. hoc nuper cognitum eſt diligentia Chronici, qui ex ſenatuſconſulto chirographiam attulit eius tractus, qui intra pectus Alpium, & Tergeſtinum ſinum iacet. Hæc ſunt, quæ de fluuio pro tempore, & præſenti negocio dicere volui.

Altinates lanę

Timauus

Meduacus Bachilio

DOMITIVS.

(INESCIO,) Dento ducta vxore petiit ius trium liberorum. vel quòd aliud ipse genus libidinis sectaretur: vel quòd mariti officium non posset præstare, vt iocatur Mar. de iure trium liberorum supra dictum. (Nō bel. fa.) quia videris fateri te sectari aliud genus libidinis, & nō posse arrigere. (Iura paterna,) id est ius triū liberorum. (Libellis suppli.) supplicationibus. (Longe,) ab Hispania. (Aera per ta.) Aretullæ frater in exilio erat in Sardinia, qui vt restitueretur soror sæpe imperatorem rogauerat: nuper ea sedente, & sparsis auibus in theatro (Nam id spectaculi genus edidit Domiti. quod Pap. in saturnalibus testatur, & olim ediderat Nero) columba in gremium decidit: neq; inde voluit euolare. (Columba,) Columbæ autem fuerunt nunciæ grauioribus rebus, alligatis pedibus epistolis, quod in obsidione Mutinensi accidisse antiquorum monumēta testatur, emissa colūba à Decio Bruto obsesso in castra consulum. (Eundem morem ostendit Iuu. Tanquam præcipiti venisset epistola penna. Ex hoc casu theatri nactus occasioné poeta & Aretullę pietatem laudat rogantis Do. pro fratre, & poeta quoq; rogat dum ita scrib. Aues, quæ spargebantur in theatro, missiles dicuntur. (Casus Iuse.) hoc est vt hoc videretur sine numine accidisse. (Inobseruata,) id est non retenta. postea quæ manebat in sinu non retenta est factum numine Domitia. (Permissa fuga,) id est facta potestate euolandi. (Exulis,) vbi frater exulat (Præ) laboranti pro fratre. (Flectere,) Exorare. (Vota,) sororis & aliorū. (De præ.) Paulus Martia. amico misit phialā in saturnalibus. Phialam autem solere mitti in saturnalibus ex distícho cognoscitur: Quanuis calaico rubeam generosa metallo: Glorior arte magis, quòd meus iste labor. Phiala erat vas cōmune aquæ & vino elaboratum, in primis argentea, aut aurea. Iuue. Viro tenet phialam: tibi nō committitur, aurum. à Paulo nunc missa: tam subtilis & exilis lamę erat, vt nullius fermè pretii, id est quo poeta Pauli auaritiam deridet, qui ingenio videretur excogitasse quo pacto mitteret exiguū munus: cum posset & minus mittere, & nihil si volebat. (Corona prę.) .i. corona in ludis data. nam coronę fiebant ex bracteis vel auri, vel argenti in speciem florum, quæ in ludis dabantur. Primus Crassus argento & auro folia imitatus in ludis suis coronas dedit. Prætores autem præerant certaminibus theatri: vnde munera prætoritia, quæ dantur in ludis theatri. Sueto. de Nero. Magistros certamini præposuit consulares: sorte sede prætores. Iuue. de præfectis ludorum: Nullius fibula durat Vocem vendentis prætoribus. Est igitur tam subtilis, quàm bractea coronæ prætoritiæ. (Pegma perun.) argēto incrustare pegmata mos fuit apud antiquos, sed id fecit in magnum luxum C. princeps: præterea Tranquillus, vt supra de pegmate in Claudio. (Perunctū,) incrustatum. (Hac ne.) id est hoc folio, & lamma subtilissima, argenti. (Pallida vnda,) quia crocus spargebatur in theatro vino dulci mistus: author est Plin. cum autem loqueretur Virgil. de vino dulci ex Tmolo monte ait: Nónne vides croceos vt mittat Tmolus odores? India mittit ebur. Croceos odores intelligit vinum dulce, quod miscebatur croco spargendum in theatro. nam quod Probus, & alii ex aliis exponūt pro croco falsum est, nam præstantissimum crocum ex Sicilia, aut ex Tmolo mittebatur. De vino autem, & vineris Tmoli multa extant testimonia. Misceri vino crocum indicat etiam Horat. Corytoque croco sparsum stetit. Sueto. Sparso per vias identidē croco. (Diluit,) abluit cum in theatro funderetur. (Lamina grossi. est,) & ex ferro, aut huiusmodi metallo bractea est plicabilior, & ex auro potissimum, aut argento. Virgil. Leuiter crepitabat bractea vento. Iuue. Bracteolam de Castore. Lecti, siue triclinia incrustabantur argento, quod Carbilius eques Romanus primus instituit postea lecti mulierū omnino operiebantur. Ait poeta hāc phialam esse bracteā derasam ex lecto Pauli. (Vngue mi.) furacis: nam à furantibus seruis nonnunquam deradebātur vngue. Tranquil. de Caligula, Romæ publico epulo seruum ob detractam lectis argenteam lāmam carnifici tradi iussit. (Fulcro) lecti sponda. (Sentire,) nā concutitur. (Agi) agitari. (Vapore) leui afflatu. (Volitat) impellitur. (Cariotā,) est species palmarum, author est Plin. Idē testatur Strab. lib. vl. his verbis: Duplex est palma cariota, & reliqua thebaica durior: suauior gustatu. dicta cariota à cara: quod significat caput. nam ex ea fiebant vina iniqua capiti: mittebantur calen. Ian. in disti. Aurea porrigitur Iani cariota calēdis. Erat autem aurata imitatione vanitatis Græcorū, qui quem fructum putarunt gratissimi saporis esse fecerūt aureū in templo Apol. Delphici raphanum aureū, betam aureā, rapum plumbeum, pro varietate metalli saporum fructus dicantes. dicuntur etiam cariotides. Papi. prægrandes cariotides cadebant. (Sputo) tam subtili auro. (Asse,) paruo pretio. In disti. de Cariota: Sed tamen hoc munus pauperis esse solet. (Colocasia,) herba est quæ in Nilo nascitur, foliis latissimis: quam nonnulli cyamon dixerunt, ducitur dentibus tanquam lana, & quidem subtilis. In dist. Niliacū ridebis olus, lanasq; sequaces: Improba cum morsu fila, manuque trahes. (Lenta colocasia,) nam flexibilia sunt. (Lilia non cadunt,) sed purpurea magis. (Plena,) grossiora hac phiala. (Bombix,) prius bombilis dictus: inde necidalus: demum bombix. araneorum modo texit telas in Asyria: quas Pamphile Platis filia in Coa insula & retorqueri, & texi docuit: vnde vestes bombicinæ fiebant, quibus mulieres Romanæ pellucebant. (Creta,) id est terra filinusia, siue chia, quæ faciebat ad poliendam cutem, qua vtebatur Fabulla. (Bulla,) erat ornamentum pueri ingenui in speciem cordis remediis quibusdam inclusis aduersus inuidiam. Bulla item significat aquam tumescentem Varro in re rustica. Vita nostra bulla est. de hac intelligit Martialis. (Offensæ aquæ,) percussæ. (Crassior) crassiore superficie quā phiala, quam mihi misisti. (Vesica,) tegmentum, & mitellam capitis significat subtilissimam, qua Germanorum crines contegebantur. (Batauа spuma) id est germanico sapone. Sapo autem Gallorum est inuentum ad crines colorandos: cum autem sit in præcipuo vsu Germanis, Spuma Germana dicta est. In distichis Caustica theutonicos accendit spuma capillos: Captiuis poteris cultior esse comis. (Spuma batauа,) id est saponis, qua illinuntur crines. (Mutat,) nam colorat crines.

(Pullus,)

Columbæ

Aues missiles

* quam

Phiala

* Inflatę

Munera prætoritia

Virgilii locus

Lamina bractea

Cariotæ

Cariotides

Colocana

Cyamon

Bombix

Bulla

Vesica

Sapo

In Dentonem. 31

Nescio quid de te non belle Dento fateris,
Coniuge qui ducta iura paterna petis.
Sed iam supplicibus dominum lassare libellis
Desine, & in patriam ferus ab urbe redi.
Nam dum tu longe deserta uxore, diuq;
Tres quæris natos, quattuor inuenies.

De Columba Aretullæ. 32

Aera per tacitum delapsa sedentis in ipsos
Fluxit Aretullæ blanda columba sinus.
Luserat hoc casus, nisi inobseruata maneret,
Permissaq; sibi nollet abire fuga.
Si meliora piæ fas est sperare sorori,
Et dominum mundi flectere uota ualent.
Hæc à Sardois tibi forsitan exulis oris
Fratre reuersuro nuncia uenit auis.

Ad Paulum de Phiala. 33

De prætoritia folium mihi Paule corona
Mittis, & hoc Phialæ nomen habere iubes.
Hac fuerat nuper nebula tibi pegma perunctum
Pallida quam rubri diluit unda croci.
An magis astuti derasa est ungue ministri
Bractea, de fulcro * quod reor esse tuo?
Illa potest culicem longe sentire uolantem,
Et minimi penna papilionis agi.
Exiguæ uolitat suspensa uapore lucernæ,
Et leuiter fuso rumpitur icta mero.
Hoc linitur sputo lani cariota calendis,
Quam fert cum paruo sordidus asse cliens.
Lenta minus gracili crescunt colocasia filo.
Plena magis nimio Lilia sole cadunt.
Nec uaga tam tenui discursat aranea tela,
Tam leue nec bombix pendulus urget opus.
Crassior in facie uetulæ stat creta Fabullæ.
Crassior * offensæ bulla tumescit aquæ.
Fortior intortos seruat uesica capillos,
Et mutat latias spuma bataua comas.

DOMITIVS.

(PVLLVS,) Cygnus. (Quo ledęo,) id est ouo cygni. nam pullus, id est cum aliis ouis cygnorum, qua pulli vestiuntur. (Splenia) flámeola subtilissima, vt supra est dictū: Splenia tolle, leges. quæ ita capiti componebātur, vt dum à fronte ad vtranq; genam ducuntur: relinquantque vultus spatium apertum: cornua lunæ effingant. (Fronte luna ta,) id est ita composita, vt videatur cornuta tanquam luna. (Cochleare,) mittebantur in saturnalibus. infra. Sum cochleis habilis, sed nec minus habilis ouis: Nunquid ei potius cur cochleare vocer. (Mitte mihi,) quòd melius fuisset q̄ excogitare, hoc vt pauca mitteres. (Archetypum,) archetypa vasa dicebantur vetustissima, & quoniam erant in pretio, archetypa etiam significabant pretiosa. In fur: é sine captatorem hoc est distichon, quia archetypa vasa habebat, nulla sua pecunia cōparata. (Vas dicitur factū sine te) hoc est sine sumptu tuo, & sine te factum dicitur, hoc est nondū te nato. hic iactabat se habere archetypa. (Myos,) id est vasa ab ipso Myoe sculptore facta Martia. respondet eo magis esse archetypa intelligens eo esse maioris pretii, quoniam sine eo facta sunt: intelligens sine eius sumptu, cum ille posset intelligere Marti. dicere magis archetypa, id est vetustiora, & sine eo facta, id est antequam natus esset. (Myos,) artificis sculptoris, quemadmodum archetypum, id est Mentoris. in dist. Mys seruus fuit Pytha. Mys præterea Agragas: Betus eodem tempore claruerit argento cælando. Myos operе erant in æde Liberi patris Rhodi: Silenus, Cupido. (Cū sitis,) miratur coniuges pessimis moribus non conuenire, cum ita oporteat eos esse concordes: quemadmodum & boni cōueniunt. (Cōuenire vobis,) id est non esse concordes. (Regia pyramidum,) laudat ædes Domiquæ ædificatæ fuerunt à Rabirio, magis enim placet, quòd supra dixit Rabirium struxisse ædes Domitia. quàm ædem Iouis Capitolini. (Ride,) contemne. (Miracula regia pyramidum,) nā Pyramides sunt structę à regibus. (Eoum opus,) id est orientale. (Labor mareoticus,) id est pyramides ægyptię. (Quota pars,) id est minima pars Domitiani. (Credas,) credere posses. (Pariter assurgere) .i. superimponi. (Ossa breuior) minor, id est cum montes à gigantibus fuerunt superimpositi, vt raperent cœlum domo palatina. (Apex,) summitas aulæ Palatinæ. (Serenus,) qui in serenum conlurgit. (Et prius,) summa loca primo Sole illustrantur. tantæ altitudinis hanc aulam esse dicit poeta, vt sol nascens prius eius apicem attingat, quàm mōtem Circes filię suæ. nam Circe Solis filia fuit, vt cecinit Virg. vt Diod. Aeetæ & Hecates. hæc cum regem Sarmatarum, cui nupserat, veneno sustulisset: expulsa à popularibus, in Italiam venit, quanuis, qui parum recte Home. verba interpretantur, eam ignotam Oceani insulam tenuisse putent. Circæum autem montem ita scribit Vlysses apud Home. E specula, inquit, vidi insulam, quam ingens pontus ambit, sita est ipsa terra. vidi autem in medio fumum. Virg. Atque hic Aeneas ingentem ex æquore lucum Prospicit. præterea Inaccessos vbi Solis filia lucos Seruat. Apollonius, & Theophrastus meminerunt. (Arcano lumine,) aliis mortalibus, quia ante quàm Sol aspiciatur ab aliis apex domus Domitiani illustratur. (Quod,) Polycarmus cum vellet liberalis videri, reddidit tabellas Caietano, qui debitor erat, vt illæ tabellæ testabantur, sed nunquam solutурus Martialis negat hoc fuisse liberalis animi dedisse. 10 millia, quæ non erat habiturus, quod si vult liberalis videri: credat duo millia, & seruet tabellas. c. millium quas restituerat (Reddis tabellas,) quibus debebat. c. millia. (Crede,) id est mutuo duo millia, quæ donabis. nam ille nunquam restituet, ita eris liberalis. (Qui præstat,) Melior habuit pueros, quorum alter Blæsus dictus est, alter Glaucia. Blæsum prius amisit, quem pudice amabat, deinde Glauciam quem educabat, vt leniret desiderium Blæsi amissi. Blæsus apud inferos his versibus Glauciam agnoscit, vt est apud Pap. Mox vbi delitias, & rari pignus amici Sensit, & amissi puerum solatia Blæsi, Tollit humo. Attedius Melior diem natalem Blæsi etiam mortui singulis annis celebrabat: hoc laudatur à poeta. (Qui præstat,) sensus est: Ille qui præstat viuo amico aliquid, agit id, vt aliquid expectet, at qui mortuo facit, id præ amore tantum agit, non vt capiat hæreditatem ab amico. (Nomini re.) id est mortuo amico. (Dolere parcius) nisi vt cōsoletur dolorem amici. (Refert,) magna est differētia. (Nomen Blæsi,) id est memoriam Blæsi. (Solennibus,) diebus natalitiis celebrandis. (Pię turbę) celebrantium natalem. (Scribarum,) quia Blæsus erat de turba scribarum. huius Horat. meminit. (Facis Blæ.) quia nihil in de expectas, sed totum id possidetur à Blæsio, & Blæsianum est. (Qui,) in laudem domus, de qua supra. (Decet,) par est. (Sacrum nectar,) id est diuinum poculum. (Oro velis,) oro vt serò velis ire in cœlum in cœnatione Iouis. (At si properas ô Iuppiter,) id est si visci to habere Domi. conuiuam.

Splenia

Mys

Circe

Circæus

Melioris pueri

DOMITIVS.

Hac cute ledæo uestitur pullus in ouo,
Talia lunata splenia fronte sedent.
Quid tibi cum phiala, ligulā cū mittere possis?
Mittere cum possis uel cochleare mihi?
Magna nimis loqmur, cochleā cū mittere posses,
Deniq; cum posses mittere Paule nihil.

In lactatorem. 34

Archetypum Myos argentum te dicis habere,
Q.d' sine te factū est, hoc magis archetypū est.

In Pessimos coniuges. 35

Cum sitis similes, paresq; uita
Vxor pessima, pessimus maritus,
Miror, non bene conuenire uobis.

Ad Cæsarem Do. 36

Regia pyramidum Cæsar miracula ride.
Iam tacet eoum barbara Memphis opus.
Pars quota parrhasiæ labor est Mareoticus aulæ
Clarius in toto nil uidet orbe dies.
Septenos pariter credas assurgere montes,
Thessalicum breuior Pelion ossa tulit.
Aethera sic intrat, nitidis ut conditus astris,
Inferiore tonet nube serenus apex.
Et prius arcano satietur lumine Phœbi
Nascentis Circe quàm uidet ora patris.
Hæc Auguste tamen, quæ uertice sydera pulsat,
Par domus est cœlo, sed minor est domino.

Ad Polycarmum. 37

Quod Caietano reddis Polycarme tabellas,
Millia te centum non tribuisse putas?
Debuit hæc iquis tibi habe Polycarme tabellas,
Et Caietano millia crede duo.

Ad Meliorem. 38

Qui præstat pietate pertinaci
Sensuro bona liberalitatis,
Captet forsitan, aut uicem reposcat.
At siquis dare nomini relicto
Post manes tumulumq; perseueret,
Quærit quid nisi parcius dolere?
Refert sis bonus, an uelis uideri?
Præstas hoc Melior sciente fama,
Qui solennibus anxius sepulti
Nomen non sinis interire Blæsi,
Et de munifica profusus arca
Ad natalitium diem colendum
Scribarum memori, piæq; turbæ
Quod donas, facis ipse Blæsianum.
Hoc longum, tibi uita dum manebit,
Hoc & post cineres erit tributum.

Ad Domitianum. 39

Qui palatinæ caperet conuiuia mensæ,
Ambrosiasq; dapes, non erat ante locus
Hic haurire decet sacrum Germanice nectar,
Et Ganymedea pocula mista manu.
Esse uelis (oro) serus conuiua tonantis,
At tu si properas Iuppiter, ipse ueni.

DOMITIVS

NON,) Minatur se Priapum custodem hortorum combusturum, niſi cuſtodierit ſyluam: vnde poſſit miniſtrare alimenta foco. ¶Palmitis beati) .i. magni vineti. ¶Rari,) exigui, & præclari. ¶Ex quo,) nemore. ¶Es natus) es factus. ¶Defecerit hoc,) nemus. ¶Et ipſe lignum es,) & ipſe potes comburi. q. d. tu ardebis. ¶Triſtis,) alibi iocatur in Athenagorã: vbi plura de eo dicentur. ¶Nó miſit munera) ſaturnalia. ¶Medio meſe brumę). .i. meſe Decębri, quo mittebantur ſaturnalia munera. ¶Si te ſpor.) iuitat Mathoné ad balnea. Sportula dabatur. c. quadrãtes. ſupra Dat Baiana mihi q̃drates ſportula cẽtũ. & alibi: Centũ Miſſeli iã valete quadrãtes: Quos balneator diuidebat elixus. Iocatur poeta in Mathoné cui polliceſ ſe daturũ ſportulã ſuã. i. nihil. ¶De noſtro cẽ.) .i. de noſtra ſportula. c. quadrantũ. ¶Corruperit) corruptũ te nõ vocauerit. ¶Licebit laueris) .i. poteris lauari. ¶De nr̃o centies) .i. de ſportula. c. quadrãtũ, quã nos damus, ea aũt nulla eſt. ¶Effert,) Chriſtilla maritos necabat: Fabius vxores, optat poeta vt hi cõiugant̃ nã peribũt ambo. hoc accidit, vt tales cõiuges cõiungerentur tpibus Auguſti, cum mulier ſeptem maritos, vir totidẽ vxores occidiſſet: tunc quoq; compoſitũ epigrãma: Cum Bito Bacchus: Bitus, & Bacchus gladiatores fuerunt qui multos ſuſtulerant, & tandem congreſſi mutuo vulnere ceciderunt. ¶Effert,) efferri cadauera dicuntur ad ſepulturã. ¶Facem funeream,) ad differẽ tiam tædæ nuptialis. nam & in nuptiis, & funeribus adhibebantur. ¶Cõmitte hos duos). i. fac vt hi duo victores congrediantur. ¶Libitina,) ſandapila. ¶Titulle) Titullũ monẽt vt det aliquãdo operã veræ vitæ. hic autem adeo anxius erat quærẽdis diuitiis, vt cũ duæ horæ mane dataæ eſſent ad ſalutandũ, vt ſupra: Prima ſalutãtes, atq; altera cõtinet hora: ipſe tertiã quoq; occuparet: cũ tertia data eſſet cauſidicis, quinta variis laboribus. ſupra: Exercet raucos tertia cauſidicos: In quintã varios extendit Roma labores. ſimul monet amicũ eum quęrere diuitias his, q nullas habebũt gratias, ſed læti eius laboribus fruẽtur. ¶Viue,) da operã quieti, & laxationi ſemper. ¶Hoc ſe.) .i. viuere, quia nũq̃ nimis cito fit. ¶Conteris lim.) .i. adis limina. ¶Vdus) madidus. ¶Oſculis vr.) nam oſcula dabantur ſalutatis. ¶Sparſus,) vagus. ¶Ante e.o.) .i. ante omnes iudices. nã iudices equites erãt. teſtãtur hoc leges antiquorũ: & Plin. plurimis verbis. ¶Aedẽq; M.) intelligit tertiũ forũ, quẽ extruxit Au. cũ templo Martis. Suet. ex quibus pręcipua forũ cũ ęde Martis vltoris. Cauſa fori extruendi fuit hominum, & iudiciorũ multitudo, quę videbaẽ, nõ ſufficiẽtibus duobus, ẽt tertio indigere. ¶Coloſſon Au.) intelligit ſtatuã Apollinis, quæ ad bibliothecam erat iuxta forũ. Iuu. Sportula deinde forũ: iuriſq; peritus Apollo. ¶Tertias, & quin.) .i. tertiã & quintã decuriam iudicũ. nam quintã decuriam addit C. princeps: cum quartã addidiſſet Au. & ita intelligas Titullũ conſumere tertiam horã in foro diſcurrentem per omnia ſubſellia iudicũ, vt ſalutaret. ¶Congere,) collige. ¶Palleat,) argento. ¶Centũ pa. ca.) .i. centũ libri debitorum. ¶Papyro,) vtebãtur ad rogũ. vt magis arderet. nã & papyro vtuntur Aegyptii, authoꝛ Plinio ad ignẽ. ¶Pluteũ,) tabulam, & ſcanũ. ¶Prima no.) qua mortuus fueris. ¶Priſcus) Priſi Terent. ex Sicilia reuerſus amicus Martia. cauſam dat nouę voluptatis. iubetq; Mar. promi amphoꝛã vini vetuſtiſſimi. In omni. n. lætitia hoc Epicurei agebant: quos poeta ſectatur. Idẽ agit Horat. in carminibus: Nũc eſt bibẽdũ, nũc pede libero Pulſanda tellus. & alibi alloquitur amphoꝛã: O nata mecũ conſule Manlio. eadẽ voluptate fruetur (vt ait) cũ Flaccus amicus fuerit reuerſus ex Cypro. ¶Gẽma la.) .i. cãdidus lapis. ¶Aetnæis oris) .i. ab oris ſiculis. ¶Gẽma lactea) ſelices dies, gẽma lactea, & candido lapide, infelices atro notare, & ad ſummũ vitæ dinumerare eſt Thracũ inuentũ, ſed & Cretẽſes idẽ egerunt. Ho. Creſſa nec careat pulchra dies nota. ¶Defluat,) hauriatur. ¶Lento li.) nã amphoꝛæ erãt fictiles. ¶Splẽdeſcat) poliatur. ¶Tã candida) tã plena voluptatis. ¶Mero tamiu. ca.) .i. quãdo potero'tã iuſte ebriari. ¶Cythereia,) dicata Veneri, nam illic Venus colebatur ad Paphon, & Palepaphon. ¶Quanta,) Ceſto formã eam ineſſe ait, vt pudorẽ quendã virginalẽ præ ſe ferat: adeoq; careat omni ſuſpitione libidinis: vt nec Diana eum timeat: nec Athis puer pręponi poſſet à Cybele, & baſia poſſet dare Ioui ſine Iunonis ſuſpitione. quod nõ potuit Ganymedes. ¶Quanta eſt infantia for.) .i. piæ ſimplicitatis infantilis indoles legiẽ alibi p̃ſtãtia. ¶Caſtior Hip.) caſtitatẽ Hippolyti, & fabulæ, & hiſtorię teſtãtur, qui nouercalẽ cõcubitum repudiauit. ¶Diana,) quæ repudiat adoleſcẽtes, & Actæonis oculos vlta eſt. ¶Phryga,) tres Athos fuerũt: duo filii Crœſi: quorũ natu maior in venerationẽ ab Adraſto, authoꝛe Herodoto interfectus eſt. Iunior immiſſo pcuſſore patri, os aperuit (antea. n. mut⁹ erat) in hæc verba Homone iterfice Crœſum. Athis itẽ puer Phrygius dilect⁹ eſt à Cybele, qui Deę immemor, & datę fidei, cũ Sagaritide nympha priores amores violauit: vnde, vel ſtatim in furoꝛẽ verſus (vt ſcri. Ouid.) vel cũ aquas Galli fluminis potaſſet (vt Catullo placet) pudenda abſcidit: ſenſus poetæ eſt: Cybelẽ male Ceſtũ puerũ nõ mutilatũ veluti Athim, ſed totũ, q̃ Athim ipſum. ¶Mallet te habere phryga, ga,) mallet te habere phrygium, i d eſt non mutilatum.

Ad Priapum. 40

Non horti, neq; palmitis beati,
Sed rari nemoris Priape cuſtos,
Ex quo natus es, & potes renaſci,
Furaces moneo manus repellas,
Et Syluam domini focis reſerues.
Si defecerit hoc, & ipſe lignum es.

Ad Fauſtinum. 41

Triſtis Athenagoras non miſit munera nobis,
Quæ medio brumæ mittere menſe ſolet.
An ſit Athenagoras triſtis, Fauſtine uidebo,
Me certe triſtem fecit Athenagoras.

Ad Mathonem. 42

Si te ſportula maior ad beatos
Non corruperit, ut ſolet, licebit
De noſtro Matho centies laueris.

In Fabium, & Chriſtillam. 43

Effert uxores Fabius, Chriſtilla maritos,
Funereamq; toris quaſſat uterq; facem.
Victores committe Venus, quos iſte manebit
Exitus. una duos ut libitina ferat.

Ad Titullum. 44

Titulle moneo, uiue ſemper. hoc ſerum eſt,
Sub pædagogo cœperis licet, ſerum eſt,
At tu miſer, Titulle nec ſenex uiuis,
Sed omne limen conteris ſalutator,
Et mane ſudas urbis oſculis udus,
Foroq; triplici ſparſus ante equos omneis,
Aedemq; Martis, & coloſſon Auguſti
Curris per omnes tertiasq;, quintasq;.
Rape, congere, aufer, poſſide. relinquendũ eſt.
Superba denſis arca palleat nummis,
Centum explicentur paginæ calendarum,
Iurabit hæres te nihil reliquiſſe,
Supraq; pluteum te iacente uel ſaxum,
Fartus papyro dum tibi torus creſcit,
Flentes ſuperbus baſiabit eunuchos,
Tuoq; triſtis filius, uelis, nolis,
Cum concubino nocte dormiet prima.

Ad Flaccum. 45

Priſcus ab ætnæis mihi Flacce Terentius oris
Redditur, hanc lucem lactea gemma notet.
Defluat, & lento ſplendeſcat turbida limo
Amphora centeno conſule facta minor.
Continget nox quando meis tam candida mẽſis?
Tam iuſto dabitur quando calere mero?
Cum te Flacce mihi reddet cythereia Cypros,
Luxuriæ fiet tam bona cauſa meæ.

Ad Ceſtum. 46

Quãta tua eſt, pbitas, quanta eſt p̃ſtantia formæ
Ceſte puer puero caſtior Hippolyto,
Te ſecum Diana uelit, doceatq; natare,
Te Cybele ſecum uellet habere phryga.

¶Tu

Bito Bacchus

Tertium forum

Papyri vſus

Albi lapides & nigri

Athis

DOMITIVS

¶Tv Pot. ſuc. le. Gany.) ſine ſuſpitione Iunonis. ¶Pars maxil.) exquiſitæ eleganitæ hominem deridet, qui in facie expolienda volſellis, forpicibus, & cultro vtebatur: cum alii tantum cultris eſſent contenti: alii forpicibus, & iuniores volſellis, ſed cum cuiuſ libet ætatis inſtrumẽtis vtaturnõ poteſt vnũ caput videri. ¶Tõſa,) forpicibus, quibus vti ſolent grandiores adoleſcẽtes. ¶Raſa,) cultro, quo vtuntur viri. ¶Vulſa,) volſellis, quibus vtuntur iuniores ¶Vnum ca.) & non triplicis ætatis. ſimul eum oſtendit eſſe inſanum. ¶Neſcit.) Criſpinus, de quo ſupra ſatis multa. nuper furto amiſerat abollã cum togam ſumeret, furẽ hortatur Martia. vt abollam reſtituat, quæ cum ſit magni pretii, non poterit non deprehendi vbiq;, quod ſi vult furto impune frui, ſumat potius togã quę facile poterit latere. Abolla vtebãtur externi reges, ea erat magni ſplendoris, & pretii: hoc indicat Suet. quod ſupra dictum eſt. ¶Tyriam,) purpuream. Iuue. Criſpinus tyrias humero reuocante lacernas. ¶Quiſquis ha.) ò fur accipe togam quæ poterit latere in te. ¶Fallere,) non deprehẽdi. ¶Lucri fœdi.) .i. furti. ¶Quanta,) Do. congiarium populo dedit: & inter ſpectacula epulum largiſſimum, cum ciues ſportulam numorum tantum expectarent, quam aliàs habuerant, eo epulo ipſe prius cœpit veſci ciuibus omnibus & omni ordine diſcumbente. hoc carmine celebrat Pap. Datum autem fuit ob recentem victoriam de Sarmatis. anteponitur hoc menſæ Iouis, qua reliquos deos accepit poſt triumphum giganteum. ¶Tuas lau.) .i. tuam laurum. nõ appellauit triumphum: nam laurum tantum intulit Ioui Capitolino. ¶Omnibus ſup.) nam omnes Dii pariter accubuerunt. ¶Noſtra gau.) quæ declaramus ex laurea Sarmatica. ¶Omnis or.) .i. equeſtris, ſenatorius, ¶Veſcitur omnis ordo,) idem veſus apud Pap. Vna veſcitur omnis ordo menſa, parui, fœmina, plebs, eques ſenatus. ¶Promiſſa ſpor.) videbaris daturus ſportulam, vt bis antea conſueuiſti, deciſti cœnam pręter conſuetudinem. ita lege. ¶Recta data eſt) .i. cœna ad differentiam ſportulæ. cœna recta dicebatur ſuo apparatu ab amico Do. in ſportula dabantur quadrantes: vnde obſonia ad cœnam domum referebãtur. Suet. Sportulas ad cœnas rectas redegit. de Domi. ¶Quis la.) Phialam miſſam à Rufo carmine celebrat. ¶Phialæ,) vaſa argentea elaborata. ¶Myos,) ſculptoris. ¶Hæc manus Ment.) qui primus claruit argento cælando. ¶Polyclete,) Polycletus ſtatuarius fuit. Age ladis diſcipulus, qui quantũ reliquos ſuperauit in forma hominum ad veritatem effingendam: tantũ abfuit ab authoritate reddenda formę numinum: quod datum eſt Phidię, & Alcameni. ¶Liueſcit,) liuida eſt. ¶Nulla cali.) fumi ex igne. ¶Et liu. nulla cal. fuſcat) nam ex electro conſtabant phialæ: non ſuccino dico, ſed quod ex auro fiebat argento addito, ex quo Helena ſacrauit calicẽ in templo Mineruæ Indiæ. ¶Odit focos exploratores). i. nec ſigna habet foci: quo explo ratum eſt eius argentum. nam electri natura eſt ad lucernarũ lumina clarius argento ſplendere. Ita locũ Iuu. ſumus interpretati: Viro tenet phialas. appoſitio eſt cruſtas Heliadũ .i. quæ conſtant ex lamina Heliadum electri. ſubtiliſſima. n. materia, & (vt ita dicam) cruſta Electri, phialæ erant formatæ. Mar. De prætoritia foliũ mihi Paule corona Mittis, & hoc phialæ nomen habere iubes. ¶Electra) cã dida ſiue nigra in pretio non ſunt. fulua probantur: vt Plini. ea ingenti luce radiant: tamen minus plura ſunt hac phiala. ¶Flauo me.) electro. ¶Puſtula) bractea ex argento puriſſimo: vnde argẽtum puſtulatũ. ſupra Argenti tibi libra puſtulati: quemadmodum micam mitellam dicimus in auro & argẽto. ¶Felix,) elaborata. ¶Opus,) artificium in phiala. ¶Non cedit) vincitur à materia. ¶Stat cap.) in hac phiala erat caper. nam in phiala ſculpebantur nonnunquam capri: quoniã animal inſenſum Baccho, & obſcœna interdum. Stratonicus in phiala Satyrum ſomno grauatum collocauit. de capro Iuue. Argentum vetus, & ſtantem extra pocula caprum. ¶Vellere ço.) aureo, quale habuit aries Phryxi filii Athamantis filii Aeoli. ¶Soror) Helle, quæ in mare decidit ¶Tonſor ciny.) Cilix, qui tondet capellas. ¶Amor aureus) .i. Cupido in auro effictus. ¶Lotos) .i. tibia vel Palladia, q̃ ea ſit vſa Pallas, vel q̃ lotos in Africa naſcitur non procul à Tritone lacu Palla. ¶Sic.) eodem more. ¶Methymnęo) Methymna oppidum Lesbiam patria Arionis vt ſcri. Strabo de Arione hiſtoria eſt apud Herodotũ in primo. & apud Aulũ Gellũ alibi legitur: Sic Mithyleneo &c. ¶Nõta.) onus, ſed ſonatẽ. ¶Arionẽ) Onus: Arioné. ¶Languida,) placida. ¶Imbuat) .i. primo vino tingat. ¶Munus,) phialã. ¶Certa manus,) qui rectè miniſtrat id quod vult. ¶Puer,) Cupido. ¶Det,) qñ hilarius bibebãt anti qui, tot cyathos ſumebãt, quot literæ erant nomina amicarũ. ſupra. Nævia ſex cyathis, ſeptẽ Iuſtina bibatur. ¶Inſtãtis .i. litera) numerus elemẽtorũ ſtans author fuit munetis, qa ille miſit hãc phialã. ¶Si Telethuſa,) qñ expectabãt amicas parciusbibebãt quoad illę veniręt. ſupra de Rufo dixit ¶Dominæ) Telethuſæ. ¶Tuo triẽte) .i. ego putabo quatuor cyathos. i. epotis quatuor cyathis. ¶Si dubia eſt,) an ſit ventura amica. ¶Vtrũq; nomẽ) .i. Inſtantem Rufum, id eſt. 11. cyathos.

Tu Ganymedeo poteras ſuccedere lecto,
Securus domino baſia ſola dares.
Felix quæ tenerum uexabit ſponſa maritum,
Et quæ te faciet prima puella uirum.

In uarie ſe tondentem. 47

Pars maxillarum tonſa eſt tibi, pars tibi raſa eſt,
Pars uulſa eſt. unum quis putet eſſe caput?

De abolla Criſpini. 48

Neſcit cui dederit tyriam Criſpinus abollam,
Dum mutat cultus, induiturq; togam.
Quiſquis hẽs humeris ſua munera redde, p̃amur,
Non hoc Criſpinus te, ſed abolla rogat.
Non quicunq; capit ſaturatas murice ueſtes,
Nec niſi delitiis conuenit iſte color,
Si te præda iuuat fœdiq; inſania lucri,
Quo poſſis melius fallere, ſume togam.

Ad Cæſ. Domi. 49

Quanta Gigantei memoratur menſa triumphi,
Quantaq; uox ſuperis omnibus illa fuit,
Qua bonus accubuit genitor cũ Phœbe deorũ,
Et licuit faunis poſcere uina louem,
Tanta tuas celebrant Cæſar conuiuia laurus,
Exhilarent ipſos gaudia noſtra deos.
Veſcitur omnis eques tecũ, populusq;, patresq;,
Et capit ambroſias cum duce Roma dapes,
Grandia pollicitis quanto maiora dediſti,
Promiſſa eſt nobis ſportula, Recta data eſt.

De Phiala Rufi. 50

Quis labor i Phiala? docti Myos? an ne Myrõis?
Mentoris hæc manus eſt? an Polyclete tua?
Liueſcit nulla caligine fuſca, nec odit
Exploratores nubila maſſa focos.
Vera minus flauo radiant electra metallo,
Et nimium felix puſtula uincit ebur.
Materiæ non cedit opus, ſic alligat orbem,
Plurima cum tota lampade luna nitet.
Stat caper æolio Thebani uellere Phryxi
Cultus, ab hoc mallet uecta fuiſſe ſoror.
Hunc nec Cinyphius tonſor uiolauerit, & tu
Ipſe tua paſci uite Liæe uelis.
Terga p̃mit pecoris geminis Amor aureus alis,
Palladius tenero lotos ab ore ſonat.
Sic methymnæo gauiſus Arione delphin
Languida non tacitum per freta uexit onus.
Imbuat egregium digno mihi nectare munus
Non grege de domini, ſed tua Ceſte manus.
Ceſte decus menſæ miſce ſetina, uidetur
Ipſe puer nobis, ipſe ſitire caper.
Det numerum cyathis inſtantis littera Rufi,
Author enim tanti muneris illa fuit.
Si Telethuſa uenit, promiſſaq; gaudia portat,
Seruabor dominæ Rufe triente tuo.
Si dubia eſt, ſeptunce trahar. ſi fallit amantem,
Vt iugulem curas, nomen utrunq; bibam.

Martialis.

Cœna recta

Mentor

Polycletus

Electri natura

Puſtula

Methymna

DOMITIVS.

(FORMOSAM,) Cæcus amabat puellam formosam: formosa inquit est, sed vtcunque res sit, plus amat, quàm videt. an hoc alludit ad illum cæcum Iuuena. Q. qui nunquam viſę flagrabat amore puellæ. cuius etiã meminit Plin. in epiſt. Sed placet hunc eſſe alium: quemadmodum ſupra eſt: Codrus qui cæcus amabat. (Tonſorẽ) tonſorem Ruſo miſerat, quem ille tandiu detinuit barba tondenda, vt qui imberbis erat, ſit reuerſus barbatus. huius tonſoris mollitiem anteponit puero Neronis, qui duos habuit in delitiis: Sporo, quem habuit iuſtę ſponſæ duxit vxorem: Doriphorum, cui ipſe nupſit: quem Tranquil. appellat Doriphorũ, Tacitus Pythagoram: his verbis: Pythagoræ ex grege contaminatorũ nupſit. & infra: Qualis Pythagoras dabat Neroni. Suntque qui legant Thalamus Neronis: vt thalamus ſit tonſoris nomen: ſed non placet. (Talem artem,) tondendi. (Barbæ Druſorum,) id eſt Neronum. (In genas æquandas,) id eſt barbam æquandam barbatus eſt reuerſus, & indicat detinuiſſe & menſes & annum. (Cenſura ſpecu.) id eſt ſpeculo cenſore. (Epaphæreſim,) epaphæreſis numerus crinium excogitatus à mollioribus, qui conficiebatur ſucciſa variis in locis coma, cum alienum ab hac mollicie oſtendit Scipionem Silius ita canit: Martia frons: facilesque comæ, nec pone, retroque Cæſaries breuior. intelligens, vt puto, de epaphæreſi. (Longam,) id eſt dum diu tondes. (Auditur) Domitia. conficiendis feris delectabatur, quod teſtatur Tranquil. idem aſſumpſerat ſibi nomen Alcidæ maioris: cuius factum, vt imitaretur, nuper in arena proſtrauit leonem quod olim Nero facere ſtatuerat: feræ magnitudinem admiratur: & fortitudinem imperatoris laudat poeta. (Tantus terror,) id eſt tantus timor. (In arauſ.) in theatro Domitia. (Per auia maſſila,) id eſt per ſaltus Maſſiliæ partis Libyæ, & leuitate equorum, & ferarum multitudine nobilis. (Pallidus,) timens. (Sine mente pe.) id eſt attonitum. (Iura,) id eſt ſupercilium. (Nomas picta marmore,) intelligit hunc leonem ſuperaſſe omnes Numidicos leones. Nomas enim græce: latine Numidia eſt. (Picta mar.) propter marmor, quod ex Numidia afferebatur. Id genus marmoris M. Lepi. collega Catulli in cõſulatu primus Romæ oſtẽdit. (Nomas picta mar.) id eſt Numidici leones eligerent hũc regem, & daret coronam. nam quod de figura marmorea Rõmæ aiunt, nec conuenit, nec verum eſt. ſupra tamen: Et locus marmoreus feris diſtinctus Exornant pictæ qua platanona feræ, ſed non conuenit. (Lunatæ,) tortæ. (Stetit,) inhorruit. (Iubæ,) iubati enim leones generoſiores habebãtur. (Quam dec.) quia quàm par fuit. (De mag. morte,) manu Imperatoris. (A iugis Cyb.) nam currus Cybeles vehitur à leonibus. quod Virg. cecinit, & Lucretius. Hanc veteres Graium docti cecinere poetæ Sedibus in curſu biiugos agitare leones. (Frater,) Titus, qui relatus eſt in numerum Deorum. (Vel pater,) id eſt Veſpaſianus. (Ab aſtro Herc.) id eſt à leone interfecto ab Hercule, qui in cœlo eſt aſtrum. (Formoſiſſima,) in Catullam quæ cum ob elegantiã formę à multis appeteretur, habebatur viliſſima. optat poeta vt aut minus formoſa fiat, ne à tot appetatur, aut magis pudica, ne ſit vilis. (Temporibus,) reddit rationem Flacco miranti quare in priſtinam dignitatẽ Roma reſtituta à Domitia. nõ adſint quoq; antiquorum poetarum ingenia, quia ſcilicet deſunt Mecœnates, qui dent munera. (Cædat,) vincatur magnificentia. (Cum ſuo duce,) Domi. (Tanta tuba,) quanta cecinit Virgil. (Tityrus,) perſona ſumpta eſt à Theocrito, & Virgilio. Id autem ſignificat hircũ magnum lingua libyca, ſi Probo credimus, ſed Strab. placet Tityros fuiſſe Bacchi ſacerdotes, vt Silenos, Satyros, Bacchas Lenæas, Thiades, Mymalones, Naiades nymphas. Tityrus autem carmine notum eſt Virgil. (Miſeræ Cremonę,) alludit ad carmẽ Virgilii: Mantua væ miſeræ nimium vicina Cremonę. (Tuſcus eques) Mecœnas fuit ordinis equeſtris, & à Tuſcis regibus ducebat originem. (Alexis,) fictum nomen, ita enim non appellabatur, ſed dicebatur Alexander, ſed vt carmini conueniret nomen eſt mutilatum, & cum poeta laſciuum carmen ſcrib. in hunc appellat ſe Corydonem. (Domini,) Virgilii. (Marmorea,) candida in ſpeciem marmoris. (Pinguis Galatea,) id eſt pingue carmen de Galatea. (Attonito,) amore Alexis. (Theſtylis,) nomẽ mulieris, cuius & Virgil. & Theocritus meminit. (Excidit,) ex animo diſceſſit. (Arma, virumq́;,) alludit ad carmen Virgilii. (Qui modo vix culicẽ,) opere, quod extat, vbi culicis paſtor mortem deflet. (Rudio re,) impolito carmine. huius meminit Pap. ante annos culicis. Maroniani.

(Varios,)

De Aſpro. 51

Formoſam planè, ſed cæcus diligit Aſper,
Plus ergo, ut res eſt, q̃ uidet Aſper, amat.

Ad Ceditianum. 52

Tonſorem puerum, ſed arte talem,
Qualis nec thalamis fuit Neronis
Druſorum cui contigere barbæ,
Aequandas ſemel in genas rogatus
Ruſo Ceditiane commodaui,
Dum iuſſus repetit pilos eoſdem
Cenſura ſpeculi manum regente,
Expungitq́; cutem, facitq́; longam
Detonſis epaphæreſim capillis,
Barbatus mihi tonſor eſt reuerſus.

Ad Cæſ. Do. de Leone. 53

Auditur quantum Maſſila per auia murmur,
Innumero quoties ſylua Leone furit.
Pallidus attonitos ad plena mapalia paſtor
Cum reuocat tauros, & ſine mente pecus,
Tantus in Auſonia fremuit modo terror arena,
Quis non eſſe gregem crederet? unus erat.
Sed cuius tremerent ipſi quoq; iura leones,
Cui diadema daret marmore picta nomas.
O quantũ per colla decus, quem ſparſit honoré,
Aurea lunatæ cum ſtetit unda iubæ.
Grandia q̃ decuit latum uenabula pectus,
Quantaq́; de magna gaudia morte tulit.
Vnde tuis Libye tam felix gloria ſyluis?
A Cybeles nunquid uenerat ille iugis?
An magis Herculeo Germanice miſit ab aſtro
Hanc tibi uel frater, uel pater ipſe feram?

In Catullam. 54

Formoſiſſima quæ fuere, uel ſunt,
Sed uiliſſima quæ fuere, uel ſunt,
O q̃ te fieri Catulla uellem
Formoſam minus, * aut magis pudicam.

Ad Flaccum. 55

Temporibus noſtris ætas cum cedat auorum,
Creuerit & maior cum duce Roma ſuo,
Ingenium ſacri miraris abeſſe Maronis,
Nec quenquam tanta bella ſonare tuba,
Sint Mecœnates non deerunt Flacce Marones,
Virgiliumq́; tibi, uel tua rura dabunt.
Iugera perdiderat miſeræ uicina Cremonæ.
Flebat & abductas Tityrus æger oues.
Riſit Tuſcus eques, paupertatemq́; malignam
Reppulit, & celeri iuſſit abire fuga.
Accipe diuitias, & uatum maximus eſto,
Tu licet & noſtrum dixit Alexin ames.
Aſtabat domini menſis pulcherrimus ille
Marmorea fundens nigra falerna manu,
Et libata dabat roſeis carchęſia labris,
Quæ poterant ipſum ſollicitare louem.
Excidit attonito pinguis Galatea poetæ,
Theſtylis & rubras meſſibus uſta genas.
Protinus Italiam concepit, & arma uirumq́;,
Qui modo uix culicem fleuerat ore rudi.

Neronis pueri

Epapheręſis

Nomas

* at

Maſſilia

Tityrus Bacchi ſacerdotes

Mecœnas

DOMITIVS.

(VARIOS,) Qui temporibus Cæſaris habuit, quem amaret. (Marſos,) Marſus amauit Melenem. (Magna,) congiarium terdederat Domitianus quod ne videatur feciſſe: vt alienos populi animos conciliaret (ea enim fermè de cauſa congiarium dari ſolebat) poeta ait non allici populũ ad amorem imperatoris muneribus: ſed allici ad amorem munerum dignitate imperatoris, qui donat. (Non propter præmia,) id eſt congiarium. (Toties te victor. Ducum,) qui omnes duces vincis. (Et victor tui,) ille ſe ipſum dicitur ſuperare, qui nihil agit præter rationem, & appetitũ domat. alibi: Ardua res hæc eſt opibus non tradere mores. An victor ſui ipſius Domitianus, quia iam non habet cum quibus contendat, ſed ſecum certat, & ſe quotidie ſuperat virtute, quod & de Craſſo ſcribit Cice. qui quoties dixit alios ſuperauit eo die ſeipſum. (Tres habuit,) Picens adeo ſenex erat, vt condito tumulo ſuo expuerit tres dentes, qui ceciderunt in ſinu. (Nouiſſima fragmenta,) id eſt vltimos dentes. Picens item apud Iuuenalẽ: Tum Picens accipe dixit. (Laxioris,) eneruati, & languentis. (Licet,) conceditur (Præſtitit officium,) quia ſępe liuit ipſe ſuos dentes. (Cum tibi,) Artemidorus nomen compoſitum eſt, ſignificatq́ue Dianæ donum, quo nomine erat ſuperbus, & elatus, at poeta ait cum craſſas habeat lacernas: nõ modo Artemidorum, ſed Sagarim poſſe appellari à ſagis: hoc eſt veſtibus vilioribus, quas geſtabat. (Aſpicis,) in Luſcum furacem, quem ad furta duos oculos habere ait: & iocatur dũ ſingula eius furta commemorat. (Lacuna,) concauitas oculi euulſi. (Lippa,) ſtillans & manans. (Ne contemne caput,) quia habeat vnum oculum. (Autolyci,) Autolycus filius Mercurii fur notiſſimus Eleonem oppidum Parnaſſi, vt Ho. & Crates ſcribunt, tenuit cum proxima loca furto infeſtaret. Seſtius ſcrib. Autolycum non potuiſſe tenere Eleonem in Parnaſſo: cum illic non ſit Eleo oppidum, ſed Neo. (Tam picata,) quia capit quicquid attingit vt pix: tunc cum eſt conuiua. (Ligula,) inſtrumentum argẽteum eſt, de qua in diſtichis. (Subducere,) ſubfurari. (Fraudare Vernam lucerna,) id eſt non erubuit eripere lucernam Vernæ. (Soleas,) ſenſus eſt: Si non poteſt furari aliquid alienum, furatur ſoleas puero ſuo: quas commiſit cuſtodiendas. nam cœnaturi deponebant ſoleas. alibi: Depoſui ſoleas: affertur protinus ingens. (Puerum) ſeruum ſuum. (Arte doloſa,) id eſt furto. (Summa,) Claudiam tantæ magnitudinis eſſe ait, vt ſi voluerit eſſe par coloſſo Domitiani, eam oportet ſic eſſe minorem ſexquipedem: tam portentoſæ magnitudinis fuerunt apud antiquos Gembara nouem pedum: Puſio, & Secundilla nouem pedum cum dimidio. (Aequare,) par eſſe: (Coloſſi palatini,) de ſtatua equeſtri Domitiani quæ erat iuxta palatium potes & de coloſſo Apollinis intelligere, qui fuit erectus ab Auguſto in parte palatii. (Sexquipede) pede vno cũ dimidio. de ſexqui hora, ſexquiplaga, ſexquipede alibi diximus. (Liuet Carinus) in Carinum inuidum qui virtuti non inuidebat, ſed vel exiguis diuitiis. nunc rumpebatur Martiale poſſidente mulum ſuum. & ſuburbanum: cum ille eſſet ditiſſimus: imprecatur poeta tantæ inuidiæ, vt ipſe poſſideat mulum, & ſuburbanum, hoc eſt ad eandem deueniat cõditionem. (Carinus,) contrarium nomen eſt inuidenti. nam Carinus ſignificat lætum. (Liuet) rumpitur inuidia. Inuidere liuentis eſt. (Vnde pẽdeat,) id eſt vnde ſuſpendat. hic enim exitus eſt inuidi. (Et cedro perunctus,) id eſt oleo cedrino. nam hic pretioſi libri & bona carmina ſeruabantur. (Rus æſtiuum,) id eſt rus ad æſtiuandum. (Mulis,) non, vt ante, conductis, ſed meis. & mulum conductum ſcrib. Hora. in ſermo. (Opto habeat mulos, & ſuburbanum,) id eſt opto amittat diuitias, quas habet, & ſit noſtræ conditionis ac fortunæ cui inuidet, id eſt ſit pauper. (Scribit,) Conſules, & duces in charta tranſuerſa ſcribebant, author eſt Tranquill. ſed ſcribere hic in charta auerſa, vt puto. accipitur pro eo quod eſt ſcribere in pagina à tergo. (Picens,) tam longa ſcribebat epigrammata, vt & tergum impleret, neque placebat. poeta ait non eſſe mirandum, ſi cum in charta auerſa ſcribat, auerſo quoque deo faciat verſus, deſignans loquacitatem Picentis. (Auerſo Deo,) id eſt nulla gratia. nam illi ſcribunt carmina deo auerſo, qui non placent. alibi: Carmina quod ſcribis muſis & Apolline nullo. (Theſtylon,) Aulus is tantum vatibus blandiebatur: quorum pueros amabat, hoc prodit Martialis Theſtylon puerum Voconi.

Quid Varios, Marſoſq́; loquar, dictataq́; uatum
Nomina, magnus erit quos numerare labor?
Ergo ero Virgilius, ſi munera Mecœnatis
Des mihi. Virgilius, non ero, Marſus ero.

Ad Cæſarem Do. 56

Magna licet tories tribuas maiora daturus
Dona ducum uictor, uictor & ipſe tui,
Diligeris populo non propter præmia Cæſar,
Propter te populus præmia Cæſar amat.

De Picente. 57

Tres habuit dentes, pariter quos expuit omnes,
Ad tumulum Picens dum ſedet ipſe ſuum.
Collegitq́; ſinu fragmenta nouiſſima laxi
Oris, & aggeſta contumulauit humo.
Oſſa licet quondam defuncti non legat hæres,
Hoc ſibi iam Picens præſtitit officium.

In Artemidorum. 58

Cum tibi tam craſſæ ſint Artemidore lacernæ,
Poſſum te Sagarum iure uocare meum.

In Luſcum furem. 59

Aſpicis hunc uno contentum lumine, cuius
Lippa ſub attrita fronte lacuna patet,
Nec contemne caput, nihil eſt furacius illo.
Non fuit Autolyci tam piceata manus.
Hunc tu conuiuam cautus uitare memento,
Tunc furit, atq́; oculo luſcus utroq́; uidet.
Pocula ſolliciti perdunt, ligulasq́; miniſtri,
Et latet in tepido plurima mappa ſinu.
Lapſa nec à cubito ſubducere pallia neſcit,
Et tectus lenis ſæpe duabus abit.
Nec dormitantem Vernam fraudare lucerna
Erubuit fallax, ardeat ille licet.
Si nihil inuaſit, puerum tunc arte doloſa
Circuit, & ſoleas furripit ipſe ſuas.

In Claudianum. 60

Summa palatini poteras æquare coloſſi,
Si fieres breuior Claudia ſeſquipede.

In Carinum. 61

Liuet Carinus, rumpitur, furit, plorat,
Et quærit altos, unde pendeat, ramos,
Non iam quòd orbe cantor, & legor toto,
Nec umbilicis quòd decorus, & cedro
Spargor per omnes, Roma quas tenet, gentes,
Sed quòd ſub urbe rus habemus æſtiuum,
Vehimurq́; mulis non, ut ante, conductis.
Quid imprecabor ô Seuere liuenti?
Hoc opto, mulas habeat, & ſuburbanum.

De Picente. 62

Scribit in auerſa Picens epigrammata charta,
Et dolet, auerſo quòd facit illa Deo.

De Aulo. 63

Theſtylõ Aulus amat, ſed nec minº ardet Alexin,
Forſitan & noſtrum ſic Hiacynthon amat.

Artemidorus

Autolycus

Ligula

Carinus

GEORGIVS.

(SCRIBIT In auerſa Picens epigrammata charta,) Vix ego crediderim quando ex vtraque parte ſcribatur, & latera ipſa quodammodo opponantur paginis. vnde Hieronymus: Ex latere in paginam. Auerſa autem charta ſcribere erit non in formam paginæ, aut memoralis libelli ſcribere, ſed potius tranſuerſa eſt in oblongum verſa.

DOMITIVS.

¶Delitias Vatum,) qui sunt delitiæ poetarũ. ¶Vt poscas) mittebantur munera amicis, cum diem natalem celebrabant: Clytus vt frequentiora munera colligeret: nouies celebrabat diem suum natalem in anno. poeta monet, nisi destiterit tam multos natales celebrare, se non putaturum eum esse semel natum: hoc est non missurum vel semel munus. ¶Nasceris,) diem natalem celebras. ¶Non natalitias calendas,) id est singulis mensibus celebras natalem, exceptis tribus, vel quatuor: tu nobis videris senex cum celebraueris toties natalem. ¶Licebit) quanuis. ¶Moro caduco,) præmaturo, vt supra. ¶Massam,) metam. ¶Alligati,) coagulati. ¶Cruda) inupta. ¶Sit pudor,) pudeat te. ¶Modus,) finis. ¶Nasci semel,) vnum tantum celebrare natalē in anno. ¶Nec putabo te natũ semel,) id est ne ipso quidem die natali munus mittam. ¶Hic vbi,) Domitianus authore Trãqui. post victoriam Sarmaticam, cũ multos arcus cum quadrigis, & insignibus triumphorum per regiones vrbis erexisset: maximũ sibi poni voluit: hunc celebrat poeta carmine. Fuit etiam condítum templum ¶Fortunæ reducis,) quòd reducem seruasset imperatorem. Fortuna variis nominibus templa habebat: nã erat ædes Fortunæ reducis: &, vt Plutarchi verba ex quæstionibus recitemus, Euelpidis: Atropæ, Protogeniæ, Viscatæ, Breuis, hæc cõdita: Seruio Tullo erat & templum malæ Fortunæ in sesquiliis. ¶Felix area) locus paratus ad ædificandum. Vel felix, id est ampla. vel quia conditum postea illic templũ. ¶Iubar,) radios. ¶Arcus ouans) triumphalis. ¶Stat,) erectus est. ¶Gemini currus,) nam arcus habebat quadrigas. vel propter duplicem triumphum: quem hactenus reportauerat ex Dacis. ¶Ipse aureus,) id est statua Domitiani. aurea. non enim passus est poni sibi statuam nisi auream, & argenteam, vt Tranquillus tradit. ¶Sufficit) par est. ¶Immensis iugis,) quadrigis. ¶Vrbem Martis,) Dei bellorũ. ¶Hos aditus,) id est triumphales, id est vt imperatores agant tales triumphos. ¶Augusto,) Silius poeta tertium consulatum accepit à Domitiano comparat eum poeta consulem tertium cum Pompeio, qui tres consulatus gessit, & decus Silii anteponit rebus omnibus, quas tribus illis consulatibus gessit Pompeius: hac vna ratione: quoniam Domitianus dederat tertium consulatum longe maior senatu, & Cæsare: qui dederunt tres consulatus Pompeio Augusto,) Domitiano. ¶Bis senos fasces,) consulatum. ¶Noto consule,) Id est ad Silium: qui bis fuerat consul. ¶Sonare) pulsare. ¶Nobili virga,) fores à magistratibus virga lictorum pulsabantur. Papi. de conuentu ad Stellam: Et multa pulsantur limina virga. Liuius in sexto ab vrbe: Forte accidit vt lictor Sulpitii, cum is de foro domum se reciperet, fores, vt mos est, virga percuteret. Plin. in. 7. natu. histo. scribit Pompeium consulem prohibuisse lictorem pulsare fores Possidonii veneratione tãti viri. ¶Purpura felix,) Pompeii. ¶Tertius consul,) id est tertius consulatus. ¶Quod optet,) id est datum fuisse consulatum à te. ¶Numerare) consulatus sic datos à Domitiano. ¶Ianus pacificus,) id est annus. Quorum pacificus ter ampliauit iunge cum inferioribus, vt referas ad consulatus Silii. ¶Pacificus,) ad differentiam Pompeianorum, qui in armis versati sunt, id est Silius mauult sic, scilicet sine bellis numerare suos consulatus frequentes, hoc est sæpe tales habere, quorum nomina Ianus pacificus ter ampliauit: nam ter consul fuerat. ¶Horas quinque,) Cæcilianum intempestiuum conuiuam accusat qui inuitatus debebat ad nonam horam venire: nam tunc cœna parabatur: Imperat extructos frangere nona toros, sed ante quintam properauerat, monet vt celerius etiam veniat, vel serius nona, ita enim non cœnabit. ¶Puer nunciat.) nam pueri nunciabant horam dominis. ¶Raucæ ceræ,) id est libelli forenses. alius codex habet Parcę chartę. ¶Distulerint) vadimonia) peregerint iudicia. nam tertia hora in foro versabantur. ¶Feras floralitias,) feræ ab ædilibus paratæ ad aliquem ludum lassabantur quarta hora vsque in quintam ad iugum patritium, vbi florales ludi exercebantur: vel quia mense Aprili prætores ludos edebãt feris ad Megalesia, quo tempore & floralia fiebant vnde floralitiæ feræ dicuntur, hoc est editæ in spectaculum eo mẽse, quo floralia agebantur, hæc vna sententia mihi placet. ¶Caldam,) id est coctã. aqua enim cocta vtebantur in conuiuio. ¶Alget,) id est est sine igne. ¶Nudo fo.) carente lignis. ¶Serò,) vel post nonam, vel serò præcedentis diei: nam ita quoq; non cœnabis. ¶Et Floralitias lasset arena feras,) Ego magis puto floralitias feras eas dici: de quibus Ouid. Cur tibi pro Libycis clauduntur rete leœnis: Imbelles damæ, innocuusque lepus. Non sibi respondit sylvas cessisse, sed hortos: Aruaque pugnaci non adeunda feræ. ¶Qui

Floralitiæ feræ

GEOMGIVS.

In nunc, & dubita, uates an diligat ipsos,
Delitias uatum cum meus Aulus amet.

In Clytum. 64

Vt poscas Clyte munus, exigasq;,
Vno nasceris octies in anno,
Et solas puto, tres ue, quattuor ue
Non natalitias habes calendas.
Sit uultus tibi lenior licebit
Tristis littoris aridi lapillis,
Si moro coma nigrior caduco.
Vincas mollitie tremente plumas,
Aut massam modo lactis alligati,
Et talis tumor excitet papillas,
Quales cruda uiro puella seruat.
Tu nobis Clyte iam senex uideris,
Tam multos quis enim fuisse credat
Natales Priami ue, Nestoris ue?
Sit tandem pudor, & modus rapinis.
Quòd si ludis adhuc, semelq; nasci
Vni iam tibi non sat est in anno,
Natum te Clyte, nec semel putabo.

Ad Domitianum. 65

Hic ubi fortunæ reducis fulgentia late
Templa nitent, felix area nuper erat.
Hic stetit arctoi formosus puluere belli
Purpureum fundens Cæsar ab ore iubar.
Hic lauro redimita comas, & candida uultu
Roma salutauit uoce, manuq; Ducem.
Grande loci meritum testantur & altera dona,
Stat sacer edomitis gentibus arcus ouans.
Hic gemini currus numerãt elephãta frequẽter,
Sufficit immensis aureus ipse iugis.
Hæc est digna tuis Germanice porta triumphis.
Hos aditus urbem Martis habere decet.

De Consl. Silii. 66

Augusto pia thura, uictimasq;
Pro nostro date Silio camœnæ.
Bis senos iubet en redire fasces
Noto consule, nobiliq; uirga
Vatis castaliam domum sonare.
Rerum prima salus, & una Cæsar.
Gaudenti supereſt adhuc quod optet
Felix purpura, tertiusq; consul,
Pompeio dederit licet senatus
Et Cæsar genero sacros honores,
Quorum pacificus ter ampliauit
Ianus nomina, Silius frequentes
Mauult sic numerare consulatus.

In Cæcilianum. 67

Horas quinq; puer nondum tibi nunciat, & tu
Iam conuiua mihi Cæciliane uenis.
Cum modo distulerint raucæ uadimonia ceræ,
Et floralitias lasset arena feras.
Curre age, & illotos reuoca Caliste ministros,
Sternantur lecti Cæciliane sede.
Caldam poscis aquã, sed nondum frigida uenit,
Alget adhuc nudo clausa culina foco.
Mane ueni potius. nam cur te quinta moretur?
Aut cur non serò Cæciliane uenis?

DOMITIVS.

¶Qvi Corcyræi,) laudat rus Entelli rectum lapidibus specularibus, quales hortos habuit Tyberius, & supra commemorauit. ¶Corcyræi re.) Alcinoi, qui regnauit in insula Corcyra. ¶Vindemia,) racemi vuarum. ¶Gemma perspicua,) id est lapidibus specularibus. quibus vuæ seruabãtur. ¶Nec tamẽ latet,) sed cernitur. ¶Bombicina,) ex veste bombicina. Mulieres bõbicinæ, viri Coapellucebant. ¶Sterilis hyems,) alibi sterilis iubetur ferre autumnum, id est fructus autumnales. ¶Miraris) Vacerra significat stipitem ad quem alligantur equi. Vacerra item significat vecordem, & insanum: hic nomen proprium est cuiusdam, qui mortuos tantum poetas laudabat, ait poeta se nolle laudari, id est nolle mori, vt ab hoc laudetur. Idem versus est supra: Si post fata venit gloria, non propero. ¶Miraris) laudas. ¶Non est tanti,) id est tantifacio perire, vt placeam tibi, hoc est non tantifacio istam laudem, vt morte tibi placere velim. ¶Quanta,) Neruæ Coccei ingenium, & carmen laudat quem præstantissimum ait esse poetam, si voluisset aperte se poetam fateri, sed præmodestia silet: aut certe tenue carmen scribit in quo tamẽ à Nerone dictus est alter Tibullus. ¶Permessida,) Permessis, siue Permessus flu. est, qui ex Parnasso labitur vnde etiam Olmeus defluit. ¶Verecundam sim,) id est voluit parum gustare. ¶Frontem pieriam,) id est poeticam. ¶Tenui corona,) id est hederacea. nam poetæ heroici corona querna vtebãtur, propterea si placet supra dum scrib. ad Collinum. O cui Tarpeias licuit cõtingere quercus: nam ille de poetis erat coronatus à Domitiano corona autem hederacea elegi, & tenuiores poetæ vtebantur. Propert. Ennius hirsuta cingat sua dicta corona: Mi folia ex hedera porrige Bacche tua. ¶Nec dare vela,) id est non sequi famam. ¶Neronis carmina,) Nero scripsit esse alterum Tibullum Neruam. Nero enim carmina componebat, quod multis negantibus Tranquil. affirmat ex pugillaribus, quos viderat. ¶Quattuor,) argentum mittebatur in saturnalibus: Posthumianus. 10. ante annis solebat mittere Martiali quatuor argẽti libras, sed singulis annis tantum detrahebat, vt iam non haberet hoc. 10. anno quod posset detrahere, rogat poeta, vt ad quatuor libras reuertatur. ¶Tempore brumæ,) hyemis, id est saturnalibus. ¶Stare,) permanere in eodem numero, aut quantitate, qua solet. ¶Libra septitiana,) libra, as, pondus: assipondium item erat: nam. 12. vncias valebat. Secundo autem bello Punico cum res ad penuriam argenti redacta esset: patres persoluturi stipendium militibus libram minorem esse voluerunt adeo, vt sustentatio pondere finiretur ex duobus vnciis. libra item. 10. quæ. 10. vncias valebat. ¶Septitiana) maioris põdēris, quàm octo vnciarum. ¶Bessalem,) Bes octo vncias significat. ¶Scutulam,) vasculum est quod mensura par est octo vnciis. ¶Ad scutulam bessalem,) id est octo vnciarum. ¶Cotila) vasculum est, quanuis nonnulli interpretantes carmen Homẽ. de medico, qui cibum cotilla poscebat in odyssea: cotila cõcauitatem manus exponãt. capit autem cotila sex vncias: vt supra scutula octo. Cotilus autem collis est Idæ: vt Demetrius, ex quo labuntur Scamander, Granicus, & Esapus. ¶Octauus, octauo anno misisti Ligulam instrumentum argenteum. ¶Sextante,) duabus vnciis. ¶Nondum,) libellum alloquitur, quem dono dat Artano amico reuertenti Narbonem in Galliam. ¶Murice) purpura. ¶Narbo,) ciuitas Galliæ. ¶Votieni) patris. ¶Annuos fasces,) magistratus. ¶Quod,) reuerti Narbonem. ¶Paribus votis,) non minore desiderio. ¶Meus libellus,) vt possem sequi amicum. ¶Instanti,) notum argumentum. ¶Cynthia,) amica Propertii vero nomine Hostia dicebatur. ¶Corynna,) fictum nomen apud Ouid. cum puellam Cæsaream vellet nominare. duæ autem fuerunt Corynnæ Thæbanæ: quarum vtraque fuit eruditissima carmine: & propterea suam puellam appellauit Corynnam Ouid.

Septitiana

Scutula

Cotila

Cotilus

Corynna

Ad Entellum. 68

Qui Corcyræi uidit pomaria regis,
Rus Entelle tuæ præferet ille domus.
Inuida purpureos urat ne bruma racemos,
Et gelidum Bacchi munera frigus edat,
Condita perspicua uiuit uindemia gemma,
Et tegitur felix, nec tamen uua latet.
Fœmineum lucet sic per bombicina corpus.
Calculus in nitida sic numeratur aqua.
Quid non ingenio uoluit natura licere?
Autumnum sterilis ferre iubetur hyems.

In Vacerram. 69

Miraris ueteres Vacerra solos,
Nec laudas nisi mortuos poetas.
Ignoscas petimus Vacerra, tanti
Non est ut placeam tibi, perire.

Vacerra

De Nerua. 70

Quanta quies placidi, tanta est facundia Neruæ,
Sed cohibet uires, ingeniumq; pudor.
Cum siccare sacrum largo Permessida posset
Ore, uerecundam maluit esse sitim.
Pieriam tenui frontem redimire corona
Contentus, famæ nec dare uela suæ.
Sed tamen hũc nostri scit tẽporis esse Tibullum,
Carmina qui docti nota Neronis habet.

Permessus

Olmeus

In Posthumianum. 71

Quattuor argenti libras mihi tempore brumæ
Misisti ante annos Posthumiane decem
Speranti plures, nam stare, aut crescere debent
Munera, uenerunt plus ue, minus ue duæ.
Tertius, & quartus multo inferiora tulerunt.
Libra fuit quinto septitiana quidem.
Bessalem ad scultulam sexto peruenimus anno,
Post hunc in cotila rasa selibra data est.
Octauus ligulam misit sextante minorem,
Nonus acu leuius uix cochleare tulit.
Quod mittat nobis, decimus iã nõ habet annus.
Quattuor ad libras Posthumiane redi.

Ad Librum suum. 72

Nondum murice cultus, asperoq;
Morsu pumicis aridi politus,
Artanum properas sequi libelle
Quem pulcherrima iam redire Narbo,
Docti patria Narbo Votieni
Ad leges iubet, annuosq; fasces,
Votis quod paribus tibi petendum est,
Continget locus ille, & hic amicus.
Quam uellem fieri meus libellus.

Ad Instantium. 73

Instanti, quo nec syncerior alter habetur,
Pectore, nec niuea simplicitate prior.
Si dare uis nostræ uires, animosq; Thaliæ,
Et uictura petis carmina, da, quod amem.
Cynthia te uatem fecit lasciue Properti.
Ingenium Galli pulchra Lycoris erat:
Fama est arguti Nemesis formosa Tibulli.
Lesbia dictauit docte Catulle tibi.
Non me Peligni, nec spernet Mantua uatem,
Si qua Corynna mihi, siquis Alexis erit,

DOMITIVS.

Hoplomachus

(HOPLOMACHVS,) Hoplomachi dicebantur, qui armati pugnabant in speciem iustæ dimicationis: ὅπλον arma significat: μάχη pugnam: vnde Hoplomachus, & Calicula Proculum, quem ab eximia magnitudine colossum appellabat Hoplomacho obiecit, & bis victoré iuslit iugulari.

Ophthalmicus

In malum Medicum eum dixti chon, qui cum olim oculis mederetur, homines necabat imperitia, nunc factus Hoplomachus idem faciebat. (Ophthalmicus,) dicitur qui oculis medetur. (Dum repetit,) Galli sacerdotes Cybeles mortui videbantur posse appellari sectis virilibus nuper autē qui ex Gallia venerat in vrbem, cum offensus lapide nocte cecidisset: non habuit, qui ignoto opitularetur, puer qui molem corporis non poterat tollere: vespillones prætereuntes rogauit vt feretro dominū susciperēt: quod illi cadauere deposito fecerunt, quod in Gallos sacerdotes, inquit poeta in hunc mihi optime videtur conuenire, vt dicamus ô Galle mortue. (Lingonus) Lingones populi Galliæ: dixit lingonum: cum alibi dixerit lingonem. (Recens,) qui nuper venerat. (A recta, & Flaminia,) Flaminia via notissima est recta item via, quæ in Flaminiā ducit à Recto oppido. idē verbum est apud Tib. (Macer,) seruus. (Casus,) fortuna. (Inscripti,) vespillones ad id munus electi. (Permutatur onus,) quia susceperunt Gallum & reliquerunt cadauer. (Galle mortue,) id est hic mihi videtur recte dici Gallus mortuus. nam & Gallus erat, & quanuis viueret, tamen pro mortuo ferebatur, cum id Gallis sacerdotibus dicatur: alludit ex nomine Galli. (Dic mihi) festiue Gallico ostendit eum male agere causas, & male scribere: nam ille poscebat, vt verum diceret Martialis quid sentiret de seire spondet eum non libenter audire verum, id est non audire se vituperari libenter. (Amabo,) obsecro aduerbium. (Dic verum,) verba Gallici, sic respondet Martia (Verum nō audis) quasi diceret si voluero dicere verum, non audies me libenter, nam te non laudabo. (Liber,) ad Liberum amicum pugilem: ad quem infra est epigramma: Liber amyclæa frontem redimere corona: hunc hortatur ad epicuream animi relaxationē: hoc est ad rosas: ad amomum: ad vinum: hoc enim pacto vitā fieri longiorem ostendit, & qui dimidiū ætatis ita vixerit, plus temporis vixisse quandiu dederit. (Liber,) nomen proprium. (Aeterna ro.) i. in perpetua voluptate. (Splendeat,) niteat. (Amomo) nam crines spargebātur amomo assyrio. (Nigre scat,) nam falernum nigrum erat. (Caleat amore,) nullum enim conuiuium aut hic, aut Horat. aut quicunq; Epicureum sectatur, sine amorum delitiis celebrat. (Vita est facta longior,) id est producta est vita huic quæ tali voluptate fruitur. (Sic,) tali voluptate. (Finitus,) id est mortuus. (Vel medio æuo,) sensus: Anni longiores, quàm Dii dederint, fieri possunt voluptatibus. numero enim dierum non termināt vitam poeta, sed voluptate. (Quos cupet,) Stella poeta celebrauit Domitiani sarmaticam victoriam carmine. Papi. de Domitiano erga Stellam: Dicas, quæ est gloria maior: Exuuias, laurosque dabit celebrare recentes, non contentus ea laude carminis ob pietatem in principem. hoc laudatur à Martiale non sine laude Stellæ, quem diligebat. (Triumphi hyperborei,) id est victoriæ sarmaticæ. (Victoria phlegræa,) an Iouis, qui gigantes fulminauit, an potius Herculis quod placet, qui authore Strab. gigantes phlegræos superauit in Campania, placet inquam hoc, quoniam hi duo triumphi, Herculis scilicet & Bacchi celebrātur à Silio cōiuncto carmine. Silius Qualis odoratis descendens Liber ab Indis Egit pampineos frænata tigride currus: Aut cū phlegræos confecta mole gigantum lucessit campis tāgens Tirynthius astra. (Quos ludos,) id est quales vellet de se celebrari Hercules. (Pompa,) indicus triumphus. (Putat) Domitianus (Illi) Domitia. (Non est satis,) ad liberalitatem. (Omnis dies habet sua dona,) id est spectacula. (Diues linea,) id est diues cauea diuitum, & cuneus. (Cessat.) his spectaculis. Panaria distribuit Domitia. senatoribus, & equitibus: plebi sportulas cum obsonio. In sequenti die, author Tranquil. omnis generis massilia, sparsa sunt: vt etiam Pap canit: Quic quid nobiles ponticis nucetis Fœcundis cadit aut iugis idumeus. (Cessat) qn diripiat, quę sparguntur. (In populum,) magna pars missilium cedit in populum. (Tessera,) significat cubum, vt Gellius, sed à nobis aliter exposita est alibi. Tessera item genus mensæ: quæ in munere principis maxime commemoratur: inde fit vt Tessera hic pro munere accipiatur. Tessera item erat symbolum inter milites. (Auis) aues sparsæ sunt à Domitiano quod olim egerat Nero. Pap. Inter quę subito cadunt volatu Immensæ volucrum per astra nubes. (Secutos,) nihil curantes. Pap. Desunt qui rapiant, sinusque pleni Gaudent. (Absens,) libera, volans. (Sortitur,) designat oculis dominum ad quem deuoler. (Palmæ,) varia præmia ludorum proposita sunt à Domitiano certamina mulierum, pumilionum, curruum, pugilum. (Vterque consul) non modo alter, sed vterque.

Tessera

(Omnis,)

In malum Medicum. 74

Hoplomachus nūc es, fueras Ophthalmicus ante,
Feciſti medicus, quod facis Hoplomachus.

De Gallo lingono. 75

Dum repetit ſera conductos nocte penates
Lingonus à recta, flaminiaq; recens.
Expulit offenſo uitiatum pollice talum,
Et iacuit toto corpore fuſus humi.
Quid faceret Gallus, qua ſe ratione moueret?
Ingenti domino ſeruulus unus erat
Tā macer, ut minimā poſſet uix ferre * lacernā,
Succurrit miſero caſus, opemq; tulit.
Quattuor inſcripti portabant uile cadauer,
Accipit infelix qualia mille rogus.
Hos comes inualidus ſubmiſſa uoce precatur,
Vt quocunq; uelint corpus inane ferant.
Permutatur onus, ſtipataq; tollitur alte
Grandis in anguſta ſarcina ſandapila.
Hic mihi de multis unus Lucane uidetur,
Cui merito dici mortue Galle poteſt.

In Gallicum. 76

Dic uerum mihi Marce, dic amabo,
Nil eſt, quod magis audiam libenter.
Sic, & cum recitas tuos libellos,
Et cauſam quoties agis clientis,
Oras Gallice me rogasq; ſemper.
Durum eſt me tibi, quod petis, negare.
Vero uerius ergo quid ſit audi.
Verum Gallice non libenter audis.

Ad Liberum amicum, 77

Liber amicorum dulciſſima cura tuorum,
Liber in æterna uiuere digne roſa,
Si ſapis, aſſyrio ſemper tibi crinis amomo
Splendeat, & cingant florea ſerta caput.
Candida nigreſcant uetulo cryſtalla falerno,
Et caleat blando mollis amore torus.
Qui ſic uel medio finitus uixerit æuo,
Longior huic facta eſt, q̄ data uita fuit.

De Ludis Stellæ. 78

Quos cuperet phlegræa ſuos uictoria ludos,
Indica quos cuperet pompa Lyæe tuos,
Fecit Hyperborei celebrator Stella triumphi,
O pudor, o pietas, & putat eſſe parum.
Non ſatis eſt illi turbato ſordidus auro
Hermus, & heſperio qui ſonat orbe Tagus.
Omnis habet ſua dona dies, nec linea diues
Ceſſat, & in * populum multa rapina cadit.
Nūc ueniunt ſubitis laſciua numiſmata nimbis,
Nunc dat ſpectatas teſſera larga feras,
Nunc implere ſinus ſecuros gaudet, & abſens
Sortitur dominos, ne laceretur auis.
Quid numeré currus, terdenaq; p̄mia palmæ,
Quæ dare non ſemper conſul uterq; ſolet?

* patulū

DOMITIVS.

(OMNIA) Hæc omnia cāta ta sunt à Stella, & repetita à Martiale, vt adderet hoc quod scilicet omnia hæc superantur hac vna re, quòd Domitianus ea spectauerit, propterea puto potius simpliciter intelligendum epigramma, vt dicat Stellam ceciniſſe hæc omnia, sed præ pudore, & modestia putare se non satisfeciſſe magnitudini rerum. (Tua laurus,) id est tua victoria sarmatica. nam de Sarmatis lauream tantum intulit Ioui Capitolino: vt scrib. Tacit. (Omnes,) Fabulla cum anus esset, ne collatis puellis rugæ proderentur, vetulas semper habebat comites, eam deridet Martialis. (Sic,) hoc pacto. (Formosa,) id est formosa videris. (Sic puella,) quia videris pulchrior inter has comites. (Sanctorum,) laudatur Domitianus quòd pugiles commiſeritin theatro, repræsentat enim antiquorum simplicitatem. nā ante armorum vsum pugnis certabant. (Mori,) memoria excidere. (Veteres ritus,) morem veterem. Mos vetus vt pugiles sine armis pugnarent, quod à Lacedæmoniis acceptum fuit profitentibus ludi authorem Pollucem. Lucretius: Arma antiqua manus, vngues, dentesque fuerunt. (Sic,) hoc pacto. (Casa,) humiles ædes. (Habet numen,) est in veneratione. (Sub Ioue tam culto,) id est sub Ioue Capitolino culto tua magnificentia. (Casa) Iouis antiqui erat in Capitolio vetere, vt Varro. (Reuocas,) quæ sunt: præsentia secula. (Quæ fuere,) id est priſca, & antiqua. (Non,) Gellia vniones tam perdite diligebat, vt negaret se amplius victuram, si eos amitteret, optat manum furacem Annæi Sereni, vt vnionibus subreptis, Gellia occidat. (Sacra mystica Dindymenes,) id est Cybeles, per cuius sacra antiqui iurabant. vt supra: Iuro per Berecynthios furores. Dindymene: proprio nomine postea Cybele, vt placet Diodoro, à monte dicitur, vt Straboni & nostris placet. (Bouem,) Isidem. (Iuuencæ niliacæ,) id est Isidis. sacra Isidis Romæ erant, & per eam iurabant vt supra diximus in eum: Iuro per Syrios tumores. (Vniones,) grandiores margaritæ appellatæ sunt bello Iugurthino à Romanis tantum, vt Helius scribit. (Acrius,) vehementius. (Duobus natis,) filiis. (Annæi Sereni,) sunt qui hunc dicunt liquefeciſſe vnionem aceto in cœna Cleopatræ, sed falsum est. Ipsa enim Cleopatra eos liquefecit aceto, quod & Aesopus histrio fecerat, vt luxum omnium mortalium superaret expertus an vniones palato essent grati. ego Annæum Serenum furem intelligo, quod nomen conuenit. Nam Tacitus scribit Annęum Serenum damnatum repetundarum. (Dante,) hoc epigrammate imperatori assentatur, quòd poetis fauebat. (Deum,) te Domitiane. (Rebus,) administratione imperii. (Parua carmina,) deprimit enim se. (Libellos querulos,) epitheton libellorum, nam eiusmodi libelli aut pauper tatem, aut aliquid aliud conqueruntur. (Non quercus te sola,) an hoc dicit non quercus, id est corona querna de ciuibus seruatis, & amplificato imperio conuenit tibi an refert hoc ad carmen heroicum, quoniam heroici poetæ corona querna cingebantur, quod Iuppiter vaticinatur apud Silium: Huic sua musæ Sacra ferent, melioráque lyra cui subſtitit Hebrus: Cui venit Rhodope Phœbo miranda loquetur. idem Quin. testatur in decimo, vt sit sensus: Carminis heroici laus non te, solum decet, sed & corona tenuiorū poetarū, qualis sum, hederacea tibi conuenit. Quint. Nos tamen sacra literarum colentes feras Cæsar: si taciti præterimus, Virg. versu testatur: Inter victrices hederam tibi serpere lauros. distinguatur potius hoc pacto. (Non quercus,) id est non corona querna de seruatis ciuibus. (Nec laurea Phœbi,) id est nec laurea maiorum poetarum sola decet te. (Fiat nostra ciuica,) id est fiat corona de nobis tenuioribus poetis seruatis ex hedera, nam, ex hedera vt diximus, coronabantur tenuiores poetæ. Properti. Ennius hirsuta cingat sua dicta corona, Mi folia ex hedera porrige Bacche tua.

Dindymene

Annæus Serenus

Aesopus histrio

In Fabullam. 79

Omnia ſed Cæſar tanto ſuperantur honore,
Quòd ſpectatorem te tua laurus habet.

Omnes aut uetulas habes amicas,
Aut turpes, uetuliſq; fœdiores.
Has ducis comites, trahiſq; tecum
Per conuiuia, porticus, theatra.
Sic formoſa Fabulla, ſic puella es.

Ad Domitianum. 80

Sanctorum nobis miracula reddis auorum,
Nec pateris Cæſar ſecula cana mori.
Cum ueteres latiæ ritus renouantur arenæ,
Et pugnat uirtus ſimpliciore manu.
Sic priſcus ſeruatur honos te præſide templis,
Et caſa tam culto ſub Ioue numen habet.
Sic noua dum condis, reuocas Auguſte priora.
Debentur quæ ſunt, quæq; fuere tibi.

In Gelliam. 81

Non per myſtica ſacra Dindymenes,
Nec per niliacæ bouem iuuencæ,
Nullos deniq; per Deos, Deasq;
Iurat Gellia, ſed per uniones.
Hos amplectitur, hos deoſculatur,
Hos fratres uocat, & uocat ſorores.
Hos natis amat acrius duobus.
His ſi quo careat miſella caſu,
Victuram negat eſſe ſe nec horam.
Heu q̄ bene nunc Papyriane,
Annæi faceret manus Sereni.

Ad Domitianum. 82

Dante tibi turba querulos Auguſte libellos,
Nos quoq; qd' domino carmina pua damus,
Poſſe Deum rebus pariter muſiſq; uacare
Scimus, & hæc etiam ſerta placere tibi.
Fer uates Auguſte tuos. nos gloria dulcis,
Nos tua cura prior, delitiæq; ſumus.
Non quercus te ſola decet, nec laurea Phœbi,
Fiat & ex hedera ciuica noſtra tibi.

Finis Octaui Libri

Epigrammaton

Martialis.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ON Te cælabis,) Stertinius, quem alio nomine Auitum appellat, imaginem Martialis in bibliotheca collocauerat. Authorum olim imagines aut in ædecamœnarum, aut in priuatis bibliothecis collocabantur. L. Actius poeta maximam sibi statuam posuit in ædecamœnarum, cum ipse breuissimæ essetstaturæ, & à studiosis tantum hæ imagines collocabantur, vt quisque nomen authoris diligebat, sed multi labentibus moribus Romanis: cum nullam operam virtuti præstarent, non verebantur authorum imagines penes se habere, inde exit illud Satyricum Quam qui plena omnia gypso Chrysippi inuenias. Martialis & agit gratias Stertinio, & edit carmen subscribendum statuæ suæ ¶Non te cælabis,) id est nõ latebis apud posteros, & non indiges imagine. ¶Non obscuris,) id est nobilibus. ¶Laudenugarum,) id est iocorum, & tenuioris carminis. ¶Dum Ianus,) Flauiæ gentis templum condidit Domitianus. huius meminerunt Euseb. & Tranquil. & Pap. Et quæ tibi templa dicamus Ipse colas. vaticinatur poeta templum hoc fore perpetuum, sed diuturnitatem ex his rebus colligit, quibus principi assentatur. ¶Luce Romana,) id est imperio Romano. Papi. Stabit dum terra populusq; Dum Romana dies. ¶Ianus con.hy.) id est dum erit Ianuarius. ¶Domitianus autumnos,) nam October mensis dictus Domitianus, quòd eo natus sit appellatus etiam Germanicus September, à cognomento Domitiani qui deuicerat Germaniam, dedit autem nomen Domitianus quoniam eo mense susceperat imperium ¶Dum lux Germanicarum calendarum,) id est mensis Septembris ¶Rheni famuli,) id est Germanorum famulorum, & Germaniæ deuictæ. ¶Iulium nomen,) inter Deas retulit Iuliam neptem: quam perdite amauerat Domitianus eique sacra instituit singulis annis. ¶Dulce numen,) dulce, id est gratiã Domitiani. ¶Pauper,) huius generis amicos reprehendit Iuuenalis qui cum amicæ multa donent: pauperem amicum negligunt. optat talem amicum fieri sacerdotem Cybeles: nam virilia ipsa tantæ ingratitudinis omniũ asserunt ¶Cum sis pauper amicitiæ,) id est pauper in amicum ¶Siligineis cunnis,) ex siligine Priapi fiebant, & inguina etiam muliebria. Siligineus Priapus in distichis est his versibus: Si vis esse satur.) nostrum potes esse Priapũ: Ipse licet rodas inguina: purus eris. ¶Cunnis siligineis,) cunnis factis ex siligine. Siligo præstantioris farinæ genus est: ex qua gratiores panes, & faciliores ad concoctionem: authore Celso. huius panis etiã meminit Iuuenalis in Virrone. ¶Pinguescit,) fit pinguis. ¶Incensura niues) quia videbantur incendere niues. nam niuibus, quæ erant in delitiis, colebatur vinum: incensura autem apta metaphora ab igne. nam falernum rubens ardere videtur, & incendere niues per quas colo niuario attenuatur. ¶Pulla venena,) id est vina nigra. ¶Cadi torti,) appellat cadum tortum amphoram habentem vinum expressum torculari ad fæcem. ¶Nox est empta non tota) quia non mansisti tota nocte cum amica. ¶Non sodalis rura,) sed aliena ¶Lapillis Erythræis,) id est vnionibus. ¶Addictus,) id est annexus. Annexus dicitur qui ære alieno alicui addictus est. Addicere autem est verbum prætoris solenne: cum aliquem condemnaret, tamen ducitur à creditore. ¶Suffulta) gestata. ¶Octo syris,) id est seruis, id est octophorum. ¶Præcede,) castra ¶Tuis cultris) vt abscindantur, cum tot mala indeeueniant. ¶Quantũ,) recensentur hoc epigrammatæ ædificata opera à Domitiano plura quàm historia tradiderit vel Eusebii, & Tranquil. & ait poeta cœlum tantum debere Domitiano vt non posset vno die soluere.

Siligo

Annexus
Addico

¶Conturbabit,)

ARGVMENTVM.

AD Torannium amicum hoc Epistolium Martialis scribit, quo eum de quodam extraordinario ad Auitum epigrammate monet. Hic plane Auitus Martialem ob poscos excellentiam adeo amabat, vt eius imaginem in bibliotheca sua posuerit. Putauit igitur scribendum Torannio de Auito, ne forte latuisset eum, qui suam hic esset Auitus. Binominis enim erat. nã & Auitus, & Stertinius dicebatur

M. VAL. MARTIALIS
EPIGRAMMATON
LIBER NONVS.

AVe mi Toranni frater charissime, Epigrãma quod extra ordinẽ paginarũ est, ad Stertiniũ clarissimum vtrum scripsimus, qui imaginem meam ponere in bibliotheca sua voluit. De quo scribendum tibi putaui, ne ignorares, Auitus iste qui vocaretur. Vale, & para hospitium.

Ad Auitum.

Non te cælabis sublimi pectore uates,
Cui refert serus præmia digna cinis.
Hoc tibi, sub nostra breue carmẽ imagine uiuat,
Quam non obscuris iungis Auite uiris.
Ille ego sum nulli nugarum laude secundus,
Quem non miraris, sed puto lector amas.
Maiores maiora sonent: mihi parua locuto
Sufficit in uestras sæpe redire manus.

De templo Flauiæ gentis. 2

Dum Ianus hyemes, Domitianus autumnos,
Augustus annis commodabit æstates,
Dum grande famuli nomen asseret Rheni
Germanicarum magna lux calendarum,
Tarpeia summi saxa dum patris stabunt,
Dum uoce supplex, dumq; thure placabit,
Matrona diuæ dulce luliæ numen,
Manebit altum Flauiæ decus gentis,
Cum Sole, & astris, cumq; luce Romana.
Cum Sole, & astris, cumq; luce Romana.
Inuicta quicquid condidit manus, cœlum est.

In Lupum. 3

Pauper amicitiæ cum sis Lupe, non es amicæ,
Et queritur de te mentula sola nihil.
Illa siligineis pinguescit adultera cunnis,
Conuiuam pascit nigra farina tuum.
Incensura niues dominæ setina liquantur,
Nos bibimus torti pulla uenena cadi.
Empta tibi nox est fundis non tota paternis,
Haud sua desertus rura sodalis arat.
Splendet Erythræis perlucida mœcha lapillis,
Ducitur addictus te futuente cliens.
Octo syris suffulta datur lectica puellæ,
Nondum sandapilæ pondus amicus erit.
I nunc, & miseros Cybele præcide cinædos,
Hæc erat, hæc cultris mentula digna tuis.

Ad Domitianum. 4

Quantum iam superis Cæsar, cœloq; dedisti,

¶CONTVRBABIT,) totum cœlum, vt supra dictum est. ¶Decidat) decertet, computet tecum, & summam faciat. ¶Auctio,) subhastatio cœli. ¶Capitolinis templis,) hoc dicit quia templum Ioui custodi erexit. ¶Tarpeiæ frondis,) hoc dicit propter Capitolium, quod incensum instaurauit. ¶Frondem autem Tarpeiam retulit ad laurum, quæ in Capitolio erat iuxta quercum, vnde coronæ certantibus dabantur. alibi: Tarpeias coronas ad Diodorum: O cui Tarpeias licuit contingere quercus ¶Matrona tonantis) Iuno. ¶Pro geminis cul minibus,) Pallada: Domitianus templum Palladis chalcideæ erexit. ¶Tuas res agit,) nam Pallas erat numen familiare Domitiani. ¶Alcidem,) templum Herculis. ¶Pios laconas,) id est Castorem, & Pollucem: qui mutua pietate alterni viuũt in cœlo. ¶Templa flauia,) id est gentis Flauiæ, quæ condidisti tu. ¶Foro latio,) ad forum Latium erat statua equestris Domitiani iuxta templa Flauiæ gentis. alibi legitur Latio polo. ¶Expectes & sustineas,) id est differri patiaris. ¶Aureolis,) Aeschilus, cum ad Gallam meretricem iret, cogebatur dare denos aureolos: aliis aut duos, aut quatuor soluentibus. nam fellabat Galla irrumantem Aeschilum: Quifellat loqui non potest? ex hoc iocatur poeta. vt alibi: Si te prendero Gargili, tacebis. ¶Si totidem adderis,) id est duos. ¶Tacet,) quia tu irrumas. ergo cum sit prostituti pudoris, vendit incommodum, non pudorem, afficitur autẽ incommodo dum fellat, quia loqui non potest. ¶Quid ergo?) interrogantis, id est quare, cum sit prostituti pudoris exigit tantum. ¶Tacet,) respondet Martialis id est non pudorem tibi vendit tanti, sed tacendi incommodum. nam cogitur silere, & ita festiue indicat Aeschilum irrumatorem. ¶Tibi,) promulgata lege à Domitiano ne spadones fierent in fandæ libidinis diuerticulum inuentum. nam pueri intra septimum annum prostituebantur, quod imperator edicto prohibuit, hoc laudatur à poeta. ¶Domitor Rheni,) id est ô Germanice. ¶Pudice,) quia adulteria prohibuisti. ¶Non est scelus parere,) scelus videbatur esse parere filium aut prostituendum, aut castrandum, aut certe parere ex adulterio. ¶Sectus puer,) spado factus. ¶Leno) qui conducebat infantes prostituendos. re. à matribus. ¶Lupanar,) in lupanari erat libertas, vt posset se vnusquisque prostituere,

Si repetas, & si creditor esse uelis,
Grandis in ætherio licet auctio fiat olympo,
Coganturq; Dei uendere quicquid habent,
Conturbabit Atlas, & non erit uncia tota,
Decidat tecum, qua pater ipse Deum.
Pro Capitolinis quid enim tibi soluere templis,
Quid pro Tarpeiæ frondis honore potest?
Quid pro culminibº geminis matrona tonãtis?
Pallada prætereo, res agit illa tuas.
Quid loquar Alcidẽ, Phœbũq;, piosq; Laconas?
Addita quid latio flauia templa foro?
Expectes, & sustineas Auguste, necesse est,
Nã tibi * quod soluat, non habet arca Iouis.

In Aeschilum. 5

Aureolis futui cum possit Galla duobus,
Et plus q̃ futui, si totidem addideris,
Aureolos à te cur accipit Aeschile denos?
Non fellat tanti Galla, quid ergo? tacet.

Ad Domitianum. 6

Tibi summe Rheni domitor, & parens orbis,
Pudice princeps gratias agunt urbes,
Populiq; habebunt. parere iam scelus non est.
Non puer auari sectus arte mangonis
Virilitatis damna mœret erepræ,
Nec quam superbus computet stipem leno
Dat prostituto misera mater infanti.
Qui nec cubili fuerat ante te quondam
Pudor, esse per te cœpit & lupanari.

In Afrum. 7

Dicere de libycis reduci tibi gentibus Afer
Continuis uolui quinq; diebus aue.
Non uacat, aut dormit dictũ bis, terq; reuerso
Iam satis est, non uis Afer auere, uale.

Ad Domitianum. 8

Tanquam parua foret sexus iniuria nostri,
Fœdandos populo prostituisse mares,
Iam curæ lenonis erant, ut ab ubere raptus
Sordida uagitu posceret ære puer.
Immatura dabant infandas corpora pœnas.
Non tulit Ausonius talia monstra pater.
Idem qui teneris nuper succurrit ephebis,
Ne faceret steriles sæua libido uiros.
Dilexere prius pueri, iuuenesq;, senesq;,
At nunc infantes te quoq; Cæsar amant.

Ad Bithynicum. 9

Nil tibi legauit Fabius Bithynice, cui tu
Annua, si memini, millia sena dabas.
Plus nulli dedit ille, queri Bithynice noli,
Annua legauit millia sena tibi.

In Cantarum. 10

Cœnes Cantare cum foris libenter,
Clamas, & maledicis, & minaris.
Deponas animos truces, monemus,
Liber non potes & gulosus esse.

In Paulam. 11

Nubere uis Prisco, non miror, Paula sapisti,
Ducere te non uult Priscus, & ille sapit.

De Earino Domitiani. 12

Nomen cum uiolis, rosisq; natum,
Quo pars optima nuncupatur anni,

sed tu illic quoque noluisti licere omnia. ¶Cubili,) vxoribus, quia erant ante te promiscua adulteria. ¶Lupanari,) id est noluisti esse in lupanari infantes prostitutos. ¶Dicere reduci) reuerso incolumi. ¶De libycis gentibus,) è Libya. ¶Non vacat,) occupatus est, id est satis est me venisse ter, & quater. ¶Non vis auere,) tanquam viuus. ¶Vale) vt mortuus. ¶Tãquam,) idem argumentum. ¶Raptus ab vbere,) id est intra septimum annum. ¶Vagitu,) hoc dicit in commiseratione pueri, qui non sentiebat coitũ. ¶Sexus nostri,) virilis. ¶Prostituisse,) publice mares. ¶Immatura,) libidine. ¶Pœnas infandas,) cruciabantur enim libidine virorum. ¶Ausonius pater,) Domitianus. ¶Ephebis,) pueris ¶Sæua libido,) virorum, qui volebant habere eos in delitiis. ¶Nil tibi,) Bithynicum captatorem deridet, qui quotannis Fabio orbo, & diuiti sena millia donabat moriens Fabius nil reliquit Bithynico, ait Martialis tibi sena millia reliquit, quia scilicet non dabis amplius: quæ solebas dare viuo. ¶Legauit,) reliquit tibi testamento. ¶Ille,) Fabius. ¶Dedit,) quia reliquit illa annua sena millia, quæ dabas. ¶Cœnas,) Cantarus & alienas sectabatur cœnas, & omnes carpebat. monet Martialis vt assentetur, si vult gulæ seruire. ¶Foris,) apud alium. ¶Liber,) liberi animi. ¶Nubere,) Paula volebat nubere Prisco diuiti, sapit, inquit Martia. At Priscus eam meretricem tenuit, simul etiã ipse sapit. ¶Sapisti,) cepisti consilium bonum. ¶Nomen,) Earinus libertus fuit Germanici: qui pocula imperatori miscebat. Spado paucis diebus ante legem promulgatam de eunuchis. Dicitur autem Earinus quasi vernalis, nam ἔαρ græce: latine ver. mediam syllabam ita corripit, vt & tertiam & primam adeo, vt numeris carminis inseri non possit. hoc conqueritur Martialis quod cum velit nominare Earinum non possit. ¶Nomen,) Earinus natus à vere. ¶Quo) vere. nam vernalis pars optima est.

* quo

tenuit

Earinus

DOMITIVS.

Hyblam quod ſapit, atticoſq; flores,
Quod nidus olet alitis ſuperbæ,
Nomen nectare dulcius beato,
Quo mallet Cybeles puer uocari,
Et qui pocula temperat Tonanti,
Quòd ſi parrhaſia ſones in aula,
Reſpondent Veneres, Cupidinesq;
Nomen nobile, molle, delicatum
Verſu dicere non rudi uolebam,
Sed tu ſyllaba contumax repugnas.
Dicunt Earinon tamen poetæ,
Sed Græci quibus eſt nihil negatum,
Et quos ἄχεϛ ἄχεϛ decet ſonare.
Nobis non licet eſſe tam diſertis,
Qui muſas colimus ſeueriores.

De Eodem. 13

Nomen habes, teneri qd' tépora nuncupat anni,
Cum breue cecropiæ uer populantur apes.
Nomen, acidalia meruit quod arundine pingi,
Quod Cytherea ſua ſcribere gaudet acu.
Nomen, Erythræis quod littera facta lapillis,
Gemma quod Heliadum pollice trita notet.
Quòd penna * ſcribente grues ad ſydera tollát,
Quòd decet in ſola Cæſaris eſſe domo.

De Eodem. 14

Si daret autumnus mihi nomen, ὀπωρινὸς eſſem,
Horrida ſi brumæ ſydera χειμερινὸς.
Dictus ab æſtiuo θερινὸς tibi menſe uocarer.
Tempora cui nomen uerna dedere, quis eſt?

In Fictos amicos. 15

Hũc, quẽ cœna tibi, quẽ menſa parauit amicum,
Eſſe putas fidæ pectus amicitiæ?
Aprum amat, & mulos, & ſumen, & oſtrea nõ te.
Tam bene ſi cœnem, noſter amicus eris.

De Chloe. 16

Inſcripſit tumulo ſeptẽm celebrata uirorum
Se feciſſe Chloe. quid pote ſimplicius?

De coma Earini. 17

Conſilium formæ, ſpeculum, dulceſq; capillos
Pergameo poſuit dona ſacrata Deo.
Ille puer tanto domino gratiſſimus aula,
Nomine qui ſignat tempora uerna ſuo,
Felix, quæ tali cenſetur munere tellus,
Nec Ganymedeas mallet habere comas.

Ad Aeſculapium. 18

Latonæ uenerande nepos, qui mitibus herbis
Parcarum exoras penſa, breueſq; colos,
Hos tibi laudatos dominorum uoce capillos
Ille tuus latia miſit ab urbe puer.
Addidit & nitidum ſacratis crinibus orbem,
Quo felix facies iudice tuta fuit.
Tu iuuenile decus ſerua, ne pulchrior ille
In longa fuerit, q̃ breuiore coma.

Ad Cæſarem Dom. 19

Eſt mihi, ſitq; precor longum te præſide Cæſar
Rus minimum, parui ſunt & in urbe lares,
Sed de ualle breui, quas det ſientibus hortis,
* Cura laboratas antlia tollit aquas.
Sicca domus queritur nullo ſe rore foueri,
Cum mihi uicino Martia fonte ſonet.

(HYBLAM) Flores hybleos Siciliæ. nam vere & hyblam Siciliq;, & hymettum attiçe aues populantur. ¶Superbæ alitis,) id eſt Phœnicis, quæ ex ſurculis thuris & lignis odoratis conficit nidum. ¶Puer Cybeles,) id eſt Athis. ¶Quod,) nomen. ¶Parrhaſia,) id eſt palatino ab Euandro Parrhaſio: vt Silii, & Virgilii carmine alibi demonſtrauimus. ¶Contumax) aduerſaria. verſus eſt Homeri: cuius initium. ¶ἄχεϛ ἄχεϛ,) βεϱτολιγὲ: verba autem ſunt Apollinis in martem: vbi ἄχεϛ in primo pede producit primam, & eadem dictio in ſecunda corripit Græci ergo abutuntur licentia. ¶Tam diſertis,) non licet nobis latinis eadem licentia vti. ¶Nomen) idem argumentum. ¶Teneri anni,) id eſt veris. ¶Breue ver,) id eſt flores vernales in Hymetto. ¶Arundine aciculata,) id eſt Venerea. ¶Sua acu,) menſis Aprilis eſt dicatus Veneri: quo ver floret. ¶Lapillis Erythræis,) vnionibus. ¶Gẽma Heliadum,) id eſt gemma ſuccini. ¶Grues quæ. Y. literam faciunt: vnde ver. ¶Si daret autumnis,) idem argumentum. ¶ὀπωρινὸς,) ſignificat autumnalem. ¶χειμερινὸς,) hyemalem. ¶θερινὸς,) æſtiuum. ¶Hunc,) adguloſum amicum eſſe non poſſe oſtendit, quippe qui cibos ſectetur, non fidem amicitiæ. ¶Eris noſter,) id eſt ſi cœnem tam bene: veniet ad me. ¶Inſcripſit,) Chloen meretricium nomen apud Horat. in car. oſtendit ſeptem viros necaſſe, quòd illa volens oſtendere pietatem ſuam prodidit, ſcripſit enim celebraſſe exequias ſeptem virorum, quo teſtimonio nihil eſt apertius eam ſeptem viros necaſſe. ¶Celebrata,) id eſt ſolennia, & buſta. ¶Quid ſimplicius,) id eſt quid apertius iſta confeſſione. ¶Conſilium,) Earinus miſit comam detonſam cum ſpeculo, & pixide gemmata Aeſculapio Pergameo, quod ita teſtatur Papi. in tertio libro cum Earinus petiiſſet, vt capillos ſuos, quos cum gemmata pyxide, & ſpeculo ad Pergameum Aeſculapium mittebat verſibus dedicarem: Nero etiam ita capillos ſuos dedicauit. ¶Quid ſignat tempora,) id eſt Earinus. ¶Deo pergameo,) id eſt Aeſculapio. ¶Latonæ) ad Aeſculapium de iiſdem capillis. ¶Latonæ nepos) quia Aeſculapius filius Phœbi filii Latonę. Earinus Pergameus erat, vt Papinius oſtendit. ¶Exoras,) precibus rogas. ¶Nitidum orbem,) id eſt ſpeculum. ¶Tuta) bene culta. ¶Eſt mihi) Domitianum rogat, vt riuum producat in domum ſuam ex aqua Martia quæ erat proxima, hoc eſt vt det pecuniam, qua poſſit aquam illam deriuare, cum nulla re indigeat, niſi aqua ad domus amœnitatem, eo autem erit gratior, quoniam data à Domitiano aut ex Caſtalio monte videbitur, aut à Ioue miſſa. ¶Antlia,) inſtrumentum eſt ad aquam hauriendam, nam antleo græce, latine ſignificat haurio. ¶Laboratas.) ex labore hauſtas. ¶Foueri,) irrorari.

Antlia

* ſtridẽte

* Curæ

(Laudas,)

DOMITIVS.

(LAVDAS,) Sabelli gulam accuſat, qui multis verſibus laudauerat balnea Ponticinon quia probaret, ſed vt inuitaretur ad cœnam ea aſſentatione. ¶Hæc) natus eſt Domitianus in ſeptima vrbis regione ad malũ Punicum, domum poſtea conuertit in templum Flauiæ gentis. Huius ædificii felicitas laudatur à poeta. ¶Alteram domum,) qua latuerat apud Cornelium iuxta Velabrum bello Vitelliano: Ioui cuſtodi dicauit patre imperante, caſu expreſſo in marmore, authore Tacito, mox eidem numini conſecrauit, leq́ue in gremio colloca uit. ¶Domini,) Domit. ¶Quæ patet,) in templum Flauiæ gentis. ¶Reptantes,) ſerpentes per humum. ¶Hic,) duæ inſulæ numina texerunt: Creta Iouem in fantem vbi natus eſt. Rhodos Neptunum, quem infantem à Rhea matre commendatum Thelechines filii maris vnà cũ Caphina Oceani filia educarunt. ¶Hic,) in templo. ¶Rhodos,) aluit Neptunum, & Creta Iouem cœlo, ita hæc domus aluit Domitianũ in vtilitatem orbis. ¶Curetes,) ex terra orti: vt alii volunt ab Idæis dactylis. nouem fuerunt, qui Iouem infantem delatum ad antrum ſacrum lacte, & melle aluerunt. alius codex habet loco Curetes Cretenſes. ¶Domus venerãda,) vbi hæc acta ſunt, cum nemore cupreſſeo extare ferebatur in Creta temporibus Diodori. ¶Semiuiri,) exitus huius epigrãmatis ſatis oſtendit Martialẽ loqui de domo, in qua latuit in bello Vitelliano. malo tamen ſentire de domo natali. ¶Credis) diuitias ſe optare proferatur, non ea de cauſa, qua reliqui optant, ad corporis ſcilicet voluptatem, ſed potius ad munera & ædificia, quod vtrũq; magni viri animo ingentem voluptatẽ affert. ¶Rogare,) opes à diis. ¶Vulgus,) vulgares homines. ¶Et craſſa turba,) id eſt plebei. ¶Gleba ſe,) id eſt ager Setinus, vnde vina optima naſcũtur. ¶Conſumat,) cõficiat multos ligones. ¶Ager tuſc. ſo.) oſtreper. ¶Compede in num.) id eſt multis ergaſtulis. nam ſerui in ergaſtulis fodiebant agros: præſertim in Hetruria. Iuuena. Cerre in lucanos, aut thuſca ergaſtula mittas. ¶Vt Mau.) ſed placet magis Mauri libycis. ¶Mauri orbes,) dicantur menſæ citreæ rotundæ, quæ ex Atlante monte magis æſtimantur ne Romæ fiebant, tanto artificio vt dimidiatis orbibus conjunctis commiſſura non appareat. hiſtoria eſt Plin. ſed Strabo ſcrib. meias nonnunquam ex vno ligno Mauritaniæ confici Romę. Libyci dentes dicuntur dentes elephanti, qui citreas menſas ſuſtinebant. idcirco illud in diſtinc. Grandia taurorum portant qui corpora queris: An poſſint libycas ſuſtinuiſſe trabes. Lamma au.) ſolum aureum. ¶Noſtris toris,) id eſt in noſtris triclinii. nam lecti in triclinio incruſtabantur lammis aureis, & argenteis, vt ſupra, De fulcro quã reor eſſe tuo. ¶Terantur,) vſu vt, ſcilicet habeam cryſtallina pocula. nam cryſtallina in maximo erant pretio adeo, vt trulla centum & quinquaginta millibus ſeſtertiorum empta fuerit à matersam. & duo calices cryſtallini in delitiis Neronis fuerunt, quos mortuus fregit. ¶Canuſinatus,) id eſt canuſina lana indutus. Serui ditiſſimorum hominum, & principum currum geſtabant. Tranquillus de Nerone: Nunquam minus mille carrucis feciſſe iter traditur: ſoleis mularum argenteis, canuſinatis mulionibus. ¶Aſſere,) currus & lecticæ ligno prominenti, cui ſerui colla ſubiiciunt. Iuuenal. Ferit aſſere. Cato in re ruſt. aſſerculum dixit ligum non teres, ſed in latitudinem nominauit extentum. ¶Linat,) contaminet. ¶Lacernas,) id eſt habeam lacernam. ¶Maſſi leum,) Maſſili populi Libyæ. idem Maſſeſili dicti ſunt cum ſint Numidæ, authore Strab. equos habent, quos virga non fræno gubernant. Virgil. Numidas infernos idcirco appellauit. Silius: Hic paſſim exultant Numidæ gens inſcia fræni: Quis inter geminas per ludum mobilis aures: Quadrupedem flectit, non cedens virga lupatis. ¶Aedificem,) ædificare, & donare magnanimi eſt. ¶O cui,) Charus centurio donatus eſt ab Imperatore corona oleagina aurea. Eam enim coronã in Albano donabat Domitianus in fra: Cuius Iuleæ capiti naſcantur oliuæ: Deſtinet ætherius cui ſua ſerta pater: Olim ex olea dabatur his, qui triumphũ procurarent. Charus igitur tantæ coronæ reuerentia Domitiani ſtatuam magno artificio effictam ea coronauit. ¶Auro virgineo,) id eſt corona aurea palladia. ¶Decus palladium,) id eſt corona, quam donauit Domitianus. Pap. de eadem corona: Palladio tua me manus induit auro. ¶Comas,) illius imaginis. ¶Vltro,) diſceſſit à me, & iuit in comas Domitiani, nam hi duo verſus ſunt ex perſona Chari reſpondentis. ¶Libare,) cedere, vel liuere inuidere, vt alii habent codices. ¶Illa,) olea. ¶Pia quercus,) Iouidedicata. ¶Prior) potius quã quercus. verba ſunt Martial. his duob. verſibus vltimis. ¶Quis) idem argumentum in ſtatuam Domitiani quę apud Charum erat. ¶Phidiacum,) Phidias ebore cælando omnes ſuperauit, Ioue præſertim olympio. nam Deos effinxit nemo melius, authore Plinio.

Quã dederis noſtris Auguſte penatibus undam
Caſtalis hæc nobis, aut Iouis imber erit.

In Sabellum. 20

Laudas balnea uerſibus trecentis
Cœnantis bene Pontici Sabelle.
Vis cœnare Sabelle, non lauari.

Ad Domitianum. 21

Hæc, quæ tota patet, tegiturq; & marmore, & auro,
Infantis domini conſcia terra fuit.
Felix, quæ tantis ſonuit uagitibus, & quæ
Vidit reptantes, ſuſtinuitq; manus.
Hic ſteterat ueneranda domus, quæ pſtitit orbi,
Quod Rhodos, aſtrifero q; pia Creta polo.
Curetes texere Iouem crepitantibus armis,
Semiuiri potérant qualia ferre Phryges.
At te protexit ſuperum pater, & tibi Cæſar
Pro iaculo, & parma fulmen, & ægis erat.

Ad Auctum. 22

Artemidorus habet puerũ, ſed uendidit agrum,
Agrum pro puero Calliodorus habet.
Dic, uter ex iſtis melius rem geſſerit Aucte,
Artemidorus amat, Calliodorus arat.

Ad Paſtorem. 23

Credis ob hoc me paſtor opes fortaſſe rogare,
Propter quod uulgus, craſſaq; turba rogat,
Vt ſetina meos conſumat gleba ligones,
Et ſonet innumera compede thuſcus ager,
Vt Mauri libycis centum ſtent dentibus orbes,
Et creper in noſtris aurea lamma toris,
Nec labris niſi magna meis cryſtalla terantur,
Et faciant nigras noſtra falerna niues,
Vt canuſinatus noſtro ſyrus aſſere ſudet,
Et mea ſit culto ſella cliente frequens,
Aeſtuet ut noſtro madidus conuiua miniſtro,
Quem permutatum nec Ganymede uelim,
Vt lutulenta linat tyrias mihi mula lacernas,
Et maſſileum uirga gubernet equum.
Eſt nihil ex iſtis, ſuperos, ac ſydera teſtor,
Ergo quid? ut donem Paſtor, & ædificem.

Ad Charum. 24

O cui uirgineo flaueſcere contigit auro,
Dic ubi palladium ſit tibi Chare decus?
Aſpicis en domini fulgentes marmore uultus,
Venit ad has ultro noſtra corona comas.
Albanæ libare poteſt pia quercus oliuæ,
Cinxerit inuictum quod prior illa caput.

Ad eundem.

Quis palatinos imitatus imagine uultus
Phidiacum latio marmore uicit ebur?
Hæc mundi facies, hæc ſunt Iouis ora ſereni,
Sic notat ille Deus, cum ſine nube tonat.

Canuſinatus

Maſſili
Maſſeſili

DOMITIVS.

¶ILLA Pallas dedit tibi hanc imaginem,)hoc est nullus potuisset dare tibi effigiem tuam veris lineamentis expressam:nisi Pallas,quæ & artificii est Dea,& quotidie versatur cum Dom.idem versus Pap. Ante Palladiæ talem Germanice nobis Effinxere manus. ¶Non tri.so.co.) nam & ex olea erat Palladis arbore, & in eius Deæ, quinquatriis fuerat coronatus, propterea Pallas eã coronã dedisse videbatur, sed eam,inquit,non solum tribuit: sed dedit etiam istam imaginẽ.

Non solam tribuit Pallas tibi Chare coronam,
Effigiem domini quam colis,illa dedit.

In Afrum. 26

¶Dantem,)in Afrum,qui puerum suum nõ patiebatur inspici à cõuiuis.¶Notas,)designas.

Dantem uina tuum quoties aspeximus Hylum,
Lumine nos Afer turbidiore notas.
Qd' rogo,qd' scelus est mollẽ spectare ministrũ?
Aspicimus solem,sydera,templa,Deos.
Auertam uultus,tanquam mihi pocula Gorgon
Porrigat,atq; oculos,oraq; nostra tegam?
Trux erat Alcides,sed Hylam spectare licebat,
Ludere Mercurio cum Ganymede licet.
Si non uis teneros spectet conuiua ministros,
Phineas inuites Afer,& Oedipodas.

Hylus

¶Lumine turb.) .i. toruo aspectu.¶Hylum,)Hylus fuit filius Herculis, sed hic miscebat pocula,quòd pulchriores ministri apud antiquos præstant æmulatione Ganymedis,qui Iouis pincerna dicitur. ¶Auertam,)ironice nimirum.¶Tanquam Gorgon,)id est Meduſa, quæ vertebat homines in saxa.¶Phineas,)

Phineus

accusatiuus græcus,hic ex communi illa fabula dicitur cæcatus ira numinum, quoniã filios suasu Harpalices occæcasset. grauior historia habet Phineũ Idæam filiam Dardani Scythárũ regis adeo adamasse, vt eius suasu filios ex Cleopatra supplicio destinauerit,quo tẽpore Hercules cum Argonautis Phineum obtruncauit, & eius socios,sed,vt dixi, vulgata historia est cæcum fuisse. & Harpyis quæ dapes fœdabant filiorum Boreæ beneficio liberatũ. ¶Oedipodas,) Oedipodem cæcum fuisse vulgata tradit historia, sed Diod.scrib. cognito scelere concubitus matrimonii à filiis eum prohibitum egredi domo ¶Audet,) carmen Neruæ iterũ laudat. de quo supra. ¶Pallia glau.)id est vestes viles. ¶Cosme,) qui habes vestes purpureas. ¶Colono pæsta.) illi qui Pæstum colit refertum rosis in Lucania.¶Mella cor.) in Persida, & Mauritania mel venenatum gignitur: in Corsica vero venenatum ob multitudinem herbarum,quæ illic sunt amaræ.¶Apibus hy.) id est homini habenti mel hyblæũ,quod præstantissimum est.¶Lupo,)piscepretiosissimo,& optimi saporis qui capitur inter duos pontes: hoc est quod scrib. Quint.Et in grandioribus cœnis viliores nõ nunquam cibi delectant. ¶Nero,)qui ad te scripsit, qui te alterũ Tibullum appellauit. ¶Opus la.)elegiacum. ¶Tuas au.) .i.tuum iudiciũ.¶Cum depila.) Crestum quod nomẽ vnctum, & mollẽ significat accusat, qui in cultu corporis muliebres delitias sectabatur,& suorum tẽporum mores quotidie notabat magnis vociferationibus. sed cum Catonianam, & censoriam linguã haberet,merito silebat scelus suum. Pudet enim Catoniãnè fari talia scelera,erat enim cinædus socraticus,& faciẽ

Lupus

Non uis tenero crispum tibi pectine Nero
Pectere,nec teneras cædere posse comas.
Cum tibi sit mirum,modici quòd conscia uatis
Iudicium metuat nostra Thalia tuum.
Ipse tuas etiam ueritus Nero dicitur aures,
Lasciuum iuuenis cum tibi lusit opus.

In Crestum. 28

Cum depilatos Creste coleos portes,
Et uulturino mentulam parem collo,
Et prostitutis læuius caput culis,
Nec uiuat ullus in tuo pilus crure,
Purgentq; fœuæ cana labra uolsellæ,
Curios,Camillos,Quintos,Nomas,Ancos,
Et quicquid usquam legimus pilosorum
Loqueris,sonasq; grandibus minax uerbis,
Et cum theatro,seculoq; rixaris.
Occurrit aliquis inter ista * draucus,&
Iam pædagogo liberatus,& cuius
Refibulauit turgidum faber penem,
Nutu uocatum ducis,& pudet fari,
Catoniana Creste quod facis,lingua.

* draucorum

Epitaphium Latini. 29

Dulce decus scenæ ludorum fama Latinus,
Ille ego sum plausus,delitiæq; tuæ,
Qui spectatorem potui fecisse Catonem,
Soluere qui Curios,Fabricios q; graues.
Sed nihil à nostro sumpsit mea uita theatro,
Et sola tantum scenicus arte feror,
Nec poteram gratus domino sine moribus esse
Interius mentes suscipit ille Deus.
Vos me laurigeri parasitum dicite Phœbi,
Roma fa[illegible]tumulum dum sciat esse Iouis.

[illegible]taphium Philænis. 30

Secula nestoreæ permensa Philæni senectæ
Rapta es ad infernas tam cito Ditis aquas.

¶Coleos,)græce significat vaginam,vnde & colei testes. ¶Mentulam pa.co.vul.)nam eneruata est,& mollis breuibus pilis,vt vultures nullas ferentes plumas in collo.¶Culis prosti.) .i. cinædorum.¶Leuius)politius.¶Volsellæ instrumenta ad depilandũ corpus,authore Var.¶Sæuæ,)nam dolorem faciunt cum vellunt pilos.¶Refibulauit).i.maiore fibula cinxit crescente pene.¶Rixaris cum th.) .i.damnas theatrũ & seculũ.¶Quod facis) nã seruis drauco,& pædicaris.¶Lingua Cat.).i.cum tãquam alter Cato de moribus loquaris:non audes fateri turpitudinem tuã. nam tua lingua talia non loquitur.¶Dulce,) epitaphium Latini mimi,cuius meminit Tranquil.in Do.is recitandis diei fabulis risum principi prouocabat.¶Decus scenæ,)nam in scena risum mouebat. ¶Plausus tuus,)cui applaudebas o spectator.¶Quipo.fe.sp.).i. allicere in theatrũ.¶Soluere,)ad risum. ¶A nostro theatr.).i. mea vita nullos mores theatrales habuit obscœnos. ¶Scenicus,)mimus. ¶Arte,)non vita, & moribus. ¶Domino)Do.¶Deus)tanquã Deus cognoscebat me exercẽtem scenicam, & tamen bene moratum.¶Parasitum,) mimi dicuntur Phœbi parasiti, quia seruiunt poetis.vel dicite me.i. esto dicatis me Parasitũ Phœbi. nam in palatio colebatur Apollo ingenti colosso.Horat. Scripta palatinus quæcunq; recepit Apollo.Latinus frequentabat palatinã, & parasitus habebatur, honesto nomine dicit se fuisse parasitum, non palatii, sed Apollinis,alludens ad poetas,quorum scripta mimi recitãt.¶Laurigeri)epitheton Phœbi & poetarum.¶Famulum Iouis,) quia plus est seruisse Ioui Domi. q̃ esse parasitus Phœbi. q.d.hanc artẽ exercui propter dominum,& non alia de causa. ¶Secula,)epitaphium in Philænem,cuius vita supra descripta est,& nunc loquacitas recensetur.optat poeta,vt leui terra tegatur, vt canes cadauer possint effodere.¶Permensa,) quæ est est mensa. ¶Secula nostra).i. tria secula quasi.ccc.annorum. ¶Rapta es,)rapti dicuntur,qui ante tempus moriuntur. ¶Tácito,)ironice dictum est.

Volsellæ

Rapti

¶REFIBVLAVIT Turgidum faber penem,)Non videt hic homo epigrammatis gratiam,& poetæ fel quodammodo euanescere, si refibulare id esset, quod exponit,qui vbicunque de [illegible]a loquitur:tum ficta tum ementita quædam adiecit. Est igitur refibulare fi[illegible]m tollere. vel, vt Iuuenal. [illegible]oluere. Nam vt in Iuuena. diximus, ex præceptis Celsi circulo æneo infibulantur adolescentes seruandæ vocis gratia: quæ post expertam venerem tum asperior fieri,tum mutari solet. Quod cum ita sit: nescio cur sæpe exponat fibulam esse velamen quo pudendæ partes tegerentur.

GEORGIVS.

Refibulare

¶Euboicæ,)

DOMITIVS.

¶EVBOICAE,)Cumanæ. Sibylla Cumana à Virgil. dicitur Deiphœbe aliis nominibus à Var.à Phœbo impetrauit, vt quot arenas manu complecteretur,tot annos viueret:idcirco anni pulueris euboici dicuntur anni Sibyllæ.¶Quæ lingua,) id est quàm

Deiphœbe

Euboicæ nondum numerabas longa Sibyllæ
Tempora,maior erat mensibus illa tribus.

loquax lingua.¶Catastæ,) loca seruorum venalium κατὰ στάσιν, quod est exponi, illic puerorum garritu ingens erat strepitus,quem stultus vincebat garrulitate.¶Nec quæ turba Serapin amat,)id est turba,quæ colit Serapin,an intelligit eos,qui colunt sacra Isidis:qui representantes Osirim inuentum clamant. Iuuena.Exclamare libet populus quod clamat Osiri inuento, non placet, sed potius placet, vt intelligas strepitum eorum, qui nocte, dieq; cymbis nauigant ad sacra Serapidis quæ in Aegypto coluntur: ea enim fossa,authore Strab.plena semper est milieribus, & viris impudenter canentibus.Eundẽ strepitum exponit Silius: Vt strepit assidue phrygiam ad nilotica Loton Memphis, amyclæo passim lasciua canopo. ¶Cirrata caterua.)id est caterua puerorum. Persius: Ten cirratorum cẽtum dictata fuisse. Cirrati autem capillis cirratis dicuntur,) id est tortis.

Catasta

Heu quæ lingua silet,non illam mille catastæ
Vincebant,nec quæ turba Serapin amat.

¶Grege strȳ.) id est gruibus, grues enim obstrepunt. ¶Deducerelunam,) id est excantare lunam. ¶Rhombo,) rhombus instrumentum est incantatorum: cuius figuram describit Theocritus, eo fila torquebantur. Properti. & Ouidi. in amoribus meminerunt.Lucan. magicam vertiginem appellat: Traxerunt torti magica vertigine fili.Iuuen.Vna laboranti poterit succurrere lunæ.¶Cappadocum,) Cappadocia pars minoris Armenię,vt placet Appiano,vel ipsa minor Armenia vt Ptole. Inde maritum mortuum delatum Nigrina vxor sepeliuit, eius pietas laudatur: nam non secus defleuit maritũ cum humaret,quàm cum audiuit mortuum. ¶Sæuis oris,) id est sæua regione Cappadociæ. ¶Vias longas non satis,) id est non esse longiores vias:vt diutius posset continere ossa mariti sinu. ¶Vrnam sanctam,) id est sepultură. ¶Dum,) Vebius Crispus, cuius meminit Tranquil.in Domitiano & Tacitus comes imperatoris in expeditione sarmatica vouit anserem Marti producereduci. nam anser dicatus est Iunoni: vt Liuius indicat in obsidione capitolina tanti meriti apud Romanos, ex quo custodes capitolii excitauit clangore aduersus Gallos vt anserum alimenta censoribus singulis annis locarentur: nunc anserem argenteum dicauit ad pedes Martis porrigentem octo numismata rostris

Rhombus

Cirrati

Cappadocia

Rostra

de supra argumento poeta ait:anserem ostendere non esse amplius opus ferro in toto orbe ope Domitiani,cum pecuniam det Deo ne mactetur ferro Martialis, sed tamen,vt dixi dicata est Iunoni. ¶Arctois,)ideſt bello germanico. ¶Pendere,)extare hæc numismata. ¶Litat) Martialis pro tuo reditu Cæs. ¶Opus fer.)id est nusquam esse opus ferro pace data à te,& tuis armis. ¶Hãc) palliolum habitus ancillaris erat. Iuuen.Dorida nullo cultam palliolo,ex sententia Caro. hoc scrib. qui ad prostitutas accedendum putauit omissis matronis,& lautioribus. ¶Burdigali,) Burdigalus nomen diuitis fictum à Burdigala oppido Aquitanię.inde sumpsit nomen,quoniam burdigali dicuntur quasi bordigali, id est stulti Galli. Vult enim non modo diuitem significare, sed stultum. Gallus hoc loco syllabam in compositione mutauit. ¶Iuppiter,) in Creta erant vestigia domus qua educatus est Iuppiter infans,vt testatur Diodorus. Erat præterea sepulchrum eiusdem numinis cum inscriptione, vt scribit Lactantius.nuper,inquit poeta, cum Iuppiter templa à Domitiano erecta vidisset in Capitolio(nam ędem Flauuius imperator erexerat) dixit filiis suis ab imperatore plus tributum esse à Domitiano patri Vespasiano, quàm sibi à suis, qui tumulum in Creta exerant. ¶Idæi busti,)id est falsum tumulum in Creta:quia illic non est sepulcrus.ita etiam appellat Papi.in Thebaide. ¶Augusti,) Augusto ædificati.¶Sororem,) Dianam ¶Arcas,)id est Mercurius filius Iouis,& Maiæ. ¶Monimenta gnosia,) id est cretensia.¶Plus,)quia obsequitur patri. ¶Patrem Cæsaris.) ex hoc ego sensum epigrammatis ita intelligo, iterum enim dicam, vt laudentur templa Flauiæ quę Domitianus dicauerat patri,fratri,& suis.ait igitur Iuppiter plus dedisse Domitianum patri suo Vespasiano, cui tantum templum cõsecrauit, quã Phœbum,Dianam,Mercur.sibi qui tumulum tantum in Creta sibi construxerant. Hæc sententia mihi probatur.¶Artibus) Philomusum captatorem cœnæ,& deridet,& monet, ne loquacitate sua, qua cœnas sole captare, veniat sibi conuiua. ¶Pacorus)nomen regis Parthorum:cuius etiam meminit Plu. in Antonio. Arsaces item rex Parthorum fuit: quem alii à Scythis oriũdum,alii à Bactrianis scribunt. Arsacidę reges Parthorum,non autem Persarum, vt putauit Seruius. Temporibus Domitiani Volgesus Parthis imperauit. Pacorum igitur pro quocunque rege Parthorum posuit.

Palliolum

Burdigalus

* Matonis

Pacorus

Arsaces

Arsacidæ

Qualem uelit Amicam. 33

Euboicæ nondum numerabas longa Sibyllæ
Tempora,maior erat mensibus illa tribus.
Heu quæ lingua silet,non illam mille catastæ
Vincebant,nec quæ turba Serapin amat.
Nec matutini cirrata caterua magistri,
Nec quæ strymonio de grege ripa sonat.
Quæ nunc thessalico Lunam deducere rhombo,
Quæ sciet hos,illos uendere lena roros?
Sit tibi terra leuis,molliq; tegaris arena,
Ne tua non possint eruere ossa canes.

De Antistio. 31

Cappadocum sæuis Antistius occidit oris
Rusticus,ô tristi crimine terra nocens.
Retulit ossa sinu chari Nigrina mariti,
Et questa est longas non satis esse uias,
Cumq; daret sancta tumulis,qbus inuidet urnã,
Visa sibi est rapto bis uiduata uiro.

De Vebii uoto. 32

Dum comes arctois hæreret Cæsaris armis
Vebius hanc Marti pro duce uouit auem.
Luna quater binos non tota peregerat orbes,
Debita poscebat iam sibi uota Deus.
Ipse suas anser lætus properauit ad aras,
Et cecidit sanctis hostia parua focis.
Octo uides patulo pendere numismata rostro
Alitis,hæc extis condita nuper erant.
Quæ litat argento pro te non sanguine cæsa
Victima,iam ferro non opus esse docet.

Qualem uelit Amicam. 33

Hanc uolo,quæ facilis,quæ palliolata uagatur.
Hanc uolo,quæ puero iam dedit ante meo.
Hanc uolo,quam redimit totam denarius alter.
Hanc uolo,quæ pariter sufficit una tribus.
Poscentem nummos, & grandia uerba sonãtem
Possideat Crassi mentula Burdigali.

Ad Flaccum. 34

Audieris in quo Flacce balneo plausum,
* Morionis illic esse mentulam scito.

In laudem Domitiani. 35

Iuppiter idæi risit mendacia busti,
Dum uidet Augusti flauia templa poli.
Atq; inter mensas largo iam nectare fusus,
Pocula cum Marti traderet ipse suo,
Respiciens Phœbum pariter,Phœbiq; sororem,
Cum quibus Alcides,& pius Arcas erat,
Gnosia'uos,inquit,nobis monimenta dedistis,
Cernite,q̃ plus sit Cæsaris esse patrem.

In Philomusum. 36

Artibus his semper cœnam Philomuse mereris,
Plurima dum fingis,sed quasi uera refers:

Scis quid in arsacia Pacorus deliberet aula.
Rhenanam numeras, sarmaticamq; manum,
Verba ducis Daci Cattis mandata resignas.
Victricem laurum, q̃ uenit, ante uides.
Scis quoties pharioue madeat Ioue fusca Syene,
Scis quota de libyco littore puppis eat.
Cuius Iuleæ capiti nascantur oliuæ,
Destinet ætherius cui sua serta pater.
Tolle tuas artes, hodie cœnabis apud me
Hac lege, ut narres nil Philomusę noui.

De Ganymede, & Ioue. 37

Viderat Ausonium posito modo crine ministrũ
Phryx puer alterius gaudia nota Iouis.
Quod tuus ecce suo Cæsar permisit Ephœbo,
Tu permitte tuo maxime rector, ait.
Iam mihi prima latet longis lanugo capillis,
Iam tua me ridet luno, uocatq; uirum.
Cui pater ætherius puer ô dulcissime dixit,
Non ego quod poscis, res negat ipsa tibi.
Cæsar habet noster similes tibi mille ministros,
Tantaq; sydereos uix capit aula mares.
At tibi si dederit uultus coma tonsa uiriles,
Quis mihi, qui nectar misceat, alter erit?

In Gallam. 38

Cum sis ipsa domi, mediaq; ornere * suburra,
Fiant absentes & tibi Galla comæ,
Nec dentes aliter, q̃ serica nocte reponas,
Et iaceas centum condita pyxidibus,
Nec tecum facies tua dormiat, innuis illo,
Quod tibi prolatum est mane, supercilio.
Et te nulla mouet cani reuerentia cunni,
Quem potes inter auos iam numerare tuos.
Promittis sexcenta tamen, sed mętula surda est,
Et sit lusca licet, te tamen illa uidet.

Ad Agathinum. 39

Summa licet uelox Agathine pericula ludas,
Non tamen efficies, ut tibi parma cadat.
Nolentem sequitur, tenuesq; reuersa per auras
Vel pede, uel tergo, clune, uel ungue sedet.
Lubrica corycio quanuis sint pulpita nimbo,
Et rapiant celeres uela negata Noti,
Securos pueri neglecta perambulat artus,
Et nocet artifici uentus, & unda nihil.
Vt peccare uelis, cum feceris omnia, falli
Non potes, arte opus est, ut tibi parma cadat.

De Natali Cæsoniæ. 40

Prima palatino lux est hæc orta Tonanti,
Optasset Cybele qua peperisse louem.
Hac & sanctonici genita est Cæsonia Rufi,
Plus debet matri nulla puella suæ.
Lætatur gemina uotorum sorte maritus.
Contigit hunc illi quod bis amare diem.

De uoto Philænis. 41

Tarpeias Diodorus ad coronas
Romam cum peteret Pharo relicta,
Vouit pro reditu uiri Philænis,
Illam lingeret ut puella simplex,
Quam castæ quoq; diligunt Sabinæ,
Dispersa rate tristibus procellis
Mersus fluctibus, obrutusq; ponto

Syene — (Syene) in Aegypto subdita solstitio æstiuo aquarum penuria laborat: puteos perpendiculares habet nulla umbra. Lucan. Nam quis cancro torrente Syenem ibit. (Fusca,) à colore incolarum.

(Pharioue Ioue,) id est pluuia Aegyptia. (Quota puppis,) id est quot naues. nam Carthaginienses classe imminebant Romanis. hoc autem, quod ait si Plinio credimus, videbat Strab. ex Lilybæo promontorio Siciliæ.

(Oliuæ Iuleæ,) id est coronæ oleaginæ dandæ à Cæsare. nam victores in quinquatriis albanis

* sub umbra — oleagina corona auro expressa donabat, vt mox ostendemus.

(Destinet,) animo proponat dare. (Viderat,) Earinus comã deposuerat, vt supra. cum Ganymedes è cœlo hoc despexisset, popposcit à Ioue, vt etiam liceret sibi deponere crines, quoniam esset barbatus, quàm autem facete id Iuppiter negauerit poeta indicat. (Phryx puer) .i. Ganymedes. (Posito nũc crine,) id est qui pauloante deposuerat comã. (Alterius Iouis,) Domi. (Latet,) id est iã subest meis capillis. (Vocat virum,) dicit me esse egressum à pueritia (Ipsa res) .i. necessitas negat hoc. (Qui misceat nectar) .i. puer formosus. nam formosi tantum ad id eligebantur. (Cũ sis,) Gallam anum meretricem ornantem faciem medicamentis deridet. nã volebat dare sexcenta, quanuis ita ornata, viro quem posset allicere ad se. At inquit poeta quanuis illa sit cõdita multis medicamẽtis, & sit mentula lusca, tamen eam inspicit qualis sit. (Media suburra) .i. ex medicamẽtis, quę emũtur in suburra. (Absentes,) alienis medicamentis accersitis nigrescãt. (Serica,) vestes sericas. (Tua facies,) quam præ te fers & pulchritudo, quam tibi paras non manet tecum, cum dormis. Vesperi enim dormitura ea deponis ornamenta. (Inter tuos auos,) adeo senex est cunnus. (Promittis,) scilicet futuroribus. (Surda est,) non arrigitur. (Et licet sit lusca,) nam vnum tantum habet oculum. (Summa,) Agathinum laudat, qui parmam in theatro ita iactabat, vt nusquam caderet, sed modo crinibus exciperetur, modo pede magna spectatorũ omnium admiratione. (Ludas sum. pe.) constructio græca, est qui dant accusatiuum his verbis, id est ludas in summo discrimine „ & tentes difficillima quæq;. (Sedet,) hæret. (Pulpita,) theatri. (Sint lubrica,) in q̃ bus vestigia non possint consistere. (Nimbo corycio,) crocoq; nam croco vino dulci misto spargebãtur theatra vasę, quod appellant nimbum. Vela obtẽdebantur in theatro ad arcendum solem, & ventum. Lentulus Spinter primus id ostendit ludis Apollinaribus. Cæsar itẽ totum forum Romanũ texit. Marcellus forum Augusti, vbi lites exercebãtur, ne litigantes sole, aut vento offenderentur. Vela dicuntur data ventis, quando ducuntur recta in altum, negantur vero ventis, quando iacent. Vela theatri negata erant ventis, quando iacebant. Idcirco versus Martialis alibi: Et Pompeiano vela negata Noto. ita accipio, vt etiam hunc locum, non autem vela negata, id est vela iam inutilia theatris, quoniam & si noua sunt, tamen negantur ventis: dum ita operiunt theatrum, vt ventũ non excipiant, sed iacẽt excepta: vnde vinũ sparsum cũ croco. (Artifici) Agathino. (Vt peccare velis,) id est errare, vt cadat parma tibi. (Prima,) No no calendas Nouembris natus est Domitianus, eodẽ die Cæsonia Rufi nata erat. Rufus igitur eundem natalem & vxoris & Domitiani celebrat. (Hæc lux,) nono calendas Nouemb. (Cybele,) Rhea mater Deorũ (Rufi sanctonici,) gallici. Sanctones populi Galliæ. (Debet) quia nata fuit eodem die, quo Domitianus. (Bis,) duabus de causis. (Tarpeias,) multi fuerunt Diodori: Zonas orator, Diodo. grammaticus, Diodor. qui historiam edidit temporibus Tyberii. Diodo. citharœdus temporibus Vespasiani, cuius arte princeps delectatus eũ donauit, & ingenti pecunia, & multis donis aureis, cum Romam inquit poeta, nauigaret, ex Aegypto, Philænis vxor voluit si maritus incolumis rediret, se passuram, vt simplex puella sibi lamberet cunnum. reuersus est: sed naufragus, ô tardum maritum ait Martialis. nam si puella mea tale votum fecisset, statim à littore ipso essem reuersus. Ostendit enim puellam suam immunda femora habere, & indigere purgante lingua. Tarpeius item fuit citharœdus Vespasiani, authore Tranquillo. (Pharo,) Aegypto. (Tristibus procellis,) tristi naufragio.

Sactones — Diodorus

(Pontice,)

DOMITIVS.

Masturbor — (Pontice,) Masturbari à verbo græco tractum est μασ ϑονέω, significat lenocinio conciliare, vnde impudice tractare membra virilia dictum est masturbari. (Horatius vt tres,) Sequimus Albanus habuit geminas filias: quarũ altera nupsit Horatio Romano, altera Curiatio Albano. vtraq; trigeminos peperit Horatios, scilicet Trigeminos, & Curiatios, & historia Dionysii tradit. & Plin. in. 7. fieri posse ratione naturę affirmat. (Campis,) Stella optabat summo pere consulatũ à Domitiano. rogat poeta Apollinem poetarũ numen, vt Domitiani suadeat hoc, efficiat, vt Stella habeat cõsulatum, vouet iuuencum auratis cornibus ex huius desiderio, ita Venus vaticinatur apud Pap. de Stella apud Violantillam loquens, tamq; parens latius cuius prænoscere mentem
Fas mihi purpureos habitus, iuueniq; curule
Indulgebit ebur.

Chrissa — (Campis murinis,) Chrissa oppidum est iuxta Theben Ciliciæ templum Apollinis Sminthei: cuius meminit Eustachius in primo Iliados. meminit præterea Strab. ambigitq;, an idẽ sit Apollo Cilleus, & Smintheus. Illud autem constat Smintheum dictum à muribus, vel consecratis, vel illic abundantibus, quos Smintheas appellant. Cõfirmat hoc Eustachius ex mure quem ait fuisse insculptum statuæ simulachri illius, nec mirũ à muribus appellatum Apollinem: nã & Hercules Conopius apud Cereos colitur, quoniam conopas, id est culices extinxerit. Bœotii Pronopionem Apollinem colunt, quoniam culices, quos ipsi pronopas vocant, sustulerit. Smintheus igitur Apollo latine dicitur murinus à mure. & campi murini dicuntur cãpi Apollinis Smintheï. Quod autem nonnulli legunt campis murinis à Murina vrbe Aeoliæ non conuenit. nam eã illic fuisse vrbem Hom. quidẽ & Strab. & Ptolemęus scribunt: sed illic cultum Apollinis non reperio. Præterea à Murina diceretur campus murineus, non autem murinus: syllabam à primitiuo mutat, à mure murinus corripit, quod dandum est poetæ in verbo, quod recens pro Smintheo deriuauit, quanuis Plinio hordeum murinũ dixerit à muribus. (Sic murinis,) ita scriptũ est in antiquissimis codicibus: sed recẽtiores deprauati Semutinis habent. Legatur: Sic sis dives ô Apollo campis murinis, id est sic religiosissime colaris in cãpis Smintheis tibi dicatis. Home. Smintheus præclare Tenedi dominator Apollo. (Senibus cygnis,) nam cygni senes dicati sunt Apollini, authore Cice. in Tusc. quæst. quoniam vaticinantur sibi mortem cantu, vatum autem Deus est Apollo. Et cum futura prædicere putentur cor ui, eadem de causa Apollinis numini sunt dicati. (Sorores.) musæ. (Delphis,) sacerdos tua quæ Delphis est: & Delphis dicitur. (Doctæ,) an propter fortunã, quæ fortuna etiam prædicabat sub imagine duarum sororum. Pap. Et Prænestinæ poterant migrare sorores. erant & sorores Dodoneæ, sed placet de Fortunis potius. (Palatia colant,) nam in parte palatii erat colossus Apol. Debitor voti .i. reus voti (Cornibus aureis) .i. fronte aurata nam authore Plin. hostiarum cornua inaurabantur. vnde illud Virgil. Aurata fronte, pro auratis cornibus accipiendum est. (Moraris,) cessas rogare Domitianum, vt det cõsulatum Stellæ (Hic) Vindex ciuis temporibus Domi. notus carmine Papi habebat poculũ quod tenebarur manu Herculis ex ære. Hic poculum aptè appellat Pap. Herculem epitrapegion nam epitrapegia dicuntur vasa, quæ sunt apta mensis. Lysippus opus effinxerat, fuerat autem prius hoc Alexandri & de eo loquitur Plut. cum ait nondum empto Herculis scypho: postea peruenerat ad Annibalem, tertio ad Syllam Pap. Peleus habebat Regnator lætis numẽ venerabile mensis. de Annibale: Mox nasamoniaco decus admirabile regi. de Syllæ Conuiua Sibyllæ Cœnabat super Sibyllæ .i. Syllæ nãq; ita primus est Scylla dictus, vt docuit Macro. Laudatur Hercules epitrapegius à Marti. quẽadmodum à Pap. hic describit poculum. (Porrecto leone,) cui pelle leonis strata supra saxum. (Aere exi.) & ita Pap. paruiratem admiratur. (Dextra) quæ in manu habebat patera. (Nõ est recens fama,) id est non est nuper sculptus. (Cælinostri) .i. artificii nostrorum temporum (Lysippi,) Pap. de eodem Sesęq; videndum Indulsit Lysippe tibi. (Tyranni pelei) Alexandri (Numen hoc) .i. poculum in quo Hercules erat sculptus. (Iacet prius,) iacuit in Babylonia, postea delatus est in Aegyptũ nam Ptolemæus Aegyptius vrnam abstulit. Perdicæ, qua reliquias Alexandri in Macedoniam gestabat, vt Strabonis, nostrorumq; monumentis accepimus. collocauit autẽ in lintheolo aureo, quem Cõstas Syrus subripuit. (Puer,) nouem annorum. (Iurauerat hunc,) hoc falsum est. nam ita iurat apud Silium, Hanc mentem iuro nostri per numina Martis Per manes regina tuos.
Voluit autem hoc ostendere Martia. possessum fuisse ab Annibale. (Hic,) Hercules. (Syllã ponere,) id est dictaturã, & hoc falsum est. nam Sylla dictaturã deposuit exterritus quadã vmbra in somniis, quæ eum vocabat vt Appianus. scribit vel vt idem tulit sponte ciuili metu: sed ingeniose poeta voluit ostẽdere per hoc fuisse possessum à Sylla. (Variæ aulæ,) modo Alexandri, modo Syllæ. (Priuatos lares) id est priuatam domum Vindicis, sine imperio. (Alcidem,) idem argumentum. (Vindicis,) amici. (Nescis græce,) id est nescis literas græcas. (Basis,) fundamentum cuiusque rei. (Ἀνσίππου,) genitiuus græcus. (Phidiæ putaui,) dicit poeta se putasse opus Phidiæ ob excellentiam operis. nam Phidias simulachris Deorum maiestatem addidit supra cæteros opifices, in eoque obtinuit palmam, vt Plinius scribit.

Epitrapegius Hercules — Epitrapegia vasa

Basis

Ad Votum Diodorus enatauit.
O tardus nimis, & piger maritus.
Hoc à littore si puella uotum
Fecisset mea, protinus redissem.

In Ponticum. 42

Pontice quòd nunquam futuis, sed pellice lætus
Veteris, & Veneri seruit amica manus,
Hoc nihil esse putas, scelus est mihi crede, sed in-
Quantum uix animo concipis ipse tuo. (gens,
Nempe semel futuit, generaret Horatius vt tres.
Mars semel, vt geminos Ilia casta daret.
Omnia perdiderat, si masturbatus uterq;
Mandasset manibus gaudia fœda suis.
Ipsam crede tibi naturam dicere rerum
Istud, quod digitis Pontice perdis, homo est.

Ad Apollinem. 43

Campis diues Apollo sic murinis,
Sic semper senibus fruare cygnis,
Doctæ sic tibi seruiant sorores,
Nec Delphis tua mentiatur ulli,
Sic palatia te colant, amentq;,
Bis senos cito me rogante fasces
Det Stellæ bonus, annuatq; Cæsar.
Felix tunc ego, debitorq; uoti
Casurum tibi rusticas ad aras
Ducam cornibus aureis iuuencum,
Nata est hostia Phœbe, quid moraris?

De statua Herculis. 44

Hic, qui dura sedens porrecto saxa leone
Mitigat exiguo magnus in ære Deus,
Quæq; tulit, spectat resupino sydera uultu,
Cuius læua calet robore, dextra mero,
Non est fama recens, nec nostri gloria cæli,
Nobile Lysippi munus, opusq; uides.
Hoc habuit numen Pelei mensa tyranni,
Qui cito perdomito uictor in orbe iacet.
Hunc puer ad libycas iurauerat Annibal aras.
Iusserat hic Syllam ponere regna trucem.
Offensus uariæ tumidis terroribus aulæ
Priuatos gaudet nunc habitare lares.
Vtq; fuit quondam placidi conuiua Molorchi,
Sic uoluit docti uindicis esse Deus.

De eadem statua. 45

Alciden modo Vindicis rogabam,
Esset cuius opus, laborq; felix,
Risit, nam solet hoc, leuiq; nutu,
Græce nunquid ait poeta nescis?
Inscripta est basis, indicatq; nomen.
Ἀνσίππου lego, Phidiæ putaui.

DOMITIVS.

Caucasus Prometheus

¶Miles,) Marcellinum popularem suum euntem in Scythiã hoc epigrãmate prosequitur. Caucasus mõs est Indiæ, ea parte vergit in Scythiam, in eo Prometheus Iapeti & Asiæ filius ad saxũ religatus pœnas formati hominis dabat, aquila viscera corrodẽte. Liberatus autẽ est sagittis Herculis, quod nunquam permisit Iuppiter nisi ea conditione, vt anulum ferreum gestaret indicium vinculorum, vnde nonnulli anulorum originem ductam volunt. scrib. hoc aperte Probus, subobscure Plini. his verbis: Item anulus Promethei indicium supplicii. Monet amicum Martialis, inspecturum saxa Caucasi, ad quæ si poterit credere religatum Prometheũ poterit etiam sibi persuadere eundem finxisse hominem primum, quasi dicat vtrunque esse fabulosum. de Marcell. supra. ¶Triones hyperboreos,) id est septentrionem. ¶Et esto quòd tuleris,) id est pertuleris. ¶Syderа pigra,) id est vrsam minorẽ, & maiorem. ¶Pigra,) quæ non occidunt. ¶Fabula montis,) id est fabulosus Caucasus. ¶Videris im.) dissuadet ne eat. ¶Saxa) caucasea. ¶Conclamata) contusa clamoribus Promethei. ¶Ille,) Prometheus. ¶Et licet,) poteris addere tam supra hominem est potuisse perferre Caucasum montem, quàm finxisse hominem. ¶Gellius,) Gellium nihil donãtem accusat, qui semper aliquid ædificabat, vt hac excusatione petentes aliquid amicos reiiceret. ¶Limina) lapides, qui sustinent superiores partes ostii, vnde sublimis. ¶Quidlibet,) etiam rem minimam. ¶Democritos) Pannicus quotidie de grauioribus philosophorum sectis disputabat: cum esset mollissimus, & draucis seruiret, ait poeta se æstimare eum esse doctissimum philosophorum, & Stoicũ, & Epicureum, & Academicũ, de quibus quotidie loquebatur. sed tamen cupere intelligere colere draucos, quod dogma sit. Democritus author epicureæ. Zeno author stoicæ. Plato academicæ. ¶Inexplicitos,) reconditæ doctrinæ ¶Pythagoræ,) vnde manauit philosophia. ¶Præpender,) prolixa est. ¶Hircosis) hircosi homines virilitate malẽ olẽtes. Catul. Valle sub alarum trux habitare caper. Iuue. Hispida membra quidem. & illud: Et de virtute locuti Clunem agitant. ¶Hæredem,) Gallicus dixerat Martiali scripsisse hæredem in quadrantem partem bonorum, quod & putans & sperans poeta misit multa munera, demum aprum, ad quem multis à Gallico inuitatis ipse quoque fuit conuiua, sed nec costa ei quidem data est, quid, inquit, sperem de tuo testamẽto deris? ¶Quis damnet libenter

Anulorum origo

Hircosus

Ad Marcellinum. 46

Miles hyperboreos modo Marcelline triones,
Et Getici tuleris sydera pigra poli,
Ecce Prometheæ rupes, & Fabula montis
Quàm propè sunt oculis nunc adeunda tuis.
Videris immensis cum conclamata querelis
Saxa senis, dices durior ille fuit.
Et licet hoc addas, potuit qui talia ferre,
Humanum merito finxerat ille genus.

In Gellium. 47

Gellius ædificat semper, modo limina ponit,
Nunc foribus claues aptat, emitq; seras,
Nunc has, nunc illas mutat, reficitq; fenestras,
Dum tamen ædificet, quidlibet ille facit,
Oranti nummos ut dicere possit amico
Vnum illud uerbum Gellius, ædifico.

In Pannicum. 48

Democritos, Zenonas, inexplicitosq; Platonas,
Quicquid & hirsutis squalet imaginibus,
Sic quasi Pythagoræ loqueris successor, & hæres,
Præpendet mento nec tibi barba minor.
Sed quod & hircosis serum est, & turpe pilosis,
In molli rigidum clune libenter habes.
Tu qui sectarum causas, & pondera nosti,
Dic mihi, præcidi Pannice dogma quod est.

In Gallicum. 49

Hæredem cum me partis tibi Gallice quartæ
Per tua iurares sacra, caputq; tuum,
Credidimus, quis enim dãnet sua uota libenter?
Et spem muneribus fouimus usq; datis,
Inter quæ rari laurentem ponderis aprum
Misimus, ætola de Calydone putes.
At tu continuo populumq; patresq; uocasti,
Ructat adhuc aprum callida Roma meum.
Ipse ego, quis credat? conuiua nec ultimus hæsi,
Sed nec costa data est, caudáue missa mihi.
De quadrante tuo quid sperem Gallice? nulla
De nostro nobis uncia uenit apro.

De Partheniana toga. 50

Hæc est illa meis multum cantata libellis,
Quam meus edidicit lector, amatq; togam,
Partheniana fuit, quondam memorabile uatis
Munus, in hanc ibam conspiciendus eques,
Dum noua, dum nitida fulgebat splendida lana,
Dumq; erat authoris nomine digna sui.
Nunc anus, & tremulo uix accipienda tribuli,
Quam possis niueam dicere iure tuo.
Quid non longa dies, quid nõ consumitis anni?
Hæc toga iam non est Partheniana, mea est.

In Gaurum. 51

Ingenium mihi Gaure probas sic esse pusillum,
Carmina quòd faciam, quæ breuitate placent.
Confiteor, sed tu bis denis grandia libris
Qui scribis Priami prælia, magnus homo es.
Nos facimus Bruti puerum, nos Lagona uiuum,
Tu magnus luteum Gaure giganta facis.

Parthenius

Tribulis Contribulis

Puer Bruti

Exiguæ staturæ homines

¶Quod,)

DOMITIVS.

¶Qvod,) Lucanus extinctus est, de quo supra: Si Lucane tibi, epitaphium est. ¶Ante mori,) ante fratrem. ¶Minor,) natu. Castor, & Pollux sibi inuicem succedebant in cœlo. sensus poetæ est: Tanta est pietas tua erga fratrem Lucane, vt etiam si posses redire ad superos, vt frater tibi succederet ritu Castoris, & Pollucis nolles, immo moneas Castorem, vt eadem pierate in Pollucem fratrem vtatur, sinatq; eum viuere, ipse apud inferos permaneat. ¶Alternus,) vice sua. ¶Si,) Quint. Ouidius natus erat mense Aprili: Martialis mense Martio. ¶Quod,) quam rem, vt amem tuum. natalem æque, ac meum. ¶Lapillis,) Persius: Hunc Macrine diem numera meliore lapillo. ¶Si mihi picena,) munera cortis sunt gallinæ, & alia altilia, ea non fermè mittebantur nisi à rusticis. mittuntur autem nunc à Martiale Charo cognato suo. Quasi nõne subrusticus videatur, caulas affert, quare mittat: quia scilicet non habeat aliamittit autem hæc, quoniã dies festus cognatos celebrat. nam cognati quodam die conuenie bant: mittebantq; mutuo munera: eum diem charistia appellantes à χάρις, quod significat gratiam. ad gratiam enim, & amorem seruãdum id agebãt. Ouidius author est in Fastis. ¶Fringuillæ,) aues à voce, fringuare. Plautus. in Cassina: Quid fringuatis. ¶Vernat,) amœnus est, & vere agit: ¶Arguto,) canoro. ¶Picę) nam pica salutatoria est. vt in disti. & apud Persium. ¶Sæpe propinquus,) id est sæpe accipies tanquam propinquus. nam die etiam quo charistia non agentur mittam munera. ¶Luce,) iocatur in Stellam, & Flaccum poetas, quibus die propinquorum statuerat mittere turdos, sed tam multi poscebant vt tutius putet non mittere duobus, quàm multos offendere. ¶Propinquorum,) affinium, cum charistia agantur.

Charistia

De Lucano, & Tullo. 52

Quòd semper superos inuito fratre rogasti,
Hoc Lucane tibi contigit ante mori.
Inuidet ille tibi, stygias nam Tullus ad undas
Optabat, quanuis sit minor, ire prior,
Tu colis elysios, nemorisq; habitator amœni
Esse tuo primum nunc sine fratre cupis,
Et si iam nitidis alternus uenit ab astris,
Pro Polluce mones Castora, ne redeat.

Ad Quintum. 53

Si credis mihi Quinte, quod mereris,
Natales Ouidi tuos Apriles,
Vt nostras amo Martias calendas,
Felix utraq; lux, diesq; nobis
Signandi melioribus lapillis.
Hic uitam tribuit, sed hic amicum
Plus dant Quinte mihi tuæ calendæ.

Ad Eundem. 54

Natali tibi Quinte tuo dare parua uolebam
Munera, tu prohibes, imperiosus homo es.
Parendũ est monitis, fiat, quod uterq; iubemus,
Et quod utrunq; iuuat, tu mihi Quinte dato.

Ad cognatum. 55

Si mihi picena turdus palleret oliua,
Tenderet aut nostras sylua sabina plagas,
Aut crescente uadis traheretur arundine præda,
Pinguis & implicitas uirga teneret aues,
Chara daret solenne tibi cognatio munus,
Nec frater nobis, nec prior esset auus.
Nunc sturnos inopes, fringuillarumq; querelas
Audit, & arguto passere uernat ager,
Inde salutatus picæ respondet arator.
Hinc ppè summa rapax miluus in astra uolat.
Mittimus ergo tibi paruæ munuscula cortis,
Qualia si recipis, sæpe propinquus eris.

Ad Flaccum. 56

Luce propinquorum, qua plurima mittitur ales,
Dum Stellæ turdos, dum tibi Flacce paro,
Succurrit nobis ingens, onerosaq; turba,
In qua se primum quisq;, meumq; putat.
Demeruisse duos uotum est, offendere plures
Vix tutum, multis mittere dona, graue est.
Qua possum sola ueniam ratione merebor,
Nec Stellæ turdos, nec tibi Flacce dabo.

De Splendophoro. 57

Splẽdophorus Libycas dñi petit armiger urbes,
Quæ puero dones, tela Cupido para.
Illa, quibus iuuenes figis, mollesq; puellas,
Sit tamen in tenera leuis & hasta manu.
Loricam, clypeumq; tibi, galeamq; remitto,
Tutus ut inuadat prælia, nudus eat.
Non iaculo, non ense fuit, læsus'ue sagitta,
Casside dum liber Parthenopeus erat.
Quisquis ab hoc fuerit fixus morietur amore.
O felix, siquem tam bona fata manent.
Dum puer es, redeas, dum uultus lubricus, & te
Non Libye faciat, sed tua Roma uirum.

In Edilum. 58

Nil est tritius Edili lacernis,
Non ansæ ueterum Corinthiorum,

¶Demereri) est beneficio conciliare. Columella: Demerenda est vxor aliquo beneficio rusticano. ¶Merebor veniam,) id est à nemine accusabor. ¶Splẽdophorus,) Splendophorum Domitiani tyronem euntem in Lybiam carmine prosequitur appellans Cupidinem, vt tela paret digna tanto puero. ¶Armiger) tyro. ¶Remitto clypeum. id est sino vt non desclypeum. ¶Tutus,) illæsus vulneribus. ¶Parthenopeus,) filius Meleagri, & Athalantæ formosissimus, qualis describitur à Papi. in quarto Thebaidos: iturus ad bellum Theba. Pulchrior haud vlli tristeque discrimen ituro Frons fuit in sylus: qualis iã cassidemissa Partheno peus erat. ¶Lubricus vultu) dicit vultus iuuenum, vel à similitudine locorum lubricorum, vel quia multos in errorem impellant. Lubricum ætatis à Quin. dicitur, cum nondum quis ad ætatem peruenit adultam, sed facile labi potest. ¶Nil,) ansæ dicuntur partes quibus vasa capiuntur. ¶Veterum Corinthio rum,) dicit quoniam æs Corinthium, quod in maximo pretio habebatur, iam penè obsoluerat, & noua vasa ex alio ære fiebant.

Demereor

Parthenopeus

Lubricum ætatis

DOMITIVS.

Recutitus Salebræ

Mulio

Sarsina

Mamurra

Testudo

Hexaclinos triclinium

Romę porticus à Cn. Octauio structa

Calathus

Smaragdi scythici

Crotalum

¶Inec Crus compede,) crus serui in ergastulis. ¶Lubricum,) attritum. ¶Decenni compede,) id est vinculis decem annorum. ¶Recutita,) noua cute restituta. ¶Mulæ ruptæ,) iam deficientis. Recutiti etiam dicuntur Iudæi circunsecti. Persi. Recutitaq; sab bata palles. ¶Salebræ) saxa emi nentiora, & orationem incultã salebras dixerunt, authore Festo. ¶Lapilli,) supra: Tritis litto ris atidi lapillis. ¶Vinea thusca) in ergastulo Hetruriæ. supra: Et sonet innumera compede thu scus ager. ¶Tribulis) & tremu lo vix accipienda tribuli. ¶Mu lionis) dicebantur essedarii mu liones. nam primi muli fuerunt qui currum veherent. Idcirco apud Sueto. mulionibus canus matis,) id est essedariis expone. ¶Dens apri,) nam dentes apro rum crebra elimatione atterun tur. ¶Nympha) Cæsius Sabinus ¶Vmber amicus erat Martia lis supra: Nosti si bene Cæsiũ libelle: Montanę decus Vmbrię Sabinum. hic domum fonte amœnissimo excoluerat. poeta mittit carmina emendanda: alloquiturq; fontem Cæsii, sed tamen ex hoc dicit omnes pos se intelligere quanti faciat car mina sua: cum ea mittat ad fon tem, quasi mergenda. ¶Pio mu nere,) id est munere suæ pieta tis. ¶Sarsina,) oppidũ Vmbriæ. lactis abũdans. ¶Sollicitos,) qui timent iudicium Cæsii. ¶Fueris vn.pe.) id est ego putabo te fon tem Pegaseum. ¶Nymphatũ,) aquarum. ¶Quid debeat fieri li bris,) vt immergantur. nam, vt sæpe est dictum, cum carmen deprimit aquis mergendum di cit, quanti, inquit, mea carmina faciam, quę nunc mitto, ex hoc potest cognosci, quòd ea dico Nymphis, id est aquis, de qui bus hoc epigrammate est locu tus. ¶In septis,) Mamurra tem poribus Cæsaris floruit natus Formiis, vt Cor. scrib. & eques Romanus, hic laceratus est car mine Catulli Veronẽsis, in quẽ carmen extat. Hic Mamurra alius deridetur à Martia. quòd gloriabundus obierit omnia se pta, vbi res erant venales pre tiosissimæ, singulorumq; pre tia poposcerit, tanquam emptu rus, sed tandem discedens eme rit duos calices, & ipse tulerit se cum carens puero. ¶In sep.) id est campo Martio. ¶Roma a.) id est diuites Romani. ¶Vexat opes) expendit, iactat. ¶Pueros mol.) qui venales erant. ¶Pri mæ ca.) id est tabernæ exposi tæ & viles. ¶Prostituere,) ha bent venales. ¶Catastæ,) officinæ. ¶Mea turba,) id est pauperum. ¶Satur,) in spectis pueris. ¶Opertos or.) id est mẽsas ci treas. ¶Poposcit,) à magistro. ¶Ebur,) dentes eburneos, qui bus mẽsæ sustentabantur. ¶Pin gue,) lubricum. ¶Testudo,) animal notum. Testudo item ge nus ædificii. Cicc. Galbam omnibus exclusis commentatum in quadam testitudine cum seruis literatis fuisse. Operiebãtur autẽ lecti discubitorii testa testudinis secta in laminas, quod C. Aruilius Pollio primus instituit. Fenestella scrib. temporibus Tyberii triclinia testudinea venisse in vsum, antea fuisse lignea, & rotonda. ¶Hexaclinon,) significat lectum discubitorium, qui sexcapiat, vt triclinium qui tres. ¶Testudineum,) dicitur à forma (vt dixi) testudinis. nã antea erant rotũda, postea quadrata, demũ testudinea. simul testudineum à laminis testæ testudinis, quibus operiebatur. ¶Suo ci.) id est suæ mensæ citreæ. ¶Consuluit na.) an vasa ærea essent Corinthia. Corinthium es, vt dictũ est, in magno erat pretio, sed promiscuum fuit vt quæ corinthia non essent, corinthia tamẽ dicerentur, vnde porticus Romæ à Cn. Octauio structa ad Circum flaminium, corinthia dicta est à capitulis columnarum æneis, quanuis corinthia non essent. Polycletus in statuis vsus est ære non corinthio, sed deliaco, author est Plin. idcirco culpatur hic à Mamurra. ¶Culpauit,) quia erant ex ære delia co, quo ille est vsus, vt scrib. Pli. ¶Turbata,) vitiata modico vitro. ¶Myrrhina,) vasa, humor erat densatus sub terra in speciem vitri maculosi: & non nihil commendabatur odore, authore Plin. Calathus significat calicem vinarium. Vir. Vina nouum fundam calathis aruisia nectar. & in disti. Calathi, nos Satyrus, nos Bacchus amat. ¶Veteres,) archetypos. ¶Et vi.) & ponderauit calices gemmatos. Calices. n. apud antiquos smaragdo inserta ornabantur. de his in distichis: Gemmatum scythicis vt luceat ignibus aurum. Scythicis ignibus .i. smaragdis nam smaragdi scythici reliquos superant, cum habeant maiorem asperitatem, & minus vitii. ¶Virides gemmas,) id est smaragdos. ¶Ab aure niuea,) de elenchis & crotalis intelligit: nam crotala grandiores margaritæ ex conchis auribus mulierum addebantur, vt sonitu delectarentur. Virg. Crispum sub crotalo docta mouere latus. Item Plin. de margaritis. ¶Veros,) non vitiatos. ¶Sardonychas,) Sardonyche vsus est primus superior Africanus. ¶Fecit pretium,) obtulit pretium. ¶Iaspide,) lapides tantæ magnitudinis, vt testetur se vidisse laspidem duodecim vnciarum. vnde imago Neronis thoracata sit expressa. ¶Lassus,) longa lustratione. ¶Ipse tulit,) quia carebat puero. supra: Nunquam nequior fuit clauis. ¶Seu tu,) poetis rosaceæ coronæ mittebantur ad mensam exhilarandam, ita nunc mittitur corona à Martiale Cæsio, cui dicit fore gratiorem si putauerit rosam illam natam esse in suo agro nomentano. erat enim de nomentano meo. ¶Rursus amicus. Cæsius Sabinus putet te campani,) vbi erant pulchræ.

Nec crus compede lubricum decenni,
Non ruptæ recutita colla mulæ,
Nec quæ flamineam secant salebræ,
Nec qui littoribus nitent lapilli,
Nec thusca ligo uinea politus,
Nec pallens toga mortui tribulis,
Nec pigri tota quassa mulionis.
Nec rasum cauea latus bisontis,
Nec dens iam senior ferocis apri.
Res una est tamen, ipse non negabit,
Culus tritior Edili lacernis.

Ad Nympham. 57

Nympha sacri regina lacus, cui grata Sabinus,
Et mansura pio munere templa dedit,
Sic montana tuos semper colat Vmbria fontes,
Nec tua Baianas Sarsina malit aquas,
Excipe sollicitos placide, mea dona, libellos.
Tu fueris musis pegasis unda meis.
Nympharum tẽplis quisquis sua carmina donat,
Quid fieri libris debeat, ipse monet.

In Mamurram. 60

In septis Mamurra diu, multumq; uagatus
Hic, ubi Roma suas aurea uexat opes,
Inspexit molles pueros, oculisq; comedit,
Non hos, quos primæ prostituere casæ,
Sed quos arcanæ seruant tabulata catastæ,
Et quos non populus, nec mea turba uidet.
Inde satur mensas, & opertos exuit orbes,
Expositumq; alte pingue poposcit ebur.
Et testudineum mensus quater hexaclinon,
Ingemuit citro non satis esse suo.
Consuluit nares, an olerent æra Corinthon.
Culpauit statuas & Polyclete tuas.
Et turbata breui questus crystallina uitro,
Myrrhina signauit, sepositq; decem.
Expendit ueteres calathos, & siqua fuerunt
Pocula mentorea nobilitata manu,
Et uirides picto gemmas numerauit in auro,
Quicquid & in niuea grandius aure sonat.
Sardonychas ueros mensas quæsiuit in omnes,
Et pretium magnis fecit laspidibus.
Vndecima lassus cum iam discederet hora,
Asse duos calices emit, & ipse tulit.

De Corona Rosea, 61

Seu tu præstanis genita es, seu Tyburis aruis,
Seu rubuit tellus thuscula flore tuo,
Seu prænestino te uillica legit in horto,
Seu modo campani gloria ruris eras,
Pulchrior ut nostro uideare corona Sabino,
De nomentano te putet esse meo.

¶In tarteſiacis,)

DOMITIVS.

Platani memorabiles Thatresius Corduba

Syrinx

Via appia

Triumphalis Hercules

Eurysteus

Hebe

¶In Tarteſiacis,) Platanũ celebrat carmine. dicitur plãtata fuisse in agro Cordubẽsi à Cæsare, de hac nihil in historia extat, quanuis legamus platanũ fuisse in Lycia modo domicilii cõcauam: & Caligulæ in agro Veliterno: & in Creta sub qua ferunt Iouem cum Europa concubuisse: & Delphis, quæ facta dicitur manu Agamemnonis. hæ sunt platani mememorabiles. De platano autem Cæsariana nihil extat præter hoc carmen. ¶Tarteſiacis,) hispanis: Bethis Tartesus dictus est: vt Strab. scrib. Corduba oppidum Bethicæ. ¶Amat,) proximum habet. ¶Vellera,) lanæ bethicæ fuluæ sunt in speciem auri sine vllo medicamento. ¶Metallo natiuo,) id est naturali, & insito colore. ¶Bractea,) lamina auri. ¶Linit) videtur linire, & inaurare. ¶Pecus hesperiũ,) id est oues hispanas. ¶Stat,) surgit. ¶Dextra felix,) victrix. ¶Authorem) dominum plantatorẽ. ¶Dryas) Syrinx nympha Arcadiæ, quã Pan persecutus est vsque ad Ladonem flu. vbi illa ope aliarum nympharum conuersa est in calamos palustres: vnde Pan fistulam composuit. ¶Sera fistula,) id est Syrinx. ¶Lyæo,) Bacche celebrante conuiuia. ¶Mero effuso,) id est effuso vino. nam platani, authoribus Plin. & Macrobio, vino aluntur, adeo vt Hortensius perierit à Cicerone diem actionis commutari, quoniam ipse erat eo die iturus in Tusculanum ad platanos suas vino irrigandas. ¶Hesternis,) non vsitatis. ¶Dicere nemo rosas,) quia sponte prouenichant ¶Perpetuos honores,) id est perpetuam viriditatem. ¶Non manus Pomp.) id est Pompeii sed Cæsaris victoris. ¶Tinctis,) Philænis quid ageret illi duo versus docuerunt: Dii mentem tibi dent tuam Philæni: Cunnos lingere, quæ puras virile: hæc purpureis vestibus vtebatur, quæ male olebant apud antiquos. supra: Quod bis murice vellus inquinatum. vtebatur igitur iis Philænis, non propter colorem, sed propter odorem, cui lingendis cunnis erat assueta. ¶Ad cœnam,) iocus est Phœbum pasci mentula, quoniam eius causa inuitatur cinedus, quia pascitur, non potest habere purum os: nam hic mentula vidĕbatur pasci, & mentulam deglutire. ¶Herculis,) Germanicus strauit viam Appiam ea parte, qua paludes intercludebantur, vel arenæ, vt scribit Papi. Et quæ nunc solidum diem terebat: Horarum via facta viduarum. carmẽ est Pap. Hercules autem traiecturus armenta Geryonis viam. 7. stadiorum muniuit iuxta Auernum ad litus. Germanicus Hercules maior appellabatur. In hoc opere præsertim Herculem appellat, quoniam ita Appiam quã Pap. Domitianam nominat, strauerat, quemadmodum Hercules olim viam Herculeã ad Auernum, poeta nunc tantum hic tẽpli Domitiani meminit: in quo sub nomine Herculis colebatur. & alibi: Appia quam simili venerandus in Hercule Cęsar. Papi. solus longiore carmine strauit viam prosequitur. Erat autem hoc templum in hac via ad octauum lapidem. ¶Descendere,) quia colebatur sub nomine magni Herculis: quem vult assentando videri esse inferioris numinis, quàm sit Domitianus. ¶Regna Triuię.) nam sacerdotes Triuiæ Aricinę reges dicebantur, vt apud Flaccũ in Argonautis: Immitis Aricinæ regi. & Pa. in syluis. Et Trãquillus regem nemorensem appellat illum sacerdotem in Caligula. Longa extat apud Strab. historia de seruis inter se pugnantibus. de eo sacerdotio Ouid. in Fastis meminit. ¶Nemorosa,) quia Diana dicebatur illic Nemorensis. ¶Hunc maiorem,) id est Domitianũ. ¶Securus homo,) id est nihil magni cogitans, aut optans. ¶Illi,) id est Herculi minori, quasi dicat magna hic petuntur, ab Hercule minore parua. ¶Alcide,) idẽ argumentum. ¶Agnoscende,) digne vt agnoscaris. Hercules Romæ erat in foro Boario triũphalis ita dictus: quoniam per dies triumphi habitu triumphali induebatur. Erat item eius colossus in Capitolio. ¶Argolico tyranno,) Eurysteo regi argolico. Eurysteus Stheleni filius fuit, qui Perseo successit in regnum Mycenarum, sed Argiuum tenuit, occubuit ad Marathonem in prælio aduersus filios Herculis, qui seruitutem patris vlcisccbantur: caput eius Corinthi est sepultum, reliquæ partes corporis Targeti, author est Strab. ¶Lychas,) qui pertulit tibi tunicam à Deianira sanguine Nessi venenatam. ¶Securus,) sine vlla vi. ¶Oetæi rogi,) id est rogi, quo combustus es in Oeta monte. ¶Pœna) mors grauis, quia viuus combustus fuit ¶Lydia,) Hercules Omphalæ paruit, in cuius gratiam venisse dicitur. ¶Styga,) nec adiuisses inferos. ¶Hebe;) Iunonis filia sine patre, vxor data Herculi post deificationem, vt scribit Homc. ¶Hebe,) quæ fuit filia Iunonis, & habuit odio te, amasset te. ¶Videat te,) isto ore Cæsariano.

De Platano cordubensi. 62

In tarteſiacis domus est notissima terris,
Qua diues placidum Corduba Bethin amat,
Vellera natiuo pallent ubi flaua metallo,
Et linit hesperium bractea uiua pecus,
Aedibus in mediis totos amplexa penates,
Stat platanus densis Cæsariana comis.
Hospitis inuicti posuit quam dextera felix,
Cœpit & ex illa crescere uirga manu,
Authorem, dominumq; suum sentire uidetur,
Sic uiret, & ramis sydera celsa petit.
Sæpe sub hac madidi luserunt arbore Fauni,
Sæpe sub hac latuit rustica fronde Dryas.
Dumq; fugit solos nocturnum Pana per agros,
Terruit & tacitam fistula sera domum,
Atq; oluere lares comessatore Lyæo,
Creuit & effuso lætior umbra mero,
Hesternisq; rubens delecta est herba coronis,
Atq; suas potuit dicere nemo rosas.
O dilecta Deis, ô magni Cæsaris arbor,
Ne metuas ferrum, sacrilegosq; focos,
Perpetuos sperare licet tibi frondis honores,
Non Pompeianæ te posuere manus.

De Philæni. 63

Tinctis murice uestibus quòd omni
Et nocte utitur, & die Philænis,
Non est ambitiosa, nec superba,
Delectatur odore, non colore.

In Phœbum. 64

Ad cœnam inuitant omnes te Phœbe cinædi.
Mentula quę pascit, nõ puto purus homo est.

De statua Domitia. 65

Herculis in magni uultus descendere Cæsar
Dignatus latiæ dat noua templa uiæ,
Qua Triuiæ nemorosa petit dum regna uiator,
Octauum domina marmor ab urbe legit.

De eadem Statua. 66

Ante colebatis uotis, & sanguine largo
Maiorem Alciden, nunc minor iste colit,
Hunc magnas rogat alter opes, rogat alter honores,
Illi securus uota minora facit.

Ad Herculem de eadem statua. 67

Alcide latio nunc agnoscende Tonanti,
Postq; pulchra Dei Cæsaris ora geris,
Si tibi tunc isti uultus, habitusq; fuissent,
Cessserunt manibus cum fera monstra tuis,
Argolico famulum non te seruire tyranno
Vidissent gentes, sæuaq; regna pati.
Sed tu iussisses Eurystea, nec tibi fallax
Portasset Nessi perfida dona Lychas.
Oetæi sine lege rogi securus adisses
Astra patris summi, quæ tibi pœna dedit.
Lydia nec dominæ traxisses pensa superbæ,
Nec styga uidisses, tartareumq; canem.
Nunc tibi iuno fauet, nunc te tua diligit Hebe.
Nunc, te si uideat nympha, remittet Hylan.

DOMITIVS. (VXOR,) Hic petebat ius trium natorum à Domitiano cum haberet pulcherrimã vxorem. idem supra dictum est in Dentonem: Nescio quid de te non belle Dento fateris.

¶ Deo auerso,) Domitiano nolente permittere. (¶ Lasciuam) Aeschylus erat irrumator, quod supra dixit: Aureolos à te cur accipit Aeschile denos. nuper Martia. ait se popoſciſſe irrumationem à puella, quod illa quidem pollicita est, ſed poeta renuit, cum pauper sit. nam fellatricibus maius dabatur præmium. monet Aeschylum, qui non dubitat id pretii dare, vt hanc accipiat etiam si velit. (¶ Nequitias) blanditias. (¶ Popoſci pueriles,) id est nates. (¶ Quiddã improbius) id est irrumationẽ. (¶ Pura fuit) eam non attigi, ne cogerer maius dare. (¶ Mala con.) id est magno pretio. vt supra soluerat. (¶ Quid ti.) accusat vociferationem magistri triuialis, qui mane pueros obtundebat verberibus & voce, qui cum interpellet ei somnum paciscitur, vt tãtum accipiat, si velit silere, quãtum lucratur pro sua vociferatione. (¶ Virginibus.) quæ eruditur. Horat. Discipularum inter iubeo plorare cathedras. (¶ Rupere silentia) i. cecinere. (¶ Medio eq.) statuas equestres ponebant sibiipsis causidici in vestibulis suarum ædium, vt à clientibus conduceretur, & haberẽtur in pretio. Nemo enim conducebatur ad causas agendas, vt conqueritur Iuu. nisi stẽmata, & statuas haberet in vestibulis: notat igitur mores suorum temporum Martia. aitque sceleratum magistrum ludi tã tũ murmure obstrepere, quanto resonat officina fabrorum: cum statuam equestrem facit causidico. Iuue. Aemilio dabitur quantum petit, & melius nos Egimus: huius enim stat currus æneus, alti Quid iuges in vestibulis atque ipse feroci
* Coiere Bellatore sedens curuatum hastile minatur Eminus, & statua minatur prælia lusca. (¶ Equo medio) equestri statuæ. Parmẽ. (¶ Parma) nomen proprium pugilis pugiles autem, & aurigæ habebant suas factiones, vt meminit Tranquil. magnũ ergo victorẽ factiosi sequebantur. Si legis (¶ Vincenti Parma,) placet de Agathino intelligas, qui sæpe parma vincebat in theatro. (¶ Peruigilare,) vsque ad lucem. (¶ Dixerat.) in Cæcilianum est epigramma, qui vt se bonum virum iactaret, vsurpabat Cicero verbum, O tempora, ô mores. Cicero autem eo verbo vsus est aduersus Catilinam coniurantem in patriam, & cum arma ciuilia mouerentur. Martia. in assentatione Domitiani ait Cęcilianum sibi suis moribus displicere, non alienis. (¶ Strueret) moliretur. (¶ Nefas,) excidium patriæ. Cicero in Catilinam: O tempora ô mores, senatus hoc intelligit, consul videt: hic tamen viuit. (¶ Gener, & socer,) Pompeius & Cæsar. (¶ Cæde,) id est sanguine ciuili. (¶ Nulla feritas ducum,) vt fuit sub Cæsa. & Pompe. (¶ Sordẽt tibi,) id est videntur sordida & displicent. (¶ Tui mores,) pditi. (¶ Massili) Leo, & Aries adeo conuenerant, vt terroris Aries, & feritatis Leo obliti eodem vescerentur cibo. Leonem mansuetum temporibus Domitiani fuisse & epigramma alibi docuit, & Papin. carmen testatur, maiore merito vtrunque dignum ait poeta, vt hic pro Leone nemeo inter astra sit. Ille pro ariete Phryxi. (¶ Iugi Massili.) nam Massilia habebat ingentem famam leonum. (¶ Posuere,) id est mites facti sunt. Venti ponunt quando cessant, & feræ ponunt cum mitescunt. (¶ Cauea,) locus erat quo feræ seruabantur. (¶ Dapes socias,) id est cõiunctas. (¶ Licet ipse videas,) id est tu ipse potes videre. (¶ Fœtu nemorum,) id est præda ferarum, qua solent vesci leones. (¶ Agna satiat famem,) id est Leonem. (¶ Terror Nemees,) id est leo Nemeus, Leo nemeus qui inter astra est, quem author Higi. illic collocauit antiquitas: vel quòd sit princeps ferarum, vel quòd primo certamine interfectus sit ab Hercu. inermi. (¶ Portitor Helles) Aries qui traiecit Hellem auream pellem habuit, vt Hesiodus & Pherecides scribunt: vnde in reliquos fabula manauit. Eratosthene autem authore eam detraxit Iason: mox inter astra euolauit. Hanc nonnulli scribunt esse in Orchomeno Bœotiæ oppido. Hermippus author est arietem inter astra illum esse, qui Libero patri per exusta Libyæ ducenti exercitum sonitem indicauit. (¶ Liber,) ad Liberum pugilem, cuius supra meminit. is miserat res aptas prandio in cista: nihil autem vinitcum tamen eius nomine munus dignum sit vinum. (¶ Corona amyclæa,) id est laconica. hoc propter Pollucem, quẽ Amyclæus fuit: & inter pugiles tenuit principatum, quod versus Homeri ostendit, & pugna illa Bebrycia cantata ab Apollonio, & Flacco inter nostros. (¶ Graia verbera) quia ducebant originem ab Amyclis patria Pollucis. (¶ Texto vimine,) id est cistarã oliuas dicit. vt supra Oliuarum breue vimen picenarum: Quicquid vis accipe missum in cista. (¶ Tuo nomine,) quia tu appellaris Liber, ad Liberum Bacchum alludit. (¶ Dona,) id est vinum quod dignũ est Baccho.

(¶ Dentibus,)

DOMITIVS.

(¶ DENTIBVS,) in Cerdonem sutorem qui factus erat diues morte patroni, adeo vt munus gladiatorũ ediderit, quod supra indignatus poeta conqueritur. (¶ Pelles an.) id est veteracoria. (¶ Verus sol.) solum intelligit terram in corio, quæ dum fit madida, resoluitur in speciẽ luti. (¶ Putre,) resolubile. (¶ Ardẽti, quia ardere videtur. (¶ Pruris) lasciuis. (¶ Litterulas,) ad contemptum est vsus hoc diminutiuo. (¶ Leues,) vel vt sit epitheton clamorũ, vel vt nihil habẽt emolumẽti. (¶ Effigiẽ,) Camonũ vigesimũ annũ natũ pater amiserat mos erat vt chariorũ pignorum defunctorum imagines domi seruarentur. Pater autem Camoni noluit effigiem eius ętatis, qua mortuus est, sed fecit infantem: causam affert poeta, quia scilicet si videret, 20. annorum adolescentem pudum nihil loquentem recordaretur mortuum, quod acerbum esset. sed si videt infantem non exprimentem verba non miratur. Id enim est infantis nõ loqui. (¶ Tantum,) solum (¶ Prima figura,) id est primæ ætatis figura. (¶ Florentes vultus.) 20. annorum. (¶ Muta,) nihil loquẽtia. (¶ Non silice.) Tuccam deridet, qui balneum aquarum frigidarum, hoc est casam, ad quã aquæ frigidæ deriuabantur, ex ligno construxerat, thermas autem aquarum calidarum. hoc est vbi erant calefaciendę aquę ex marmore sine ligni. poeta ait oportere, vt balneum subiiciatur thermis ad aquas calefaciendas: thermæ habebant locum aquarum frigidarũ. quod carmen Pap. ostendit in balneis Hetruſci. & poeta supra: Rutus si placeat tibi Laconum: Contentus potes arido vapore Cruda virgine: Martiaque mergi. (¶ Strage nemorũ,) id est strue lignorum. (¶ Pineã compage,) id est coniunctis tabulis pineis.

Chariſtos (¶ Chariſtos,) op. Euboicæ insulæ, inde marmora chariſtia. Papi. Vndosa chariſtos. (¶ Symnas)

Symnas vicus (¶ Phrygię) vnde marmor symnadicum mittebatur. (¶ Nomas,) Numidia Africæ prouincia, id est marmor numidicum supra: Marmore picta Nomas.

Nomas

Eurotas (¶ Eurotas,) flumen Laconiæ, vt scribit Callimachus, fontes agit ex monte Menalio, confunditur Alpheo, rursusque discedit: ripæ eius Tauro monte obumbrantur. In Laconia autem marmor viride effoditur, quod cũctis est hilarius. (¶ Eurotam Papi. posuit pro marmore Laconico: Vix locus Euroteæ ripis. (¶ Fonte virenti,) nam illud est viride marmor. (¶ Hæc,) in laudem eiusdem Camoni. (¶ Prima forma,) infantia. (¶ Creuerat,)

In Sutorem. 75

Dentibus antiquas solitus producere pelles,
Et mordere luto putre, uetusq; solum,
Prænestina tenes defuncti rura patroni,
In quibus indignor si tibi cella fuit.
Rumpis & ardenti madidus crystalla falerno,
Et pruris domini cum Ganymede tui.
At me litterulas stulti docuere parentes.
Quid cum grammaticis, rhetoribusq; mihi?
Frange leues calamos, & scinde Thalia libellos,
Si dare futori calceus ista potest.

De Effigie Camoni. 76

Effigiem pueri tantum pictura Camoni
Seruat, & infantis prima figura manet.
Florentes nulla signauit imagine uultus,
Dum timet ora pius muta uidere pater.

De Balneo Tuccæ. 77

Non silice duro, structili ue cemento,
Nec latere cocto, quo Semiramis longam
Babylona cinxit, Tucca balneum fecit,
Sed strage nemorum, pineaq; compage,
Vt nauigare Tucca balneo possit,
Idem beatas lautus extruxit thermas
De marmore omni, quod Chariſtos inuenit,
Qd' Phrygia Symnas, afra qd' Nomas mittit,
Et quod uirenti fonte lauit Eurotas.
Sed ligna desunt, subiice balneum thermis.

De Effigie Camoni. 78

Hæc sunt illa mei, quæ cernitis, ora Camoni,
Hæc pueri facies, primaq; forma fuit.
Creuerat hic uultus bis denis fortior annis,
Gaudebatq; suas pingere barba genas,
Et libata semel summos modo purpura cultus
Sparserat, inuidit de tribus una soror.
Et festinatis incidit stamina pensis,
Absentemq; patri retulit urna rogum.
Sed ne sola tamen puerum pictura loquatur,
Hæc erit in chartis maior imago meis.

De conuiuio Prisci. 79

Quod optimum sit disputat conuiuium.
Facunda Prisci pagina.
Et multa dulci, multa sublimi refert,
Sed cuncta docto pectore.
Quod optimum sit quæritis conuiuium?
In quo coraules non erat.

Ad Picentium. 80

Funera post septem nupsit tibi Galla uirorum,
Picentine sequi uult puto Galla uiros.

Ad Domitianum. 81

Oderat ante ducum famulos, turbamq; minorẽ,
Et palatinum Roma supercilium,
At nunc tantus amor cũctis Auguste tuorum est,
Vt sit cuicp tuæ cura secunda domus.
Tam placidæ mentes, tãta est reuerentia nostri,
Tam pacata quies, tantus in ore pudor.
Nemo suos hæc est aulæ natura potentis,
Sed domini mores Cæsarianus habet.

De Gellio. 82

Duxerat esuriens locupletem pauper, anumq;
Vxorem pascit Gellius, & futuit

erat adultus: (¶ Suas genas,) in quibus pullulabat. (¶ Purpura,) lanugo illa purpurea. (¶ Inuidit vna soror,) vt supra: Detribus vna negat id est Lacheris. (¶ Festinatis pensis) immaturis. (¶ Ne loquatur,) id est quod ex pectura nõ appareat eum mortuum anno. 20. Certe chartę meę hoc indicabunt, & meum carmen testabitur. (¶ Quod optimum,) carmen trimetrum iambicum subdito dimetro, deridet Priscum qui longo carmine describerat quod nam esset bonum conuiuium. Idem fecerat olim Varro in manipeis. Quid opus inquit, est tam longo carmine? ego vno verbo dicam illud est optimum conuiuium. in quo non admittitur coraules, hoc est vbi assit sobrietas, & quieta mensa. (¶ Coraules) citharœdus. (¶ Funera,) Venefica venefico nupserat. (¶ Post funera septem virorum, interfectorum veneno. (¶ Vult sequi viros,) quos necauit. nã & ipsa interficietur à te, qui veneficus es. (¶ Oderat,) laudat Domitiani familiam: cuius moribus tota ciuitas amica sit: cum antea imperatoriæ familiæ superbiam soleret odisse, hoc autem factum ait moribus principis, qui talis est. (¶ Turbam minorem,) id est domum palatinam. alius codex habet turbam priorem. (¶ Superciliũ pala.) id est superbiam imperatorum. (¶ Tuorum,) tuæ familiæ. (¶ Cuique cura domus,) id est ita diligunt ciues tuam familiam, vt pluris faciant tuos famulos, quàm suos. (¶ Reuerẽtia nostri,) id est tantum veremur nos ciues tuam familiam. (¶ Nemo habet suos mores,) sed tuos o Cæsar. (¶ Duxerat,) Gellius olim pauperrimus vxorem duxerat locupletem, & anum, ita eam pascit, & aliis vtitur ad coitum. locus est. nam cum videatur dicere Gellium pascere vxorem & futuere, intelligit eum ex dote comparasse familiam cinædorum, quam pascit, & futuit.

DOMITIVS.

(LECTOR,) carmina Martialis à lectoribus laudabantur, sed à quodam poeta vituperabantur, poetam comparat coquo, nam hic carmina, vt ille dapes, parat lectorem & auditorem conuiuiis. Nam hi carminibus fruuntur, vt conuiuæ dapibus. Et hac metaphora extat acumen poetæ, & ait se optare fercula suæ cœnæ placere potius conuiuis, quàm coquis. ¶Lector,) quicunque legit & audit nostros libellos. ¶Exactos,) politos. ¶Dixerat,) iocatur in Cinnam: cui astrologus prædixerat mortem intra pauc os menses. hic ne quid hæredi relinqueret, omnia absumpserat: falsa fuit astrologi fides, viuebatque pauper Cinna at poeta ait astrologum non mentitum esse: nam perijt, cum omnia absumpserit, quibus vitam sustentabat. ¶Luxuriosus,) deditus luxui. ¶Bis decies) .i. vicies sestertia. ¶Tabuit) cósumptú fuit. ¶Hoc est pire,) nã pauperes mortuos solet appellare Martialis. ¶Inter,) Germanicus arena histrionibus interdixit: concessit tantum artem, vt domi exercerent: author est Trãquillus. agit gratias principi Martialis, quòd noluerit offendi aures spectatorum obscœnis histrionũ dictis. ¶Vicit clara munera,) id est superauit spectacula imperatorum dignitate. ¶Spectant,) id est relati sunt inter spectatores. nam histriones iam spectabant alios ludos in theatro, non ipsi attem suam illic exercebant. ¶Cum tua,) Norbanum sibi amicum alloquitur, cui recitata olim diuersis temporibus epigrammata cum aduersus L. Antonium militet pro Domitiano in Germania nunc in libellum redacta mittit. ¶Sancta fides,) id est tu fidelissimus. ¶Sacrilegos furores,) id est contra L. Anton. ¶Oris Vindelicis,) id est septentrione. Rheti, & Vindelici populi sunt coniuncti Noricis. ¶Arctos) .i. homines colentes Germaniam. ¶Esle ra.) interiisse. nam ægrotauerat Martialis ¶Nec nescia,) quia nouerat me. ¶Bis iuncta trieteride,) id est iam sex annis. ¶Lãguidior) Paulum dissimulatorem accusat, qui quoties volebat inuitare, simulabat se languere, vt amici non venirent, cum autem inuitabatur, accedebat propere. Nescio quo fato sit, inquit, vt mea cœna Paulo languenti det pedes quibus accederet. ¶Abstinet suis conuiuis) quia eos non admittit. ¶Sportula mea,) mea cœna. ¶Porrexit,) dedit pedes, vt scilicet venires. ¶Festinata,) consolatio est Silii Italici lugentis filium mortuum ab exemplo, quòd non modo mortalium hominum, sed Deorum etiam filii mortui sint. ¶Potens ore ausonio,) id est facundus. ¶Non semel,) non vno tantum genere. nam declamauit, & carmina cecinit. ¶Linon,) & Linus meus est mortuus. ¶Tu quoque habes vulnus,) id est habes lutum amissi filii Orphei. ¶Tarpeium,) Iuppiter tarpeius: Iuppiter tonans, palatinus: Domitianus, quorum vtriusque filii Iouis Sarpedon, & Domitiani infans in secundo consulatu mortui sunt. ¶Nefas,) tantum scelus. ¶Exonerare possis,) id est merito habes exonerare, id est leuare Deos accusatione. ¶Obnoxia,) parentia, subdita. ¶Fatis,) nam fata immobilia dicuntur. ¶Septem) Lupercum item accusat supponentem falsas testamenti tabulas: & rogantem Martialé ebrium, vt testamentum signet, at inquit poeta, nũc non signat meus anulus testamentum, sed lagœnam: vt ostendat se potu, & ebrietate occupatum. Diodorus vocatur quem iussi esse liberum his tabulis. ¶Blæsus,) balbutiens. ¶Signat lagœnam,) quia ebrius sum, & sum occupatus in vini lagœnis signandis. Ita eludit prauum hominem, & scelus suorum temporum notat. ¶Dum,) amicum muneribus conciliauerat Martiali Rufus, à quo cum iam coleretur, nihil mittebat, monet posse fieri vt fugiat more belluæ, quę non pascitur in cauea. ¶Postquam cepisti me,) id est post quam cepisti me, vt te colerem. ¶Lege,) hoc distichon est ex medio conuiuio iubente Stella vt Martialis carmen componeret discumbens: tu hoc, inquit poeta iubes Stella nimis dura conditione. & vt absoluat distichon: nam ad dapes properabat. licet, inquit, etiam versus malos facere, vt intelligas Martialem hactenus progressum aliquandiu substitisse, demum properantem ad epulas effutisse reliqua, scilicet licet versus scribere: nempe malos.

¶Sic in

Rheti populi, & Vindelici

Ad Aulum. 33

Lector, & auditor nostros probat Aule libellos.
Sed quidam exactos esse poeta negat.
Non nimium curo, nam cœnæ fercula nostræ
Malim conuiuis, q̃ placuisse cocis.

In Cinnam. 34

Dixerat astrologus periturum te cito Cinna,
Nec puto mentitus dixerat ille mihi.
Nam tu dũ metuis, ne quid post fata relinquas,
Hausisti patrias luxuriosus opes.
Bisq; tuum decies, non toto tabuit anno,
Dic mihi, non hoc est Cinna perire cito?

Ad Cæsarem Do. 35

Inter tanta tuæ miracula Cæsar arenæ,
Quæ uincit ueterum munera clara ducum:
Multum oculi, sed plus aures debere fatentur
Se tibi quòd spectant, qui recitare solent.

Ad Norbanum. 36

Cum tua sacrilegos contra Norbane furores
Staret pro domino Cæsare sancta fides,
Hæc ego pieria ludebam tutus in umbra,
Ille tuæ cultor notus amicitiæ,
Me tibi Vindelicis raptum narrabat in oris,
Nescia nec nostri nominis Arctos erat.
O quoties ueterem non inficiatus amicum
Dixisti, meus est iste poeta, meus.
Omne tibi nostrum, quod bis trieteride iuncta
Ante dabat lector, nunc dabit author opus.

De Paulo 37

Languidior nostri si quando est Paulus Atili
Non se, conuiuis abstinet ille suis.
Tu langore quidem subito, fictoq; laboras,
Sed mea porrexit sportula Paule pedes.

De filio Silii. 38

Festinata sui gemeret cum fata Seueri
Silius ausonio non semel ore potens,
Cum grege Pierio mœstus, Phœboq; querebar,
Ipse meum fleui dixit Apollo Linon.
Respexitq; suam, quæ stabat proxima fratri
Calliopen, & ait, tu quoq; uulnus habes.
Aspice Tarpeium, palatinumq; tonantem,
Ausa nefas Lachesis læsit utrunq; Iouem.
Numina cum uideas duris obnoxia fatis,
Inuidia possis exonerare Deos.

Ad Lupercum. 39

Septem post calices Opimiani.
Denso cum iaceam triente blæsus,
Affers nescio quas mihi tabellas,
Et dicis, modo liberum esse iussi,
Zenas seruulus est mihi paternus.
Signa, cras melius Luperce fiet.
Nunc signat meus anulus lagœnam.

Ad Rufum. 90

Dum me captares, mittebas munera nobis,
Postq̃ cepisti, das mihi Rufe nihil.
Vt captum teneas, capto quoq; munera mitte,
De cauea fugiat ne male pastus aper.

Ad Stellam. 91

Lege nimis dura conuiuam scribere uersus
Cogis Stella, licet scribere nempe malos.

DOMITIVS.

(SIC *In gramine,*) Flaccus in Cypro erat, qđ supra dixit: Cũ te Flacce mihi rẽdet Cythereia Cypros, hũc amicum monet, & per voluptatẽ epicuream, quã sequitur rogat declinet æstus Cyprios. Nã ægrotationem & mortẽ affert sæpe. ¶Crepãtes messes) .i. mẽse Augusto. ¶Iuba leonis) .i. quando sol est in leone ¶Gramine floreo) .i. in herba floribus distincta. ¶Glacie,) ex niuibus, & glacie aquę cõgelabãt vinũ. ¶Coronis sutilibus) rosaceis ¶Paphi Diua,) Paphus duplex in Cypro: nã est Paphus, & Palepaphus, antiqua Paphus vtraque sacra Veneri erat, inde modo Paphia, modo Palepaphia dicitur. ¶Calendæ Mar.) id est Martiæ Veneri seruiebãt quoniam colebantur à mulieribus: colebantur autem quoniam tunc primũ Iunonis ædes cœpit coli. ¶Plurima quadra.) placentę in quadras secabantur in sacrificiis cultro, quem secepistam appellabant. Hoc libum quo in sacrificiis vtebantur, sectium appellabant, authore Festo. ¶Ad cœnam) hoc apertum est argumẽtum, sed dictum est in illud conuiuiũ, quo Do. post victoriam Sarmaticã totã Romam accepit. ¶Inuitator Cæsaris) qui inuitaret nomine Domitiani. ¶Quæ mala,) Condylum ingemiscentem diurno seruitio consolatur: dum ostendit plura esse commoda serui quã domini, nõ tamen hoc dicit ex animo, sed vt derideat Caium Condyli patronum, cuius & vitia, & incommoda refert ¶Lecticula,) paruum lectum significat, qua vel in bello, vel pauperes domi iacebant. Liuius de Scipione: Scipio lecticula in aciem dilatus conflixit. ¶Securos,) non perturbatos. ¶Phœbus.) fœnerator. ¶Tortorem,) tortores dicebantur, qui plectebant seruos domi, quando peccabant in dominum. ¶Quod,) sensus est: Hæc commoda videntur esse in domino tuo qui vomit mane, & lingit cunnum: sed tu non malles illa commoda, quia tria illa superiora incommoda, hoc est salutationem, æs alienum, podagram & chiragram. ¶Esse tuus Caius ter.) id est habere illa tria incõmoda, quæ habet Caius tuus. ¶Addere quid,) potus est solutus in venerationem Domitiæ. in cuius nominis literas pari numero cyathos potat. Eũdem potum supra celebrauit: Næuia sex cyathis. ¶Immortale,) quod non corrumpitur. ¶Rosa sutilis,) id est corona ex rosis: quoties bibebant aptabant coronam capiti ¶Vt sit,) vt æquemus literas illius. ¶Qui posuit nob. op.) hoc est templum. ¶Sacræ gen.) Flauiæ. Germanicus à Germania deuicta hoc nomẽ æquatur numero poculorum. id est à septentrione, id est Ger ¶Opus) .i. ædem Flauiam. i. Domi. ¶Orbe othryssio,) manicus. in quo nomine sunt decem literę. ¶Sanctonica) Absinthiũ, & sancto nicũ dicebatur à Sanctione op. Galliæ. & ponticum à Ponto: vinũ fiebat, qđ appellabãt absinthitẽ ab absinthio immisto libra in quadragintas pareis musti, hoc cũ aliis medicamentis aptũ erat, tum potabatur ab eo, qui esset victor in ferijs latinarũ, qbus quadrigæ in Capitolio certabãt. Hippocrates medicus tanquam bene consulens Martiali miserat absinthitẽ, & poposcerat vt tantũdem multi mitteret ¶Virga sanctonica,) id est absinthio sanctonico. ¶Mulsum) erat vinum melle cõditũ. hoc deridet ¶Hippocrates,) medicina primus claruit. secuti sũt Dyocles, Praxagoras, Chrysippus, hic alter est ¶O hominis) verbum Cice. id est hominem ignauum & imprudentem. ¶Tã distupidus,) hoc est ex septimo Home. in Iliade: vbi arma permutantur à Glauco, qui dat aurea cum Diomede, qui dedit ænea. ¶Tam stupidus,) tam stolidus non fuisti o Glauce. Home. hoc, Glauco Saturnius mentem abstulit Iuppiter qui cum Diomede Tydide arma permutauit aurea æneis. ¶χρύσεα) aurea ¶Donãti) Diomedi. ¶Helleboro,) helleborum malos humores emendat, & insaniam hominis: olim potabatur ad aciem ingenii purgandam. idcirco Carneades responsurus libris Zenonis helleborũ candidum sumpsit: sumebatur autem turpissime in Anticyra insula. Ouid. in ibidẽ dixit purgantes pectora sucos: Quicquid & in tota nascitur Anticyra. Horat. Si tribus Anticyris caput insanabile. Inquit igitur Martialis Siquis poposcerit munus dulce pro amaro, dabo, si tamen vult potare cum helleboro, quasi dicat nemo nisi stultus & indigens helleboro poscęret mulsum pro absinthite. ¶Alphicus,) Athenagoras, cuius etiam supra meminit: Me tristem fecit Athenagoras, fuerat chirurgus: ducta vxore cœpit lingere cunnum, in hoc apto nomine iocatur poeta, cum alibi mutare soleat nomina. supra: Non dicam licet vsque me rogetis, Quis sit Posthumus in meis libellis. & supra in nomine Auiti: idem fecit Vt autem ex mutatione literarum risum moueret: simul & derideat Athenagoram, non appellat eum chirurgum, sed alphicum, quasi medicum vitiligineum. nam ἀλφὸς græce: lati ne significat vitiligine. vnde Alpheus fluuius dictus est, ꝙ eius aqua vitiligines sanet. Mutato igitur primo elemento Alphicus inquit fuit Athenagoras sed ducta vxore factus olfactus olfacit cunnum.

Sanctonicam

Mulsum Hippocrates

Lecticula

Tortores

Alphicus

Alpheus

Ad Flaccum. 92

Sic in gramine floreo recliuis,
Qua gemmantibus hinc & inde riuis
Curua calculus excitatur unda,
Exclusis procul omnibus molestis,
Perfundas glaciem triente nigro
Frontem sutilibus rubet coronis,
Sic uni tibi sit puer cinædus,
Et castissima pruriat puella.
Infamem nimio calore Cypron
Obseruet, moneo, precorq; Flacce,
Messes area cum teret crepantes,
Et fului iuba sæuiet Leonis.
Ad tu diua Paphi remitte nostris
Illæsum iuuenem remitte uotis.
Sic Martis tibi seruiant calendæ,
Et cum thure, meroq;, uictimaq;
Libetur tibi candidas ad aras
Secta plurima quadra de placenta.

Adulatur Domitiano. 93

Ad cœnam si me diuersa uocaret in astra
Hinc inuitator Cæsaris, inde Iouis,
Astra licet propius, palatia longius essent,
Responsa ad superos hæc referenda darem.
Quærite qui malit fieri conuiua Tonantis,
Me meus in terris Iuppiter ecce tenet.

Ad Condylum. 94

Quæ mala sunt domini, q̃ serui cõmoda nescis
Condyle, qui seruum te gemis esse diu.
Dat tibi securos uilis lecticula somnos,
Peruigil in pluma Caius ecce iacet.
Caius à prima tremebundus luce salutat
Tot dominos, at tu Condyle nec dominum.
Quod debes Cai redde inquit Phœbus, & illinc
Cinnamus, hoc dicit Condyle nemo tibi.
Tortorem metuis podagra, chiragraq; secatur
Caius, & mallet uerbera mille pati.
Qđ nec mane uomis, nec cunnũ Condyle lingis
Non mauis, q̃ ter Caius esse tuus?

Ad Calatissum. 95

Addere quid cessas puer immortale falernum?
Quadrantem duplica de seniore cado.
Nunc mihi dic, quis erit, cui te, Calatisse Deorũ
Sex iubeo cyathos fundere? Cæsar erit,
Sutilis aptetur decies rosa crinibus, ut sit,
Qui posuit sacræ nobile gentis opus.
Nunc bis quina mihi da basia, fiat ut illud
Nomen, ab othryssio quod Deus orbe tulit.

De Hippocrate. 96

Sanctonica medicata dedit mihi pocula uirga,
Os hominis, mulsum me rogat Hippocrates.
Tam stupidus nunq̃ nec tu puto Glauce fuisti,
χάλκεα donanti χρύσεα qui dederas.
Dulce aliquis munus pro munere poscit amaro,
Accipiat sed si potat in helleboro.

De Athenagora. 97

Alphicus ante fuit, cœpit nunc Olficus esse,
Vxorem postq̃ duxit Athenagoras.

DOMITIVS.

¶Nomen Athenagoræ,) nomẽ vt & credis illũ esse Athenagoram,& me appellasse vero nomine, ille est nec fictum est nomen, quia nescio quid significet Athenagoras, vt potuerim hoc fingere.¶Non ego pecco,) quia aperte eum nomino, & qui alphicum& olficum nouis nominibus dixi,sed videtur græcus ga

Peccare — olfacit. Nã peccare est errare, vt ipse de se intelligit. Peccare item sceleratum aliquid committere, vt dicit in Athenagoram cunnilingum.¶Clinicus,)

Clinicus — Clinici dicebantur medici, qui ægrotãtibus medebãtur, ad differentiã eorũ,qui in gymnasiis benevalẽtes curabãt. Herodes clinicus,& fur: subripuerat vas ægroto quem curabat: cũ esset deprehẽsus,ne videretur furari, sed cõsuler morbo illius: dixit stulte quare bibis.¶Trullã,)diminutiuum est à trua vase quo aqua lauatrina in culinã infere bãt:fiebat ex ære corinthio magno pretio & argento. Corinthiam fuisse testatur Plin.argenteam Cic.in Verrem.Truleum vas eiusdem formæ,sed maius.

Trulla Trua Truleum — ¶Trullam,)vas ad bibendum.¶Rumpitur, monstramur digito.)vt illud Persii:Pulchrum est digito mõstrari, & dicier hic est.¶Vterque Cæsar,) Titus & Domiti.¶Sub vrbe,) in laniculo.¶Quod conuiua fre.)quòd sæpe inuitor.¶Rumpatur) vt illud Virg.Rumpãtur vt ilia Codri.¶Vindemiarum.) Coranus auarus in penuria vini vasa omnia diluerat multa aqua.In hũc iocatur.¶Ouidi non vbiq; prouentus vini cessauit,) Grandis pluuia profluit de hac pluuia supra distichon.¶Coranus) Corani meminit Horatius alterius.¶Marcus:)M.Anto.Tolosanus & literis & forma insignis fuit,alibi: Talis erat Marcº medii Antonius annis. amicus Mar. optabat eius carmen legere,quod cũ poeta ex literis cognouisset:misit illi libellum addito hoc epigrammate.¶Charta salutatrix,) dicebatur charta Augusta, qua vtebantur in epistolis scribendis, sed hic pro epistola.¶Palladiæ,) vbi studia coluntur.¶Tolosæ,)oppidum Galliæ in Isthmo: vbi amari Narbonensi Oceanus repellitur.ex hoc oppido in prouerbio fuit:aurum in eum, qui felix esset,siue,vt Timagines scribit,quoniã Tolosani socii fuerunt Gallorum, qui templum delphicum spoliarunt, vt Trogus scribit. & relatos in patriã thesauros Scipio abstulit tanta infelicitate,vt quicunq; fuerint participes miserrime vixerint, siue,vt Possidonius tradit,quoniam Romani lacus locauerũt tolosanos, in quibus moles argenteas redemptores inuenerunt,vnde dictum aurum tolosanũ.Gellius auri tolosani meminit, vt equi seiani.¶Amica quies pacis.ad differentiam M. Anto. qui turbulentus fuit.

M. Antonius — ¶Absentis amici,) id est mei.¶Author,) ego qui mitto ad te.¶Denariis,) Bassum accusat, qui velit à seculi cum det cœnam, vel sportulam trium denariorum, tu fortasse inquit das paruum pretium, quia mea toga est trita, & videor inhonestus comes. At quęcunque est, non emitur à me tribus denariis,quot tu auarus das.¶Togatum, anteambulonem.¶Præcedere sellam,)id est ante ambulare.¶Plus minus decem,) id est circiter decem.¶Appia q̃,) huius templa ad octauum lapidem cuius etiam supra meminit, causa fuit quòd Domitianus coleretur sub imagine Herculis ob viam Appiam stratam ab eo, in qua erat,alloquitur Appiam poeta,&anteponit gestaDomitia gestisHerc.¶Appia,)quia ab Appio cæco strata est.Tres viæ nobiles: Valeria:Latina:Appiased Appia reliquas superabat.Pap.Appia lõgarum teritur regina viarum.¶Consecrat,) sacram facit suo templo.¶Prioris,) antiqui Herculis Thebani.¶Domuit Libyn,)id est Anteum,cuius vxor dicta est Tigena in Libya. sed tamen hic labor non numeratur inter duodecim à Diodoro Siculo.¶Aurea poma) hoc dicit propter aurea poma Hesperidum,de quibus, dum Diodorus historiam refert, multa dicit ¶Peltatam Amazona)imperio Eurystei baltheum Menalippę Amazoni Hercules detraxit, non sine graui pugna ad Themischiram op.in qua ceciderunt Ella: Philippis: Partho clara.7.victoriis: Fribie: Celæno. Phœbe: Athmeis, & aliæ multa: Anthiopen rapuit: quã dedit Theseo.¶Amazona) Menallippen.¶Peltatam)scuto lunato.¶Scythico,) fuerunt & Amazones Libycæ.¶Addidit leonis terga,) id est interfecit leonem cui abstulit tergus, & sibi addidit,& aprum arcadicũ in Erymantho.Ceruum habentem aurea cornua & velocissimum, vt alii scribunt, retibus cepit, vt alii, dormientem occupauit,vt alii,longa insectatione fessum apprehendit,quę retulit Eurysteo.¶Stymphalus,) locus Arcadiæ palustris, vnde labitur Erasinus flu. illic tot aues conuenerant, vt totius regionis fructus populārentur. Hercules iussu Eurystei eas sustulit tabulæ æneæ tinnitu, & sagittis.¶Vndis)Stymphalo lacui.¶Hydram,) letneam reparantẽ capita succisa ope oppressit.Lerna est inter Argos & Mycenas,quæ cum lustrata & purgata esset,recepta est in prouerbium: Lerna malorum, id est lustratio malorum. ¶Vetuit igne,) adhibito. ¶Fœcundam mor.)id est ex morte crescentem.¶Reparari,) reuiuiscere. ¶Boues hesperias,) id est armenta Geryonis. Geryones autem fuisse filios Chrysi scribit Diodo.¶In mane thusco,) id est Tyberi.

Tigena — Stymphalus — Lerna — Geryones

¶Alcides

Nomen Athenagoræ credis Callistratæ uerum?
Si scio,dispeream,quis sit Athenagoras.
Sed puto me uerum Callistrate dicere nomen,
Non ego,sed uester peccat Athenagoras.

De Herode. 98

Clinicus Herodes trullam subduxerat ægro.
Deprensus dixit,stulte quid ergo bibis?

Ad Iulium. 97

Rumpitur inuidia quidam charissime Iuli,
Quòd me Roma legit,rumpitur inuidia.
Rumpitur inuidia,quòd turba semper in omni
Monstramur digito,rumpitur inuidia.
Rumpitur inuidia,tribuit quòd Cæsar uterq;
Ius mihi natorum,rumpitur inuidia,
Rũpitur inuidia,qđ rus mihi dulce sub urbe est,
Paruaq; in urbe domus,rumpitur inuidia.
Rumpitur inuidia,quòd sum iucundus amicis,
Quòd conuiua frequens,rumpitur inuidia.
Rũpitur inuidia,qđ amamur, quodq; ꝓbamur.
Rumpatur,quisquis rumpitur inuidia.

Ad Ouidium. 100

Vindemiarum non ubiq; prouentus
Cessauit Ouidi,pluuia profluit grandis.
Centum Coranus amphoras aquæ fecit.

Ad Atticum de Mar. Antonio.

Marcus amat nostras Antonius Attice musas,
Charta salutatrix si modo uera refert,
Marcus palladiæ non inficienda Tolosæ
Gloria,quem genuit pacis amica quies.

Ad Librum. 101

Tu,qui longa potes dispendia ferre uiarum,
I Liber absentis pignus amicitiæ.
Vilis eras,fateor,si te nunc mittere tento,
Grande tui pretium muneris author erit.
Multum,crede mihi,refert à fonte bibatur,
Qui fluit,an Pigro * quem stupet unda lacu.

In Bassum. 102

Denariis tribus inuitas,& mane togatum
Obseruare iubes atria Basse tua,
Deinde hærere tuo lateri,præcedere sellam
Ad uetulas tecum plus minus ire decem.
Trita quidem nobis togula est,uilisq;,putrisq;,
Denariis tamen hanc non emo Basse tribus.

Adulatur Domitiano. 103

Appia q̃ simili uenerandus in Hercule Cæsar
Consecrat ausoniæ maxima fama uiæ,
Si cupis Alcidæ cognoscere facta prioris,
Disce,Libyn domuit,aurea poma tulit.
Peltatam Scythio discinxit Amazona nodo.
Addidit Arcadio terga leonis apro.
Aeripedem syluis ceruum,stymphalidas undis
Abstulit,à stygia cum cane uenit aqua,
Fœcundam uetuit reparari mortibus Hydram,
Hesperias thusco lauit in amne boues.

DOMITIVS

¶Alcides Minor).i. Hercules Thebanus.¶Asseruit,)ex bello Vitelliano.Do. puer vnà cũ Sabino patruo fugit Capitoliũ: vnde Vitelliani electi sunt, sed pugna cõserta Vitelliani victores irruperunt in Capitoliũ: alios trucidarunt:Atticũ & Sabinum in vinculis duxerunt:Sabinũ mortuũ ad Gemonias traxerunt.Do.dilapsus fuga latuit apud Cornelium ad Velabrum habitu sacerdotis Isiaci,historiã supra memorauimus.Iuppiter apud Siliũ:Neu te terrerent tarpei culminis ignes Sacrilegas inter flammas seruabere tertis.¶Asseruit,) liberauit electis Vitellianis.¶Malis re.).i. à Vitellianis.¶Solus,)hoc dicit in gratiam Do.qui creatus imperator iactabat se dedisse imperiũ patri,& fratri,& illos sibi reddidisse.¶Iuleas habenas).i. imperiũ Romanũ.¶Tertius) post patrẽ & fratrem.¶In suo orbe,)imperio.¶Cornua Istri pfidi).i.Germaniam ¶Ter,)nam bis superauit Dacos & Cattos, semel Sarmatas. ¶Sæpe,) Volgesus Parthorum rex petiit auxiliũ à Vespasiano contra Alanos: simul rogauit vt vnus ex liberis Vespasia.mitteretur:Domitianus contendit vt mitteretur ipse studio & cupiditate triumphi Parthici, sed id recusatum: ne reliqui orientis reges idẽ peterent. Recusatum autem hoc fuit sæpe,quia hoc sæpe contendit muneribus Domitia. Sæpe recusato,id est cum sæpe recusatum esset. huius elocutionis frequens vsus est apud Curtiũ. & Silius eam vsurpauit.¶Tulit nomen) quia dictus Germanicus.¶Otia ferro,)quia Germaniam vicit.¶Astra suis,)quia dedit templa Flauiæ genti ¶Sydera cœlo,)quia suos retulit inter sydera & patrem,fratrem,filiũ & vxorem. ¶Serta Ioui,)quia lauream coronam intulit Ioui capitolino ex victoria sarmatica:author est Trãquil. ¶Numẽ Herc.) id est numen Herculis. ¶Non sufficiens tantis actis,) id est nõ est sufficiens tantis gestis.¶Cõmodet ora.pa.tar.)id est sumat Domitianus imaginẽ Iouis cuius vnius numen tantis gestis par est. ¶Quadringentorum) idem argumẽtum.¶Tabellas) scripta,quibus apparet me debere tibi. ¶Potius da centum,) vt te putem liberalem.¶Quæ noua,) laudatur Asilli & Hieri geminorum forma, vt magis similes sint,quàm Castor & Pollux & formosiores Helena, qđ si eos Paris vidisset,cum rapuit Helenã & fuissent tales Castor & Pollux, eos Helena dimissa rapuisset.¶Noua Leda,)alia soror.¶Tyndaris).i.forma Helenæ.¶Therapneis Amyclis,)Castori & Polluci:nam Therapnę op.Laconię,Amyclę patria Ca

Therapne Amyclæ

Hæc minor Alcides,maior quæ gesserit,audi,
Sextus ab albana quem colit arce lapis.
Asseruit possessa malis palatia regnis.
Prima suo gessit pro Ioue bella puer.
Solus Iuleas cum iam retineret habenas,
Tradidit,inq; suo tertius orbe fuit.
Cornua sarmatici ter perfida contudit Istri,
Sudantem getica ter niue leuit equum.
Sæpe recusatos Parthos duxisse triumphos
Victor hyperboreo nomen ab orbe tulit.
Templa Deis,mores populis,dedit otia ferro.
Astra suis,cœlo sydera,serta Ioui.
Herculeum tantis numen non sufficit actis,
Tarpeio Deus hic commodet ora patri.

Ad Phœbum. 104

Quadringẽtorum reddis mihi Phœbe tabellas,
Centum da potius mutua Phœbe mihi.
Quære alium,cui te tam uano munere iactes.
Qđ tibi nõ possum soluere Phœbe,meũ est.

De geminis fratribus. 105

Quæ noua tã similes genuit tibi Leda ministros?
Quæ capta est cygno nupta lacena alio?
Dat faciem Pollux Hiero,dat Castor Asillo.
Atq; in utroq; nitet Tyndaris ore soror.
Ista therapneis si forma fuisset Amyclis,
Cum uicere duas dona minora Deas,
Mansisses Helene,phrygiamq; redisset in Idam
Dardanius gemino cum Ganymede Paris.

ARGVMENTVM.

EDIDERAT Hunc librum Martial.quẽm postea cum vt ipsum emendaret reuocasset: efficit vt diu lector expectatione premeretur ac desiderium futuræ editionis non parum angeretur: Quapropter daturus iterum eundem librum in lucem:putauit lectorem ipsum esse admonendum, ne ægre ferret si paulo longiorem reddiderit quam fuerit antea:Ita enim eum se ordinasse asserit: vt si pauca legerit,profecto & ipse breuis videbitur.

M. VAL. MARTIALIS
EPIGRAMMATON
LIBER DECIMVS.



SI nimius uideor, seraq; coronide longus
Esse liber,legito pauca,libellus ero.
Terq;, quaterq; mihi finitur, carmine paruo
Pagina facta tibi, quam cupis esse breuem.

Ad lectorem. 2

Festinata prior decimi mihi cura libelli
Elapsum manibus nunc reuocauit opus.
Nota leges quædam,sed lima rasa recenti.
Pars noua maior erit,lector utriq; fauet.
Lector opes nostræ,quę cũ mihi Roma dedisset,
Nil tibi quod demus maius habemus,ait.
Pigra per hunc fugies ingrato flumina Lethes,
Et meliore tui parte superstes eris.

storis,& Pollucis.¶Dona permissa) dona Veneris.i.Helenã.

DOMITIVS.



SI nimius uideor seraq; coronide longus,) Decimum librũ editũ ad iudicem, & emẽdationẽ præcipiti ardore emissum reuocauit: suspẽsumq; habuit lectorem diutius, dum & carmen iam editum emendat: & nouum inserit. Cum eũdem librum iterum sit editurus:initio liber ipse expectãtem lectorem monet,ne suspicetur nimis longum fore:ꝙ diu in manibus fuerit, quod is id existimat & noua castigatione creuisse arbitratur: monet vt pauca legat. ita enim fiet vt breuis videatur.

Coronis — ¶Coronide,) Coronis hemistichiũ Homẽ.huius verbi vsum dedit.nam ita scripsit de eo,qui arcum perfecerat.auream autẽ coronidem addidit.i.extremitatem.in vsum autem receptũ est vt Coronis diceretur quicquid additur in fine. Poeta igitur appellat Coronidẽ id quod addidit,noua emẽdatione: maleq; sunt interpretati,qui Coronidem pro fine totius operis intellexerunt.nam hoc verbũ retulit non ad omnes insequẽtes libros:sed ad id quod huic.10. addiderat.ita autem fuisse castigatum librũ insequens epigrãma indicat. Home.rostratas naues coronidas appellat.nam rostra nauibus addita dicuntur. videntur & appendices. Eustachius hoc verbo vsus est in primũ Iliados.¶Sera Coronide,) sera appendice.¶Ero libellus,) videbor tibi libellus.¶Fac me breuem,) id est legito pauca. ¶Quam cupis ipse,)id est quãtum vis tu.¶Festinata,)idẽ est fermè argumentum, sed poeta loquitur indicans se decimum librum emendasse:hoc accidit: quoniam sub morte Domitia. hunc libellum absoluerat: Neruæ successoris temporibus non edidit:Traiano euecto ad imperium emisit.¶Festinata,)properata. ¶Elapsum,) quod excidit.¶Nota,)quæ olim legisti in prima editione. ¶Vtriq;,) primo carmini,quot non indiguit emendatione, & quod nuper emẽdaui.¶Pigra,)cœnosa.¶Fugies flum.le.)ille vitat flumina Lethes, qui celebratur, & non fama mandatur obliuioni.nam λήθη significat obliuionem, & aquæ lethææ obliuionem,de ducere dicuntur.contra,qui in nulla permanet memoria hominũ dicitur ad inferos descẽdere,supra idem dicitur eodem sensu: Nec lassi marmora Sisyphi videbit,de libro nõ interituro. ¶Eris su.)viues.¶Meliore pa.tui,) fama ingenii.

Messala

¶ MARMORA Me.) & senior, & iunior. stématis domestici studiosissimi fuerūt adeo, vt alienas imagines atriis suis miscēri passi non sint. aperte igitur poeta Messalā pro quocunq; qui imagines auorū ostēdat. Hic dicebatur Messala Coruinus, de quo puto scripsisse Iuuen. de statuis loquentē: Nasumq; minorē Coruini. Marmora autem caprifico findebātur. Iuue. de monumentis marmoreis: Adq; Dicutienda valēt stelilis mala robora fici. i. caprifici. ¶ Mulio Audax Crispi) ponit Crispū pro quocūq; diuite, siue à Vebio Crispo: de quo Tacit⁹, siue à Crispo victrico Neronis: de quo Tacitus. ¶ Nec præsunt secula,) non vetustate pereunt poemata: nā seculis non cedūt. ¶ Vernaculorū) in eum poetam est epigrāma, qui Mart. nomen mētitus carmina emittebat plena maledictis, & penè satyrico genere. de quo supra est cōque stus: Quid prodest cupiant cū quidā nostra videri: Siqua licā bęo sanguine tela madēt: Vipe rumq; vomūt nostro sub noīe virus. Multis autē argumentis probare nititur se non esse tam fœdi carminis authorem.

Poeta clancularius

Poeta clancularius dicitur, qui tenebris delectatur: neq; audet suū nomen profiteri ad clanculum in eundem sensum supra dixit: Qui Phœbi radios ferre, diéq; negant. ¶ Verna,) nam vernæ intemperanter iocantur & inepte. Inde fit vt non damnē prio rem nostram sententiam: Non es, crede mihi, quid ergo? verna es. vt simpliciter vernam illic intelligas. i. seruum. ¶ Dentem sordidum,) id est impuram reprehensionem. nam qui carpunt genuinum dentem agita re dicuntur. Vt illud: Et genuinum fregit in illis. ¶ Probra,) fœdas contumelias. ¶ Linguæ circu.) circulatores dicuntur, qui verborum copia quęstum faciēt es proximi sunt scurris. hi magna verborum licentia vti solent quod supra dixit. ¶ Hoc quod trāstyberinus ambulator,) hoc est circulator. ¶ Proxeneta) negociator. ¶ Vatiniorum,) vasorū vitreorum. nā Vatinius Beneuentanus calices vitreos faciebat. dist. Vilia sutoris calices monumēta Vatini Accipe. Is fuit distorti corporis, sutrinæ alumnus, ediditq́ue munus gladiatoriū Beneuēti, authore Tacito. ¶ Nolit empta,) id est nolitemissa. ¶ Ramento sul.) .i. lignis sulfuratis. nam sulfurata ligna vitreis fractis permutabantur ¶ Psitacus) bonus poeta. Psitacus supra omnes alites humanas voces reddit, vt Plin. scrib. celebratur carmine Ouid. & Papi. Humanę soleris imitator psitace linguæ. Cothurnix indocilis est. Aptę igitur se psitacum appellat, quasi salutatorem, & bene sermocinantem, & poetam clancularium cothurnicem indocilem ad vo ces humanas. ¶ Canus,) choraules fuit, hoc est tibicen. hic mire placuit Galbæ, à quo donatus est multis numis ex priuata pecunia, cum eum supra cœnam delectasset. Huius etiam meminit Plin. & Tranquil. ¶ Ascaules,) significat eum, qui tibia ex vtre vti tur: quæ quidem viliorum est personarum & plebis. Tranquill. vtricularius dixit in Nerone verbum ex græco latinum faciens. Vouerat se peracta victoria ludis & hydraulem & choraulem & vtricularium. Sensus est: Putásne malle videri authorem istius carminis quod tantum differt à nostris numeris: quantum cedit Ascaules Cano egregio tibicini? ¶ Nigra fama,) id est male aperta. ¶ Rumor gemmeus,) fama clara, non obscura. ¶ Vehit,) in æstimationem & laudem. ¶ Alba penna,) felici penna & pura, hoc est qui sua puritate laudantur illius fama dilacerante. quod supra dixit: Gaudet honoratus multo sed nomine lector. ¶ Notus esse,) assequi famam. ¶ Tam praue,) tanto alienæ famæ detrimento, & hominum odio. ¶ Constare gratis silentium possit,) hoc est cum istud odium maledici carminis, & detrimentum alienæ famæ silendo possim vitare. ¶ Quid legis,) Mamurra Martialis carmen aspernabatur, quod in rebus quotidianis versaretur, quod nihil dignum haberet poetico ingenio & fabuloso. poeta hanc non esse causam ait cur Mamurra carmen non legat, sed id accidere quoniam nolit morum reprehensionem legere, quæ in epigramma te est conscius suæ turpitudinis nam quicquid carpitur putaret in se dictum. ¶ Oedipodem,) id est fabulam Oedipodæ: & tragœdiam scriptā. ¶ Thyesten,) tragœdiam Thyestæ, authore Fabio Quint. Varus magna laude scripsit filius Pelopis & Hippodamiæ, cui Atreus frater Tantalū filium epulandū appositi. ¶ Caligātem) retulit ad historiā fabulosam. nam caligantem lucem scribunt poetę ea cœna. supra: Fugerit an Phœbus mensas, cœnamque Thyestę. ¶ Colchidas,) id est tragœdiam Medeæ, quam etiam Ouid. composuit. ¶ Hylas raptus,) à nymphis & ab Her. ægloga extat Theocriti, quæ inscribitur argonauti ca. ¶ Parthenopeus,) id est historia de Parthenopeo filio Meleagri & Atalantħæ, qui vnus fuit ex ducibus Thebanis. ¶ Athis,) puer Cybeles. ¶ Endymion,) primus cursum lunę deprehendit: vnde est dictus amicus Lunæ, quod scrib. Plin. eundem dormientem Luna amplexu dicitur fouisse. Cice. Endymion, si fabulas audire volumus, nescio quid in Latmo obdormiuit, qui est mons Cariæ: nondum opinor experrectus: vnde, authore interprete Apollonii, Latmius dicitur longissimus à somno Endymionis, qui in Latmo obdormiuit. ¶ Puer exutus pennis,) Icarus filius Dędali. ¶ Hermaphroditus,) filius Veneris & Mercurii fuit. ¶ Aquas amatrices,) id est Salmacem. Salmacem fontem in Caria scrib. Strab. falsò calumniatum, quòd eius aqua molles homines redderet. Victru. huius fabulæ reddit rationem: aitq; loci amœnitate id existimatū fuisse. plura sunt apud illū verba. ¶ Ludibria,) lusus fabularū. ¶ Miseræ chartæ,) quæ seruit fabulis. ¶ Centauros:) fabulosos filios Ixionis, & nubis. ¶ Gorgonas) hesperides, vt Lycophrō scribit, erāt Meduſa, Euryale, Steno, Gorgones, Gorgon, Enio, Pephredo. sed nosīa hęc cōfunduntur. & per Gorgonē Meduſam accipimus. ¶ Harpyias) Harpyiæ filiæ Plutonis, vt Flaccus canit, Thiphonis, sed Orpheus, Thiphonem ipsum Plutonem appellat carmine eo nomine inscripto. ¶ Hominem sapit) .i. vitā hoīs & ea continet q̄ ad hominē spectant. ¶ Nec te scire,) sensus est, non legis carmen meum, ne in eos tuos agnoscas mores, quòd si fabulosa te delectant, lege opusculum Callimachi in Ibin. nam illic reperies fabulose multa dicta: simul reprehensionem morum sed nec illa leges, quoniam & si fabulosis oblectaris: tamen ea omnino reformidas, siqua reprehensio coniuncta est. illa ergo legis, quia hæc fugis: non quia illis delectaris. ¶ Callimachi:) Callimachus grammaticus: Callimachus item poeta scripsit in Apollonium Rhodium discipulum suum, quem ibi appellauit carmen perobscurum, quod Ouid. apud nos inscriptione, & genere carminis imitatus est. Multa à Callimacho dicuntur in Ibin fabulosa. vt ab Ouid. dum illius mores insectatur. illud opusculum appellat Martialis Ethia. nam ἦθος morem significat, & totum illius opusculum in moribus versatur. ¶ Legas Ethia Callimachi) sed nec illud leges, quia illud etiam est in moribus. ita codex antiquus habet. Sunt qui legant: Nec te scire iuuat Ethea Callimachi, id est tu non vis legere librum Callimachi de moribus, quod non placet. nam Callimachus nullam obtinuit præcipuam laudem aliquo opere edito de moribus, vt cum poeta vellet nominare eius operis authorem, hoc est de moribus Callimachum dixerit potius quàm Aristo. sed, vt dixi, intelligendum est de opere Callimachi in Ibin.

¶ Quisquis,)

Marmora Messalæ findit caprificus, & audax
Dimidios Crispi mulio ridet equos.
At chartis nec furta nocent, nec secula præsunt,
Solaq; non norunt hæc monumenta mori.

Ad Priscum. 5

Vernaculorum dicta sordidum dentem,
Et fœda lingua probra circulatricis,
Quæ sulfurato nolit empta ramento
Vatiniorum proxeneta fractorum,
Poeta quidam clancularius spargit,
Et vult videri nostra, credis hoc Prisce,
Voce ut loquatur psitacus cothurnicis,
Et concupiscat esse Canus ascaules,
Procul à libellis nigra sit meis fama,
Quos rumor alba gemmeus uehit penna.
Cur ego laborem notus esse tam praue,
Constare gratis cum silentium possit?

Ad Mamurram. 4

Qui legis Oedipoden, caligantemq; Thyesten,
Colchidas, & Scyllas, quid nisi monstra legis?
Quid tibi rapt⁹ hylas, qd Parthenope⁹, & Athis?
Quid tibi dormitor proderit Endymion?
Exutus'ue puer pennis labentibus, aut quid
Odit amatrices Hermaphroditus aquas?
Quid te uana iuuant miseræ ludibria chartæ?
Hoc lege, * quod possis dicere iure, meū est.
Non hic centauros, non Gorgonas, Harpyiasq;
Inuenies, hominem pagina nostra sapit.
Sed non uis Mamurra tuos cognoscere mores,
Nec te scire, legas Ethia Callimachi.

Parthenopeus

Endymion

Latmius

* quo

Salmacis

Hesperides Gorgones Harpyiæ

Callimachus

DOMITIVS.

¶ QVISquis,) In eūdem poeta, in quem supra: Vernaculorum dicta. licet nonnulli impudenter putauerint hoc scriptū esse in eum, qui in Martia. scripserat. hic enim non inuectus est in Martialē sed in alios sub Mart. nomine, cui poeta extrema supplicia imprecatur. ¶ Stolæ,) id est matronarum. nam matronæ stola vtebantur, authores sunt Marcel. & Porphy. Ouid. Ecquid ab hac omnes rigida submouimus arte: Quas stola contingit, sumptaque vitta vetat. ¶ Versu impio,) satyrico. ¶ Per pontes,) vbi sunt mendici. ¶ Et cliuos,) collium. ¶ Rogatores,) mendicos. ¶ Raucos,) assidua voce mendica. ¶ Buccas,) frustra supra dictum est. ¶ Canas,) dandas canibus. ¶ Improbi,) hoc dicit quoniā panes magno discrimine apponebātur: alii ostrearii artolagani speusici: alii sutracei aquatici, seu parthici. Caninas igitur buccas, id est dandas, seu obiiciendas canibus, quemadmodum apud Iuue. Viro dat Pauperibus: Solidæ nam mucida frusta farinæ: Quæ genuinum agitent nō admittētia morsum. ¶ Longus De.) id est longa hyems male indutus. ¶ Fornix) pauperes obstructo fornice aliquid domicilium sibi componebant. ¶ Extēdat,) faciat longum, quando non defendit. ¶ In sponda or.) id est sandapila. Orciniana signi ficat thecam ex lignis rudibus & impolitis periphrasis est sandapilæ: ἔρεος significat septum, vnde lectus orcinianus. Sandapila dicitur ex viminibus. ¶ Litem ca.) volentium discerpere cadauera. ¶ Aues noxias,) id est sectantes cadauera: vt vultures coruos, & miluos. ¶ Panno moto,) pannus vestis. ita enim in paupere dicitur: vnde pānosus ¶ Sisyphi inquieti,) non quiescētis. Ouid. Aut petis, aut vrges rediturū Sisyphe saxum. Aeoli filius, qui Isthmum Peloponnensi latrociniis infestauit. Vnde Isthmus sisyphius dictus à Silio: Quam quæ Sisyphio fundauit nomen ab Isthmo. ¶ Garruli senis,) id est Tantali: qui pertulit secreta Iouis mortalibus: Ouidi. Quærit aquas in aquis, & poma fugacia captat Tantalus, hoc illi garrula lingua dedit. Iouis filius fuit ex Plote: tenuitq; Paphlagoniam imperio. ¶ Delasset,) exerceat omnia supplicia ficta à poetis. ¶ Felices,) Traianus de Dacis, Scythis triumphauit victo rege Decibale: Daciam prouinciam fecit, eius ex Germania reditum optat poeta. ¶ Vrna,) sors. ¶ Ducem) Traianum. ¶ Vrna,) hoc dicit in laudem Traiani, qui quæ ab aliis imperato ribus olim arbitrio constituebantur ad vrnam, & sortes redegit. Ita laudatur à Plin. Sors & vrna fisco iudicem assignat: licet reiicere: licet exclamare Hanc nolo, timidus est. Intelligit igitur poeta sorte datum esse militibus, vt sequerentur Traianum nocti imperio. ¶ Nuru latia,) mulieribus euntibus ad spectaculum Traiani venientis. ¶ Dulces more,) interuenientis. nam extra portam expectabantur veteri instituto apparandi triumphi. ¶ Nympharum,) Traianus in Germania per Rhenum nauigauit. Plini. de Traiano: Rhenus & Danubius tantum illud decoris nostri vehere gaudebant. hunc nomine Tybris rogat poeta vt restituat imperatorem. ¶ Bibunt) liquefactas accipiunt. ¶ Contumeliosi,) quia calcat. ¶ Aureus) propter auream arenam. ¶ Receptis cornibus,) alterum cornu habebant transrhenanis alterum erat in imperio Romano rum. ¶ Vtraque ripa,) vtroque cornu, id est sit asserto, & vindicato in potestatem vtroq; cornu seruias Romanis, quod cuperes. ¶ Vndenis,) iocatur in famam sibi communem cum scurris. ego, inquit, sum notus omnibus, sed cur inuideatis mihi cū Caballus vrbanitate sua me notior sit? ¶ Multo sale,) multis facetiis. ¶ Nec tamen proteruo,) quia abest à maledictis. ¶ Andremone,) Testius Andremon in fabula maritus Dryopes puellæ compressæ à Phœbo, quasi dicat qui scurrilibus iocatur notior est, notans tempora sua. ¶ Cum tu,) in Paulum commiserans pauperum conditionem: quòd iam nobiliores ita omne captationis genus occupauerint, vt pauperibus locus non sit. ¶ Intras annum fascibus,) id est qui geris consulatum. ¶ De plebe Numæ,) Numa fuit pauper inter reges, id est sumus pauperes, & ignobiles. ¶ Dominum & regem,) hęc duo verba sunt pauperum blādientium diuitibus. ¶ Pugnas,) faciens iter. ¶ Geminas manus,) datur assentatori vt à facie iactet manus. Iuuenalis. Nocte, dieque potest alienum sumere vultum: A facie iactare manus, laudare paratus: Si bene ructauit, si rectum minxit amicus. ¶ Esse clienti,) seruire.

Panes

Orciniana Sandapila

Sisyphus

Tantalus

Andremō

In maledicum poetam.

Quisquis stolæ'ue, purpuræ'ue contemptor,
Quos colere debet, læsit impio uersu,
Pontes per urbis erret exul, & cliuos,
Interq; raucos ultimus rogatores
Oret caninas panis improbi buccas.
Illi December longus, & madens bruma,
Claususq; fornix triste frigus extendat.
Vocet beatos, clamitetq; felices,
Orciniana qui feruntur in sponda.
Et cum supremæ fila uenerint horæ,
Diesq; tardus, sentiat canum litem,
Abigatq; moto noxias aues panno,
Nec finiantur morte supplicis pœnæ,
Sed nunc seueri sectus Aeaci loris,
Nunc inquieti monte Sisyphi pressus,
Nunc inter undas garruli senis siccus
Delasset omnes fabulas poetarum,
Et cum fateri furia iusserit uerum,
Prodente clamet conscientia, scripsi.

De aduentu Cæsaris. 6

Felices quibus urna dedit spectare coruscum
Solibus arctois, syderibusq; ducem.
Quando erit ille dies, quo cāpus, & arbor, & oīs
Lucebit latia culta feneſtra nuru?
Quādo moræ dulces, longusq; à Cæsare puluis
Totaq; flaminea Roma uidenda uia?
Quando eques, & picti tunica nilotide Mauri
Ibitis, & populi uox erit una, uenit?

Ad Rhenum. 7

Nympharum pater, amniumq; Rhene,
Quicunq; othrysias bibunt pruinas,
Sic semper liquidis fruaris undis,
Nec te barbara contumelioſi
Calcatum rota conterat bubulci.
Sic & cornibus aureus receptis,
Et Romanus eas utraq; ripa,
Traianum populis suis, & urbi
Tybris te dominus rogat, remittas.

De Paula. 8

Nubere Paula cupit nobis, ego ducere Paulam
Nolo. anus est, uellem, si magis esset anus.

De Se. 9

Vndenis pedibusq;, syllabisq;,
Et multo sale, nec tamen proteruo
Notus gentibus ille Martialis,
Et notus populis, quid inuidetis?
Non sum Andremone notior Caballo.

In Paulum. 10

Cum tu, laurigeris annum qui fascibus intras,
Mane salutator limina mille teras,
Hic ego quid faciam? quid nobis Paule relinquis,
Qui de plebe Numæ, dēfaq; turba sumus?
Qui me respiciet, dominum, regemq; uocabo,
Hoc tu, sed quanto blandius ipse facis.
Lecticam, sellamq; sequar, nec ferre recuso,
Per medium pugnas, sed prior ire lutum,
Sæpius assurgam recitanti carmina, tu stas,
Et pariter geminas tendis in ora manus.
Quid faciet pauper, cui non licet esse clienti?

Martialis

DOMITIVS.

¶VESTRA Purpura,) id est vos nobiliores. ¶Nostras togas, id est nos paupertes. Iam togatis non est opus, quia purpurati eadem officia præstant. ¶Dimisit,) ab officiis exclusit. ¶Nil aliud,) Calliodorum qui vix exiguo munere dato se Pythoo, aut Piladi parem prædicabat, quoniam alter cum Theseo, alter cum Oreste inter paria amicorum numeratur. At poeta negat muneribus quę quam posse videri verum amicum. nam veris amicis communia omnia esse oportet. ¶Matellam,) id est scaphium vas vrinarium. ¶Porcos Pyrithoi,) antiqui heroes habebant porcos, vt Vlysses apud Home. ¶Vt multum,) ad summum verbum Martialis. ¶Plura negat,) quia non vult reliqua esse communia. ¶Aemiliæ gentes,) Domitium profecturum in Aemiliã & Vercellas epigrammate dimittit inuitus, quòd ei sit amicus, sed tamen permittit hoc, cum cupiat eum recreari ex vrbanis laboribus vna saltem ęsta te, simul ostendit hunc multis esse charissimum. ¶Gentes Aemiliæ,) vbi Bononia. ¶Vercellasapollineas:) Vercellis Apollinem cultum fuisse nondum legi, licet tamen sentire cultum illic fuisse: vel ex hoc loco Martialis. Sunt qui sentiant Vercellas dici apollineas propter aurum quod effodiebatur, quod placet. nam Eustachio authore aurum dicatum est Apollini, argentum Lunæ. fuisse autem fossum illic aurum testatur Plinius. ¶Padi phaetontei,) in quę Phaeton cecidit. ¶Perusta,) attrita. ¶Iugo vrbano,) seruitute vrbana. ¶Tanti est,) tantum valet apud me. ¶Quam formosus,) quam placabilis. ¶Cum peregrinus eris,) id est cum veneris. ¶Albis amicis,) qui in vrbe manserunt. ¶Pallida turba) amicorum. ¶Roma,) amici Romani. ¶Niliaco ore,) Aegyptii fusci sunt. ¶Ducit,) Manium vnà educatum à primis annis alloquitur: cuius gratia se in patriam redire fatetur, quod libenter facit, cùm non modo in patria causa Manii esse vellet: sed in Scythia si opus esset. ¶Simplicibus annis,) id est pueribus. ¶Prætextata amicitia,) id est puerili. nam pueri ante. 14. vtebantur prætexta. ¶Oras auriferas,) id est Hispaniam. ¶Pendentia tecta,) id est Bilbilim, quæ in edito est. ¶Mapalia,) casæ Getulorum, quæ calamis teguntur. ¶Pœni sicci) quia Pœni carent aquis. ¶Casas scythicas,) quæ in plaustris sunt, vt Strab. ¶Roma crit,) id est videbitur nobis vbicunq; fuerimus propter mutuum amorem.

Matella

Diuisit nostras purpura uestra togas.

Calliodorum. 11

Nil aliud loqueris, q̃ Thesea, Pyrithoumq;,
Teq; putas Piladi Calliodore parem.
Dispeream, si tu Piladi præstare matellam
Dignus es, aut porcos pascere Pyrithoi.
Donaui tamen inquis amico millia quinq;,
Et totam, ut multum, terq;, quaterq; togam.
Quid, quòd nil unquã Piladi donauit Orestes?
Qui donat quanuis plurima, plura negat.

Ad Domitium. 12

Aemiliæ gentes, & Apollineas Vercellas,
Et Phaetontei qui petis arua Padi,
Ne uiuam, nisi te Domiti permitto libenter,
Grata licet sine te sit mihi nulla dies.
Sed desiderium tanti est, ut messe uel una
Vrbano releues colla perusta iugo.
I precor, & totos auida cute combibe soles,
Quàm formosus eris dum peregrinus eris,
Et uenies albis non agnoscendus amicis,
Libabitq; tuas pallida turba genas.
Sed uia quam dederit, rapiet cito Roma colorẽ,
Niliaco redeas tu licet ore niger.

Ad Manium. 13

Ducit ad auriferas, quòd me Salo Celtiber oras,
Pendula quod patriæ uisere tecta libet,
Tu mihi simplicibus Mani dilectus ab annis,
Et prætextata cultus amicitia,
Tu facis, in terris quo non est alter Iberis
Dulcior, & uero dignus amore magis.
Tecum ego uel sicci getula mapalia Pœni,
Et poteram scythicas hospes amare casas.
Si tibi mens eadem, si nostri mutua cura est,
In quocunq; loco Roma duobus erit.

Ad Tuccam. 14

Cũ cathedralitios portet tibi rheda ministros,
Et libys in longo puluere sudet eques,
Strataq; non unas cingant triclinia Baias,
Et Thetis unguento palleat uncta tuo,
Candida setini rumpant crystalla trientes,
Dormiat in pluma nec meliore Venus,
Ad nocturna iaces fastosæ limina mœchæ,
Et madet heu lachrymis ianua surda tuis.
Vrere nec miserum cessant suspiria pectus.
Vis dicam, male sit cur tibi Tucca? bene est.

In Crispum. 15

Cedere de nostris nulli te dicis amicis,
Sed sit ut hoc uerum, quid rogo Crispe facis?
Mutua cum peterem sestertia quinq; negasti,
Non caperet nummos cum grauis arca tuos.
Quando fabæ nobis modium, farrisq; dedisti?
Cum tua Niliacus rura colonus aret?
Qñ breuis gelidæ missa est toga tẽpore brumæ?
Argenti * quando missa selibra mihi est?
Nil aliud uideo, quo te credamus amicum,
Quã quod me coram, perdere Crispe soles.

De Apro. 16

Dotatæ uxori cor arundine fixit acuta,
Sed dum ludit Aper, ludere nouit Aper.

¶Cum,) cathedralitii homines dicuntur molles. supra: Inter fœmineas tota qui luce cathedras Desidet. Tales ministros habebat Tucca, & multa præterea ad luxum: sed captus amore mœchæ quotidie superabat. Scis inquit poeta, quare male habes ô Tucca, quia est tibi bene: nam ditissimus es. ¶Rheda) currus erat quo extra vrbem vtebantur. Sequebatur, inquit Asconius, vxor Claudii cum rheda. ¶Libys equus,) hoc est equus Massileus. erat enim in delitiis equus Massileus. ¶In longo puluere) dum egredieris ex vrbe. ¶Triclinia strata:) paratam cœnationem. ¶Baias nolanas,) id est villam tuam amœnissimam. ¶Tuo vnguento,) vel croci, vel vnguento, quo vteris in cœna. ¶Trientes setini,) id est cyathi, vt cyathi vini setini. ¶Venus in meliore pluma,) quæ dormit in pluma olorina, & tu in eadem dormis. ¶Ad lumina nocturna,) id est tu nocturnus. ¶Fastosæ,) superbæ, & spernentis te. ¶Mader,) lachrymis tuis. ¶Cedere) ad Crispum. ¶Te non cedere in amore,) id est non vinceris in amore erga me. ¶Non caperet,) non posset continere. ¶Cum tua niliacus,) id est cum habeas rura fertilissima. ¶Dotata,) Aper diuitem vxorem ludo simulato sagitta necauit. videtur fortasse vobis id commississe per errorem: quia nesciret ludere, immo sciuit ludere: nam factus est diues morte vxoris. ¶Dotatæ,) locupleti. Dotata, vt Marcellus scribit, cuius vir ei copia dicitur affluęs.

Dotata

¶Si donare.)

DOMITIVS.

¶SI donare,) Caium deridet, qui solis promissis volebat videri amicus, & liberalis. si, inquit, promittere, est donare, ego promittam tibi multo plura, quã tu mihi, quę accipies quomodo tu das mihi. ¶Astur) Astures fodiunt aurum in Gallatia. Silius Astur auarus Viscęribus lacerę tellutis mergitur imis: Et redit infelix effosso concolor auro. ¶Alga erythræa,) in fundo maris Erythræi. nam, Plinio authore, margaritæ ab Indis vrinantibus in fundo maris Rubri colliguntur. ¶Auis vnica,) id est phœnix. ¶Aheno agenoreo,) id est vasę purpurę. ¶Saturnalitio,) sternebatur via Appia à Domitiano vt supra dictum est, cui opi prefectus erat Macer. ad hũc poeta in saturnalibus solebat carmen mittere: nunc eo occupato alloquitur musam quasi recusantem illuc accedere. ¶Frustra cupis,) quia non impetrabis hoc à me, quia omnino mittam te. ¶Tributo,) id est carmine, quod soleo mittere in saturnalibus. ¶Solennes,) quos soleo mittere singulis annis. ¶Nugas) versus. ¶Obticuisse,) siluisse. ¶Mensorum,) mensores dicuntur, qui de spatiis itinerum scripserunt, & ratione viarum, in quo fuerunt Diognetus, & Betõlolius. item Visus nonnulla de viis apud nos tradidit. Horum libros legebat nunc Macer: vt Appiæ muniendæ rationem percipere. ¶Vacat,) dat operam. ¶Appia quid facis,) quasi dicat negligetur Appia. ¶Nec) nimium studium colendorum diuitum carpit: nam vsque eo processit pauperum assentatio, vt etiam si nihil miserint diuites: tamen eos colant. In quo genere Marium auarum aculat, qui multos togatos habebat, cum nihil is mitteret, & quod grauius est: Marius cum sit pauper, nec possit dare, colitur. in quo non modo hominem deridet: sed etiã togatos eum sequentes. ¶Spondet) pro comitibus ¶Sterilem) nihil reddentem. ¶Præfatæ togæ,) id est fatui togati, qui steriles amicos colunt: non modo diuites, sed etiam pauperes. Codex antiquus habet fatuæ togæ & non præfatuæ. ¶Nec doctum,) Plin. Secundum hoc epigrammate laudat, cuius rei Plin. ipse in epistolis meminit. Mittit autem librum legendũ: & monet vt eius domum quærat in æsquiliis. ¶Parum seuerum,) versantem in iocis. ¶Breuis est labor,) id est tibi tantum peragendum est iter. ¶Suburræ,) vt peruenias in Aesquilias. ¶Lubricum theatri) erat enim Orpheus propè theatrum, vel igitur ex stellicidiis theatri, vel ex vnguento theatrali lubricus & vdus erat. ¶Mirantes,) sonũ Orphei. ¶Auem regis,) aquilam. hæc est illa imago, in quam supra est epigramma: Dic mihi quem portes volucrum regina tonantem. ¶Pedonis,) ille est Pedo, cuius meminit Iuuenalis Sic Pedo conturbat Matho deficit. Pedonis poetæ meminit Ouid. Sydereusq; Pedo, sed hic alter est. ¶Cælata pẽna minore) quã illa, quæ Ganymedem sustulit Ioui. ¶Ianuam,) Plinii ¶Non tuo tempore,) id est intempestiua, & ante calices. ¶Dat totos dies Miner. tetricæ,) id est literis seueris. ¶Centum virorum) erat enim patronus apud centum viros, qui erant iudices vt ipse in epistolis scribit. ¶Tua hora,) retulit ad illud, quod supra: Non tuo tempore. ¶Rosa) nam rosacea corona in luxu erat. ¶Tunc,) eo tempore sparso Liæo. ¶Scribere,) Sextum deridet qui obscuritate poematum doctus volebat videri & probari: ait enim se male scribere carmina quæ & grãmaticis placeant, & sine grammaticis probentur, hoc est intelligantur à lectoribus, quàm, quæ doctissimo iudice & interprete indigeant. Fuisse nonnullos scrib. Quint. authore Liuio qui discipulos iuberent oratio nem obscurare, quod damnat. ¶Claranus, & Modestus:) iurisfuerunt doctissimi, qui cum legum interpretatione verserentur hos duos nominauit, cum vel let acutissimos interpretes nominare. ¶Cinna) Cor. Cinna, cuius nonnulla carmina extant, perobscure scripsit. ¶Sic,) ista obscuritate. ¶Sine grammaticis,) id est sine interprete. ¶Cur spleniato,) Philænim deformẽ, cuius vultum mentulæ comparauit supra eo epigrammate: Non basio te Philæni rufa es, monet quare spleniis vratur & labris cerussaris: ne scilicet eam basiet. ¶Mento (spleniato) id est mento tecto (spleniis, ¶Cerussa,) id est vnguento. ¶Iam numerat Antonius,) primus dictus tolosanus: cuius meminit Tranquil. in Vitellio. & supra poeta Marc. amet, nostras. Marcus palladiæ non inficianda tolosæ Gloria. Epicureum secutus relaxationi animi indulgebat, in quo à poeta eiusdem sectæ laudatur. ¶Iam) hoc die natali. nam celebratur natalis. ¶Primus,) cognomen est. nam dicebatur Anto. Primus authore Sue. Placido æuo) placida vita. ¶Quindecies olympiadas,) id est 15. annos.

Mensores

Claranus Modestus

Cinna

In Caium. 17

Si donare uocas promittere, nec dare Cai,
Vincam te donis, muneribusq; meis.
Accipe callaicis quicquid fodit Astur in aruis,
Aurea quicquid habet diuitis unda Tagi.
Quicquid erythræa niger inuenit Indus in alga,
Quicquid & in nidis unica seruat auis.
Quicqd agenoreo Tyros improba cogit aheno,
Quicquid habent oẽs, accipe, quomodo das.

De Macro. 18

Saturnalitio Macrum fraudare tributo
Frustra musa cupis, non licet, ipse petit.
Solenneisq; iocos, nec tristia carmina poscit,
Et queritur nugas obticuisse meas,
Mensorum longis sed non uacat ipse libellis.
Appia quid facies, si leget ista Macer?

De Mario. 19

Nec uocat ad cœnã Marius, nec munera mittit,
Nec spõdet, nec uult credere, sed nec habet.
Turba tamen nõ deest, sterilẽ quæ curet amicũ,
Heu q̃ fatuæ sunt tibi Roma togæ.

Mittit librum suum ad Plinium. 20

Nec doctum satis, & parum seuerum,
Sed non rusticulum nimis libellum
Facundo mea Plinio Thalia
I, perfer, breuis est labor, peractæ
Altum uincere tramitem suburræ.
Illic Orphea protinus uidebis
Vdi uertice lubricum theatri,
Miranteisq; feras, auemq; regis,
Raptum quæ Phryga pertulit Tonanti.
Illic parua tui domus Pedonis
Cælata est aquilæ minore penna.
Sed, ne tempore non tuo disertam
Pulses ebria ianuam, uideto.
Totos dat tetricæ dies Mineruæ,
Dum centum studet auribus uirorum
Hoc, quod secula, posteriq; possint,
Arpinis quoq; comparare chartis,
Sera tutior ibis ad lucernas.
Hæc hora est tua, dum furit Lyæus,
Cum regnat rosa, cum madent capilli,
Tunc me uel rigidi legant Catones.

Ad Sextum. 21

Scribere te, quæ uix intelligat ipse Modestus,
Et uix Claranus, quid rogo Sexte iuuat?
Non lectore tuis opus est, sed Apolline libris,
Iudice te maior Cinna Marone fuit.
Sic tua laudentur, sanè mea carmina Sexte
Grammaticis placeant, & sine grammaticis.

In Philænem. 22

Cur spleniato sæpe prodeam mento,
Albã ue pictus sana labra cerussa,
Philæni quæris, basiare te nolo.

De M. Antonio. 23

Iam numerat placido felix Antonius æuo
Quindecies actas Primus olympiadas,

Martialis.

¶SCRIBERE Tequæ vix intelligat ipse Modestus Et vix Claranus quid rogo. Sexte iuuat?) Ego magis intelligo de Cla. quem in epistolis Sene. cõ discipulum vocat, qui ingenio fuit fortissimo, ac beatissimo, de quo eodem Clarano hæc Auso nius: Vrsule collega nobilis Hermonio. Her. quem Claranus: quem Scaurus & Asper, Quem sibi confert Varro.

GEORGIVS.

DOMITIVS.

RESPICIT Dies,) præteritos, id est acta vita delectatur. ¶Nulla lux ingrata,) id est nullus dies displicet. ¶Cuius non meminisse velit,) id est cuius recordatione non delectetur. ¶Posse frui primore vita,) id est posse capere voluptatem vitæ præteritæ. ¶Natales,) celebrat natalem suum, & cum. 47. annũ expleuerit, vt alii codices habent. 18. annos, vt alii. 17. adhuc optat calen. martiis natus. ¶Lux for.) pulchrior. ¶Et puel.) quibus solent mitti munera hoc die ab amicis. ¶Mihi,) natalem celebrãti. ¶Mittũt munera) Martis aũt calẽ. munera mitti solebãt fœminis, vt supra ex Trãquil. recitauimus. ¶Quinquagesima li.) id quinquagesimum sacrificium. ¶Bis an. moue.) id est bis nouenos, vt alii codices habent ter nouenos. ¶Nondum pi. ni. se.) id est nondum decrepitus. ¶Peractis tribus au. vitæ,) si legis supra ter nouenos, conueniet fortasse, quod nonnulli ex vulgo dicunt de numero aureo qui in nouenum numerum diuiditur, vt dicat tribus aureis: hoc est. 27. annis perfectis. si legis bis nouenos, quod placet, tribus aureis intellige, id est tribus partibus vitæ aureis, quæ sunt iuuenta, virilitas, & senectus. Hæ enim tribus sunt aureæ, & his solis videtur viuere: nec infantia nec ætas decrepita vllam viuendi voluptatem habeant, hoc inquam placet, quoniam optima ætas aurea dicta est, deterior argentea, pessima ferrea, vel aureis à numero elementorum nominis. nam sex sunt, ita ter fient. 18. item solet à nominum literis numerũ ducere. alii legunt areis peractis. ¶Post hæc,) quidam codex antiquus habet: Post hac horam, nec diẽ rogabo. Alii ta habent: Post hæc tempora, nec diem rogabo, quod placet. ¶In ma.) repetitum est spectaculũ Mutii. Idem supplicium magna animi constantia subiuit. nonnulli mirabantur, poeta inquit eum fortiorem videri potuisse, si nõ peccasset. ¶Matutina ar.) matutino tẽpore. ¶Abderitanæ ple.) Abdera vrbs Thraciæ condita ab Abdera Diomedis sorore, ea dẽ instaurata à Clazomenis venientibus ab Asia, & dicta Clazomenis, patria fuit Democriti. ¶Plebis Abderi.) an dicit insanus es. nam Cic. in na. Deorum insaniam Abderitanis insitam affirmat. an dixit plebis Abderitanæ pro Thraciam: hoc est tu est crudelissimus quales sunt Thraces, vt conueniat cum illo Hora. Quale mollire posset Impia Thracum pectora. ¶Et plus di.) id est plus laudis est. ¶Tunicam,) id est satellitibus, & apparitoribus molestis. Vel tunica molesta præsente, quòd tunica qua deceptus est Mutius in scriba in spectaculo repræsentabatur. ¶Non facio,) vt ostendat laudem animi esse, & non corporis, an retulit hoc ad innocentiam, quod placet. nam qui Mutium repræsentabat, scelere damnatus fuerat, cuius laus fuisset maior si non cõmisisset aliquid cur damnaretur. ¶Vare,) Varum centurionem in Aegypto extinctum hoc epigrammate deflet & celebrat. ¶Vite lati,) id est centurionatu. nam centuriones vitem latiam gestabant. Plini. Centurionum in manu vitis. Luca. de Scæua centurione: Latiam longo gerit ordine vitem. Silius. Nam vitis honore Perfunctus Latiæ subito stimularat agrestis. Iuue. Post hæc nodosam sumebat vertice vitem. & lege sanctum est supplicii militi, qui castigare se voléti centurioni vité tenuisset. ¶Parethonias,) ægyptias. ¶Centum vi.) quia Centurio præerat centum viris. ¶Frustra pro.) qa omnes sperabamus te rediturum. ¶Thura pin.) nam vaporem pinguem emittunt. ¶Nile fal.) qui non reddidisti Varum. ¶Nunquid potes hoc negare,) vt non demus carmen victurum. ¶Natali,) Diodori supra facta est mentio, & tradita historia. is enim Vespasiani tẽporibus citharœdus imperatoris gratia floruit: nunc celebrat natalem, & alter, vt sentio, Diodo. magno quidem conuiuio, & mensa adeo, vt & senatus discũberet, & equester ordo, tamen ita ab omnibus vel negligebatur, vel habebatur odio, vt nemo ei munus mitteret, cũ aliis diem natalem celebrãtibus dona ab amicis mitti solerent. Festiue igitur poeta in hunc iocatur. ¶Accubat,) discumbit conuiua. nam promulgata lege Othonis à Domitia. ad minorẽ numerũ redacti sunt equites, cum pauci essent, qui cẽsum haberent equestrem, quando ita loquuntur anuli in Dist. Ante frequens, sed nunc rarus nos donat amicus. ¶Nemo natum te putat,) id est nemo mittit tibi munus. vt supra: Natum nec semel te putabo, id est non mittam tibi vllum munus in tuo natali. ¶Annorum,) Epigramma est in laudem Traiani, qui templum Iano dederit addito quarto foro. Aedes Jani olim à Numa condita fuit. Domitianus forum, quod transitorium appellauit, iuxta extruxit. hoc verbo græco à Tranquil. & merodium appellatur. addito autem quarto foro à Traiano trãsitorii fori vsus cessauit.

Præteritosq; dies, & totos respicit annos,
Nec metuit lethes iam propioris aquas.
Nulla recordanti lux est ingrata, grauisq;,
Nulla fuit, cuius non meminisse uelit.
Ampliat ætatis spatium sibi uir bonus, hoc est
Viuere bis, uita posse priore frui.

Ad Calendas Martias. 24

Natales mihi Martiæ Calendæ,
Lux formosior omnibus calendis,
Qua mittunt mihi munus & puellæ
Quinquagesima liba, septimaq;
Vestris addimus hanc focis acerram.
His uos, si tamen expedit, roganti
Annos addite ter precor nouenos,
Vt nondum nimia piger senecta,
Sed uitæ tribus * aureis peractis
Lucos Elysiæ petam puellæ.
Post hæc tempora, nec diem rogabo,

* areis

De Mutio. 25

In matutina nuper spectatus arena
Mutius imposuit qui sua membra focis,
Si patiens, fortisq; tibi, durusq; uidetur,
Abderitanæ pectora plebis habes.
Nam cum dicatur tunica præsente molesta,
Vre manum, plus est dicere, non facio.

De Varo. 26

Vare paret honias latia modo uite per urbes
Nobilis, & centum dux memorande uiris
At nunc Ausonio frustra promissa Quirino
Hospita lagæi littoris umbra iaces.
Spargere non licuit frigentia fletibus ora,
Pinguia nec mœstis addere thura rogis,
Sed datur æterno uicturum carmine nomen.
Nunquid & hoc fallax Nile negare potes?

Abdera

Ad Diodorum. 27

Natali Diodore tuo conuiua senatus
Accubat, & rarus non adhibetur eques,
Et tua tricenos largitur sportula nummos.
Nemo tamen natum te Diodore putat.

Ad Ianum. 28

Annorum, nitidiq; sator pulcherrime mundi,
Publica quem primum uota, precesq; canunt,
Peruius exiguos habitabas ante penates,
Plurima qua medium Roma terebat iter.
Nunc tua Cæsareis cinguntur limina donis.
Et fora tot numeras Iane, quot ora geris.
At tu sancte pater tanto pro munere gratus
Ferrea perpetua claustra tuere sera.

Ianus bifrons

Ad Sextilianum. 29

Quam mihi mittebas Saturni tempore lancem,
Misisti dominæ Sextiliane tuæ.
Et quam donabas dictis à Marte calendis,
De nostra prasina est synthesis empta toga.
Iam constare tibi gratis cœpere puellæ.
Muneribus futuis Sextiliane meis.

De littore Formiano. 30

O temperatæ dulce Formiæ littus,
Vos, cum seueri fugit oppidum Martis,
Et inquietas fessus exuit curas,
Apollinaris omnibus locis præfert.
Non ille sanctæ dulce Tybur uxoris,
Nec Thusculanos, algidos'ue secessus,
Præneste nec sic, Atium'ue miratur.
Non blanda Circe, Dardanis'ue Caieta
Desiderantur, nec Marica, nec Lyris,
Nec in lucrina lota Salmacis uena.
Hic summa leni stringitur Thetis uento.
Nec languet æquor, uiua sed quies ponti
Pictam phaselon adiuuante fert aura.
Sicut puellæ non amantis ætatem
Multa salubre purpura uenit frigus,
Nec seta longo quærit in mari prædam,
Sed à cubiclo, lectuloq; iactatam
Spectatus alte lineam trahit piscis.
Siquando Nereus sentit Aeoli regnum,
Rident procellas tuta de sua mensa
Piscina rhombum pascit, & lupos uernas.
Natat ad magistrum delicata murena.
Nomenculator mugilem citat notum,
Et adesse iussi prodeunt senes muli.
Frui sed istis quando Roma permittis?
Quot tironos imputat dies annus
Negotiosis rebus urbis hærenti?
O uinitores, uilliciq; felices,
Dominis parantur ista, seruiunt uobis.

Formiæ

Thusculũ

In Calliodorum 31

Addixti seruum nummis here mille ducentis,
Vt bene cœnares Calliodore semel,
Nec bene cœnasti, mulus tibi quattuor emptus

Antium

Circæi Caieta

Vitis latia

Tunica molesta

DOMITIVS.

QVEM,) Ianum. ¶Primum,) nam calendis Ianuarii publica sacra celebrantur Iano, cum sit anni principium. ¶Peruius,) vel quod referat ad forum transitorium, quod diximus, conditum à Domitiano vel peruius hians frequentibus rimis laxus. ¶Tot fo.) id est quatuor fora. Bifrontem Ianum formauit antiquitas: quasi superum & inferum ianitorem, vt Mac. scrib. ex sententia Bassi, eundem quadrifrontem, quasi complexum quatuor mundi climata. ¶Tanto mu.) quãtum dedit Traianus. ¶Claustra ferr.) hoc est ianuas tuas ferreas, vt sint clausę, id est da nobis pacem. nota est historia fabulosa vel ex Ouidio, vel Macrob. ¶Quam mihi) iocatur in Sextilianum non sine fellis aspergine: eum enim accusat quòd amore puellæ captus ei mittat omnia munera, quæ olim solebat mittere sibi in Saturn. & die eius natali, iam inquit amas, & poterit puella gratis cõstare, quam redimis meis muneribus. ¶Dominæ tuæ,) id est puellæ, cuius amore captus es. ¶Tempore sat.) id est in saturnalibus: in quibus mittebantur munera amicis. ¶Synthesis prasi.) id est viridis. verbo græco vsus est. nam prasinus significat virtde. & supra virgam prasinam dixit. Viridem autem vestem in vsu fuisse & hic indicauit: Herbarum sueras indutus Basse colores. erat præsertim fascia pectoralis. Pap. Nunc herbas imitare sinu. Iuue. Viridem thoraca iubebit afferri, id est in dumẽtum pectoris. nam θώραξ græce significat pectus. ¶Denostra to.) id est ex qua emebas synthesim amico calendis Martiis, quia ea die natus est Marti. ¶O temperatæ,) Formianam villam Apollinaris amicissimi celebrat hoc epigrammate, simul accusat occupationes vrbanas, quibus fit vt tanta amœnitate rarus vtatur Apollinaris. ¶O Formiæ temperatę.) id est cœli temperati. Formię à Lacenibus conditæ sunt: dictæ ὄρμι σεως,) id est stationis felicitate & inter loca amœna numerauit Papi. ¶Martis se. op.) id est Romam. ¶Inquietas curas,) ab affectu. ¶Thusculanos,) amœnissimum erat vinetis, floribus, & frequentibus villis. Papi. Cedant Telegoni, cedant laurentia Turni Iugera. Iugera Telegoni, id est Thusculum conditum à Telegono. ¶Algidos secessus,) id est Albanum & Prænestę inter loca amœna. Domus fortunarũ: nam illic duæ Fortunæ colebantur sub imagine duarum sororũ. Silius: Fortunæ Prænestę sacrũ. Papini. Et Prænestinæ poterant migrare sorores. ¶Antium,) datum erat Strabo, cum ex laboribus vrbanis respirarent. ¶Blanda Circe,) id est Circæi dicti à Circe. Papini. Cedant vitreæ iuga perfida Circes. ¶Caieta Dardanis,) Troiana. nam dicta est Caieta à nutrice Aeneæ, quanuis Strab. aliter sentiat, à curuitate enim purat appellatam Caietam. nam Lacones curua caieta appellant. Papini. Sedes phrygi, quas debet alumno Mitis anus. ¶Marica,) à matre Latini dicta. ¶Nec Lyris,) deprauata dictio apud Strabonem, Et pro Lyris Etis scriptum est mendose. Labitur autem ex Appennis montibus: præterfluit Elegellas, deriuatur in locum sactum, quem Minturnenses religiosissime colunt. huius ripæ præsertim quæ Silera dicebantur, vt Cicero scribit, pro lege agraria amœnissimæ erant. ¶Salmacis,) loca in vena lucrina. ego puto hoc referri ad amœnitatem lacus Lucrini. nam Salmacim fuisse ad lacum Lucrinum nondum reperi. Salmacim in tantum in Caria fuisse nostrorum monimenta testantur, fontem cuius aquis homines mollescerent & effœminarentur, quanuis Strab. veritatem historiæ secutus falsò id existimari scribat & Victru. rationem perquirat altius. Lucrinum lacum molles homines potuisse reddere amœnitate, & nitore suo. nemo est qui neget, cum molles Baias legamus, mollem Lucrinum & totum illud littus mollissimum. A pte igitur poeta cum Lucrinum vult significare mollem, & amœnum: ait Salmacem nympham in eo se lauisse. de cuius nymphæ fonte hi extant versus Ouid. Vnde & pulchritudinem & molliciem intelligas: Quisquis in hoc fonte vir venerit, exeat inde Semiuir & tactis subito mollescat in vndis. Præterea: Videt hic stagnũ lucentis ad imum Vsq; solum lymphæ. ¶Nec Salmacis,) id est amœnitas Lucrini. ¶Hic.) in Formiano. ¶Stringitur,) ventilatur. ¶Summa Te.) id est maris superficies. ¶Sed vi.) id est mouetur. ¶Venit fri. sa.) id est ventus salubris. ¶Non amantis ætatem,) id est nequeuntis ferre calorem. ¶Lineam) filum hami. ¶Aeoli regnum,) id est ventos. ¶Rhombum,) piscem. ¶Lupos vernas,) pisces illic natos. ¶Murena del.) in nonnullis piscinis pisces ita erant assuefacti à magistro, vt vocati ad cibos venirent, nec in piscinis tantum, sed in mari multis in locis. In Ellore oppido Siciliæ non procul Syracusis. In labra Iouis Gnydi fonte anguillæ idem faciebant. Licinius Murianus, vt seri. Plin. tradidit Murenas euocari fibilis: quoniam solitæ coire cum colubris ea voce alliciantur. ¶Nomenculator,) dicitur ille, qui apud magistratum profitetur nomina hominum, & nominatim vocat. ¶Muli senes,) aut senes propter barbam quod placet, aut quia diu fuerant in piscina. ¶Quot dies formianos,) id est amœnos, quasi dicat multos. ¶Imputat,) asserebat Apo. ¶Hærenti,) nequeunti discedere à negotiis vrbanis. ¶Seruiunt vobis,) quia vos soli fruimini. ¶Addixti,) Calliodorum deridet, qui seruum vendiderat, vt bene cœnaret, trecentis numis, quibus mulum emit propter gulam, & vna cœna trecentos numos absumpsit: In gulam inuehitur poeta. Addicere est plus pretii pollicenti & vendere & alienare. ¶O vinitores,) id est ô villici. ¶Seruiunt vobis,) quia vos soli fruimini. ¶Addixti,) Calliodorum deridet, qui seruum vendiderat, vt bene cœnaret, trecentis numis, quibus mulum emit propter gulam, & vna cœna trecentos numos absumpsit: In gulam inuehitur poeta. Addicere est plus pretii pollicenti & vendere & alienare.

Lyris

Salmacis

Nomenculator

Addico

Librarum cœnæ pompa, caputq; fuit.
Exclamare libet, non est hoc improbe, non est
Piscis, homo est. hominé Calliodore * uoras

De imagine M. Antonii. 32

Hæc mihi, quæ colitur uiolis pictura, rosisq;,
Quos referat uultus, Cæciliane rogas,
Talis erat Marcus mediis Antonius annis,
Primus in hoc iuuenem se uidet ore senex.
Ars utinã mores, animumq; effingere * possis,
Pulchrior in terris nulla tabella foret.

Ad Numacium Gallum. 33

Simplicior priscis Numaci Galle Sabinis,
Cecropium superas qui bonitate senem,
Sic tibi consoceri claros retinere penates
Perpetua natæ det face casta Venus,
Vt tu, si uiridi tinctos ærugine uersus
Forte malus liuor dixerit esse meos,
Vt facis, à nobis abigas, nec scribere quenquam
Talia contendas carmina, qui legitur,
Hunc seruare modum nostri nouere libelli,
Parcere personis, dicere de uitiis.

Ad Traianum. 34

Dii tibi dent, qcquid princeps Traiane mereris,
Et rata perpetuo, quæ tribuere uelint,
Qui sua restituis spoliato iura patrono,
Libertis exul non erit ille suis.
Dignus es, ut possis totum seruare clientem,
Vt liceat tantum uera probare potes.

De Sulpitia. 35

Omnes Sulpitiam legant puellæ,
Vni qui cupiunt uiro placere.
Omnes Sulpitiam legant mariti,
Vni qui cupiunt placere nuptæ.
Non hæc Colchidos asserit furorem,
Diri prandia nec refert Thiestæ,
Scyllam, Biblida nec fuisse credit,
Sed castos docet, & pios amores,
Lusus, delitias, facetiasq;,
Cuius carmina qui bene æstimarit,
Nullam dixerit esse sanctiorem.
Tales Aegeriæ iocos fuisse
Vdo crediderim Numæ sub antro.
Hac condiscipula, uel hac magistra
Esses doctior, & pudica Sappho.
Sed tecum pariter, simulq; uisam
Durus Sulpitiam Phaon amaret.
Frustra nanq; ea, nec tonantis uxor,
Non Bacchi, nec Apollinis puella
Erepto sibi uiueret Caleno.

In Munnam. 36

Improba Massiliæ quicquid fumaria cogunt,
Accipit ætatem quisquis ab igne cadus,
A te Munna uenit, miseris tu mittis amicis
Per freta, per longa toxica sæua uias.
Nec facili pretio, sed quo contenta falerni
Vesta sit, aut cellis Setia chara suis.
Non uenias quare tam longo tempore Romam,
Hæc puto causa tibi est, ne tua uina bibas.

* comes

* posset

Gargetius

Sulpitia

Biblis

Aegeria

Cliens

Rata

(Iuris,)

DOMITIVS.

(Iuris,) Ad Maternum cuius meminit supra. & Plin. in epist. se,) Proculeia maritum dimiserat facto diuortio nullam aliã ob causam, vt vaticinatur poeta, nisi quod factus erat prætor, & ludis Megalensibus multa erant impendenda, quæ vxorem oportuisset suppeditare, simul igitur & paupertatẽ prætoris norat, quę ex sola vxore pẽdebat, & nouã Proculeiæ consilium. ¶ Veterẽ quem diu habuisti. ¶ Habere res suas.) verba sunt ex ritu diuortii, vt apud iuris nam coniuges dissidentes alter alteri dicebant Res tibi habeto tuas, res tibi agito tuas. ¶ Erat prætor,) & cum sit prætor noluisti eum. ¶ Constatura) purpura Megalensis dicitur qua prætores in Megalésibus vti solent nam Megalensis ludi à prætoribus celebrabantur in honorem magnæ Matris mense Aprili, quos ludos curãt purpura induti pene triumphali. Iuue. Interea Megalensiacæ spectacula mappæ Idæum solenne colũt, similiq; triumpho Prædo caballorum prætor sedet. ¶ Saetum po.) Megalensia appellat sacra popularia, hoc est gratissima populo nam his Po. Ro. maxime delectabatur quod Iuue notauit. Nã si defice ret mœstam attoniramq; videres Hanc vrbem. ¶ Tulisset,) ab súpsisset. ¶ Est lu.) ne istã pecunã amittas in matrimonio prætore.

Aci bellones

Martes

Nicerotee

Megalenses ludi

Constatvra Fuit Megalensis purpurea centum Millibus vt nimiũ munera parca dares. Et populare sacrũ bis millia dena tulisset, Ita permiscet & obturbat hic literator: quæ poeta dissernit, vt iam laboriosius sit destinguere, quæ hic confundit, quàm difficiles sensus aperire, vt hic in hoc loco. Nam per verba poetæ populare sacrum à Megalensibus differt: quantum centum millia in ludis Megalensibus impendenda esset: in sacro popularibus dena absumerentur, sed populare sacrum ludos Florales intelligo: in quibus missio fiebat in populum ab iis qui gratiam plebis quærebant. Persius Vigilia & cicer ingere large Rixanti populo nostra vt floralia possint Apricimeminisse senes. Populare autem sacrum ideo dixit, vel quia erat populo per eos dies lasciua, atque licentia maior, vel quia Flora cum magnas opes ex arte meretricia quæsuisset, Po. Ro. scripsit hæredem, certamq; pecuniam reliquit, cuius ex annuo fœnore suus natalis dies celebraretur editione ludorum, quos appellant floralia. hæc Lactantius. Existimo autem per ludos Megalenses prætoram significari: per sacrum populare, hoc est floralia, ædilem intelligi. Nam tam prætor, quàm ædilis populo Romano largitiones & munera dabat. & arbitrio ædilium quantum ex Ouidio perpici licet, floralia gerebantur. in epigrammate.

Georgius

Populare sacrum

Floralia

Ad Maternum. 37

Iuris, & æquarum cultor sanctissime legum,
Veridico latium qui regis ore forum,
Municipi Materne tuo, ueteriq; sodali
Callaicum mandas siquid ad Oceanum,
An Laurentino turpes in littore ranas,
Et latius tenues ducere credis acos?
Ad sua capriuum, q̃ saxa remittere mulum,
Visus erit libris qui minor esse tribus?
Et fatuam summa cœnare pelorida mensa,
Quosq; tegit leui tortice concha breuis.
Ostrea Baianis q̃ non liuentia testis,
Quæ domino pueri non prohibente uorent.
Hic olidam clamosus ages in retia uulpem,
Mordebitq; tuos sordida præda canes.
Illic piscoso modo uix educta profundo
Impedient lepores humida lina meos.
Dum loquor, ecce redit sporta piscator inani,
Venator capta Marte superbus adest.
Omnis ab urbano uenit ad mare cœna macello.
Callaicum mandas siquid ad Oceanum.

Ad Calenum. 38

O molles tibi quindecim Calene,
Quos cum Sulpitia tua iugales
Indulsit Deus, & perire annos.
O hoc omnis, & hora, quæ notata est
Charis littoris mdici lapillis,
O quæ prælia, quas utrinq; pugnas
Felix lectulus, & lucerna uidit
Nimbis ebria nicerotianis.
Vixisti tribus o Calene lustris.
Aetas hæc tibi tota computatur,
Et solos numeras dies mariti.
Ex illis, tibi si diu rogatam
Lucem redderet Atropos, uel unam
Malles, q̃ pyliani quater senectam.

In Lesbiam. 39

Consule te Bruto quid uitas Lesbia natam?
Mentiris, nata es Lesbia rege Numa.
Sic quoq; mentiris, nanq; ut tua fecula narrant,
Ficta Prometheo diceris esse luto.

Ad Lupum. 40

Semper cum mihi diceretur esse
Secreto mea Polla cum cinædo,
Irrupui Lupe, non erat cinædus.

In Proculeiam. 41

Mense nouo lani ueterem Proculeia maritum
Deseris, atq; iubes res sibi habere suas.
Quid rogo, quid factũ est, subiti quæ cã doloris?
Nil mihi respondes? dicam ego, prætor erat.
Constatura fuit megalensis purpura centum
Millibus, ut nimium munera parca dares,
Et populare sacrum bis millia dena tulisset.
Dissidium non est hoc Proculeia, lucrum est.

Ad Dindymum. 42

Tam dubia est lanugo tibi, tam mollis, ut illam
Halitus, & Soles, & leuis aura terat.

DOMITIVS.

QVINTE,)Qu. Quid. in Britaniam proficiscentem monet vt aliquando velit se ad otium conferre & viuere, præsertim cũ satis sit quod olim Maximum Cæsonium exulem secutus est: nõ veritus Neronis indignationẽ. ¶Ouidi,) Ouidius quidem est apud Plu. sed eundem esse non arbitror. huius supra meminit. Caledonia ¶Caledonios Brita.) Caledonia sylua Britaniæ, quo arma Romana processerunt. ¶Patrem Oceanũ,) qui ambit terrã: vel vnde reliqua maria detiuantur mediterranea. ¶Reddare,) restituaris. ¶Inter amicitias) .i. velis frui amicitiis. ¶Siquid,) malum interpretem sui carminis accusat, qui ita legat, vt siquid esset in his, quod felle careret, reprehenderet tanquã pingue & crassum. Obscœna autẽ laudaret. ¶Rodere costam) i. vis maledicum carmen. trãslatio ab apro. ¶Apri Laurentis,) qualem mittit Laurẽtum. ¶Bibas vaticana) .i. quæras malos poetas. ¶Nostra lagœna,) id est nostrum carmen. perstat enim in metaphora. ¶Omnia,) ita Matho laudabat carmen, vt diceret belle scriptum esse frigide laudans. Huius liuorem cum notet poeta, ô Matho tu vis dicere omnia belle, id est vitupera aliquando si piget laudare. Sunt qui referant hoc ad studium Mathonis qui conabatur orationem semper belle cõponere. In quo Martia. eũ deridet. placet prior sententia. ¶Vitam) per munera vitæ beatæ seipsum alloquitur: & sententia Epicuri hæc scrib. ¶Parta,) quæsita. ¶Non ingratus,) non nimium fertilis. ¶Togata.) .i. ratum officium ergadiuites. sequebantur enim togadiuites. ¶Vires inge.) non portentosæ. ¶Salubre) quia non vexetur aduersa valetudine. ¶Pares a.) vt non habeat superiores ¶Facilis,) non quæsitus magno labore. ¶Breues tenebras) .i. sit tibi somnus suauis, vt nox videatur breuis. ¶Summum diẽ) .i. mortem. ¶Nunciat,) inuitat amicos in balnea, & cœnã pollicetur frugalem, sed ingenuo stomacho. Isis Romæ colebatur iuxta campum Martium. Iuu. Antiquo quæ proxima surgit ouili. Huius sacerdotes habitu lineo cum sistris sacra celebrabant repræsentantes indagationem filii, quẽ olim amissum vt Hero. & Lact. scribunt, & anxie perquisiuit, & fleuit, timens ne quid ei accideret, quod patri euenerat Osiridi. ¶Octauam,) hora octaua, hæc sacra erant absoluta. ¶Sua tur.) sacerdotum. ¶Iuuencæ pha.) Isidi. ¶Pilata,) sistrata. ¶Redit,) ab indignatione. ¶Immodico Ne.) .i. immodice æstuantibus: Neronianis thermis. ¶Septẽ si.) alludit ad cœnationem, nam nõnullę cœnationes sex capiebant: aliæ septem, aliæ octo. de stipadio in

Cælantur simili uentura cydonia lana,
Pollice uirgineo quæ spoliata nitent.
Fortius impressi quoties tibi basia quinq;,
Barbatus labris Dindyme fio tuis.

Ad Philerotem. 43

Septima iam Phileros tibi cõditur uxor in agro.
Plus nulli Phileros, q̃ tibi, reddit ager.

Ad Q. Ouidium. 44

Quinte Caledonios Ouidi uisure Britanos,
Et uiridem Tethyn, Oceanumq; patrem,
Ergo Numæ colles, & nomentana relinques
Otia, nec retinet rusq;, locusq; senem.
Gaudia tu differs. at non & stamina differt
Atropos, atq; omnis scribitur hora tibi.
Præstiteris charo, quis non hoc laudet amico,
Vt potior uita sit tibi sancta fides.
Sed reddare tuis tandem mansure Sabinis,
Teq; tuas numeres inter amicitias.

In delitiarum Lectorem. 45

Siquid Iene mei dicunt, & dulce libelli,
Siquid honorificum pagina blanda sonat,
Hoc tu pingue putas, & costam rodere mauis,
Ilia Laurentis cum tibi demus apri.
Vaticana bibas, si delectaris aceto,
Non facit ad stomachum nostra lagœna tuũ.

In Mathonem. 46

Omnia uis belle Matho dicere, dic aliquando
Et bene, dic neutrum, dic aliquando male.

Ad seipsum. 47

Vitam quæ faciunt beatiorem
Iucundissime Martialis, hæc sunt.
Res non parta labore, sed relicta:
Non ingratus ager, focus perennis,
Lis nunquam, toga rara, mens quieta,
Vires ingenuæ, salubre corpus,
Prudens simplicitas, pares amici,
Conuictus facilis, sine arte mensa:
Nox non ebria, sed soluta curis,
Non tristis torus, attamen pudicus:
Somnus, qui faciat breues tenebras:
Quod sis, esse uelis, nihilq; malis.
Summum nec metuas diem, nec optes.

Parat conuiuium. 43

Nunciat octauam phariæ sua turba iuuencæ,
Et pilata redit iamq;, subitq; cohors.
Temperat hæc thermas, nimios prior hora uapores
Halat, & immodico sexta Nerone calet.
Stella, Nepos, Cani, Cerealis, Flacce uenitis,
Septem signa capit, sex sumus, adde Lupum.
Exoneraturas uentrem mihi uillica maluas
Attulit, & uarias, quas habet hortus, opes.
In quibus est lactuca sedens, & sectile portum,
Nec deest ructatrix menta, nec herba salax.
Secta coronabunt rutatos oua lacertos,
Et madidum thynni de sale sumen erit.

distī. Accipe lunata scriptum testudine signa
Octo capit, ueniat quisquis amicus erit. ¶Adde Lu.) qui erit septimus. ¶Sedens,) sestilis, quæ eadem dicitur laconica. ¶Sectile porrum,) ad differentiam capitati. ¶Ructatrix,) codex antiquus habet stupatrix. Mẽ Menta
tam græci mintham olim dixerunt, gratissimi est saporis, vt scrib. Plin. in rusticis præsertim dapibus. in hanc versa est puella amata à Plutone. si ructatrix legis dicitur, quia facit ructare. Si stupatrix, quod placet ex codice antiquo, alludit ad nomen diminutiuum mentula. ¶Herba salax,) ego puto de eruca intelligi, quæ facit homines salaces. Columella: Excitet vt Veneri tardos eruca maritos. ¶Oua secta,) erat genus condimenti ex ouis & liquamine salso supra: Diuisis Cibiũ latebit. ouis. Cibium significat pylamidem occisam. ¶Rutatos lacertos,) ruta ab vrendo dicitur. eius manipulus vicem liquaminis salsi & olei nonnunquam præstat. Lacertos igitur pisces dicit rutatos, id est ruta cõditos, & mustum rutatum legimus datum à Cornelio Cethego po. ro. in consulatu. ¶Sumen thynni,) pisces. nam sumen thynni in pretio erat, cauda minime, quia care pingui.

GEORGIVS.

¶ENVNCIAT Octauam phariæ sua turba iuuencæ: Et pilata redit iãq; subitq; cohors,) Pilum Pilum à sistro perquam longe differt. nam altera corpora cædimus, alterum manibus pulsamus & concutimus, vnde græce nomen indutum est sistris πάρὰ τὸ σείειν: hoc est quatio, quod est concutere, sed pilatam turbam potius sacerdotes Isidis accipio, quis vt Apule. tradidit, brachiis suis humero tenus renudatis attollentes immanes gladios ac secures brachia ferro, & musculos dissecabant, & quia plagis inuicem se consaucibant profuso cruore è multis vulneribus pilatam cohortem appellat, quam redire & subire propter lymphaticũ saltum, atque tripudium, quo vrbes & oppida lymphatici pererrabant. ¶Septem signa,) Antiquum olim codicẽ nactus sum in quo legebatur Septem sigma cum diligentius scriptores veteres & eruditos reuoluerem forte apud Lampridium, qui de Heliogabalo scrib. quòd primus inuenit Sigma in terras sternere. Et item de eodem, vt de croco Sigma statuerit, cum summos viros vocaret ad prandium, & alibi habuit hanc consuetudinem, vt octo caluos rogaret ad cœnam. Et item octo luscos octo pædagogos, & octo surdos, octo nigros, octo lõgos, octo pingues, cum campi non possent vno Sigmate. igitur nostro iudicio atque periculo legatur sigma, non signa. Heliogabalus

¶Onyx,)

DOMITVS. ¶Onyx,) accipitur pro salino apud Hora. quanuis sit ampulla marmorea, vt Porp. interpretatur. Hic legitur Paruus onyx, sed alius codex habet Paruus in his. & melior sententia est. ¶Vna cœnula,) quia totus absumetur. ¶Raptus,) semilaceratus à lupo. Sttuctor Ofella ¶Structoris,) vt apud Iuue. dicebantur, qui mensas, & cibaria curabant, at nonnunquam scindebant. ¶Ofellæ,) significat panem medicatum. à Varr. autem numeratur inter carnes conditas. ¶Faba,) quibusdam herbis condita fabrilis dicebatur. Colu. Quæq; fabis habilis fabrilia miscet. ¶Prototomi,) dicuntur primi caules, qui succiduntur: vt verbum ipsum indicat. Nam πρῶτος significat primum: τέμνω incido. Colum. & iam prototomos tẽpus decerpere caules. ¶Perna,) peraso. ¶Superstes cœnis tribus.) id est quę reliqua fuit. ¶Sine fæce,) protopum dicitur vinum, quod primum de fluit sponte, nec exprimitur. Prototomus Protopum vinum ¶Bis plena,) iocatur. dicit se datum vinum ex lagœna, quæ fuit plena bis Frontino consule, vt nouũ indicet vinum. Imitatio est Horatii: Vina bibes iterum Tauro diffusa. alibi legitur, consule prima fuit. ¶Nec timenda,) mane, hoc est cuius tenon pœniteat mane sequenti: vt ebrios pœnitet libertatis loquendi. ¶Prasino & Veneto,) de duobus aurigis charissimis Imperatori. ¶Q uẽquã reum,) hoc est siquid dictum fuerit inter pocula neminem accusabimus. ¶Cum potes,) Cotta aureo vale vina pessima propinabat; cum ipse opimianum, & falernum biberet: ait nihil impudentius factum. nam quis acciperet vina plumbea in vase aureo, vt Martialis ait per plumbeum vinum pessimum intelligit, vt metaphora permaneret. Nam vas aureum ¶Amethystinos,) color amethystinus purpureus est qualis est setino & falerno ¶Trientes,) posuit trientes pro poculo. ¶Opimiano,) id est vino condito Opimio cõsule, quod diu seruatum est. De hoc alibi multa diximus. ¶Frãgat,) Scorpum aurigam. 27. anno extinctum deflet. Nam auriga & imperatoribus, & populo fuerunt gratissimi, vt Incitatus Caligulæ, Prasinus Neroni, Scorpus Traiano. ¶Victoria tri. (mœsta morte Scorpi. ¶Palmas, dumæas,) Idumæ prouincia est Syriæ, eiusdem nominis op. est Phœniciæ. palma arbor illic luxuriat, copioseq; prouenit, vt Trogus, & Plin. scrib. Lucanus: Arbusto palmarũ diues Idumæ. Virg. Primus idumæas Idumæ referam tibi Mantua palmas hæc arbor dicata est numini Victoriæ: quoniam aduersus imposítum pondus remittitur, vt Gell. scrib. ex authoritate Aristote. ¶Frangat palmas idumæas,) id est arbores tibi dicatas. ¶Flammis iniquis) rogo Scorpi iniquo. ¶Iungis nigros equos,) infernales. permansit in officio aurigæ. ¶Illa meta,) quòd aduersus eum in certaminibus cursu fuit etiam tam prope vitæ tuæ, quasi dicat: cur etiam tam cito venisti ad metam vitæ. ¶Sydera) Faustinum accusat, quòd accepto magistratu ab imperatore præsit Rauennatibus, nec fruatur recessu suo Terracinẽsi. describit autem ver, & ex astrorum ratione, & ex floribus terræ. ¶Taurus tyrius,) qui vexit Europẽ: qui est in cœlo, qui respicit sydera. ¶Agni phryxei,) id est qui vexit Phryxum & Hellem, id est iam sol venit in Taurum, per quod notat Aprilem. ¶Alternum Castora,) id est geminos. nam sibi hoc antiquitas suasit Castorem & Pollucem esse illud sydus, quod geminos appellant: quanuis, authore Higinio, alii tradiderint esse Triptolemum & Iasonem. alii Herculem & Apollinem. ¶Pellex attica,) Philomela, quæ primo vere canere solet. ¶Ityn Ismarium) Thracem filium Terei, & Prognes. Gemini Tereus Thucydides scrib. in. 2. historiarum, Tereum illum, cui nupsit Progne, non fuisse regem Thraciæ, vt nostræ fabulæ tradiderunt, sed Daulidis oppidi Phocensium. vnde, eodem authore Philomela dicitur Daulias. Eundem tamen à Thracibus ortum non negat, emendandus est error apud Strabonem. Ille enim cum sententiam Thucydidis retulisset: neq; eũ nominasset, sed dixisset nõnullos, ita scribẽ subdidit, Thucydides vero ad Megara hæc gesta fuisse, cũ vt dixi extent verba Thucydidis affirmantis actam fabulam ad Daulida, non ad Megara. Emendetur igitur hoc pacto: Ita Thucydides. Alii ad Megara gesta scribunt. ¶O tunicata quies,) in qua gente, solemus vti sola tunica. ¶Aequoreis,) quia ad mare. ¶Non vnius vndæ,) nam & fossam habebat iuxta se Terracina & mare. ¶Fluminis,) nam & fossa contigua Terracinæ, vt Strab. frequens erat nauigatio: quæ fiebat aquis pluuialibus. Et fluuius proximus erat. Item fluuius quem Vfentem nostri appellarunt, deprauata dictione Aufidium Strab. dixit. ¶Nec Marcelli,) theatrum cuius scena restituta Vespasianus ludos edidit. ¶Thermæ triplices,) dicuntur quæ triplici serie ædificantur. ¶Templa Flauiæ gen.) quæ condidit Domiti. ¶Quæ tua sunt,) id est tuos honores. ¶Thelini,) mœchæ in adulterio deprehensæ toga indutæ in publicum procedere cogebantur. hoc satis supra est demonstratũ. Festiue igitur poeta ait Numam dixisse spadonem, qui effœminatus est cum eum vidisset togatum. Vfens

Paruus onyx una ponetur cœnula mensa,
Hœdus inhumani raptus ab ore lupi.
Et, quæ non egeant ferro structoris, ofellæ,
Et faba fabrorum, prototomiq; rudes.
Pullus ad hæc, cœnisq; tribus iã perna superstes
Addetur, saturis mitia poma dabo.
De nomentana uinum sine fæce lagœna,
Quæ bis Frontino consule plena fuit.
Accedent sine felle ioci, nec mane timenda
Libertas, & nil quod tacuisse uelis.
De Prasino conuiua meus, Venetoq; loquatur,
Nec facient quenquam pocula nostra reum.

In Cottam 49

Cum potes amethystinos trientes
Et nigro madeas opimiano,
Propinas modo conditum sabinum,
Et dicis mihi Cotta, uis in auro?
Quisquam plumbea uina uult in auro?

De Scorpo. 50

Frangat Idumæas tristis uictoria palmas,
Plange fauor sæua pectora nuda manu.
Mutet honor cultus, & iniquis munera flammis.
Mitte coronatas gloria mœsta comas.
Heu facinus, prima fraudatus Scorpe iuuenta
Occidis, & nigros tam cito iungis equos.
Curribus illa tuis semper properata, breuisq;
Cur fuit, & uitæ tam prope meta tuæ?

Ad Faustinum. 51

Sydera iam tyrius phryxei respicit agni
Taurus, & alternum Castora fugit hyems.
Ridet ager, uestitur hurnus, uestitur & arbos,
Ismarium pellex attica plorat Ityn.
Quos Faustine dies, qualẽ tibi Roma Rauennã
Abstulit, ô soles, ô tunicata quies.
O nemus, ô fontes, solidumq; madentis arenæ
Littus, & æquoreis splendidus Anxur aquis,
Et non unius spectator lectulus undæ,
Qui uidet hinc puppes fluminis, inde maris,
Sed nec Marcelli, Pompeianumq;, nec illic
Sunt triplices thermæ, nec fora iuncta quater.
Nec Capitolini summum penetrale Tonantis,
Quæq; nitent cœlo proxima templa suo,
Dicere te lassum quoties ego credo Quirino,
Quæ tua sunt, tibi habe, quæ mea, redde mihi.

De Spadone. 52

Thelin uiderat in toga Spadonem,

¶PRASINO, Veneto.) Hic breuiter repetam quæ pluribus verbis disserui dum exponerem illud Iuue. Euentum viridis quo colligo panni. In circensibus ludis quatuor erant factiones. ¶Prasino) .i. viridis panni. ¶Veneto) .i. obscuri. Rosciẽ & alibi, quibus quatuor colo- GEORGIVS
ribus tam imperatores, quàm populus per factiones fauebant. Nam Nero prasinæ factioni in primis deditus erat. vnde poeta dixit, Sæpius ad palmam prasinus post fata Neronis Peruenit & victor præmia plura refert: I nunc liuor edax dic re cessisse Neroni, Vicit nimirum non Nero, sed prasinus. De studio item vulgi in huiusmodi colores est illud distichon: Si veneto, prasinóue faues, qui coccina sumis. Ne fias ista transfuga sorte, vide. Vitel. item legimus: Venetæ factioni studiosum: ergo populus per factiones Factiones quatuor
populus ipsa sermonem faciebat.

DOMITIVS

(ESSE Mœcham damnatam) nam mulier in toga non conspiciebatur nisi in adulterio fuisset deprehensa. ¶Ille ego,) alterum epitaphium Scorpi. ¶Circi clamosi gloria,) nam in Circo aurigæ certabant. ¶Raptum,) rapti dicûtur qui ante legitimum tempus moriuntur. ¶Nona trieteride) id est. 27. anno. ¶Palmas) victorias ¶Mensa,) Olus mensarum laudé iactabat, sed his opertis amicos accipiebat. nam & mensæ sua habebant repositoria. Poeta cum deridet, quòd velit homines ita fallere. nam ego qui habeo pessimas mensas possem videri hoc commento habere bonas. ¶Sic:) ista fraude. ¶Arrectum,) obolus & scrupulus idem est, vt Dardanus scribit: vterque continet sex siliquas. ¶Totis,) Galli auaritiam accusat, & aliorum simul diuitum. Enumerans enim medicos, qui in vrbe sunt: dicit omni generi morbi suum medicum adesse. præterquam ruptis. Rupti autem dicuntur quodam morbo laborantes sæpe apud Plin. & Celsum. iocatur hoc verbo igitur poeta, & cum videatur loqui de morbo, intelligit ruptos id est fessos laboribus colendorum diuitum. nam rupti dicuntur etiam defessi & laceratis vestibus. supra: Rumpes inquit equo leporem: & rumpere latus dicitur fatigari. ¶Fannius,) medicus. ¶Vuam,) id est morbum, qui in gutture nascitur. ¶Stillantem,) epiphora. ¶Podalirius) filius Aesculapii. ¶Enterocelarum) Enterocelæ significat morbum, intestinorum defluentium in testiculos. Sunt præterea hydrocelæ eiusdem generis, & ramex: vnde ramicosus. ¶Qui sanet ruptos,) id est fessos & laceratas habentes vestes: cum videatur intelligere de illis, qui laborant eo morbo ¶Argenti,) Sextus in saturnalibus cum soleret mittere libram argenti, nunc mittit selibram piperis: iocatur in hunc Martialis. ¶Tanti,) id est nolo selibram piperis pro libra argenti. ¶Anxuris,) ad Frontinum scribit, cui solebat esse comes in agro quem variis in locis habebat, & causam affert quare nunc non possit amplius esse comes, se tamen quanuis comes non sit, non minus eum amare, quàm solebat. ¶Placidos recessus. Anxurinos. Nemus Rheginum, nam, vt Diodorus scribit, & Strabo repetit, precibus Herculis illac transeuntis factum est, vt in agro Rhegino cicadæ vocem non haberent, cum in littore Lucrino proximo sint resonantes, vnde Funomii citharœdi Locris statua erecta est cicada citharæ insidente, à qua adiutus est, cum in carmine descendisset in locum chordæ quæ est fracta. ¶Cancro,) feruente mense Iulio. ¶Lacus flumineos,) ante propter eum locum, quem Terracinam duo flumina efficiebant, vel quòd placet, de omni lacu, qui ingressu fluminis augetur. nam is est amœnior. ¶Sterili,) nihil assequente. ¶Pascimur,) fustinemus, & colimus ¶Lares,) in laniculo. ¶Sed non solus,) ille te amat, qui te frequentat, sed etiam ego qui te non colo. ¶Etiam non officiosus,) quanuis non sim tibi comes. Tranquillus: Senatores circunsteterunt sellam Cæsaris officii gratia, id est comitatus. & Martialis alibi: Viuat & vrbanis absis in officiis. ¶Consumpta,) delicatum lectorem monet non esse aprum suis carminibus, quem admodũ conuiua est molestus, qui delicatos tantum cibos perquirit. Is enim in quem scribitur fastidiosi stomachi breuiora tãtum epigrãmata legebat, ¶Lémate) léma genus est argumentationis. meminit Laertius in Zenone. Cic. id appellauit verbo latino cõprehensionem. Léma apud Martialé significat inscriptionem epigrãmatis, qua totus sensus comprehenditur. hic accipitur pro argumento: Consumpta vno lémate. i. vno epigrãmate. ¶Omni macello) ex omnibus obsoniis. forũ vbi obsonia véduntur, macellũ dicitur. ¶Mattea,) cõdimẽtũ est carniũ vnctũ à verbo græco vt cõcessit Varro. Nã significat oblino. Inde vebrũ est apud Aristophanem, qui gulosum appellat mateolicũ. i. mattea sectantem. Trãglgener fœminino ptulit: Caligula matteas, inqt, venenatas multis misit. ¶Sola mattea) i. sola vncta. alibi legitur Mart. ¶Sed Te mattea sola iuuãt) De scriptoribus græcis quæsenda est & origo, & significatio huius dictionis, quæ parũ aperte & eruditè à Calderino traditur. Inuenio apud græcos scriptores mattyam per duplex t scriptũ sequente y & inuentum fuisse Macedonicum. Nam cũ Macedones pretiosa comederent, hoc genus edulii excogitarunt. Sunt qui dicant ἀπὸ τοῦ ματτάδα dici mattyam. Vnde & ἀπὸ τοῦ μάττειν & μάζα denominata est, & apud Cyprios quæ vocatur μάγις: prouerbiũq; fuit de eo, qui supra modũ delicatus esset ὑπερμαζᾶν dicere etenim proprie hoc alimẽti genus populare fuit, & commune omniũ, ex farinis fiebat, postea variantes necessaria alimẽta intemperanter, & curiose paululũ adiungentes, quod prius nomen erat massis, mattyam appellauerunt quodcunq; pretiosum edulium, vnde & mattyasin est mattyas conficere, siue sint aues, siue herbæ sint: siue aliud quiddam. Vnde sunt etiã veteres Græcistam nominc, q̃ verbo mattyassin, pro eo quod est Veneri indulgere. Vnde legimus Aristophanem grammaticum sic dicentem: Dulcius nihil est mihi mattya, siue primi Macedones, siue Athenienses: siue oês id ignoro. Veruntamẽ opus fuit prudẽtissimi. Solebãt sanè post oia edulia vltimo loco mattyã apponer, vt refert Athenæus. & Epeclia à Spartiatis mattyæ dicebantur. alii epidypnidas mattyas dixere. Cynicus in opere quodã, quod inscribitur Archesilaus, sic ait: Cõpotatio erat comessantibus q; quibusdã: Lacena quædã iussit inferre mattyãstatim circunlatæ fuerunt perdices paucæ, anserculi tosti, & quadræ placẽtarũ, qualé cœnã Attici appellãt epidorpisma. Dorienses epeclon, plurimi vero Græcorum epidypna. Hæc Athenæus.

Damnatam Numa dixit esse mœcham.

Epitaphium Scorpi. 53

Ille ego sum Scorpus clamosi gloria Circi,
Plausus Roma tui, delitiæq; breues,
Inuida quem Lachesis raptum trieteride nona,
Dum numerat palmas, credidit esse senem.

In Olum. 54

Mensas Ole bonas ponis, sed ponis opertas,
Ridiculum est, possum sic ego habere bonas.

In Marullam. 55

Arrectum quoties Marulla penem
Pensauit digitis, diuq; mensa est,
Libras, scrupula, sextulasq; dicit.
Idem post opus, & suas palæstras,
Loro cum similis iacet remissus,
Quanto sit leuior Marulla dicit.
Non ergo est manus ista, sed statera.

In Gallum. 56

Totis Galle iubes tibi me seruire diebus,
Et per Auentinum ter quater ire tuum.
Eximit, aut reficit dentem Casellius ægrum,
Insestos oculis uris Higine pilos.
Non secat, & tollit stillantem Fannius uuam,
Tristia saxorum stigmata delet Heros.
Enterocelarum fertur Podalirius Hermes,
Qui sanet rupto, dic mihi Galle, quis est?

Ad Sextum. 57

Argenti libram mittebas, facta selibra est,
Sed piperis, tanti non emo Sexte piper.

Ad Frontinum. 58

Anxuris æquoreï placidos Frontine recessus,
Et propius Baias, littoreamq; domum,
Et quod inhumanæ Cancro feruente cicadæ
Non nouere nemus, flumineosq; lacus,
Dum colui, doctas tecum celebrare uacabat
Pieridas, nunc nos maxima Roma terit.
Hic mihi quando dies meus est, iactamur in alto
Vrbis, & in sterili uita labore perit.
Dura suburbani dum iugera pascimur agri,
Vicinosq; tibi sancte Quirine lares.
Sed non solus amat, qui nocte, dieq; frequentat
Limina, nec uatem talia damna decent.
Per ueneranda mihi musarum sacra, per omnes
Iuro Deos, * & non officiosus amo.

In Delicatum lectorem. 59

Consumpta est uno si lemmate pagina, transis,
Et breuiora tibi, non meliora placent.
Diues, & ex omni posita est instructa macello
Cœna tibi. sed te mattea sola iuuant.

¶Lectore

DOMITIVS.

¶LECTORE Gulosо,) perstat in metaphora. ¶Qui sine pene,) penem antiqui caudam dixerunt, hoc est eum volo qui non modo delicatiores partes appositi animalis commendat sed & qui caudã nonnunquam sumat, quasi dicat volo lectorem, qui totum opus legat, & ad penem, hoc est ad caudam perueniat, hæc placet. Alii codices habent pane, vt hoc sit dictum in gulosum. Et Martialis velit lectorem, qui non tantum matteis, sed pane vnà vescatur, quem gulosiores aspernantur. ¶Iura,) in Munnam pædagogum triuialem. Qui cum supra duos rusticanos discipulos non haberet, petiit ius à Cæsare trium discipulorum, adductus eorum exemplo, qui iurat trium natorum perebant: hũc deridet poeta. ¶Hic,) epitaphium est Herotionis puellæ: quam & supra commendauit parentibus mortuis. ¶Vmbra festinata,) morte immatura. ¶Hyems sexta,) id est sextus annus. ¶Regnator,) dominus. ¶Nostri agelli,) vbi sepelitimus puellam. ¶Iusta annua,) id est exequias solennes. ¶Exiguis vmbris) puerilibus. ¶Sic solus hic tumulus sit flebilis,) id est sicut nullus tuorum moriatur. alibi: Qui fles talia, nil fleas viator. ¶Ludi magister,) in ludi magistrum, cuius vociferationibus offendebatur. supra: Quid tibi nobiscum ludi sceIerate magister. hunc rogat ne pulset pueros æstiuo præsertim tempore. ¶Chorus mensæ delicatæ,) id est chorus pulchriorum ministrorum. ¶Calculator,) qui docet numeros, & arithmeticam. ¶Notarius velox,) notarii dicebantur qui excipiebant verba aliena, quorum meminit Plutarc. in Catone. horum manus velocitas erat in pretio in distichis: Currant verba licet: manus est velocior illis. ¶Albæ luces,) id est candescentes dies. ¶Flammeo leone,) mense Iulio. ¶Pellis scytæ,) id est lorum factum in scuticam. ipsa enim scutica ascytos, quod est corium dicitur. ¶Marsyas Celenæus,) qui vapulauit ab Apolline. ¶Celenæus) à Celenis vrbe Phrygiæ eius patria. Pap. Nosset & illustres satyro pendente Celenas. ¶Marmora,) matronæ nomen in quam hoc erat epitaphium nõ extat: huius pudicitiam laudat, quæ decem filiis superstes vnum non uit maritum. ¶Saxis mausoIi,) id est mausolæo, quod Artemisia coniugi suo erexit. ¶Pyramidum,) quæ Aegyptiis regibus eriguntur. ¶Bis Romano Tarento,) id est. 60. expleui annum. nam. 30. quoque anno sacra celebrabantur in campo Martio ad locum, quem Tarenton appellabant, alibi: Hic colat Albano: Et quæ romuleus sacra Tarentus habet. ¶Et nihil perdidit,) quia totam bene collocauit vitam. ¶Clauserunt, filii enim parentis mortui lumina claudebant. ¶Vna mentula,) id est vni marito seruiui. ¶Contigeris,) Polla vxor Lucani superstes marito interfecto à Nerone monetur à Martiale ne accuset epigrammata lasciua, cum eius maritus lasciuum aliquando carmen composuerit, quod inserit. ¶Regina,) diues. ¶Nostri Heliconis,) id est carminis latini. ¶Cum te,) in Carmenionem mollem, & effœminatum, qui Martialé appellabat fratrem cum nulla ex parte esset ei similis; ego inquit appellabo te sororem: notans mollitiem, & turpitudinem hominis. ¶Municipem,) ciuem Corinthium. ¶An vultu simiIes,) sumus: vt propterea me appelles fratrem. ¶Dropace,) vnguento ad expilandos pilos. ¶Os blæsum) molle, blandiens. ¶Debilis,) fracta & effœminata ¶Dorcas,) est genus capreæ vIocissimæ, vt Plini. scribit. ¶Sororem,) nam tu fœmina es, ego sum vir.

Tarentus

Dropax

Dorcas

Non opus est nobis nimium lectore gulosо,
Hunc uolo, qui fiat non sine pane satur.

De Munna. 60

Iura trium petiit à Cæsare discipulorum
Assuetus semper Munna docere duos.

Epitaphium Herotionis. 61

Hic festinata requiescit Herotion umbra,
Crimine quam fati sexta peremit hyems.
Quisquis eris nostri post me regnator agelli,
Manibus exiguis annua iusta dato.
Sic lare perpetuo, sic turba sospite solus
Flebilis in terra sit lapis iste tua.

Ad Magistrum Ludi. 62

Ludi magister, parce simplici turbæ:
Sic te frequentes audiant capillati,
Et delicatæ diligat chorus mensæ,
Nec calculator, nec notarius uelox
Maiore quisquam circulo coronetur.
Albæ leone flammeo calent luces,
Totamq; feruens Iulius coquit messem.
Scuticaq; loris horridis Scytæ pellis,
Qua uapulauit Marsyas Celenæus
Ferulæq; tristes, septra pædagogorum
Cessent, & idus dormiant in octobris.
Aestate pueri si ualent, satis discunt.

Epitaphium nobilis Matronæ. 63

Marmora parua quidem: sed non cessura uiator
Mausoleï saxis, pyramidumq; leges.
Bis mea Romano spectata est uita Tarento,
Et nihil extremos perdidit ante rogos.
Quinq; dedit pueros: totidé mihi luno puellas
Clauserunt omnes lumina nostra manus.
Contigit & thalami mihi gloria rara, fuitq;
Vna pudicitiæ mentula nota meæ.

Ad Pollam. 64

Contigeris regina meos si Polla libellos,
Non tetrica nostros excipe fronte iocos.
Ille tuus uates Heliconis gloria nostri
Pieria caneret cum fera bella tuba,
Non tamen erubuit lasciuo dicere uersu:
Si nec pædicor: Cotta quid hic facio?

In Carmenionem. 65

Cum te municipem Corinthiorum
Iactes Carmenion negante nullo,
Cur frater tibi dicor ex Iberis,
Et Celtis genitus, Tagiq; ciuis?
An uultu similes uidemur esse?
Tu flexa nitidus coma uagaris:
Hispanis ego contumax capillis.
Læuis dropace tu quottidiano.
Hirsutis ego cruribus, genisq;
Os blæsum tibi: debilisq; lingua est.
Nobis filia fortius loquetur.
Tam dispar aquilæ columba non est,
Nec dorcas rigido fugax leoni.
Quare define me uocare fratrem,
Ne te Carmenion uocem sororem.

DOMITIVS.

De Theopompo. 66

Quis rogo tam durus, quis tã fuit ille superbus,
Qui iussit fieri te Theopompe cocum?
Hanc aliquis faciem nigra uiolare culina
Sustinet? has uncto polluit ungue comas?
Quis potius cyathos, aut quis crystalla tenebit?
Qua sapient melius mista falerna manu?
Si tam sydereos manet exitus iste ministros,
Iuppiter utatur iam Ganymede coco.

Epitaphium Vetulæ. 67

Pyrrhæ filia, Nestoris nouerca,
Quam uidit Niobe puella canam,
Laertes auiam senex uocauit,
Nutricem Priamus, socrum Thyestes,
Iam cornicibus omnibus superstes
Hoc tandem sita prurit in sepulchro
Caluo Plotia cum Melanthione.

In Læliam. 68

Cũ tibi nõ Ephesos, nec sit Rhodos, aut Mitylene
Sed domus in uico Lælia patricio,
Deq; coloratis nunquam lita mater hetruscis,
Durus Aricina de regione pater:
Ζωὴ καὶ ψυχὴ lasciuum congeris usq;
Prô pudor Hersiliæ ciuis, & Aegeriæ.
Lectulus has uoces, nec lectulus audiat omnis:
Sed quem lasciuo strauit amica uiro,
Scire cupis, quo casta modo matrona loquaris,
Nunquid cum crissas, blandior esse potes?
Tu licet ediscas totam, referasq; Corinthon,
Non tamen omnino Lælia Lais eris.

De Polla. 69

Custodes das Polla uiro, non accipis ipsa,
Hoc est uxorem ducere Polla uirum.

Ad Potitum. 70

Quòd mihi uix unus toto liber exeat anno,
Desidiæ tibi sum docte Potite reus.
Iustius ac quanto mirere, quòd exeat unus,
Labantur toti cum mihi sæpe dies.
Nunc resalutanteis uideo nocturnus amicos,
Gratulor & multis, nemo Potite mihi.
Nunc ad Luciferam signat mea gemma Dianam,
Nunc me prima sibi, nunc sibi quinta rapit.
Nunc consul prætor'ue tenet, reducesq; choreæ.
Auditur toto sæpe poeta die.
Sed nec causidico possis impune negare,
Nec si te rhetor, grammaticus'ue rogent.
Balnea post decima lasso, centumq; petuntur
Quadrantes, fiet quando Potite liber?

De Rabirio. 71

Quisquis læta tui, & sera parentibus optas
Fata breuem titulum marmoris huius ama.
Condidit hac charas tellure Rabirius umbras,
Nulli sorte iacent candidiore senes.
Bis sex lustra tori, nox mitis, & ultima clusit.
Arserunt uno funera bina rogo.
Hos tamen ut primis raptos sibi quærit in annis
Improbius nihil his fletibus esse potest.

Adulatorium. 72

Frustra blanditiæ uenitis ad me
Attritis miserabiles labellis,

(Quis,) In Theopompum: cuius amore captus. ¶ Vncto igne,) id est nidore. ¶ Quis,) nam qui propinabant, erãt pulchriores. ¶ Iste exitus,) scilicet culinæ. ¶ Pyrrhæ,) in Plotiam eodem fermè argumento quo supra scripsit in Vetustillam: cuius prurit us nulla ætate potuerat extingui, eius autem decrepitam ætatem festiue, & fabulose designat. Hæc tandem mortua sepulta est cum coniuge Melanclione. ¶ Pyrrha,) filiæ duæ Protogenia, & Melanthia. ¶ Nouerca Nestoris,) nullam nouercam Nestoris legimus: Clorem tantum matrem, sed hoc ex poetæ irrisione dicitur. ¶ Cornicibus superstes,) quæ superauit ætate omnes cornices: quæ diutissime uiuunt. ¶ Cum tibi,) impudicam Læliam accusat, quę voculis Græcorum utebatur uiro blandiens, idem carpitur à Iuue. ¶ Ζωὴ καὶ ψυχὴ,) modo sub lodice relictis Veteris in turba, hæc uerba meretricia esse ostendit. nam imitantur Laidem Corinthiam: quæ ita solebat loqui, sed tamen Lælia nunquam poterit uideri Lais, cum sit deformis, quanuis illius uerbis utatur. ¶ Ephesos) ciuitas Ioniæ: eadem Smyrna dicta, patria Hipponactis poetæ, Pathasii, & Apellis pictorum, & Alex. oratoris. ¶ Rhodos,) insula Pamphylii maris. ¶ Mityle ne,) ciuitas inter Methymnam & Malliam est: duos portus habens, patria Pitthaci Alcei poetæ lyrici Anthimenidæ fratris, & Sapphus. ¶ Nunquam lita,) id est quæ nunquam habuit sibi fucatum colorem. ¶ Hetruscis,) mulieribus quæ coloruntur. ¶ Aricina regio) sunt qui referant ad duos uicos in urbe, id est ad uicum thuscum, & regionem Aricinam: quæ loca erant in urbe, quod non placet. ¶ Hersiliæ) Hersilia uxor fuit Romuli, rapta unà cum aliis Sabinis: quæ ut Iuba scrib. sexcentæ. 83. fuerunt. Alii scribunt Hersiliam uenisse in sortem Hostilio id est: Cum sis ciuis Hersiliæ, & Aegeriæ, quæ fuerunt pudicissimæ. ¶ Nunquid,) quasi dicat quid opus est condias, & facias gratum opus, satis blandaes,) dum crissas siquidem formosa es. ¶ Totam Corinthon,) id est totam linguam Corinthiorum. ¶ Non omnino eris Lais,) quia tu deformis es, & illa pulchra fuit. ¶ Custodes,) Almo effœminatus uxorem habebat, quæ spadonibus delectabatur, sed timens mollitiem uiri: ne scilicet ipse subagitaretur à spadonibus, adhibebat ei custodes. Hoc inquit poeta facere, quia duxit uirum uxoré, & cũ uideatur dicere nupserat uiro suo tanquam uxori, cum adhibeat ei custodes, ipse intelligit duxit uirum uxorem, id est cinædum. ¶ Das custodes,) quia times ne subagitetur. ¶ Non accipis ipsa,) quia subagitabatur à spadonibus. quod supra dixit, Irrupi Lupe non erat cinędus. ¶ Quod,) apud Potitum conqueritur de occupationibus urbanis, qui mirabatur, quare uix unum librum toto anno composuisset. ¶ Sum reus tibi,) id est ego accusor à te. ¶ Exeat mihi,) componatur à me. ¶ Mihi,) nil agendo, & scribendo. ¶ Gratulor,) multis aut magistratum adeptis, aut aucta supellectile. ¶ Luciferam Dianam,) nonnulli intelligunt Dianam Auentinam, quæ unà cum Lucifero in Auentino colebatur, & eadem Lucina dicebatur, quasi afferens lucem parientibus, cui deæ matronæ supercilia consecrabant, & ubi uetustissimus lucus erat. Vnde Plin. placet datum esse nomen deæ ut supra Lucina à luco dicatur. Alii palatinam intelligunt, quæ nocticula dicebatur, quoniam eius templum (ut Varro) noctu in palatio lucebat. ¶ Choreæ reduces) placet ut intelligas comites multos reducentes uironem, & diuitem, hoc magis placet, quàm intelligas choreas pro saltatoribus. ¶ Poeta,) Ligurinus, & alii. sæpe oportet audire carmina. ¶ Impune,) sine damno. ¶ Petuntur balnea,) ut sequar sportulam. ¶ Centum quadrantem,) nam ea sportula dabatur in balneis. ¶ Quisquis,) laudat pietatem Rabirii, qui condidit parentes senes eodem tumulo & eos, quanuis ultima ætate extincti essent, non secus deflebat, quàm si iuuenes amisisset. ¶ Condidit,) sepeliuit. ¶ Clusit,) absoluit, perfecit. ¶ Bis sex lustra,) id est. 60. annum. ¶ Bina funera,) duo corpora. ¶ Improbius,) insatiabilius. ¶ Frustra,) damnatis temporibus Domitiani seruit Traiano, sub quo assentationi, & blanditiis nullum locum esse affirmat: neque esse amplius opus appellare eum dominum, & Deum, sed imperatorem. ¶ Frustra,) quia non utor amplius uobis. ¶ Attritis labris,) diuturna assentatione in Domitiano.

Ephesos Smyrna Rhodos Mityle

Hersilia

Nocticula Diana

(Dominum,

DOMITIVS.

(Dominvm, Et Deum) ut dixerat supra: Edictum domini, Deique nostri. ¶ Parthos,) Parthi regem suum superstitio se uenerabantur, adorabantque & osculis pedum et seruilibus supplicationibus. immo & eũ adituri terram ore tangebant: ut author est Xenophon. Idcirco supra liberum dixit poeta, qui tanquam Deus à suis suscipiebatur. ¶ Pictorum,) picti dicuntur reges Parthorum, quoniam pictis uestibus utebantur authore Plinio. ut & Agathirsi Thraces dicuntur picti à Virg: quia: quo ditiores erant (ut scribit Mela) eo luxuriosius se se tingebant, sed picti Parthi, quia uestibus pictis utuntur: eosdem appellat pileatos, uel quia mitris utuntur, uel (quod placet) à similitudine seruorum, qui testantur libertatem cum pileum sumunt, ut ostendat eos esse conditionis seruilis & libertinæ. ¶ Ad Parthos,) quasi dicat locus est uobis apud Parthos, non apud Traianum. ¶ Prioribus,) quibus uti solebas in Domitiano. ¶ Littera,) à M. Antonio missam rogam laudat quæ eo ipsi fuit gratior quoniam & ille appellabatur Marcus, & uidetur bene iudicasse de eo. nam pulchrum est laudari à laudato uiro, & donari. ¶ Fabritius censor,) qui laudabat paupertatem. ¶ Mecœnas,) qui (ut Seneca scribit) luxuriosas uestes habuit, in quo male audiuit. ¶ Victima litat,) placeat Deos, quasi dicat non quicunque cædit uictimam placat Deos. ¶ Iam parce,) indignatus est quòd Scorpus auriga nuper una hora lucratus sit quindecim saccos auri, cum ipse non habeat in sportula supra centum quadrantes tota die, quare damnatis operibus iam optat somnum. ¶ Gratulatori lasso,) id est mihi qui sum lassus. ¶ Togatulos,) qui præcedunt. ¶ Centum plumbeos,) inuidiose dixit plumbeos. ¶ Victor,) ex certamine circi. ¶ Auri feruentis,) nam uidetur ardere. ¶ Nilus spicifer) fertilis annonę. ¶ Vua) nam setina est inter pontias paludes, optimumq; fert uinum. ¶ Millia,) iocus in Gallam, quæ annis in contemptum uenerat: cum olim magno prostaret pretio, eadem cum gratis inuitet Martialé negligetur. ¶ Non erat nimis magni,) non admodum uidebatur eo pretio. ¶ Summa,) centum denariorum. ¶ Sportula arida,) exigua. ¶ Iunxit nos,) habuit nos in officio, & seruitute. ¶ Hoc fortuna,) notat tempora sua amara quòd muliones ditissimi fiant, poetæ esuriant. posuit autem Incitatum pro quocunque auriga. huius meminit Tranquil. in Caligula, nam equo dedit marmoream imaginem præsepe eburneum, purpurę tegmenta, monile è gemmis: domum, familiam, supellectilem aurigę cui etiam consulatum destinauerat. ponit item Meuium pro quocunq; poeta. Meuii autem meminit Virgil. Qui Bauium non odit, amet tua carmina Meui. & Eusebius in temporibus. ¶ Non ciuis Syriæ,) non liberti nę conditionis, id est nõ seruus. nam ex Syria serui ueniebant uenales. ¶ Parthiæue,) notat libertos sui temporis: qui è libertina conditione fiebant equites. ¶ Cataftis Cappadocis,) è Cappadocia mittebantur serui. ¶ De plebe Remi) Romanus, & natus Romæ. ¶ Cucullo,) ueste ueneti coloris. Meuius item, ut scribunt, qui tradiderunt de personis Horatianis, tantæ fuit gulæ, ut ingens patrimonium absumpserit: calé. Ianua damnauerit in Capitolio se optare quadringenta millia æris alieni causam quærenti respondit: quoniam octingenta haberet, sed hic pro poeta accipitur.

Setina

Incitatus

Meuius

Cucullus

Dicturus dominum, Deumq; non sum,
Iam non est locus hac in urbe uobis,
Ad Parthos procul ite pileatos,
Et turpes humilesq; supplicesq;
Pictorum sola basiate regum.
Non est hic dominus, sed imperator,
Sed iustissimus omnium senator,
Per'quem de stygia domo reducta est
Siccis rustica ueritas capillis.
Hoc sub principe, si sapis, caueto,
Verbis Roma prioribus loquaris.

Ad Marcum. 73

Littera facundi gratum mihi pignus amici
Pertulit Ausoniæ dona seuera togæ,
Qua non Fabricius, sed uellet Apitius uti,
Vellet Mecœnas Cæsarianus eques.
Vilior hæc nobis alio mittente fuisset.
Non quacunq; manu uictima cæsa litat.
A te missa uenit, possem nisi munus amare
Marce tuum, poteram nomen amare meum.
Munere sed plus est, & nomine gratius ipso
Officium docti, iudiciumq; uiri.

Ad Romam. 74

Iam parce lasso Roma gratulatori,
Lasso clienti, quam diu salutator.
Anteambulones, & togulatos inter
Centum merebor plumbeos die toto,
Cum Scorpus una quindecim graues hora
Feruentis auri uictor afferat saccos.
Non ego meorum præmium libellorum,
Quid enim merentur? apulos uelim campos.
Non Hybla, non me spicifer capit Nilus,
Nec quæ paludes delicata pontinas
Ex arce cliui spectat uua serini.
Quid concuspicam quæris ergo? dormire.

De Galla. 75

Millia uiginti quondam me Galla popposcit,
Et fateor magni non erat illa nimis,
Annus abit, bisquina dabis sextertia, dixit.
Poscere plus uisa est, q̃ prius, illa mihi.
Iam duo poscenti post sextum millia mensem,
Mille dabam nummos, noluit accipere.
Transierant binæ forsan, trinæue calendæ.
Aureolos ultro quattuor ipsa petit.
Non dedimus, centum iussit me mittere nũmos,
Sed uisa est nobis hæc quoq; summa grauis.
Sportula nos iunxit quadrantibus arida cętum,
Hanc uoluit: puero diximus esse datam.
Inferius nunquid potuit descendere? fecit.
Dat gratis: ultro dat mihi Galla, nego.

De Meuio. 76

Hoc fortuna tibi uidetur æquum?
Ciuis non Syriæue, Parthiæue,
Nec de Cappadocis eques cataftis,
Sed de plebe Remi, Numæq; uerna,
Iucundus, probus, innocens, amicus,
Lingua doctus utraq;, cuius unum est,
Sed magnum uitium, quòd est poeta,
Pullo Meuius alget in cucullo,
Cocco mulio fulget Incitatus?

DOMITIVS.

(¶Nequius,) In Carũ medicum, qui imperitia multos necauerat, nuper autem mortuus est. (¶Febre,) dolet poeta eũ esse exinctum tam cito, cum fuisset diu cruciandus quod poterat fieri si saltem fuisset quartana. (¶Fecit nefas,) quòd eum extinxerit tam cito. (¶Ibis,) Aemilius Macer poeta fuit Veronensis qui Augusti temporibus in Asia mortuus est: vt Euseb. scribit. eodem nomine Macer temporibus Domitia. rexit Hispaniam: nunc in Dalmatiam mittebatur, quẽ abeuntem poeta in Hispaniam rediturus hoc epigrãmate prosequitur. alibi de ministrata Hispania. Non ignorat onus, qui sit succedere Macro. (¶Salonas,) op Dalmatarum & emporium ad littus. Dalmatæ autem quinquaginta oppida habuisse dicuntur, ex quibus Priamonem, Iniam, Sinotium & nonnulla præterea Augu. deleuit: authores sunt Strab. & Ap. (¶Littoreas Salonas,) id est in Dalmatiam. (¶Potestas,) hoc est omnis magistratus, quo fungeris. (¶Pauperior laus,) hoc est ex tuis magistratibus redis pauperior. (¶Terrę auri,) id est Dalmatiæ ferẽtis aurum, vnde metallum dalmaticum aurum dicitur. Pap. Robora Dalmatico lucent satiata metallo. (¶Sinu vacuo,) id est nihil furatum, aut populatum. (¶Vdo gau.) lachrymosa lætitia. (¶Petemus Celtas & Iberos,) id est ibimus Bilbilin Celtiberiæ. (¶Minor Catul.) alludit ad Macrum Veronẽsem, qui Catullo populari suo fauebat (¶Sed sim tibi,) sic ego cedã vni Catullo tuo iudicio. (¶Ad Lapidem,) Fabulla vulgari vanitate Otacilii pauperis contendentis cum Torquato diuite rerum omniũ magnificentia deridet, vaticinaturq; fore, vt ita rũpatur Otacilius volens æquari Torquato, quemadmodum rana dirupta est, cum vocem bouis vellet emittere. (¶Cucumã,) appellat cucumam fornaculam exiguam vix cucumã vas excedentem. (¶Daphnona) id est nemus laurorum, vt platanona supra dixit nemus platanorum. multa autem erant laureta in vrbe, vt scrib. Plini. omnium nobilissimum in Auẽtino, & celeberrimum in via Flaminia ad octauum lapidem in villa Cæsarum, qua ad Gallinas ducebatur, ex quo laureto triumphantes coronabantur: & ramũ manu gestabant. (¶Plorat,) in Erotem eodem argumẽto, quo supra scripsit in Mamurram cupientem ornatissimam supellectilem emere, cũ pecunia careret. supra: In septis Mamurra diu multumq; vagatus. & sub eodem nomine alios

Macer

Salong

Metallum Dalmaticum

Cucuma

* addit

De Caro Medico. 77

Nequius à Caro nihil unq; Maxime factum est,
Quàm quod febre perit, fecit & ille nefas.
Sæua nocens febris saltem quartana fuisset,
Seruari medico debuit illa suo.

Ad Macrum. 78

Ibis littoreas Macer Salonas,
Ibit rara fides, amorq; recti,
Et secum comitem trahet pudorem.
Semper pauperior redit potestas.
Felix auriferæ colone terræ,
Rectorem uacuo sinu remittes,
Optabisq; moras, & exeuntem
Vdo Dalmata gaudio sequeris.
Nos Celtas, Macer, & truces Iberos
Cum desiderio tui petemus.
Sed quæcunq; tamen feretur illic
Piscosi calamo Tagi notata,
Macrum pagina nostra nominabit.
Sic inter ueteres legar poetas,
Nec multos mihi præteras priores,
Vno sed tibi sim minor Catullo.

De Torquato, & Otacilio. 79

Ad lapidem Torquatus habet prætoria quartũ,
Ad quartum breue rus emit Otacilius.
Torquatus nitidas uario de marmore thermas
Extruxit, cucumam fecit Otacilius.
Disposuit daphnona suo Torquatus in agro,
Castaneas centum seuit Otacilius.
Consul Torquatus, uici fuit ille magister,
Nec minor in tanto usus honore sibi.
Grandis ut exiguam bos ranam ruperat olim,
Sic puto Torquatus rumpet Otacilium.

De Erote. 80

Plorat Eros quoties maculosæ pocula myrrhæ
Inspicit, aut pueros, nobilius ue citrum,
Et gemitus imo prodit de pectore: quòd non
Tota miser coemat septa, feratq; domum.
Quàm multi faciunt, qd' Eros, sed lumine sicco,
Pars maior lachrymas ridet: & intus habet.

De Phyllide. 81

Cum duo uenissent ad Phyllida mane fututum,
Et nudam cuperet sumere utercq; prior,
Promisit pariter se Phyllis utricq; daturam,
Et dedit, ille pedem sustulit, hic tunicam.

Ad Gallum. 82

Siquid nostra tuis adicit uexatio rebus,
Mane, uel à media nocte togatus ero,
Stridentesq; feram flatus Aquilonis iniqui,
Et patiar nimbos, excipiamq; niues.
Sed si non fias quadrante beatior uno,
Per gemitus nostros, ingenuasq; cruces,
Parce precor lasso, uanosq; remitte labores,
Qui tibi non prosunt, & mihi Galle nocent.

Ad Marinum. 83

Raros colligis hinc & hinc capillos,
Et latum nitidæ Marinæ caluæ
Campum temporibus tegis comatis,
Sed moti redeunt iubente uento,
Redduntur q; sibi, caput q; nudum

Myrrha

item notat idem cupientes. (¶Myrrhæ maculosæ,) maculis distinctæ. nam myrrha humor condensatus, qui ducebatur in vasa maculis distincta & magni pretii, vnde myrrhina pocula. (¶Citrum,) mensam citream. (¶Tota septa,) quicquid venditur in septis. alibi in septis Mamurra diu, multumq; vagatus. (¶Cum,) Phillis nomen lenæ est apud Propertium. hic meretricis: in quam iocatur recenti facto. Nam cum duo pariter ad eam venissent, & vter prior fu-
tueret, disceptarent, promisit se daturam vtriq; pariter, & dedit. nam vtraq; parte est occupata. ego potius intelligo iocũ esse in verbo sustulit. nam sustulit significat in altum tulit. sustulit item surripuit. alter igitur surripuit tunicam: alter potius est coitu, & ita vtriq; dedit, alteri coitum, & alteri tunicam. (¶Sustulit pedem). i. compressit. alibi de ea, quæ futuretur: Tollunturq; pedes ô medicina grauis. (¶Siquid,) Gallum rogat: ne exigat à se operam togatam: hoc est ne velit se comitem, cum ea in re magnam faciat iacturam otii: & Gallus nullam capiat vtilitatem. (¶Cruces ingenuas,) ad differentiam crucis seruorum. nam cum ingenui simus: videmur tolli in crucem, quemadmodum crux est supplicium serui, ita hic labor est crux nobiliũ. (¶Vanos,) nullam afferentes vtilitatem. (¶Nocent,) quia facio otii iacturam. (¶Raros) eodem argumento supra scrib. in senem, qui admotis temporibus capillis medio caluitio Geryon videbatur hoc est habere tria capita. Nũc notat Marinum eadem accusatione, qui cum omnia fecerit: tamẽ caluitio proditur. (¶Hinc & hinc,) vtroque latere capitis. (¶Redeunt,) ex caluitio. (¶Redduntur sibi,) in locum suum.

GEORGIVS.

(¶Ad Lapidem Torquatus habet prętoria quartum. Ad quartum breue rus emit Otacilius) Silet in totum hic tantus expositor de prętoriis: nos vero etsi in explanationem illius luuen. Criminibus debent hortos prætoria, exposuerimus ex sententia Columel. & Palladii esse prętorias in rusticis prædiis ampla ædificia, quod in hac parte poeta intelligit, quæ postea apud iurisconsultos legerim, subiungemus. In libris digestorum Vulpianus elegantissimus iurisconsultus hæc tradit, Rusticorum prædiorum seruitutes sunt hę, licere altius tollere, & officere prętorio vicini, vel cloacam habere, licere per vicini domum vel prętorium. Irridet ergo poeta Otacilium qui supra vires & opes suas imitari velit magnificentiã ędificiorũ, atq; hortorũ.

Prætorium

Lacuitio

(¶Cirris,)

DOMITIVS.

Almyrotes

(¶Cirris,) Id est nodis grãdibus. (¶Almyrotem,) Almyrotes significat Marinum iocatur igitur, aitq; capillis redeuntibus ad tempora. Almyrotem: hoc est Marinum videri sedere inter duos comatos. Caluitium comparat Marino, seni tempora comata. (¶Splendophoro & Telesphoro) pueris comatis, & elegantibus, quorum vtriusq; meminit Martialis. (¶Caluo comato,) id est sene qui velit videri comatus, (cum caluus sit.

Ladon

(¶Iam) Ladon fluuius est in Arcadia, vt alii scribunt in Thessalia: pater Daphnes, vt cecinit Papi. vt alii filiam Penei scribunt. hic nata est, qui paratis hortis iuxta Tyberim nauem mersam apposuit aduersus inũdationes fluuii. Vnde opem tulit suo fundo ea naui mersa, qua antequam mergeretur nihil faciebat lucri. in hoc iocatur poeta. (¶Carinæ tyberinæ,) quæ velaturam faciebat in Tyberi (¶Vagus,) inundans. (¶Emeritã) quæ iam cessabat in ripa. (¶Vadis,) id est inundationi fluuii. (¶Auxilium,) quia iugera seruauit. (¶Nemo,) Laurus pila optime lusit, dum iuuenis esset: factus senex pauper videbatur.

Primæ pilæ

(¶Prima pila,) lacerata veste primæ pilæ dicebantur effigies lanæ quæ in compitis suspendebantur, vt supra dictum est: primæ dictæ, vt placet, quoniam in principio, & capitibus viarũ pendebant his, addebantur vestes laceratæ. (¶Caluit,) incensus fuit (¶Pilæ,) lusoriæ. (¶Prima pila) hoc est videtur illa prima effigies lanea q̃ appẽdebat in compitis, adeo laceratas habet vestes. (¶Miraris Afer,) ob deformitatem vxoris noctem ducebat insomnem: quod cum ob aliam causam videretur facere, poeta indicat veram rationem. (¶Cum qua, quasi diceret cum deformi. (¶Octobres,) natalem Restituti patroni celebrat hoc carmine, ad hunc scri. Plin. in epistolis. Cum autem diem natalem celebranti munera mitti soleant, optat Martia, vt amplissima munera mittantur Restituto non parua & exigui pretii, qualia in saturnalibus ei afferebantur à clientibus: tanquam patrono. nam clientes munera patronis afferebant. vt Macro. tradit (¶Pia,) studiosa sacrorum. (¶Calendas Octobres,) quæ sunt dies natalis Restituti causidici. (¶Fauete linguis,) id est silete, vt Macrobius interpretatur in Virgil. (¶Cereus,) cerei mittebantur in saturnalibus, non satis explorata causa monumentis antiquorum. Alii enim scribunt missos fuisse vt satisfieret oraculo: quod iusserat τὰ φῶτα dari Saturno· φῶς autem significat lumen & virum. alii huius instituti originem referunt ad publicum tribunum plebis: qui cum patroni grauiora munera exigerent à clientibus: iussit vt cerei tantum mitterentur ditioribus (¶Aridi,) id est pauperis. (¶Triplices tabellæ,) quæ habent tria folia. (¶Iocos Decembris,) (saturnalia. nunc calendis natalibus Restituti. (¶Agrippa) dicuntur quicunque in pedes nascuntur, quod mali ominis est: vt Nonius, Plin. Solinus scribunt. Hoc nomine fuit rex qui tenuit Iudæam Palæstinam, vt ex historia Iosephi percipi licet. (¶Tumidus negociator,) hoc est epitheton Syrorum. nã Syri tumidi dicuntur, inde veni in hanc opinionem, quod supra dixit: Iuro per Syrios tibi tumores, ita esse intelligendum. Hoc est iuro per sacra Isidis Syriæ. Nam sanctissimum erat iusiurandum per Isidem, vt supra: Nec per Niliacæ bouem iuuencæ, & per sistrum Isidis ille iurat apud Iuue. (¶Reus pugnorum,) id est ebrius, qui aliquem nocturno tempore pulsauerat. Nam ebrii olim Romæ occurrentibus pugnos inferebant, vt illud Iuuena. Aut dic, aut accipe calcem. (¶Cœnatoria,) dicebantur vestes, quibus inter cœnandum vtebantur, propterea ita loquuntur in distichis: Nec fora sunt nobis, nec sunt vadimonia nota, Hoc opus est pictis accubuisse toris (¶Infamata,) ac cusata adulterii. (¶Senex,) alter Eustus. (¶Omnes,) in Cottam furem, qui cum alii alia officia diuitibus præstarent, ipse locu los tantum volebat gestare tales, sed vt iuraretur aliquid. Vade, inquit poeta, officiosus est Cotta, qui loculos tantum prætorum velit gestare. (¶Officiosus,) ironia, quia ipsi tantum tibi seruis, non alteri officium præstas. & alludit ad officia ipsa, id est magistratus, quorum fiscum gerebat. (¶Iuno labor,) laudat effigiem Iunonis sculptam à Polycleto, quanuis hãc imaginem non reperiam inter Polycleti antiqui opera. cuius duo pueri talis ludentes nudi: qui Astragalizontes dicebantur in Titi imperatoris ædeerant, & Hercules Antæum suspendens à tellure, & alia præterea opera, sed de altero Polycleto loquitur. (¶Deas,) Mineruam, & Venerem. (¶Quid uellis,) expilas, lacessis, prouocas. (¶Cineres,) ita appellat cunnum.

Agrippa

* terrenatibus

Cœnatorium

Astragalizontes

De Statua Iunonis. 87

Iuno labor Polyclete tuus, & gloria felix,
Phidiacæ cuperent quam meruisse manus:
Ore nitet tanto quanto superasset in Ida
Iudice conuictas non dubitante Deas.
Iunonem Polyclete suam nisi frater amaret,
Iunonem poterat frater amare tuam.

In Ligellam. 90

Quid uellis uetulum Ligella cunnum?
Quid busti cineres tui lacessis?
Tales munditiæ decent puellas.
Nam tu iam nec anus potes uideri.

Cirris grandibus hinc & inde cingunt
Inter Splendophorum, Telesphorumq;,
Cidæ stare putabis Almyroten.
Vis tu simplicius senem fateri?
Vt tandem uideris unus esse:
Tonsor iam reliquos metat capillos,
Caluo turpius est nihil comato.

De Ladonte nauta. 84

Iam senior Ladon tyberinæ nauta carinæ
Proxima dilectis rura parauit aquis,
Quæ cũ sæpe uagus pmeret * torrentibus undis
Tybris, & hyberno tumperet arua lacu,
Emeritam puppim ripa quæ stabat in alta,
Impleuit laxis, oppositq; uadis.
Sic nimias auertit aquas, quis credere posset?
Auxilium domino merla carina tulit.

De Lauro.

Nemo noua caluit sic inflammatus amica,
Flagrauit quanto Laurus amore pilæ.
Sed qui primus erat lusor, dum floruit ætas,
Nunc, postq̃ desit ludere, prima pila est.

De Afro. 86

Miraris quare dormitum non eat Afer,
Accumbat cum qua Cæc liane uides.

De natali Restituti. 87

Octobres age sentiat calendas
Facundi pia Roma Restituti,
Linguis, omnibus & fauete uotis:
Natalem colimus: tacete lites.
Absit cereus aridi clientis,
Et uani triplices, breuesq; mappæ,
Expectent gelidi iocos Decembris.
Certent muneribus beatiores.
Agrippæ tumidus negociator
Cadmi municipes ferat lacernas.
Pugnorum reus: ebriæq; noctis
Cœnatoria mittat aduocato.
Infamata uirum puella uicit,
Veros sardonychas sed ipsa tradat.
Mirator ueterum senex auorum
Donet phidiaci toreuma cæli.
Venator leporem, colonus hœdum.
Piscator ferat æquorum rapinas.
Si mittit sua quisq;, quid poetam
Missurum tibi Restitute credis?

Ad Cottam. 88

Omnes persequeris prætorum Cotta locellos:
Accipis & ceras officiosus homo es.

De Statua Iunonis. 89

Iuno labor Polyclete tuus, & gloria felix,
Phidiacæ cuperent quam meruisse manus:
Ore nitet tanto quanto superasset in Ida
Iudice conuictas non dubitante Deas.
Iunonem Polyclete suam nisi frater amaret,
Iunonem poterat frater amare tuam.

In Ligellam. 90

Quid uellis uetulum Ligella cunnum?
Quid busti cineres tui lacessis?
Tales munditiæ decent puellas.
Nam tu iam nec anus potes uideri.

DOMITIVS.

¶Mater,)Hecuba. ¶Leoni mortuo,)à fœtore oris, qui similis est cunno. vel quod placet,prouerbium est cum velimus aliquem excitare,qui mo ueri non potest. ¶Mari,)discessurus in Hispaniam commendat rus,& domum Mario amico. ¶Atina,) oppidum Latii iuxta Pontinas paludes eiusdem nominis in Bœotia. ¶Tonantis,)Iouis.habebat in hortis aram Iouis & Syluani, cui pinus est dedicata,& fructus Cybeli. ¶Dominam virginem,) id est Dianam. ¶Martem principem,)quoniam calendis Martiis sum natus. ¶Nemus Florę) omnes nymphæ fugiunt Priapum. ¶Si prior,) Flauius Clemens patruelis fuit Domitiani. hic alter Clemens est coniux Atestinæ Sabinæ cui carmina mittit. ¶Helicaonis,) regio.dicitur regio Patauina. Inepte igitur hunc locum deprauarunt, & imprudenter scripserunt Beliconis pro Helicaonis,quòd ne facerent,potuerunt admoneri distícho vbi lanæ Patauinæ ita loquuntur. Nos Helicaonia de regione sumus, quare dicta sit Helicaonia,illic dicemus. ¶Si tu prior,)ante me:nam ego cogito illuc ire. ¶Euganeas,) Euganei populi sunt dicti à nobilitate:nam à nobilioribus Herculis sotcis duxerunt genus, quasi Eugenei:Plin author. ¶Picta arua,)id est vineta patauina. ¶Suta,)tecta. ¶Charta noua,)nondum edita ¶Nec sordida mento,)id est nondum barbata,vt in distichis exponemus & supra diximus. ¶Non,) mittit amico poma non nata in agro suo Nomentano, sed nata in Suburra:hoc est empta:nam & supra dixit: Quicquid alteri ager dat sibi nasci in media Suburra. ¶Serpens Massilus,) id est Hesperium,qui seruabat poma aurea Hesperidum. ¶Alcinoi,)regis Pheacum qui habuit pulcherrimum agrum. ¶Germinat,) producit mihi fructus ¶Mala plumbea,) nullius pretii.alludit ad aurea mala. ¶Infantem,) ludens ostendit Gallam esse fellatricem. Quod supra dixit:Nam fellat tanti Galla,quid ergo?tacet: natú enim infantem & maritus negauit esse suum, & adulter. ait poeta cum maritus,& adulter negent filium natum suum esse, apte negant se fuisse, quasi dicat irrumarunt fellantem. ¶Futuisse,)sed irrumasse. ¶Sæpe,) laudat otium patriæ suæ, vbi potuit viuere paruo pretio, quo Romæ non potest. stultum igitur est colere diuites, cum locus possit sibi suppeditare id quod ipsi non dant. Auitus mi rabatur quare vellet reuerti in patriam,cum fuerit Romę.34. ¶Sitiam,) Hispaniæ est,vt Ptol. scrib. iuxta Alauonam. ¶Beatum,)me videri diuitem. ¶Luxuriantur,) possunt afferre luxum. ¶Pascit ager,) vt supra Pascimus ingera. ¶Pascitur,) sustentatur. ¶Maligno,) quia emuntur ligna. ¶Conturbatus,) vt dixit:Conturbator aper, qui multa requirit, & solicitudinem,& curam. ¶Quattuor autumnis,)id est quatuor annis.

Atina

Euganei

Istud crede mihi Ligella belle
Non mater facit Hectoris,sed uxor.
Erras,si tibi cunnus hic uidetur,
Ad quem mentula pertinere desit.
Quare,si pudor est,Ligella noli
Barbam uellere mortuo leoni.

De Almone.

Omnes eunuchos habet Almo,nec arrigit ipse,
Et queritur,pariat q̃ sua Polla nihil.

Ad Marium.

Mari quiæte cultor & comes uitæ,
Quo ciue prisca gloriatur Atina,
Has tibi gemellas barbari decus luci
Commendo pinus,ilicesq; Faunorum,
Et semidocta uillici manu structas.
Tonantis aras, horridiq; Syluani,
Quas tinxit agni sæpe sanguis,aut hœdi,
Dominamq; sancti uirginem Deam templi.
Et quem fororis hospitem uides castæ
Martem mearum principem calendarum:
Et delicatæ laureum nemus Floræ,
In quod Priapo persequente confugit.
Hoc omne agelli mite paruuli numen
Seu tu cruore,siue thure placabis,
Vbicunq; noster Martialis est dices,
Hæc ecce mecum dextra litat uobis
Absens sacerdos:uos putate præsentem,
Et date duobus,quicquid alter optarit.

Ad Clementem.

Si prior euganeas Clemens Helicaonis oras:
Pictaq; pampineis uideris arua iugis,
Perfer attestinæ nondum uulgata Sabinæ
Carmina,purpurea sed modo suta toga.
Vt rosa delectat,metitur quæ pollice primo,
Sic noua,nec mento sordida,charta iuuat.

Munusculum pomorum.

Non mea Massilus seruat pomaria serpens,
Regius Alcinoi nec mihi seruit ager,
Sed nomentana securus germinat hortus
Arbore,nec furem plumbea mala timent.
Hæc igitur,media quæ sunt mihi nata Suburra:
Mittimus,autumni cerea poma mei.

Ad Gallam.

Infantem tibi uir,tibi Galla remisit adulter,
Hi puto non dubie se futuisse negant.

Ad Auitum.

Sæpe loquar nimiũ gentes quod Auite remotas,
Miraris,latia factus in urbe senex.
Auriferumq; Tagum sitiam, patriumq; Salonę,
Et repetam saturæ sordida rura casæ.
Illa placet tellus,in qua res parua beatum
Me facit,& tenues luxuriantur opes.
Pascitur hic,ibi pascit ager:tepet igne maligno
Hic focus,ingenti lumine lucet ibi.
Hic pretiosa fames,conturbatusq; macellus,
Mensa ibi diuitiis ruris operta sui.
Quattuor hic æstate togæ,plures ue teruntur,
Autumnis ibi me quattuor una tegit.
I,cole nunc reges:quicquid non præstat amicus,
Cum præstare tibi possit Auite locus.

¶Dum,)

DOMITIVS.

¶Dvm,)locus est in felicitatem suam,& scriptus hæres à morientę,cuius funus curabatur causam cõualescendi dederit.nam ille liberatus est à morbo. ¶Papyro,) adhibebatur rogo mortuorum,vt arderet facilius:quod docuerũt Aegyptii qui papyro ad ignem vtũtur, vt scrib. Plin.& Stra.odores itẽ spargebãtur, vt myrrha,& casia,& alia.Pa. Sed qd ego exequias & prodiga flãmis Dona loquar,mœstoq; ardentia funera lusu? Quid cilicum flores, quid munera graminis indi. ¶Polinctore,)Polinctores dicebantur qui curabant funus: vt Nonius ex Varr. & Plau.testimonio docet, & Cassius in annal.bus: Polincere dixit procurare funus: Numa inquit, constituit vt pisces, quisquammoſi non essent,ni polícerent:patrimonia ad conuentus publicos, & collegia facilius emerentur. ¶Polinctore,) vespillone Vespillo tamen dicitur qui affert cadauer. ¶Addat) Publius ægre ferebat ministros pulchros inspici à Martia. conuiua.qua de re supra conquestus est in Afrum,hi inquit ministri non conueniunt tuis moribus.nam si volueris eos adesse:necesse est inspiciantur. ¶Vetus citrũ,)id est mensam citreã. ¶Præsta,)sic adesse. ¶Hircosi,) male olentis. ¶Dolor,)quo afficeris dum spectantur ministri. ¶Si romana,)in imaginẽ Socratis, cuius grauitatem si os Romanum esset,non græcũ, simílem esse dicit seueritati: qua Iulius Rufus in Satyra scribenda vtitur. Laus est igitur Iulii Rufi,qui tanquam alter Socrates vitia carpat,cuius meminit Plin.in Epistolis. ¶Romana).i. si Romanus fuisset Socrates. ¶Quid,)noto argumento conqueritur quendam poetam mi scere carmina sua versibus ineptis,quos componebat, de quo supra est conquestus in Fidentinum,sed tamẽ eum non magis posse esse bonum poetam ait,q̃ posset currere,si alterum pedẽ ligneum haberet, alterum Ladę velocissimi cursoris. ¶Quid tibi est,)quid habes. ¶Litigante)quia meum carmen non cõuenit tuis versibus. ¶Lada) cursor Alexandri,qui pendentibus vestigiis vix arenam signabat: huius meminit Solinus, & Catullus Veronensis. ¶Elysio)laudat Capitolinum scurram, quẽ Galbæ anteponit, qui Cæsarianis temporibus floruit: notus carmine Iuue. Si potes illa pati qua nec sarmentus iniquas Cæsaris ad mensas,nec vilis Galba tulisset. ¶Suo Cæsare) Augusto quod placet, quanuis nonnulli de Tyberio sentiant. ¶Qualocus est in Philænum & Gaditanum, quorum alter adulterio vxoris habebat filios, alter alieno carmine sibi vendicato volebat videri poeta. ¶Sit factus) solebat fieri,venire.in quem fenum accipienda sunt Cassii verba,si diligenter ea excusserimus.

Polinctores

Polincere

Vespillo

Lada

loquitur populares suos,& quærit an post.34.annos, quos in vrbe consumpserit velit se in vrbem recipere,& an humani. ¶Municipes,)populares. ¶Tenui,)versanti in lyrico carmine. ¶Rusticari,)id est dum agitis vitam rusticanam.

GEORGIVS.

¶Iam Scrobe,iã lecto,iã polinctore parato.) Curatores funerũ,designatores,& libitinarii dicti fuerunt, quod in commenta.Iuuenalis scripsimus. in quo autẽ differat libitinarius:à polinctore docet Vulp.de institoria actione scribẽs ad hũc modum:Si libitinarius seruum polinctorem habuerit, isque mortuum spoliauerit, dandam in eum quasi institoriam actionem.ex tanti iurisconsulti verbis liquido patet: libitinarium esse curatorem funeris: polinctorem vero qui cadauera tractet, atq; sepeliat. Porro quàm indocte & à negotio,de quo agitur longa dissidentia verba Cassii Eminæ adducit à Plin.notata vbi de piscibus loquitur. Sũt enim hæc. pisces marinos in vsu fuisse protinus Roma condita.auth.est Cassius Emina:cuius verba de ea re subiiciams Numa constituit, vt pisces,qui squammosi non essent,ni pollucerent patrimonia commentus vt conuiuia publica, priuatasq; cœna ad pulmaria facilius cõparentur,ni qui ad pollustum emerent, pretio minus parcerent,sed si Deo placet:noster hic egregius literator, vbi pollucerent legitur, & pollustum secutus emendatium errorem polincerent, & polinctum legendum censet,quasi de funere piscium Numa legem tulerit. nimis sane audaces, & cum iactura bonorum authorũ sunt hi homuntiones,in quorum temerariam & interim pernitiosam ignauiã doctissimus quisq; inuehi deberet,vt veritas & dignitas nostræ linguæ à tanta iniuria aliquando defendatur. Cas.scrib.pollucere, quo prisci latini in hac ferme significatione vsi sunt,quoties opiperas dapes velut in sacrificium Dei & in primis Herculis facturi erãt, cui Deo decimas omnium rerum Romani voto reddebant. Plaut. in sticho: Vt decimam partem Herculi polluceant.Ne uius in collace: Qui decimas partes quantam alieni fuit,polluxit tibi à publicãdo epulum Herculi decimis.Macro.quoq; catillones eos proprie dicit,qui ad pollustum Herculis vltimi cum venirent catillos liguribant,& pollucibilem eam cœnam,quam Cleopatra Anto.parauit, appellat, quam eandem Plin.magnificam dixit, vt manifeste appareat ad pollustum nihil aliud esse,nisi ad magnificum epulum. quale Herculi

Designatores Libitinarius

Pollucere

Pollustum

De Numa. 97

Dum leuis arsura struitur libitina papyro,
Dum myrrham,& casiam flebilis uxor emit,
Iam scrobe,iam lecto,iam polinctore parato,
Hæredem scripsit me Numa,conualuit.

In Publium. 98

Addat cum mihi cæcubum minister
Ideo resolutior cinædo:
Quo nec filia cultior,nec uxor,
Nec mater tua,nec soror recumbit,
Vis spectem potius tuas lacernas,
Et cirrum uetus,indicosq; dentes?
Suspectus tibi ne tamen recumbam
Præsta de grege,sordidaq; uilla
Tonsos,horridulos,rudes,pusillos
Hircosi mihi filios subulci.
Perdet te dolor hic.habere Publi
Mores non potes hos,& hos ministros.

De Figura Socratis. 99

Si romana forent hæc Socratis ora,fuissent
Iulius in septis qualia Rufus habet.
In Commiscentem uersus operi suo.
Quid stulte nostris uersibus tuos misces?
Cum litigante quid tibi miser libro?
Quid congregare cum leonibus uulpes,
Aquilisq; similes facere noctuas quæris?
Habeas licebit alterum pedem Ladæ,
Inepte frustra crure ligneo curres.

De Capitolino. 100

Elysio redeat si forte remissus ab agro
Ille suo felix Cæsare Galba uetus:
Qui Capitolinum pariter,Galbamq; iocantes
Audiuerit:dicet rustice Galba tace.

De Philæno. 101

Qua factus ratione sit requiris,
Qui nunquam futuit,pater Philænus,
Gaditanus Auite dicat istud,
Qui scribit nihil,& tamen poeta est.

Ad Bilbilitanos agros. 102

Municipes augusta mihi quos Bilbilis agri
Monte creat,rapidis quos Salo cingit aquis.
Ecquid læta iuuat uestri uos gloria uatis?
Nam decus & nomen,famaq; uestra sumus.
Nec sua plus debet tenui Verona Catullo,
Meq; uelit dici non minus illa suum.
Quattuor accessit trigesima messibus æstas,
Vt sine me Cereri rustica liba datis,
Mœnia cum colimus dnæ pulcherrima Romæ,
Mutauere meas Itala regna comas.
Excipitis reducem placida si mente uenimus,
Aspera si geritis corda,redire licet.

DOMITIVS.

Tarracho

¶I Nostro,) dat libellum Flauo amico eunti in patriam, & mandat vt veteres sodales salutet, & sibi agrum paret ad otium. ¶Tarrachonis,) Tarracho nobile oppidum sine portu, & nobili vino. ¶Quinto essedo,) id est quinta mansione. ¶Tuum parentem,) id est me, qui te edidi. ¶Iam tumidus,) similis locus est apud Iuuenalem Vmbricii, dum à Mulione vocaretur. ¶Laxauit,) aperuit emissis multis nauibus. ¶Non moratur vnus,) id est omnes adsunt præter te. Vel non moratur vnus, id est vnius expectatio non solet retinere nauim, quin discedat.

DOMITIVS.



VÒ tu, quò liber otiose tendis.) Exiturum vndecimũ librũ alloquitur qua si properantem in palatia, quò viuo Domitiano solebat mitti præfecto cubiculi Parthenio: qui poetæ carmina imperatori reddebat, eumque monet, vt potius ad turbam otiosam se conferat occupato Parthenio supplicum libellis. ¶Otiose,) otio indulgens. ¶Sindone non quotidiana,) sed festa. ¶Ineuolutus,) non lectus. Non enim legeris. ¶Vacat,) impartitur otium, Parthenius enim doctus erat, vt supra: Nam quis ab Aonio largius amne bibit. ¶Manus minores,) id est satis sit tibi si legeris à minoribus Parthenio. ¶Porticum Quirini,) habebat enim iuxta porticum Quirini, quod supra dixit: Vicinosque tibi sancte Quirine lares. eo loco conueniebant homines negotiorum componendorum causa, & nonnunquam agebantur illic sponsalia, vt Iuuenalis indicat: Officium Graiula sole mihi peragendum valle Quirinitamen sequitur: Nubit amicus. ¶Pompeius,) porticus Pompeiana, porticus Europæ, & porticus Argonautarum in campo Martio. supra Hic si recessit porticum terit templi: An spatia carpit lentus argonautarum: An delicatæ sole rursus Europæ. ¶Puella Agenoris,) porticus Europæ. ¶Dominus primæ carinæ,) id est Iason. ¶Leuis,) alludit ad Argo: quæ dicta est à celeritate. ¶Sponsio,) sponsionem appellat depositionem pignorum vter esset futurus victor: an Incitatus: an Scorpus. nam hi duo aurigæ omnium sermone celebrantur. sunt qui hoc ad sponsalia referant, sed non placet. ¶Triste,) dimittit omnem frontis seueritatem cantaturus carmen saturnalitium, veteri licentia principe Nerua. ¶Duri Catonis,) stoici. ¶O filia,) id est o censura. ¶O fastus personati,) id est ô vos qui erigitis supercilium & frontem tanquam personarum & laruam seueram sumitis, cum alia frõs, leuis, & mollis subsit.

Ad Librum.

I nostro comes, i libelle Flauo
Longum per mare, sed fauentis undæ,
Et cursu facili, tuisq; uentis
Hispanæ pete Tarrachonis arces.
Illinc te rota tollet, & citatus
Altam Bilbilin, & tuum Salonem
Quinto forsitan essedo uidebis:
Quid mandem tibi quæris? ut sodales
Paucos, & ueteres, & ante brumas
Triginta mihi, quattuorq; uisos
Ipsa protinus à uia, salutes.
Et nostrum admoneas subinde Flauum
Iucundos mihi, nec laborioſos
Secessus spatio paret salubri,
Qui pigrum faciant tuum parentem.
Hæc sunt. iam tumidus uocat magister,
Castigatq; moras, & aura portum
Laxauit melior, uale libelle.
Nauem, scis puto, non moratur unus.

ARGVMENTVM.

INGIT Librum hunc in Domitiani Aedes proficiscẽtem quo in loco Parthenius quidam cubiculi erat præfectus, cui Poeta Domitiano reddenda carmina mittere solebat: Aliis igitur impedito negociis Parthenio, vt ne quidẽ posset morem gerere poetæ: alloquitur monetque ipsum libellum ne se amplius recipere velit in Parthenii manus, cũ libros ille haud legat, sed supplicum libellos: At potius ad vicini otiosam turbã Quirinise cõferat. qua otiosiorẽ haud haberet ipse Põpeius: Agenorisue puella: Ibi enim qui suos dignentur lusus reuoluere reperiũtur. Cæterum ad lectorem sermonem conuertit apud quem haud ignotum velit, se à perlegendis suis scriptis superciliosos omnes arcendos cõstituisse, in ipsis enim loquendi libertas est sibi concessa.

¶Lectores,)

M. VAL. MARTIALIS
EPIGRAMMATON
LIBER VNDECIMVS.



VÒ tu, quò liber otiose tendis
Cultus sindone nõ quotidiana?
Nunquid Partheniũ uidere tentas?
Vadas, & redeas ineuolutus.
Libros non legit ille, sed libellos,
Nec musis uacat, aut suis uacaret.
Ecquid te satis æstimas beatum
Contingunt tibi si manus minores?
Vicini pete porticum Quirini,
Turbam non habet otiosiorem
Pompeius uel Agenoris puella,
Vel primæ dominus leuis carinæ.
Sunt illic duo, tresue, qui reuoluant
Nostrarum tineas ineptiarum.
Sed cum sponsio, fabulæq; lassæ
De Scorpo fuerint, & Incitato.

Ad Lectorem.

Triste supercilium, duriq; seuera Catonis
Frons, & aratoris filia Fabricii.
Et personati fastus, & regula morum,
Quicquid & in tenebris non sumus, ite foras

DOMITIVS.

¶LECTORES,) Sanctra poeta fuit, qui grauitate censoria carmen scripsit, duris numeris, lepore nullo cõplexus philosophorum dogmata, quorũ etiã imagines coluit. ¶Edisce,) mãdate memoriæ. ¶Nil mihi vobiscum est,) nolo vos lectores. ¶Non) auaritiam suorum temporum notat. ait enim se posse scribere grande carmen, si fata dedissent alterũ Mecœnatem, quemadmodum Neruam alterum Augustum concesserunt. ¶Pimpleide.) Pimpleis dicitur mansa nam Pieria, Olympus, Leberum, Pimpla loca Thraciæ sunt, quorum incolæ migrarũt in Parnassum, & hisdem nominibus loca dicarunt. author est Strab. eadem dicitur Pimplea Pap. Licet Euthea vates Exuperet Pimplea sitim. ¶Vrbana otia,) id est homines vrbani in otio. ¶Teritur,) vsu in lectione consumitur. ¶Geticis pruinis,) nam illic in expeditione erat Traianus. ¶Britania,) Albium dicebatur ab albis montibus, hoc nomen sibi vsurpauit, cum reliquæ insulæ vicinæ Britaniæ dicerentur, vt Plin. tradit formæ triangularis ex dimensione Diodori. Domitorem nõ sensêrunt nec Bacchum, nec Herculem, neq; vllum ante Cæsarem. ¶Nescit ista,) quia nihil pecuniæ mittũt. ¶Augustum,) id est Neruam alterum Augustum. ¶Sacra,) optat felicitatem Neruæ, & perpetuum imperium vnà cum senatu: primum rogat Vestam, cuius sacra ex Troiâ allata fuerunt ab Aenea, vnde ignis vestalis dicitur troicus à Pap. Silius: Et vos virginea lucentes semper in ara Laomedonteæ troiana altaria flammæ. ¶Hero Troiæ,) id est Aeneas. ¶Auro æterno,) id est æterna auri imagine. ¶Soror,) ô Iuno. ¶Filia) ô Minerua. ¶Tota,) quia ex solo capite eius nata est. ¶Tertia nomina fastis purpureis,) vel quia tribus annis regnauerit, quod non placet. Vel ad tria nomina Iani alludit qui Ianus Patultius & Clusius, dicebatur, vt Ouid. ostẽdit. magis placet distinguas, vt de consulatibus Neruæ intelligas, qui tertium iam agebat consulatũ quemadmodũ Domitianus septimum cõsulatum gessit. ¶Tãta,) Neruam antiquis nominibus morum sanctimonia anteponit. ¶Cæsar,) Nerua. ¶Sed Numa pauper erat) propterea minus in eo mirandum est: quòd coluerit rectum. ¶Non tra.) id est magnæ continentiæ est inter diuitias. ¶Crœsos,) diuites. ¶Numam,) id est esse cõditionis Numæ, & Animi. ¶Ingentia nomina,) id est qui sunt in magna admiratione. ¶Vacuare,) id est educere vmbras ab Elysis. ¶Camillus,) qui vrbẽ defendit à Gallis ab exilio reuocatus, quòd fuerat missus depehensis duabus portis æneis vt scrib. Plu. eius domi ex præda veientana, nostri exilium illud ascribũt prædę male diuisę. Is secundus Romulus est appellatus, quòd vt ille condiderit, ita hic seruauerit vrbem. ¶Fabricius,) missum aurum à Pyrrho repudiauit, immortali animi continentia. ¶Brutus,) qui reges eiecit. ¶Gaudebit,) patietur te esse imperatorem, quod non passus est sub Tarquinio. ¶Sylla cruentus,) nam in bello supra c. millia hominum deleuit, authore Appiano nonaginta senatores. 15. consules: equestris dignitatis duo millia & sexcẽtos: dictaturã de posuit spõte, q̃m eo eratimperiũs Cornelius Isaurico, & Claudio Pulchro cõsu. secessitq́ue Puteolos ad otium. ¶Crassus,) qui iuit in Parthos: vt conueniat cũ Cæs. & Pompe. ¶Cato,) perpetuus hostis Cæs. scrib. in commenta. ¶Erit Cæsarianus,) id est Cæsaris nostri studiosus, vt Iulium Cæsarem odio habuit. ¶Vnctis) saturnalitium potum exercet: lususiis lasciuum carmen. ¶O Roma pileata,) sumebant libertatem agêtes quinq; diebus, ¶Pileata,) libera. ¶Versu non labo.) sed facili & lasciuo. ¶Diebus vnctis,) retulit ad comessationes & ebrietatem eorum dierum ¶Senis fal.) Saturni qui habet falcem. ¶Fritillus,) ludus aleæ. ¶Regnator,) quia impune exercetur. ¶Fritillus,) alueus, fimum: idem significant: vt Porphyrio interpretatur. ¶Curæ pallentes,) quibus homines pallent. ¶Morosa) difficili. Nolimus cogitare, an sit bene dictum. ¶Dimidios,) quia qui volebant iocari non poscebant plenos trientes, sed dimidios, vt diutius essent in iocis. ¶Pythagoras,) maritus fuit Nerõ. nam ei ex grege contamina torum nupsit Nero: vt Tacitus scrib. iusto ritu nuptiarum celebrato, eundem Tranquil. appellat Doriphorum. Polycletus Sytionius Doriphorũ ære expressit viriliter puerum. Doriphori autem dicebantur. qui hastas gerebant. ¶Quindecim poe.) id est multa poemata cũ caluero mero. ¶Catulliana,) multa quot popposcit Catul. Da mihi basia mille, deinde centum dein mille altera: da secunda centum. ¶Donabo passerem,) id est scribam carmen in laudem tuam: quale scripsit Catul. quod passer inscribitur in amicæ consolationem quæ passerem amiserat, tanto est maior passere Catull. quanto etiam opus Stellæ de columba Violantillæ amicæ, quod columba inscribitur.

Graue est epigra.

Pieria Pimpla

Pimplea

Albium

Camillus

Fabritius

Sylla

Pythagoras

Doriphorum

Ecce mei clamant lo saturnalia uersus,
Et licet, & sub te præside Nerua libet.

Ad Lectores.

Lectores tetrici salebrosum edíscite Sanctram.
Nil mihi uobiscum est, iste liber meus est.

De suis libellis.

Non urbana mea tantum Pimpleide gaudent.
Otia, nec uacuis auribus ista damus,
Sed meus in Geticis ad Martia signa pruinis
A rigido teritur Centurione liber.
Dicitur & nostros cantare Britannia uersus,
Quid prodest? nescit sacculus ista meus.
At q̃ uicituras poteramus pangere chartas,
Quantaq; Pieria prælia flare tuba?
Cum pia reddiderint Augustum numina terris,
Et Mecœnatem si tibi Roma darent.
Precatur Deos pro Nerua Traiano.
Sacra, laresq; Phrygũ, quos Troiæ maluit hæres,
Quàm rapere arsuras Laomedontis opes.
Scriptus es æterno nunc primum Iuppiter auro,
Et soror, & summi filia tota patris.
Et qui purpureis iam tertia nomina fastis
Iane refers Neruæ uos precor ore pio.
Hunc omnes seruate ducem, seruate senatum.
Moribus hic iuuat principis, ille suis.

In Laudem Neruæ Traiani.

Tanta tibi est recti reuerentia Cæsar, & æqui,
Quãta Numæ fuerat, sed Numa pauper erat.
Ardua res hæc est, opibus non tradere mores,
Et cum tot Crœsos uiceris, esse Numam.
Si redeant ueteres, ingentia nomina, patres,
Elysium liceat si uacuare nemus,
Te uolet inuictus pro libertate Camillus,
Aurum Fabritius te tribuente uolet.
Te duce gaudebit Brutus, tibi Sylla cruentus
Imperium tradet, cum positurus erit.
Et te priuato cum Cæsare Magnus amabit,
Donabit totas & tibi Crassus opes.
Ipse quoq; infernis reuocatus Ditis ab umbris
Si Cato reddatur, Cæsarianus erit.

Ad Romam & Dindymum.

Vnctis falciferi senis diebus,
Regnator quibus imperat fritillus,
Versu ludere non laborioso
Permittis puto pileata Roma.
Risisti, licet ergo, nec uetamur.
Pallentes procul hinc abite curæ,
Quicquid uenerit obuium, loquamur
Morosa sine cogitatione.
Misce dimidios puer trientes,
Quales Pythagoras dabat Neroni.
Misce Dindyme, sed frequentiores,
Possum nil ego sobrius, bibenti
Succurrunt mihi quindecim poetæ.
Da nunc basia, sed Catulliana,
Quæ si tot fuerint, quot ille dixit,
Donabo tibi passerem Catulli.

ITAM Certe,)in Paulam mœchã, de qua supra: Comœdi tres sunt,sed amat tua Paula Lupercę Quattuor. hæc tpibus Domitia. maritum fallebat excusatione specioſa quoties, ad adulterium se conferebat.nam modo dicebat se velle ire in Albanum iussu Cæs.qui illic quinquatria celebrabat: modo circæos nunc mortuo Domiti.& sublata omni excusatione simpliciter viro fatebatur se velle ire ad adulterum. ¶Stupido,) hebeti, imprudenti. ¶Iam stro. ta.ab.)stropha significat dolosam excusationem supra:Nihil strophārum esse iam salatium datum est. Plin.Hic ego aliquã stropham inueniã. ¶Abit)subla ta est.¶Licet tibi esse pe,).i. debes seruare pudicitiam. ¶Scabies)pruritus tuæ libidinis. ¶Ingeniũ ue,)i. inueterata natura: ergo tuo ingenio es mœcha & non iussu imperatoris. ¶Ingenioſa,)quæ solebat vti stropha. Hictericam : Hictericus morbus est:quem Celsus arcuatum vocat,siue regium, aut, vt ipse interpretatur, quoniam luxurioso cubiculi apparatu & regiæ magnificentię aspectu curatur. ¶Lacu sinuesano,) balneæ: quibus Narcissus libertus Claudii morbo leuatus est,vt scrib. Taci.Multis morbis medebantur,vt author est Strab.¶Lassa) odorem basiorum pueri odorarmentis omnibus anteponit. Balsamum Iudeæ peculiare est omniumq; vnguentorũ odoré superat. Opobalsamũ succus balsami eximiæ suauitatis, qui tam tenui gutta colligitur, vt Alexandro illic res gerente to to die vix concha impleretur. ¶Opobalsama,) vnguenta suauissima. ¶Externi,)nam Mitylenei pueri & ex toto oriente petiti in pretio erãt,& ipsa vnguenta externa. Exoticaq; dicebãtur:vt Iulii Cęsa.& Licinii Crassi edicto apparet,qui vnguenta exotica vendi prohibuerunt. ¶Lassa,)vel attritu.nã vnguenta attritu fragrant,quod placet vel lapsa pro labẽtia.nam opobalsama labuntur.¶Croco,) at coricum omnia superat, secundum cilicum,tertiũ centuripinũ Siciliæ, quartum phlegræũ. ¶Capla hy.)quæ hyeme asseruatur.¶Præla,)loculi erãt,quibus compressæ vestes continebantur.supra eodẽ verbo vsus est:Innumeris pellucent præla lacernis.¶Serica,)vestes sericinæ,nam sericies vtebantur mulieres,quæ nascebantur in arboribus serum ¶Regelata) concalefacta.nã fragrant.supra: Quã nec pestis regelare, & Collu. eodem vtitur verbo.¶Opes si.) id est mella hyblæa. ¶Alabastra,)pixides vnguentariæ. Alabastrites genus marmoris perlucidi, vt Plin.scrib. Alabastrum ampulla vnguentaria,quemad modũ onyx:Dures marmor,& onyx ampulla marmorea. ¶Comis diuitibus,)vnguentatis. ¶Omnia mis.)quæ odorem mittunt nõ solum singula superat odor basiorum, sed etiam omnia simul si propter basia vis scire nomẽ.¶Nimium,)alluditad illud: quoniam non tantum vis scire:vt basia carpas, sed etiam vt abutaris. ¶Clarus,) Memor & Turnus poetæ fuerũt, & fratres quorum meminit Sidonius,alter scripsit tragœ diam: vel quod magis placet,heroicũ carmen.alter satyram. laudantur ergo imagines vtriusque pictæ in eadem tabella. ¶Appellea ar.) excellẽtissimi pictoris. ¶Fronde Io.) corona quernа: qua coronabantur poetæ heroici. ¶Romani co.) id est tragœdiæ,quod non placet.Vel fama Romani cothurni,id est carmi nis heroici,quod carmen surgit in magnificẽtiam tragicam: vn de Ilias Ho. tragœdia dicta est vt Eusta.scrib.ob magnitudiné & cædes. ¶Frater erat,) laudatur pietas Turni,qui voluit scribere satyram & abstinere carmine heroico,cum posset eo esse clarus,ne scilicet fratri Memori æmulus videretur,qui carmen heroicum scribebat, vt legas per interrogationem, & respondeas. ¶Frater erat,) id est ne æmulus videretur fratri. ¶Tolle,) Sardanapalum non sine felle deridet,qui ex gemmatis & aureis poculis scaphium vrinarium conflauerat amicæ, dignus,inquit,est qui bibat gẽmis in scaphio gemmato, nam potabit lotium ¶Tepidi Nili,) id est vasa crystallina, quæ ex Aegypto afferebantur. infras Cum tibi niliacus portet crystalla cataplus. ¶Toreumata,) vasa.¶Secura manu,) quia non timebis ne frangantur.¶Labris maiorũ,) id est vsu. ¶Antiquus honor,)fictilium vasorum. Dignus es potare illo vase, quia potabis lotium.¶Ius,)in obscuros natales Zoili seruilis conditionis olim iustrium natorum petebat,cum ipsius parentes essent ignoti. ¶Quisquis,) epitaphium est Paridis pantomimi: qui in aula Domitiani gratiosus erat, eius amore captam Domitiani vxorem Domitiani repudiauit, eiusque discipulum:quoniam persimilis magistro videbatur,necauit. ¶Teris flammeam,)id est quisquis ambulas per flaminiam.¶Sales Nili,)id est Aegyptii.¶Decus,)dũ vixit.¶Dolor,)mortuus.¶Hæredes,) in breuem colonum male colentem agrum, monet hæredes ne eum mortuum sepeliant,quoniam cum terra sepulto sit optanda leuis,ipsi grauis est,quippe cuius cultum omnino aspernatus est. ¶Grauis,)molesta, non potest ferre terram.

¶Sunt,)

Stropha

Hictericus Arcuatus Regius morbus.

Balsamũ Opobalsamum

Exoticum vnguentũ

Crocus

Alabastrites

Alabastũ

Memor

In Paulam. 7

Iam certe stupido non dices Paula marito,
Ad mœchum quoties longius ire uoles,
Cæsar in Albanum iussit me mane uenire,
Cæsar circæos:iam stropha talis abit,
Penelope licet esse tibi sub principe Nerua,
Sed prohibet scabies,ingeniumq; uetus.
Infelix quid ages? ægrem simulabis amicam,
Hærebit dominæ uir comes ipse suæ,
Ibit & ad fratrem tecum matremq;,patremq;,
Quas igitur fraudes ingenioſa paras?
Dicet & hictericam se forsitan altera mœcha
In Sinuesano uelle sedere lacu.
Quanto tu melius:quoties placet ire fututum,
Quæ uerum mauis dicere Paula uiro.

De Basiis sui pueri. 8

Lassa quod externi spirãt opobalsama drauci,
Vltima coricio quæ cadit aura croco,
Poma quod hyberna matureſcentia capſa,
Arbore quod uerna luxurioſus ager.
De Palatinis dominæ quod serica prælis,
Succina uirgineæ quod regelata manu.
Amphora quod nigri sed longe fracta falerni,
Quod quid ſicanias detinet hortus apes.
Quod Cosmi redolent alabastra, fociq; Deorũ,
Quod modo diuitibus lapſa corona comis.
Singula quid dicã? non sunt satis.omnia miſce,
Hoc fragrant pueri basia mane mei.
Scire cupis nomen,nil præter basia dicam,
Iuro tibi,nimium scire Sabine cupis.

De Statua Memoris. 9

Clarus fronde Iouis Romani fama cothurni
Spirat apellea redditus arte Memor.

De Turno. 10

Contulit ad satyras ingentia pectora Turnus,
Cur non ad Memoris carmina? frater erat.

Ad puerum suum. 11

Tolle puer calices,tepidiq; toreumata Nili,
Et mihi secura pocula trade manu.
Trita patrum labris,& tonso pura miniſtro,
Antiquus mensis reſtituatur honor.
Te potare decet gemma,qui Mentora frangis
In scaphium mœchæ Sardanapale tuæ.

In Zoilum. 12

Ius tibi natorum uel septem Zoile detur,
Dum matrem nemo det tibi, nemo patrem.

Epitaphium Paridis. 13

Quiſquis flammeam teris uiator,
Noli nubile præterire marmor.
Vrbis delitiæ,ſalesq; Nili,
Ars,& gratia,luſus,& uoluptas,
Romani decus,& dolor theatri,
Atq; omnes Veneres,Cupidinesq;,
Hoc ſunt condita,quo Paris,ſepulchro.

De colono. 14

Hæredes nolite breuem ſepelire colonum,
Nam terra eſt illi quantulacunq; grauis.

DOMITIVS.

¶SVNT,)Cantaturus saturnalitium carmen profitetur se cecinisse,quæ possint legi à pudicis, sed posthac lusurum licentia Saturnalitia, monet tamen Apollinarem censorem: ne putet eosdem mores inesse poetæ,qui videbuntur in carminibus, cum fateatur nullos inesse mores carmini suo.¶Sũt mihi chartæ,)id est iam edidi carmina.¶Cosmiano,)vnguento.¶Illam parentem,) matrem mentulam.¶Saturnalitios,)datos saturnalibus.¶Qui grauis) eodem argumento monet lectorem grauem, vt nunc discedat. ¶Quo liber,) quocunque vis.¶Togæ vrbanæ)leuioribus personis.nam togati sequebantur diuites.¶Lampsacio,) Lampsacus olim Pithiusa dicebatur:non procul à Priapi oppido,cuius regionem consuetudo ad Vastiam appellauit,& eodem nomine Homerus. In eo tractu erant vites magna fertilitate,qua de causa illic colebantur à comitibus Bacchi sacra,& Priapus.Item Horneus suum illic cultum habebat, vnde versus Lampsacius dicitur qualiter Priapus colitur : dicimus & Lampsacenum. ¶Tartesiaca,) Hispania.Nam Hispania lasciuia sonorum & tympanis reliquas antecellabat:supra: Edere lasciuos ad Bethica crusmata gestus. ¶Licet sis Patauina,)licet sis pudica, quales fuerunt Patauinæ,quarum pudorem testatur Plin.in epistola,cum scribit de muliere pudica: Eam Patauinis quoq; mulieribus frugalitatis exemplum esse posse. ¶Lucretia,) pudica puella. ¶Non,)dicit se edidisse carmina non modo,quæ legenda sint noctu,sed etiam die.supra:Tũc admitte iocos gressu metire licenti : Ad matutinum nostra Thalia louem.¶Donasti,) iocatur cum Lupo amico, qui exiguum prædium donauerat: à quo mallet accepisse prãdium. ¶Maius in fenestra.)nam plebs vrbana in fenestris hortulos habebat,quod Plini. his verbis testatur: Iam quoque in fenestris suis plebs vrbana imaginem hortorum quotidiana oculis ura præbebant.¶Costi,)quod nascitur in India.nam costum radixest eximii odoris, foditurq; in Petale insula Gangetis. ¶Piper crudum)acre.vel piper crudum, id est pendens de ipsa arbore,& torrefactum. primum appellatur longum, alterum album:tertium nigrum. ¶Erucam,)qua caules eduntur.¶Culex,)qui alitur salicetis. ¶Talpa,)fodit hortos & facit cunicula. ¶Est,)tota collocatur & consumitur in nido.¶Cocleã,) genus mensuræ exiguę,quæ tota vix opobalsamo implebatur:vt scrib. Plin. indicans esse mensuram. ¶Nuce picata,) alludit ad vas picatum. nam Cato docuit esse vasa picanda. ¶Cæsaris Augusti,) totum est idem epigramma,sed duo tantum primi versus, & duo vltimi sunt Martialis,sex inserti Octauii August. Augustus libellum epigrammaton edidit quæ balnei tempore meditabatur : ex eo hoc recitatur epigramma à Martiale vt ostendat lasciuiam carminis imperatori quoque Augusto placuisse in epigrammate, post primam simultatem cum Antonio,cum vtriusque milites poscerent, vt necessitudine aliqua coniungeretur,actum est vt August. duceret Claudiam filiam Fuluiæ vxoris Antonii,quam susceperat ex P. Clodio priore viro: eam intactam reliquit, orta simulate inter ipsum & Fuluiam socrum. Simultatis causa non exponitur à Tranquill. docet Augustus hoc epigrammate : ait enim Fuluiam socrum poposcisse ab eo coitum in vltionem Antonii coniugis,qui mimam Cytheridem amabat : sed se id recusasse, quoniam anus erat, ¶Latina,) nuda & aperta.

Lãpsacus Pithiusa

Costum

De Libro suo. 15

Sunt chartæ mihi,quas Catonis uxor,
Et quas horribiles legant Sabinæ,
Hic totus uolo rideat libellus,
Et sit nequior omnibus libellis,
Quin uino mad eat,necerubescat
Pingui sordidus esse Cosmiano.
Ludat cum pueris,amet puellas,
Nec per circuitus loquatur illam,
Ex qua nascimur,omnium parentem,
Quam sanctus Numa mentulam uocabat.
Versus hos tamen esse tu memento
Saturnalitios Apollinaris.
Mores non habet hic meus libellus.

Ad Lectores. 16

Qui grauis est nimiũ,potes hinc iã lector abire
Quo libet,urbanæ scripsimus ista togæ.
Nam mea Lampsacio lasciuit pagina uersu,
Et tartesiaca concrepat æra manu.
O quoties rigida pulsabis pallia uena,
Sis grauior Curio,Fabricioq; licet.
Tu quoq; nequitias nostri,lususq; libelli
Vda puella leges,sis Patauina licet.
Erubuit,posuitq; meum Lucretia librum,
Sed coram Bruto.Brute recede,leget.

Ad Sabinum. 17

Non omnis nostri nocturna est pagina libri,
Inuenies & quod mane Sabine legas.

In Lupum. 18

Donasti Lupe rus sub urbe nobis,
Sed rus est mihi maius in fenestra.
Rus hoc dicere,rus potes uocare?
In quo ruta facit nemus Dianæ,
Argutæ tegit ala quod cicadæ,
Quod formica die comedit uno,
Clausæ cui folium rosæ corona est,
In quo non magis inuenitur herba,
Quàm costi folium,piperue crudum,
In quo nec cucumis iacere rectus,
Nec serpens habitare tota possit.
Erucam male pascit hortus unam.
Consumpto moritur culex salicto.
Et talpa est mihi fossor,atq; arator.
Non boletus hiare,non mariscæ
Ridere,aut uiolæ patere possunt.
Fines mus populatur,& colono
Tanquam sus Calydonius timetur,
Et sublata uolantis ungue Prognes
In nido seges est hirundinino,
Et cum stet sine falce,mentulaq;,
Non est dimidio locus Priapo.
Vix implet cocleam peracta messis,
Et mustum nuce condimus picata.
Errasti Lupe littera sed una,
Nam quo tempore prædium dedisti
Mallem tu mihi prandium dedisses.

Ad Lectorem grauem. 19

Cæsaris Augusti lasciuos liuide uersus
Sex lege,qui tristis uerba latina legis.

Martiali

DOMITIVS.

¶Glaphiran,)Id est mimam Cithœridem. Nam Glaphyrus nomen est citharœdi apud Iuue. De quo citharœdus Echion, Aut Glaphyrus fiat pater.& Apud Martialem Plaudere nec Cano,plaudere nec Glaphyro.apte igitur mimam cithœridem appellat Glaphyram, quam Antonij perdite amasse Plu. & Plin. testantur,& Cice. adeo vt iunctis cuttui leonibus eam per Italiam circunulerit, fecit demum diuortium, nihilque, vt Cic.scrib.egit honestius in vita Anto. quàm quod cum mima fecit diuortium. ¶Fuluia,)socrus mea.¶Signa ca.)id est pugnemus. ¶Absoluis,) versus. Martia. verba sunt in versus Augusti.¶Quæris,)notantur mulieres à Iuuen. quòd literarum censura vsq; eò processerint,vt etiam doctissimos rhetores in contentionem vocarent, vt Iue.Celso dictare paratæ. Galleo genere erat,quam poeta derident.ait enim se eam nolle ducere vxorem,quoniã eius mentula faciat sæpe solœcismum: quem ipsa diserta castigaret: hoc est non legitime semper coit.alludit ad literas,& ad coitum illegitimum ¶Lydia,)lasli homines festi dicuntur,laxæ itẽ res dicuntur atq; itæ.in Lydiam est epigramma, cuius laxitatẽ & derident & detestatur ea offensus proximo coitu. ¶Equitis aheni,) alii referunt ad militem armatum, quod non placet.alii,quod sentio, ad instrumentum illud,quo vas in igne sustentatur. Nam eques non modo apud antiquos sessorem sed & equum significabat, cuius vice fungi videtur tripos cũ sustineat ahenum. ¶Lydia,) id est femur Lydiæ. ¶Trochus,) significat rotam in cuius similitudinem factum ferrum nunc admittit pilas ligneas,de ea rota loquitur.¶Celer,)quia celeritate vertitur. vt in distichos: Iste trochus pueris, at mihi canthus erit. ¶Petauro,) petaurus dicebatur, qui corpus emittebat per circulos.Idem petaurista appellatur à poeta quod significabat voluo, vt author est Marcel. Firmus in Astronomico. ¶Petauro transmisso,) id est dum petaurus transmittit corpus ¶Crassa aqua,)cœnosa. ¶Noto Pompeiano,)non dicas quæ amplius non sunt vtilia theatro Pompeiano, quod velis tegebatur.nam vela dicuntur negata ventis, quando non surgentia in altum eos excipiunt,sed iacent, quemadmodum tegentia theatrum. eodẽ epitheto vsus est supra:Et rapiant celeres vela negata noti. ¶Armilla)sinistrarum ornamẽtum.¶Delphitico,) quales Delphi mittunt.¶Leuconico,) genos lanæ,quo culcitræ sarciebantur.¶Braccæ,)bracca erat genus vestis, qua Britani vtebantur,author est Diodo.¶Onocrotali,)auis simillima cygno,à quo petaurum vnde petauristo verbum,& petaurista, de qua dictione plura in commentariis Iuuenalis diximus.

Lydia

Eques

Trochus

Petaurus

Leuconi-cum

Bracca

Onocro-talum

Qd̃ futuit Glaphyran Antonius,hãc mihi pœnã
Fuluia constituit,se quoq; uti futuam.
Fuluiam ego ut futuam,quid si meManius oret,
Pædicem? faciam? non puto si sapiam.
Aut futue,aut pugnemus ait,qd quòd mihi uita
Charior est ipsa mentula? signa canant.
Absoluis lepidos nimirum Auguste libellos,
Qui scis Romana simplicitate loqui.

In Gallam. 20

Quæris cur nolim te ducere Galla? diserta es,
Sæpe solœcismum mentula nostra facit.

In Lydiam. 21

Lydia tam laxa est,equitis q̃ culus aheni,
Quàm celer arguto qui sonat ære trochus,
Quàm rota transmisso toties impacta petauro,
Quàm uetus à crassa calceus udus aqua.
Quàm quæ rara uagos expectant retia turdos,
Quàm Pompeiano uela negata noto:
Quàm quæ delphitico lapsa est armilla cinædo:
Culcitra leuconico q̃ uiduata suo:
Quàm ueteres braccæ Britonis pauperis,& q̃
Turpe Rauennatis guttur onocrotali.
Hanc in piscina dicor futuisse marina,
Nescio,piscinam me futuisse puto.

In Pædiconem masturbantem. 22

Mollia quòd niuei duro teris ore Galesi
Basia,quòd nudo cum Ganymede iaces,
Quis negat hoc nimiũ? sed sic satis, inguina saltẽ
Parce tututrici sollicitare manu.
Leuibus in pueris plus hæc,q̃ mentula peccat,
Et faciunt digiti,præcipitantq; uirum.
Inde tragus,celeresq; pili,mirandaq; matri
Barba,nec in clara balnea luce placent.
Diuisit natura mares:pars una puellis,
Vna uiris genita est.utere parte tua.

In Syllam. 23

Nubere Sylla mihi nulla non lege parata est,
Sed Syllam nulla ducere lege uolo.
Cum tamen instaret,decies mihi dotis in auro
Sponsa dabis dixi,quid minus esse potest?
Nec futuam quanuis prima te nocte maritus,
Communis tecum nec mihi lectus erit.
Cõplectarq; meam, nec tu prohibebis, amicam,
Ancillam mittes,sed mihi iussa,tuam.
Te spectante dabit nobis lasciua minister
Basia,siue meus,siue erit ille tuus.
Ad cœnam uenies,sed sic diuisa recumbes,
Vt non tangantur pallia nostra tuis.
Oscula rara dabis nobis,& non dabis ultro,
Nec quasi nupta dabis,sed quasi mater anus.
Si potes ista pati,si nil perferre recusas,
Inuenies qui te ducere Sylla uelit.

non distingueretur,nisi eis faucibus inesset alterius ventris simili tudo,quicquid enim comedit in fauces congerit,diuq; continet, cum tamen sint miræ capacitatis, vt author est Plini. ¶Mollia,) conqueritur,quòd quidam non modo pædicet puerum, sed etiã eius inguina tractet inter opus,quibus solicitandis efficit,vt cito pueri viri fiant. ¶Galesi,)pueri. ¶Duro ore,) barbato mento. ¶Præcipitant,)ante tẽpus. ¶Inde, ex hoc.¶Placent) quia non audent prodire in lucem.¶Vna puellis)anterior. ¶Viris,)posterior.¶Tua parte,) posteriore tibi concessa. ¶Nubere,) Syllam prouocantem poetam ad nuptias aspernatur,quoniam non speret se habiturum vxorem quæ possit perferre mores suos quos exponit.¶Nulla non lege omni cõditiõe.¶Instaret),puocaret vt se acciperẽ in vxorem. ¶Mihi,) non alteri. ¶Siue erit tuus)idest Eunuchus,& spado.

GEORGIVS.

¶Qvod Futuit Gla.Anton. hanc mihi pœnam Fuluia constituit, se quoq; vti futuã. Fuluiam ego vt futuam quid si me Manius oret:Pẽdicem? faciam? non ego si sapiam. Aut futue aut pug.ait quid quod mihi vita Charior est ipsa mentula? signa canant,) Si hic Cal. libros Appiani de bellis ciui. legisset. causam simultatis inter Fuluiã & Augustum quid foret Manius,& ominem vim epigr.cognouisset,si quidem Lucio Anto.triumuiri fratre consulatum gerente:M. Anto. vxor Fuluia cum L. Manione omnia opera Cæs. agi viderentur ,admittebãt cultores,qui propriis agris expulsi erant, eisque auxilium pollicebantur,opera tamen Manii Fuluia in deterius conuersa fuit.nanque dicebat Manius: si Italia quiescit,Cleopatram detenturam Antonium,qui insurgente bello celerrime ad eam rediret. Quare Fuluia muliebri perturbatione mota: L. Antonium in contentionem impulit.Marcus vero Anto. mox Manium,quia Fuluiam ad bellum irritasset, per calumniam Cleopatræ neci dedit.Hic ergo erit sensus: Fuluia impulsa per Manium,qui subigebat Glaphyram,petit à Cæsare Augusto sui,quam rem Augustus negat exemplo ficto de Manio, quippe dicens: Si Manius iam vir rogaret vt se pædicarem,nempe nõ facerem. Ergo nec tibi o Fuluia morem geram,quemadmodum nec Manio obsequerer,quanuis & ipse sit causa ciuilis belli,sed optione data magis eligit pugnam, quàm coitum.¶Quàm rota transmisso toties impacta petauro,) Nonius Marcellus,quo authore nititur, circuli mentionem nullam facit: Quare dixerim petaurum, machinam fuisse ligneam, vnde petauristæ se mouerent. Declinatur autem hoc

¶Dum,)

DOMITIVS.

¶Dvm,)Noto argumento rogat Labullum,ne operam togatam à se exigat, cum magnam faciat otii & carminis iacturã, & poema amittat sequens cœnam.¶Nasci,)id est componi à me.¶Prosequor,) dum sequor te. ¶Præsto,) accommodo. ¶Damnum,) quod carmina non scribam. ¶Poeta carpit,) notat mores poetarum,qui alienа carmina carpunt, quibus, quoniam bona inuident,placet magis vt carpit exponas, frequenter capit,& sufuratur hoc pacto,dum prosequor te, & capto cœnam.¶O mihi,) Thelesphorum puerum nil præter amplexum permittentem allo quitur inter brachia. ¶O blanda cura,) & amor. ¶Vda falerno,)id est basia sine cura.¶Illa) varicinatur Linum,cum fuerit falacissimus fututor,fore cunnilingum, quoniam desit arrigere. ¶Sagax)luxuriosa. ¶Cane lingua,) quia erit cunnilingus, & te inseret femoribus. ¶Ferreus,)Flaccum ancillam,& parno prostantem pretio amantem deridet,fieri enim non posse putat,vt quę paruum exigat pretium, sit iucundi coitus. ¶Orat,)pro coitu. ¶Garum,) liquamen ex garo pisce. ¶Cybii,)significat concisam pelamidem,vt Plinius de genere thynni.¶Botryone,)botryon liquaminis genus salsi, inde botellus genus farciminis. ¶Gaudens,) tanquam putet rem magnam. ¶Perfricuit,) dicuntur perfricuisse frontem, qui deposuere pudorem.Plinius in proœmio naturalis historiæ: Perfricui frontem & nihil profeci. ¶Foliatum,)dicebatur vnguentum quod item dicebatur nardinum,& erat magni pretii. ¶De thusco vico,)nam in vico thusco vestium bombicinarum textura commendebatur. ¶Languida,)Phyllis,nutrix fuit Domitiani, eadem anus lena, sub quo nomine nunc deridetur mulier,quæ deformis, & anus inguina poetæ solicitabat, cũ excitari non posset, docet quo pacto possit arrigere. ¶Iugulor,) id est pollice, quia cadit mentula. ¶Vix decem horis,) adeo cadit mens.¶Os,)in Zoilum fellatorem,quem sæpe supra nominauit hoc nomine. vt supra:Nec te vindicare possumus.¶Pellat hic,)conquerebatur os causidicorum, & poetarum male olere, cum referret hoc(vt puto)ad maledicta.Respondet poeta peius olere fellatorꝝ:notans hominis turpitudinem,quasi male olere,aliter ipse accepisset. ¶Inuasit,) iocatur ambiguitate verbi præcido. nã & incidere significat,& frangere podicem. alterum tractum est à cædo: alterum à præciso intestino.medicus, inquit,phreneticus inuasit Hylan fica, & eum præcidit, cum videatur dicere vulnerauit, intelligit pædicauit,propterea subdit medicus non phreneticus, sed sanus: qui tam bonum cepit consilium.¶Sica,)gladius est latronis, vnde sicarii dicti sunt.sica item numeratur inter ferramenta chirurgica.¶Atreus,)Cęcilium deridet,qui amicos acciebat varietate ciborum qui omnes confecti erant ex cucurbita, & cum varias epulas videatur apposuisse, solam dedit cucurbitam.¶Cęcilius Atreus) tanquam alter Atreus,qui Tantalum Thyestæ fratri filium epulãdum apposuit.¶Atreus,) laniator cucurbitarum.

Botryo Botellus

Perfricare frontem

Foliatum Nardinum

Præcido

Sica

Sicarius

Ad Labullum. 24

Dum te prosequor,& domum reduco,
Aurem dum tibi præsto garrienti,
Et quicquid loqueris,facisq; laudo,
Quot uersus poterant Labulle nasci?
Hoc damnum tibi non uidetur esse,
Si quot Roma legit,requirit hospes,
Non deridet eques,tenet senator,
Laudat causidicus,poeta carpit,
Propter te perit.hoc Labulle uerum est?
Hoc quisquam ferat,ut tibi tuorum
Sit maior numerus togulatorum,
Librorum mihi sit minor meorum?
Triginta propè iam diebus una est
Nobis pagina uix peracta,sic est
Cum cœnare domi poeta non uult.

Ad Thelesphorum. 25

O mihi grata quies,o blanda Telesphore cura,
Qualis in amplexu non fuit ante meo,
Basia da nobis uetulo puer uda falerno,
Pocula da labris facta minora tuis.
Addideris super hæc Veneris si gaudia uera,
Esse negem melius cum Ganymede Ioui.

In Linum. 26

Illa sagax nimium,nec paucis nota puellis
Stare Lino desit mentula,lingua caue.

Ad Flaccum. 27

Ferreus es,si stare potest tibi mentula Flacce,
Cum te sex cyathos orat amica dare.
Vel duo frustra rogat cybii,tenuem'ue lacertũ,
Nec dignam toto se botryone putat,
Cui portat gaudens ancilla paropside rubra
Halecem,sed quam protinus illa uoret:
Aut cum perfricuit frontem,posuitq; pudorem,
Succida palliolo uellera quinq; petit.
At mea me libram foliati poscat amica,
Aut uirides gemmas,sardonychas'ue pares,
Nec nisi prima uelit de thusco serica uico,
Aut centum aureolos,sic uelut æra roget.
Nunc tu uelle putas hæc me dare dona puellæ,
Nolo,sed his ut sit digna puella,uolo.

Ad Phyllidem. 28

Languida cum uetula tractare uirilia dextra
Cœpisti,iugulor pollice Phylli tuo.
Nam cum me uitam,cum me tua lumina dicis,
Horis me refici uix puto posse decem.
Blanditias nescis,dabo dic tibi millia centum,
Et dabo setini iugera culta soli.
Accipe uina,domũ,pueros,chrysendeta,mensas.
Nil opus est digitis,sic mihi Phylli frica.

In Zoilum. 29

Os male causidicis,& dicis olere poetis,
Sed fellatori Zoile peius olet.

De phrenetico medico. 30

Inuasit medicus ficca phreneticus Eucli,
Et præcidit Hylan,hic puto sanus erat.

In Cæcilium. 31

Attreus Cæcilius cucurbitarum,
Sic illas quasi filios Thyestæ
In partes lacerat,secatq; mille,

Martialis.

Gusto (LEDES,) Gustabis. gustare est leui cibo lenire stomachum intra satietatem. (Cœna,) id est prima, & secũda cœna. (Epidipnides,) dapes epidipnides dicuntur, quæ post dipnon, id est cœnam apponuntur. (Hinc,) ex hac cucurbita. (Farreas) ex farre, nam placentæ farreæ in maiore erant pretio. alii codices habent Fatuas placentas. (Multiplices tabellas,) nam tabellæ dicuntur duplices, & triplices à numero foliorum, & tabellæ mittebantur in saturnalibus. (Cariotides,) & cariotæ dicuntur fructus. hæ inauratæ mittebantur amicis. Papi. Vt latente palma Prægrandes cariotides cadebant. (Notas theatris,) quia in theatris sparguntur. (Minutal,) piscem marinum significat, quem ita condit Apitius, vt addat liquamen, oleum, vinum coctum, & reliqua. Minutalitem genus cibi confecti ex variis leguminibus. (Varium,) ex variis rebus confectũ. (Hinc) ex cucurbita. (Botellos,) genus farciminis: vt Festus scrib. (Mœnas,) pisces sunt qui colorem mutant, vt Plinius tradit. nã hyeme candidę sunt, æstate nigriores, eorum maria strumis medentur. (Libres,) pondus libræ trahentes, vt Bilibres dicimus duarum librarũ. (Capelliana ruta,) à capillamẽtis, & herbarum & foliorum. (Grabatas,) hę supra dicuntur gabatæ, id est lances concauæ. (Nec toga,) in Nestorem eodem argumento quo supra dixit quendam velle videri pauperem & esse. Is enim cum nihil haberet, volebat dici pauper, quasi sponte id genus vitæ delegisset: at, inquit poeta, eum non posse pauperem appellari, cum nihil habeat, & hoc pacto nouam hominis ostentationem eludit. (Teges,) est pauperis domicilium. (Palude bibula,) ex herba palustri. (Affectas,) refertur ad quandam ostentationem. (Vano,) non profuturo. (Nõ est pauptas,) sed mẽdicitas. (Sæpius,) laudatur victoria Prasini aurige, qui cum temporibus Nero. vinceret, multos habebat fautores. non deerant tamen, qui dicerent eum reportare victoriam, quoniam multi fauerent ob Nero. à quo diligebatur. nunc mortuo Nero. vicit, vt tota victoria ipsi debeatur. (Cessisse Nero,) id est fauisse Prasino ob Nero. (Aedes) in Aprum pauperem, & alienas sectãtem cœnas, qui casam humilem, & nigram emit iuxta hortos Maronis pulcherrimos vt illic sæpe cœnaret. de hoc non tanquam de puero, vt non nulli putarunt, sed de paupere, & alienam mensam sectante il

Epidipnides

Cariotę

Minutal

Botellus

Mænas

Capelliana.

Gustu protinus has edes in ipso,
Has prima feret, altera'ue cœna,
Has cœna tibi tertia reponet,
Hinc feras epidipnidas parabit,
Hinc pistor farreas facit placentas,
Hinc & multiplices struit tabellas,
Et notas cariotidas theatris,
Hinc exit uarium coco minutal,
Vt lentem positam, fabamq; credas,
Boletos imitatur, & botellos,
Et caudam cybii, breuesq; mœnas.
Hinc cællarius experitur artes,
Vt condat uario uafer sapore
In ruta folium capelliana.
Sic implet gabatas, paropsidasq;,
Et leues scutulas, causasq; lances,
Hoc lautum uocat, hoc putat uenustum,
Vnum ponere ferculis tot assem.

In Nestorem. 32

Nec toga, nec focus est, nec tritus cimice lectus,
Nec tibi de bibula sarta palude teges:
Nec puer, aut senior nulla est ancilla, nec infans,
Nec fera, nec clauis, nec canis, atq; calix.
Tu tamen affectas Nestor dici, atq; uideri
Pauper, & in populo quæris habere locum.
Mentiris, uanoq; tibi blanditis honore,
Non est paupertas Nestor habere nihil.

De Prasino. 33

Sæpius ad palmam Prasinus post fata Neronis
Peruenit, & uictor præmia plura refert.
I nunc liuor edax dic te cessisse Neroni,
Vicit nimirum, non Nero, sed Prasinus.

De Apro. 34

Aedes emit Aper, sed quas nec noctua uellet
Esse suas, adeo nigra, uetusq; casa est.
Vicinos illi nitidus Maro possidet hortos,
Cœnabit belle, non habitabit Aper.

Ad Fabullum. 35

Ignotos mihi cum uoces trecentos,
Quare non ueniam uocatus à te
Miraris, quererisq;, litigasq;,
Solus cœno Fabulle non libenter.

De Caio Proculo. 36

Caius hanc lucem gemma mihi Iulius alba
Signat, ió uotis redditus ecce meis.
Desperasse iuuat, ueluti iam rupta sororum
Fila, minus gaudent, qui timuere nihil.
Hypne quid expectas piger? immortale falernũ
Funde, senem poscunt talia uota cadum.
Quincunces & sex cyathos, bessemq; bibamus,
Caius ut fiat Iulius, & Proculus.

In Zoilum. 37

Zoile quid totam gemmam præcingere libra
Te iuuat, & miserum perdere sardonycha?
Anulus iste tuis fuerat modo cruribus aptus,
Non eadem digitis pondera conueniunt.

In Charidemum. 38

Cunarum fueras motor Charideme mearum
Et pueri custos, assiduusq; comes.
Iam mihi nigrescunt tonsa sudaria barba,

Soteria

Hypnos

Iud distichon factum videri potest: Non cœnat sine Apro vester Tite Cæcilianus, quo versu cum videatur dicere Cęcilianum omnibus mensis habere Aprum animal: deceptum lectorem in sequenti versu frustratur. & ait: Bellum conuiuam Cæcilianus habet, quo intelligit Aprum pauperem illic esse conuiuam. Bellum autem ironice: hoc est illepidum. (Cœnabit belle,) in hortis Maronis. (Ignotos,) respondet Fabullo ignotos homines inuitanti, quare ad cœnam non eat etiam ipse inuitatus, quoniam scilicet cum inter ignotos cœnaret, videretur solus cœnare. Festiue se solum appellauit inter ignotos. (Caius,) soteria, hoc est vota, ob Caium Iulium Proculum, qui cumulauerat, celebrat soluto potu poscens cyathorum numerum parem literis nominum amici. (Signat,) id est facit hanc lucem felicem. (Desperasse) quod desperauerim. (Minus gaudent,) ego tanto magis gaudeo salutem, quo plus desperaui, & timui. (Hypne,) hypnos græce, latine significat somnum. Conuenit ergo nomen puero ministranti Bacchum somni ducem, & altorem. (Bessem,) vas octo mensurarum. (Zoile,) in Zoilum, qui ex seruo ad equestres anulos peruenerat, vt supra exposuimus. Has cum gemina compede dedicat cathenas Saturne tibi Zoilus anulos priores. Hic tanti ponderis anulum hunc gestabat, vt aptius olim potuerit esse cathena eius pedibus: quàm nunc anulus digito. nonnulli, authore Plinio, auri pondus in anulis ostentabant. Alii leues bracteas inserebant, gemmarum pretium ostentantes. Eam bracteam appellauit aurum æstiuum Iuuenalis tãgens hoc anulorum genus, Ventilet æstiuum digitis sudantibus aurum: Nec sufferre queat maioris pondera gemmæ. (Perdere,) occultare, quia non est in tanto pretio gemma, cum addatur nimium auri. (Tuis cruribus,) pro compede. Erat enim seruus fugitiuus. (Cunarum,) Charidemum pædagogũ suũ, & libertum à quo obiurgatur, cum iam sit vir. (Mearum cunarum monitor,) qui me infantem nouisti. vel motor, quia mouisti cunas mihi infanti. Placet prior scriptura. (Sudaria,) verbum Catulli. pannos lineos, qui excipiunt cadentem barbam à tonsore.

(Sed tibi

Et queritur labris puncta puella meis,
Sed tibi non creui. te noster uillicus horret,
Te dispensator, te domus ipsa pauet.
Ludere nec nobis, nec tu permittis amare.
Nil mihi uis, & uis cuncta licere tibi.
Corripis, obseruas, quereris, suspiria ducis,
Et uix à ferulis abstinet ira manum.
Si tyrios sumpsi cultus, unxi'ue capillos,
Exclamas, nunquam fecerat ista pater:
Et numeras nostros astricta fronte trientes,
Tanquam de cælla sit cadus ille tua.
Desine, non possum libertum ferre Catonem,
Esse uirum iam me dicet amica tibi.

De Luperco. 39

Formosam Glycerem amat Lupercus,
Et solus tenet, imperatq; solus,
Quam toto sibi mense non ututam
Cum tristis quereretur: & roganti
Causam reddere uellet Aeliano,
Respondet Glyceræ dolere dentes.

De Mulione surdo. 40

Mulio uiginti uænit modo millibus Aule,
Miraris pretium tam graue? surdus erat.

De Amynta. 41

Indulget pecori nimium dum pastor Amyntas,
Et gaudet fama, luxuriaq; gregis,
Cedentes oneri ramos, syluamq; fluentem,
Vicit concussas ipse secutus opes.
Triste nemus diræ uetuit superesse rapinæ,
Damnauitq; rogis noxia ligna pater.
Pingues Lyde suos habeat uicinus lollas,
Te satis est nobis annumerare pecus.

In Cæcilianum. 42

Viuida cum poscas epigrammata, mortua ponis
Lemmata, quid fieri Cæciliane potest?
Mella iubes hyblæa tibi, uel hymettia nasci,
Et thyma cecropiæ corsica ponis api.

In Vxorem. 43

Deprensum in puero tetricis me uocibus uxor
Corripis, & culum te quoq; habere refers.
Dixit idem quoties lasciuo Iuno Tonanti?
Ille tamen gracili cum Ganymede iacet.
Incuruabat Hylam posito Tirynthius arcu,
Tu Megaram credis non habuisse nates?
Torquebat Phœbum Daphne fugitiua, sed illas.
Oebalius flammas iussit abire puer.
Bryseis multum quanuis auersa iaceret,
Aeacidæ propior læuis amicus erat.
Parce tuis igitur dare mascula nomina rebus,
Teq; puta cunnos uxor habere duos.

Ad Senem orbum. 44

Orbus es, & locuples, & Bruto consule natus,
Esse tibi ueras credis amicitias?
Sũt ueræ, sed quas iuuenis, quas paup habebas,
Qui nouus est, mortem diligit ille tuam.

In Cantharum. 45

Intrasti quoties inscriptæ limina cællæ,
Seu puer arrisit, siue puella tibi.
Contentus non es foribus, ueloq;, seraq;,
Secretumq; iubes grandius esse tibi.

Condicere

Thymus

Megara

Hyacinthus

Bryseis

Hippodamia

Patroclus

fula Corcyræ in amaritudinem pungit, vnde Corsica mella eundem seruant saporem. (Deprensum,) imprudentiam vxoris accusat, quæ ipsum deprehenderat dum pædicaret: obiurgansque se pueri partes posse præstare affirmabat. (Posito arcu,) nam ipse arcum gestabat: Hylas pharetrã, vt Apolloni. longo carmine scrib. (Megaram,) Creontis filia fuit: Herculis vxor. Megeram dici non Megeram carmen Homericum testatur in manium euocatione. Homerus, & Megaram Creontis magnanimi filiam quam habuit Amphytrionis filius roboris indomiti. (Fugitiua,) dum conuersa est in laurum. (Oebalius puer,) Hyacinthus Lacedæmonius, quẽ dilectum disco Phœbus interemit per imprudentiam, versus autem est in florem sui nominis: in eundem florem Aiax cõuersus est cum iudicio armorum superatus sibi mortem consciuit. inde idem flos dicitur flos Oebalius ab Aiace. Columel. Et male damnati mœsto de sanguine surgunt Aiacis flores. (Bryseis par est,) pro prio nomine dicebatur Hippodamia, vt scrib. Eustachius: dilecta est ab Achille. (Læuis amicus,) Patroclus. nam Achilles Patroclum amauit, qui è patria Opuntia iussus est exulare cum affinem Oeanthem per imprudentiam necasset, vnde Oeanthium seculum, & fons Oeanthius in syluis. Erat idem necessitudine coniunctus cum Achille, vt colligit Eustachius: cum quo est educatus post exilium, promiserat autem Menœtio patri Patrocli Achilles se post expeditionem Troianam eum domum reducturum. (Dare mascula,) id est noli existimare tibi aliquid masculum esse. (Orbus es) imprudentiam orborum omnium, & diuitum accusat, qui captatores putant sibi esse amicos. (Natus consule Bruto,) id est es decrepitæ ætatis. (Nouus,) nuper factus amicus. nam is captator est: & spe obuenturę hæreditatis tibi blanditur. (Intrasti) in Cantharum irrumatorem, quem eo vitio laborare ex coniectura ostendit. nam siue mulierem adiret, siue puerum non patiebatur vel minimam rimam hiare adeo: vt velo formiana acu facto obstruẽda curaret. nemo inquit poeta, qui vel pædicat: vel legitimum init coitum mulieris tam anxio pudore afficitur, sed irrumator. (Cælle) fornicis meretricis nominibus inhabitantium inscribebatur. Iuuenalis. Titulum mentita Lycisæ. (Velo,) quo circundantur centones.

DOMITIVS.

(TEREBRANTVR,) Perforantur. ¶Lasciua,) lasciuienti, & passim pungente. ¶Solliciti,) anxii. ¶Qui pædicat, aut futuit,) sed qui irrumat. ¶Iam nisi,) Mæuium monet, vt cum arrigere nõ possit, fiat irrumator. nã supra dixit: Nemo est Galla senex ad irrumandum. ¶Verpa) verpi dicuntur Iudæi circuncisi, eodem habitu est métula. ¶Pannucea) à panno fit pannuceus. a. um. diminutiuum pannicula: author est Pompe. vel à panno: quod placet vena eminentiore cuius diminutiuum est pannicula. nã & mulierum mamma, & mẽbra senilia iuuenili humore exhausta pannucea fiunt, hoc est venosa. supra: At tibi pannosæ dependent pectore mammæ. ¶Lacessis,) insequeris. ¶Simma petas). i. os, & fias irrumator alibi: Nemo est Thai senex irrumandum. ¶Omnia,) Blataram deridet, qui cum omnem mulierum turbam deuitaret, & lingeret cunnos, causa, inquit, est ne cogatur futuere. ¶Vmbra pompeiana). i. porticu Põpeii. alibi: Sic veterem ingrati Pompeii querimus vmbram. ¶Limina Inachidos). i. porticum Europæ filiæ Inachi. alibi: Aut vbi sidonio Taurus amore calet. ¶Lacedæmonio cero.) Lacedę monum dicitur ceroma, quoniam palæstram Lacedæmonii inuenerunt, & eo ceromate se vngebant. ¶Virgine). i. aquis gelidis virginis. nam martia aqua vt Plin scri. natatu: virgo tactu præstabat. ¶Silius,) Silius poeta prædium Virgil. in Neapolitano habuit, vt scrib. Plin. in epistola. habuit item villam Cicc. littoralẽ, quæ occurrebat à Lucrino Baias venientibus. ibi Tul. olim instaurauit monumẽtum & locum appellauit Academiã academiæ atheniensis æmulatione eo mortuo proruperunt illic fontes calidi, qui oculis medebantur. Possedit eundem locum Vetus Anatilius, fontes celebrati sunt carmine liberti Cic. Cuius hi duo sunt postremi: Et quoniam totum legitur sine fine per orbem: Sint oculis plures quæ medeãtur aquę. Vtrunq; autem prædium voluit habere Silius: quoniam & Ciceronem olim fuerat imitatus in causis agendis, & postea in carmine punico Virgilium: hoc igitur in laudem Silii dicitur. ¶Celebrat,) nam coluit dilige ntissime tumulum Virgilii: vt ait Plini. Tumulum ad Virgilium, Lares ad Tullium refertur. Nulla est Phyllim multa quotidie ab eo poscentẽ moner: vt cum ei quæcunq; petiit donauerit, & ipsa det fellationem. ¶Nulla est hora). i. nulla hora labitur. ¶Relicto,) attrito. res relictæ consumptæ dicuntur imitatione Græcorum, qui ἀπολέμενα dicunt. ¶Lapis,) de crotallo, siue de elencho, quod placet. ¶Possunt,) dicuntur posse. ¶Lucri fieri,) vili pretio emi. ¶Siccus onyx,) siccum diapasma. nam constat ex siccis odoribus vt Plin. tradit. ¶Profertur,) ante oculos fertur meos, vt emam. ¶Carioſa,) multorum annorum. ¶Expiet,) purget somnos de te aduersos. ¶Indixit cœnam,) se velle cœnare tecum. apud Cicronem est eadem significatione condicere cœnam. Condicere

Pannuceus Pannicula

Silius

Oblinitur minimæ siqua est suspicio rimæ,
Punctaq; lasciua quæ terebrantur acu.
Nemo est tam teneri, tam sollicitiq; pudoris,
Qui uel pædicat Canthare, uel futuit.

In Mæuium. 46

Iam nisi per somnum non arrigis, & tibi Mæui
Incipit in medios meiere uerpa pedes.
Truditur & digitis pannucea mentula lassis,
Nec leuat extinctum sollicitata caput.
Quid miseros frustra cunnos, culosq; lacessis?
Summa petas, illic mentula uiuit anus.

In Blataram. 47

Omnia fœmineis quare dilecta cateruis
Balnea deuitat Blatara, ne futuat.
Cur nec pompeia lentus spatiatur in umbra,
Nec petit Inachidos limina, ne futuat.
Cur lacedæmonio luteum ceromate corpus
Perfundit gelida uirgine, ne futuat.
Cum sic feminei generis contagia uitet,
Cur lingit cunnum Blatara, ne futuat.

De Silio. 48

Silius hæc magni celebrat monumẽta Maronis,
Iugera facundi qui Ciceronis habet.
Hæredem, dominumq; sui, tumuliq;, larisq;
Non alium mallet, nec Maro, nec Cicero.

In Phyllida. 49

Nulla est hora tibi, qua non me Phylli furentem
Despolies, tanta calliditate rapis.
Nunc plorat speculo fallax ancilla relicto,
Gemma uel à digito, uel cadit aure lapis.
Nunc furtiua lucri fieri bombicina possunt.
Profertur Cosmi nunc mihi siccus onyx.
Amphora nunc petitur nigri carioſa falerni,
Expiet ut somnos garrula saga tuos.
Nunc ut emã grandem ue lupũ, mulũ ue bilibré,
Indixit cœnam diues amica tibi.
Sit pudor, & tandem ueri respectus, & æqui,
Nil tibi Phylli nego, nil mihi Phylli nega.

De Silio. 50

Iam propè desertos cineres, & sancta Maronis
Nomina qui coleret pauper, & unus erat.
Silius arpino tandem succurrit agello,
Silius & uatem non minus ipse tulit.

De Tityo. 51

Tanta est quæ Tityo columna pendet,
Quantam lampsaciæ colunt puellæ,
Hic nullo comitante nec molesto,
Thermis grandibus, & suis lauatur.
Anguste Tityus tamen lauatur.

Ad Iulium Cerealem. 52

Cœnabis belle Iuli Cerealis apud me,
Conditio melior si tibi nulla, ueni.
Octauam poteris seruare, lauabimur unã:
Scis q̃ sint Stephani balnea iuncta mihi.
Prima tibi dabitur uentri lactuca mouendo
Vtilis, & porris fila resecta suis.

Condita

Tityus

Porrum

Mella

(Cordilla,)

DOMITIVS.

Cordilla

(CORDILLA,) Id est fœtus thynni. ¶Lacertus,) genus piscis: ¶Rutæ,) vt supra rutatos dixit lacertos. ¶Massa,) potes ad massam lactis referre: hoc est caseum. nam caseus fumo velabrensi commendabatur ex Velabro regione vrbis. Vnde caseus velabrensis in distichis est. potest referri (quod magis placet) ad vinum: Igne enim & fumo condire vina docuit Massylia Galliæ. ¶Oliuæ,) Picenæ cybiis accommodatæ in gustu. nam quicquid dabatur ante cybariorum lances propter gustũ dabatur quod supra verbo grẽco dixit: προγεύειν gustare. ¶Aues cortiles,) id est gallinas. ¶Aeterno,) immortali. ¶Proxima,) vicina laude. ¶Claudia,) Claudiam Britanam vtraque lingua eruditam laudat, simul & ipsi & marito optat felicitatem. ¶Pectora,) mores. ¶Cœruleis.) cœrulei dicuntur insulani. Vnde & ipsa Circe vitrea dicta, est quòd coleret Circeios insulam. Vitreæ iuga perfida Circes. Papini. ¶Nutus,) ex filiis. ¶Tribus natis,) priuilegio triũ natorum. Ius etiam quatuor natorum dabatur mulieribus: trium viris. optat autem poeta non vt tantum tris natos habeat, sed vt tot habeat liberos: vt trium liberorum priuilegio suo iure vtatur. nam qui aut nullum filium, aut tãtum duos haberet, non vtebatur iure triũ filiorum. de quo satis multa ante dicta sunt. ¶Vnguenta,) in Zoilum furem, quem & furti accusat, cum nuper odoramenta ad funus parata subripuerit: & seruum fugitiuum esse indicat, quòd bis iam testatus est superiore carmine. ¶Turpi,) & infami & furaci. ¶Lecto stygio,) id est capulo. nam capulus lectus stygius est. ¶A pedibus,) nam olim cum seruus esses fugisti, & fuisti in compedibus. ¶Hortatur,) Lupus nouam artem captandi dicebat, & blandiens hortatur Vrbicum orbum, & diuitem, vt quæreret liberos, cum tamen id minime vellet. poeta in hunc iocatur, hortaturque Vrbicum vt moriatur, tanquam suscepisset liberos, hoc est nihil relinquat Lupo. nam si morietur tanquam pater: videtur vsus consilio Lupi. ¶Fieri patrem,) te quærere vxorem, ex qua filios suscipias. ¶Quod minus,) quoniam ipse vellet esse hęredes. ¶Videri vel le quod nolis,) id quod in damnum tuum sit. ¶Vt facias,) vt accipias vxorem. ¶Sic,) ita condito testamento. ¶Quod nimium,) in Cheremontem, qui mortem laudabat, in quo volebat videri sectari sapientiam Stoicorum, qui mortem contemnunt, & de contemnenda morte præcipiunt, cum id ageret desperatione, & ex rei domesticæ difficultate. nulla, inquit, laus est Cheremon, si in ista miseria mortem optas: maior laus fortitudinis fuerit ei. qui inopiam magno animo ferre potest. ¶Stoice,) qui stoicus vis videri. ¶Teges,) tegetes habebant pauperes. ¶Nudi,) sine culcitra, & nullo apparatu. ¶Magnus homo,) ironice loquitur. ¶Agedum,) esto. hortantis est. ¶Roseo,) Iuuenili. ¶Perdere nihil,) id est semper animum relaxare. ¶Est facile,) nullius laudis est. ¶In rebus angustis,) id est inopia. ¶Qui miser,) id est qui inopiam non molestè fert. ¶Miratis docto,) inuitat Seuerum ad cœnam missocarmine. Seuerus & doctus erat vt versu non indigeret, & diues vt non desideraret alienam cœnam. Duabus, inquit, de causis potes mirari ô Seuere, & quod mitto tibi carmina docto, & quòd te vocem ad cœnam diuitem. At Dii cum ambrosia sa tientur, accipiunt etiam vinum nostrum, quòd si cœnam, & carmina, quæ habes non amas, nec accipis, quid poterimus dare? quasi dicat si tantum ea daremus, quibus indiges, nihil possemus dare, cum omnia habeas. * eras

Mox uetus, & tenui maior cordilla lacerto,
Sed quam cum rutæ frondibus oua tegant.
Altera non deerunt tenui uersata tauilla,
Et uelabrensi massa recocta foco.
Et quæ picenum senserunt frigus oliuæ,
Hæc satis in gustu. cætera nosse cupis?
Mentiar ut uenias, pisces, conchylia, fumen,
Et cortis saturas, atq; paludis aues.
Quæ nec Stella solet rara nisi ponere cœna.
Plus ego polliceor, nil recitabo tibi.
Ipse tuos nobis relegas licet usq; gigantas,
Rara uel æterno proxima Virgilio.

De Claudia Rufina. 53

Claudia cœrulis cum sit Rufina Britanis
Edita, cur latiæ pectora plebis habet?
Quale decus formæ, Romanam credere matres
Italides possunt, atthides esse suam.
Dii bene quod sancto peperit fœcunda marito,
Quot sperat generos, quotq; puella nurus.
Si placeat superis, ut coniuge gaudeat uno,
Et semper natis gaudeat illa tribus.

In Zoilum. 54

Vnguenta, & casias, & olentẽ funera myrrham,
Thuraq; de medio semicremata rogo.
Et quæ de stygio rapuisti cinnamma lecto,
Improbe de turpi Zoile redde sinu.
A pedibus didicere manus peccare proteruæ,
Non miror furem, qui fugitiuus * erat.

Ad Vrbicum. 55

Hortatur fieri quod te Lupus Vrbice patrem,
Ne credas, nihil est, quod minus ille uelit.
Ars est captandi, quod nolis, uelle uideri.
Nec facias optat, quod rogat, ut facias.
Dicat prægnantem tua te Cosconia tantum,
Pallidior fieri iam pariente Lupus.
At tu consilio uidearis ut usus amici,
Sic morere, ut factum te puter esse patrem.

In Cheremontem. 56

Quòd nimium laudas Cheremon stoice mortẽ,
Vis animum mirer, suspiciamq; tuum.
Hanc tibi uirtutem fracta facit urceus ansa,
Et tristis nullo qui tepet igne focus,
Et teges, atq; cimex, & nudi sponda grabati,
Et breuis, atq; eadem nocte, dieq; toga.
O q̃ magnus homo es, qui fœce rubentis aceti,
Et stipula, & nigro pane carere potes.
Leuconicis agedum tumeat tibi culcitra lanis,
Constringatq; tuos purpura * texta toros,
Dormiat & tecum, qui cũ modo cæcuba miscet,
Contiuas roseo torserat ore puer.
O q̃ tu cupias ter uiuere Nestoris annos,
Et nihil ex ulla perdere luce uoles.
Rebus in angustis facile est contemnere uitam,
Fortiter ille facit, qui miser esse potest.

Ad Seuerum. 57

Miraris docto quòd carmina mitto Seuero,
Ad cœnam quòd te docte Seuere uocem.
Iuppiter ambrosia satur est, & nectare uiuit,
Nos tamẽ exta loui, thura, merumq; damus.
Omnia cum tibi sint dono concessa Deorum,

* pexa

DOMITIVS.

CVM Me,) in Thelesphorum, qui in media palæstra cũ incitatum poetam videret,grãdem stipem poscebat, conqueritur hoc fieri,q; si tonsor immi nente nouacula libertatem, & diuitias rogaret:Martialis promitteret,sed tonsus non modo nil daret,sed etiam verberaret. Idem non faciet Thelesphoro, sed ne quid poscat ei os obstrue ret,quia eum irrumabit.¶Permittũt in me,)quia magnã licẽtiã habẽt.¶Theca) repositoriũ nouaculæ.¶Nil faciã,) non verberabo te.¶Lota lana,) pectinis,scilicet ne aliquid possis postulare dicet.¶λαγαζειν).i.irrumationem.¶Cupidæ auaritię,) id est tibi cupido, & auaro.eo verbo græco vsus est Aristophanes,vel dicet χαῖρε ὠστε, id est bene vale, & dimittet sine præmio, quod te auarũ cruciabit. ¶Mentula lota lana).i. cum peracto opere absterſa fuerit mẽtula. Lucilius, Mutoni lachrymas è læua absterſit amica.¶Senos Charinus,)dactylotheca significat repositorium complurium gemmarum. primus Scaurus priuignus Syllæ id Romæ ostendit. Pompeius mithridatico triumpho attulit,quod Varro prælatum scripsit fuisse dactylothecæ Scauri:Cæs. eius generis sex dicauit in æde Veneris genitricis.Dactylothecæ nomen dictum est ab anulis repondis,tamen,vt dixi, complurium gemmarum est repositorium,quæ pro arbitrio domini in anulis concludi poterãt.Charinus sex anulos habebat conductos,quos die,noctuq; gestabat.id cum alii luxui & magnificentiæ ascriberent, poeta ait eum id agere, quoniam plures non habebat,nec dactylothecã. Videtur significare eũ non habere repositorium anulorum: cum intelligat non habere plures gemmas, sed eas conductas ex aliena dactylotheca, vt illud Iuue.Conducta Paulus agebat Sardoniche.¶Sit Phlogis,) vtrũq; nomen fictum est. Phlogis ab ardore:nam phlox significat flammam. Chione, frigus à χίον,quod niuem significat.¶Alutam,) laguentem mentulam.¶Non signat)non possit excitare.¶Peliam,) Iasonis patrem.¶Criton,) medici nomen est masculi, & mentulam habẽtis.¶Hygea)filia Aesculapii medica. Eusta. quidem in Home. Diodorus,& nostri duos tantũ filios Aesculapio dedere: Machaonem,& Podalirium. at interpres Lycophronis vsus testimonio Apollodori & Plin.in pictura:Hygeam, Elegem, Panẽ, Calasum Aesculapii filias esse testatur,quas Socratem pinxisse cum patre Aesculapio Plin. affirmat.Hygea autem nomen

Dactylotheca

Phlogis

Chione

Hygea

Si quod habes non uis,ergo quid accipies?

In Thelesphorum. 58

Cũ me uelle uides,tensumq; Thelesphore sentis,
Magna rogas,puto me uelle negare licet?
Et nisi iuratus dixi dabo,subtrahis illas
Permittunt in me quæ tibi multa nates.
Quid si me tonsor,cũ stricta nouacula supra est,
Tunc libertatem,diuitiasq; roget?
Promittam,nec enim rogat illo tempore tõsor,
Latro rogat.res est imperiosa timor.
Sed fuerit curua cum tecta nouacula theca,
Frangam tonsori crura,manusq; simul.
At tibi nil faciam,sed lota mentula lana
λαγχάζειν cupidæ dicet auaritiæ.

De Charino. 59

Senos Charinus omnibus digitis gerit,
Nec nocte ponit anulos.
Nec cum lauatur,causa quæ sit,quæritis?
Dactylothecam non habet.

De Chione & Phlogide. 60

Sit Phlogis an Chione Veneri magis apta requis,
Pulchrior est Chione,sed Phlogis ulcus habet.
Vlcus habet Priami,quod tẽdere possit alutam,
Quodq; senem Pylium non sinat esse senem.
Vlcus habẽt,quod habere suã uult quisq; puellã,
Quod sanare Criton,nõ quod Hygea potest.
At Chione non sentit opus,nec uocibus ullis
Adiuuat,absentem,marmoreamq; putes.
Exorare Deis si uos tam magna liceret,
Et bona uelletis tam pretiosa dare,
Hoc,qđ habet Chione corpus,faceretis haberet
Vt Phlogis,& Chione qđ Phlogis ulcus habet.

De Maneio. 61

Lingua maritus,mœchus ore Maneius
Summœnianis inquinatior buccis,
Quem cum fenestra uidit à suburrana
Obscœna nudum lena fornicem,clausit,
Mediumq; mauult basiare,q̃ summum,
Modo qui per omnes uiscerum tubos ibat,
Et uoce certa,conscia q; dicebat
Puer,an puella matris esset in uentre.
Gaudete cunni,uestra nanq; res acta est,
Arrigere linguam non potest fututricem,
Nam dum tumenti mersus hæret in uulua,
Et uagientes intus audit infantes,
Partem gulosam soluit indecens morbus,
Nec purus esse nunc potest,nec impurus.

De Lesbia. 62

Lesbia se iurat gratis nunquam esse fututam,
Verum est,cum futui uult,numerare solet.

In Philomusum. 63

Spectas nos Philomuse,cum lauamur,
Et quare mihi tam mutoniati
Sint leues pueri subindequæris,
Dicam simpliciter tibi roganti,
Pædicant Philumuse curiosos.

In Faustum. 64

Nescio tam multis quid scribas Fauste puellis,
Hoc scio,quòd scribit nulla puella tibi.

conuenit medicæ.Hygea enim græce,latine significat rectã valetudinem. opponit autem Crotonem,& Hygeam, vt ostendat illam indigere viro masculo, non fœmina. ¶Marmoream,) cum non moueretur.¶Lingua) in Maneium lingentem femur, cuius supra meminit, vrbane autem ait eius linguam, dum nuper muliebri inguini hæreret,menstrui profluuio obturpuisse adeo, vt posthac non sit futura vtilis veteri libidini mœchus ore, dum fellat. ¶Maritus lingua,)dum hæret semori mulieris.¶Summœnianis,) meretricibus.¶Nudum,) vel inopem,vel remotis arbitris,quod placet.¶Per tubos,) tubi dicuntur cannæ plumbeæ, quibus aqua deducitur. ¶Tubos,) appellat inguina muliebria.¶Cõscia,) quasi rem veram sciret. ¶Morbus indecens,) sanguis menstrualis.¶Purus,) dicitur non contaminatus aliqua labe, ad corpus refertur.purus item cum de animo dicitur,est non cõtaminatus vllo vitio.hic verborum ambiguitate vtitur poeta,non mirandum,nam vt scri. Plin.tam malefici humoris est, vt iactę segetes eo marcescant, apes immoriantur aspectu mulieris eo laborantis, speculum hebetetur.Purus non potest esse contaminatus,scilicet eo mẽstruo.¶Nec impurus,) quoniã id sceleris non poterit amplius committere. ¶Lesbia,) agere gratis aliquis dicitur,qui operę pretium non exigit.gratis item agit,qui nihil soluit.hac ancipiti verborum significatione Lesbiam poeta deridet, quæ iurabat se nunquam gratis fuisse fututam,intelligens se non feciſse copiam sui,nisi magno pretio. Poeta ex altera verbi significatione ait verum esse,quod Lesbia dicit,nunquam enim fuit fututa gratis, quoniam oportuit eam soluere pretium his, quos volebat fututores. ¶Spectas nos,)Philomusum mutoniatos pueros in balneis spectantem, & interrogantem magna cura, quare eos Martialis habebat puros,cinædum esse ostendit.¶Pędicant curiosos) festiue eum ci nædum esse ostendit, cum sit tam curiosus in mutoniatis inspiciendis.Curiosus enim dicitur,qui magna cura aliquid perquirit. ¶Nescio,) Faustus cum haberet commercium cũ adolescentibus, nolletq; id palã fieri s'dabat literas ad puellas,vt cũ his cõmune aliqd habere videtur: eũ vrbaniter redarguit poeta inquiens nescio quid scribas puellis,sed rem illam scio: quòd puellæ non scribunt tibi, hoc est turpitudinem tuam inter pueros. ¶Hoc scio,) id est commercium tuum, ipse enim abutebatur pueris,& pueri eo.

Tubus

Purus

Curiosus

¶Sexcenti,)

DOMITIVS.

¶SEXCENTI,) Iustinus solitus Martia. inuitare ad diem natalem:eum nunc prætereat Dc.inuitatis,promittens datum cœnam in sequenti die:cũ poeta munus mittere soleret veteri iustituto natalem celebranti:& ipse præteritus à Iustino munus differt in diem crastinum.mittant,inquit,sexcenti inuitati munera tibi hodie: cras ego mittam,quoniam cras me inuitasti.¶Iustine,) crastinã cœnam promittebat insequentis diei. Poeta crastinum munus pollicetur,quod nunquam est futurum.vt supra: Dic mihi cras istud Posthume quando venit, cum videatur polliceri crastinum munus, id est insequentis diei.¶Ad officium lu.) ad celebrãdum diem natalem ¶Postera,)id est cœnam sequẽtis diei.¶Sexcẽtis hodie,)id est Dc.mittant hodie munus,quos inuitasti. ¶Et delator es,)Vacerra conquerebatur, quòd numos non haberet.poeta tempora sua notans miratur quare pecuniã non habeat, cum tam malas exerceat artes,quibus solis pecunia quærebatur.¶Calúniator)falsas accusationes reperis. ¶Lanista,) dicebatur, qui emebat pueros nutriendos ad gladiaturam. Mangones ad vẽdendum dicti à manu & ago: hoc est expoliendis pueris, vt maiore vœneant. inde mangonizare tractum est,quod significat expolire ad fallendum emptorem agrosq; mangonizatos legimus. & mangonizata balnea apud Plin & Varr. ¶Parua rogas,)Mathonem agendis causis nihil iam lucrantem, & neminimam quidem stipem consequẽtem à diuitibus deridet, simul monet,vt pudorẽ suæ repulsę leniat magnarũ rerũ petitione.nã nimis ignominiæ fuerit si in magnis fuerit,repulsa. de Mathone Iuu Sic Pedo conturbat, Matho deficit.i.pauper fit. ¶Amphitheatrales,) epitaphiũ Lydię canis,q̃ discerpta fuerat ab apro in venatione theatri. ¶Nutrita,) loquitur canis. ¶Magistros,)qui præsunt theatris. ¶Erigone.) mortuum patrem Icarum reperit cane duce, cui Imera erat nomen.hæc dolore obitus paterni sibi mortem conciuit. Imera item dominæ mortuæ spiritu parentauit,vt alii scribunt, coniecit se in puteũ, qué Anigrum appellant,hoc est sine humore.nemo enim est post canis fabulã eius aquis vsus numinum miseratione:eius effigies in cœlum relata est. ¶Cephalum,) canis datus est custos Europę à Ioue quem laborantem Procris sanauit, inde canem meruit dono. ex Creta igitur Cephalus con-

Lanista Mango Mangonizo

Erigone Imera

In Iustinum. 65

Sexcenti cœnant à te Iustine uocati
Lucis ad officium,quæ tibi prima fuit,
Inter quos,memini,non ultimus esse solebam,
Nec locus is nobis inuidiosus erat.
Postera sed festæ reddis solennia mensæ,
Sexcentis hodie,cras mihi natus eris.

In Vacerram. 66

Et delator es,& calumniator,
Et fraudator es,& negociator,
Et fellator es,& lanista,miror
Quare non habeas Vacerra nummos.

In Maronem. 67

Nil mihi das uiuus,dicis post fata daturum,
Si nos es stultus,scis Maro quid cupiam.

Ad Mathonem. 68

Parua rogas magnos,sed nõ dant hæc quoq; magna,
Vt pudeat leuius te Matho,magna roga.(gni,

Epi.Canis Lydiæ. 69

Amphitheatrales inter nutrita magistros
Venatrix,Lyduis aspera,blanda domi.
Lydia dicebar domino fidissima dextro,
Qui non Erigones mallet habere canem,
Nec qui Dictæa Cephalum de gente secutus,
Luciferæ pariter uenit ad astra Deæ,
Non me longa dies,nec inutilis abstulit ætas,
Qualia dulicio fata fuere cani,
Fulmineo spumantis apri sum dente perempta,
Quantus erat Calydon aut Erymanthe tuus.
Nec queror ifernas,quis cito,rapta sub umbras,
Non potui fato nobiliore mori.

In Tuccam. 70

Vendere Tucca potes cẽtenis millibus emptos?
Plorantes dominos uendere Tucca potes?
Nec te blanditiæ,nec uerba,rudesq; querelæ,
Nec te dente tuo saucia colla mouent?
Ah facinus Tucca pater inguen utrinq; leuata,
Inspicitur q; tua mentula facta manu.
Si te delectat numerata pecunia,uende
Argentum,mensas,myrrhina,rura,domum,
Vende senes seruos,agros & uende paternos,
Ne pueros uendas,omnia uende miser.
Luxuria est emere hos,qs.n.dubitat'ue,negat'ue,
Sed multo maior uendere luxuria est.

De Leda. 71

Hictericam uetulo se dixerat esse marito,
Et queritur futui Leda necesse sibi.
Sed flens,atq; gemens tanti negat esse salutem,
Seq; refert potius proposuisse mori,
Vir rogat ut uiuat,uirides nec deserat annos,
Et fieri quod iam non facit ipse,finit.
Protinus accedunt medici,medicæq; recedunt,
Tollunturq; pedes,ô medicina grauis.

De Nata. 72

Drauci Nata sui uocat pipinnam,
Collatus cui Gallus est Priapus.

In Lygdum. 73

Venturum iura semper mi Lygde roganti,
Constituisq; horam,constituisq; locum.
Cum frustra iacui longa prurigine tentus,

iux Procri mortua vxore duxit Thebas:ibi erat fera insuperabilis canibus, vt Ouid.cecinit Vt autem ex testimonio Istrii scribit Higinius, erat vulpes in superabilis canibus. Cephalus Lelapa(ita enim appellabatur canis) emisit in vulpem. Cum autem & numine Iouis canis esset insuperabilis:& Themidis vulpes:vtrunq; in marmor cõuertit Iuppiter. vt alii scripserũt,canis in cœlum est relatus. ¶Cani dũli.) id est ithacensi cani Vlyssis.canis Vlyssis apud Eumeum subulcum redeuntem dominum post viginti annos agnouit: vt scribit Homerus, qui eosdem blandientes Telemacho introduxit.Ille appellabatur Argus:Hunc infirmum reperit Vlysses reuersus plenũ pediculis.Longum extat Homeri carmen in odyssea: mortuus est extrema ætate cõfect⁹. ¶Erymanthe,)quem interemit Hercules.¶Calydon)quem Meleager.Tertius aper in Lydia: vbi periit Athis filius Crœsi,vt scribit Herodotus. ¶Vendere Tucca potes)Tuccam accusat qui teneros emebat pueros, eosdem enim exoletos vendebat. ¶Dominos,) pueros olim amatos à te:vt dominam amicam dicimus. ¶Rudes,) pueriles.¶Luxuria,)in eadem significatione est supra. ¶Non amo iam dices,) hæc quoq; luxuria est.nam luxuriam appellat nõ modo nimium rerum appetitum,& luxum, sed etiam immodicum cõtemptum earum rerum,quibus vti debes. ¶Hectericam,)locus est in Lædam fallentem maritum noua arte. ait enim,se esse hictericã,neque vlla arte posse sanari,nisi futuratur.¶Tanti,)id est se tanti facere salutem ¶Tolluntur,) in venerem. vt supra:Sustulit ille pedes,sustulit hic tunicã.¶Drauci,)in Natam blandam,& exiguo verbo appellantem mentulam exoleti sui pipinnam.nã pipere est minorum pullorum vocem emittere. Vnde pipillo frequentatiuum quod passeri dedit Catullus: Ad solam dominam vsq; pipillabat. poeta ait tantæ magnitudinis esse, vt si Priapus cõferatur, possit Gallus videri,hoc est castratus.Nõ nulli codices habent bipenem hoc est duplicem penem, sed placet prior sententia,licet syllaba mutata sit. ¶Venturum,) conqueritur se decipi sæpe numero à Lygdo puero:imprecatur,vt pileo tegat mentulam.

Pipere Pipillo

Universidad de Deusto
Biblioteca

Vmbella ¶VMBELLA,) Indumentum capitis erat, quo solis radii arcebantur. huius est distichon. obscœna metaphora abusus est. nam per dominam luscam, etsi aliud videtur intelligere, mentulam significat. ¶Tegas vmbellam,) id est tegas natibus mentulam, vel ore tanquam vmbella. nam erat fellator. vt alibi: At quondam Lygde nil negabas, id est fellabas. ¶Curandum Medico riuali,) id est qui eundem amat, quem ipse. ¶Gallus,) locus est in Gallo, & Græco, & significat sacerdotem Cybeles. ¶Theca tectus:) eodem argumento supra scripsit in Lecaniam: inguina succinctus nigra tibi seruus aluta Stat quoties calidis tota foueris aquis. nam & hæc Cælia lauabatur inter viros nudos inguinibus: solum seruum videbat sibi astare fibulatum, quod cum alia de causa facere videretur: Poeta indicat eam ita egisse, vt seruum ad coitum recentem haberet. nam fibula nō modo velandis inguinibus, sed etiam coercendo imperu libidinis vtebantur. ¶Aenea,) nigra. nam ex aluta nigra erat fibula. vt supra: Nigra tibi seruus aluta. ¶Vt quid facias,) nam citharœdus & coraules & comœdus ad vocem seruandam fibula vtitur, quoniam nimio coitu rauce scit: ¶Ne videaris inuidere,) volentibus scilicet vti magno pene seruitii. ¶Remitte,) concede, vt non vtatur fibula. ¶Soluere,) quæ mutuaueras. ¶Bucco,) dispensator. ¶Non mea,) sed Bucconis. ¶In omnibus,) in Vacerram. qui vt cœnam captaret, omnes inibat cœnationes, & in proximo loco simulabat se dimittere aluum: vt aliqua permanendi causa esse videretur, & parata cœna inuitaretur à domino. ¶Conclauibus omnibus,) conclaue locus ad cœnandum. vt est apud Cice. ¶Cœnaturit,) cupit cœnare. ¶Vtere,) consulit amico ductu ro vxorem, qui hactenus nullum cum fœminis habuerat, cōmercium, vt ante nuptias discat muliebrem palæstram à perita meretrice, quoniam à sponsa virgine, & rudi ea discere non poterit, huc spectat epigramma, vt derideat eum, qui cogitat de ducenda vxore. ¶Flammea,) indumenta capitis, quibus in nuptiis matronæ vtebantur ad velandum pudorem. Lucanus: Flammea sollicitum prævelatura pudorem. ¶Tondebit,) faciet tonsos cinædos, ne tibi placeant. ¶Peregrina,) id est si nesciueris vti cunno, vt sit ignota. ¶Suburrana,) meretrici. nam in Suburra erant meretrices: vt ante. ¶Faciet te virum,) docebit officiū virile. ¶Ad primum) Pætus malos miserat mulos poetæ: quem ad primum lapidem inuitauerat, vt vix decima hora eò peruenerit, cum pigritia accusaretur à Pæto, ait culpam illius esse, qui tam pigros mulos rhedarios miserit, qualibus scilicet Pætus ipse vtebatur. ita eum deridet. ¶Littus,) iocatur cum Flacco, qui petierat vt villam Baianam versibus laudarettait enim se malle indulgere Genio, quā versibus Baianis. pluris enim se facit quàm Baias, quas Flaccus verbis magnificis aureum littus appellabat. ¶Baias) toties inculcatum est in contemptum Flacci. ¶Vtrunque,) indulgere Baiis, & mihi. ¶Detur,) vt faciam hoc. ¶Quid,) ô quantum. ¶Martialis, & Baiæ,) id est vt ego mihi indulgeam, & tamen Baias laudem. & in ea versuum cura voluptatem capiam. ¶Cum sene,) Aegles vicem dolet, quæ & spadoni nupserat, & adulterum senem habebat, vt neuter viri officium præstare possent, optat misera alterum Spadonem fieri virum, alterum senem fieri iuuenem. ¶Sicca,) carens officio viri. ¶Operi) venereo. ¶Annis,) propter ætatem. ¶Vterq; labor,) vterque laborans. ¶Cytherea,) Venus quæ genialitoro præes. ¶A sinuesanis,) Philostratus multa apud Græcos scripsit. sed hic cum in balneis sinuesanis esset tantum vini potauit, vt ebrius factus scalarum lapsu penè extinctus sit: quo facto periit.

Suburbanæ

Flammea

Philostratus

Succurrit pro te sæpe siniſtra mihi.
Quid precer ô fallax meritis, & moribus istis,
Vmbellam luscæ Lygde feras dominæ.

De Bacchara. 74

Curandum pēnem commisit Bacchara græcus
Riuali medico, Bacchara Gallus erit.

In Cæliam. 75

Theca tectus ahenea lauatur.
Tecum Cælia seruus, ut quid oro,
Non sit cum citharœdus, aut choraules,
Non uis, ut puto, mentulam uidere.
Quare cum populo lauaris ergo,
Omnes an tibi iam sumus spadones?
Ergo ne uidearis inuidere,
Seruo Cælia fibulam remitte.

Ad Pætum. 76

Soluere Pæte decem tibi me sestertia cogis,
Perdiderat quoniam Bucco ducenta tibi.
Ne noceant oro mihi non mea crimina, tu qui
Bis centena potes perdere, perde decem.

In Vacerram. 77

In omnibus Vacerra quòd conclauibus,
Consumit horas, & die tota sedet,
Cœnaturit Vacerra, non cacaturit.

Ad Victorem. 78

Vtere fœmineis complexibus, utere Victor,
Ignotumq; tibi mentula discat opus.
Flammea texuntur sponsæ, iam uirgo parata est,
Tondebit pueros iam noua nupta tuos.
Pædicare semel cupido dabit illa marito,
Dum metuit teli uulnera prima noui.
Sæpius hoc fieri nutrix, materq; uetabunt,
Et dicent uxor, non puer ista tibi est.
Heu quantos æstus, quantos patiere labores,
Si fuerit cunnus res peregrina tibi.
Ergo * suburranæ tyronem trade magistræ,
Illa uirum faciet, non bene uirgo docet.

Ad Pætum. 79

Ad primum decima lapidē quod uenimus hora,
Arguimur lentæ crimine pigritiæ,
Non est ista quidem, non est mea, sed tua culpa,
Misisti mulas quòd mihi Pæte tuas.

De Baiis. 80

Littus beatæ Veneris aureum Baias,
Baias superbæ blanda dona naturæ,
Vt mille laudem Flacce uersibus, Baias
Laudabo digne, non satis tamen, Baias,
Sed Martialem malo Flacce, q̄ Baias.
Optare utrunq; pariter improbi uotum est.
Quòd si Deorum munere hoc tibi detur:
Quid gaudiorum est Martialis & Baiæ?

De Spadone, & Sene. 81

Cū sene cōem uexat Spado Dindymus Aeglen,
Et iacet in medio sicca puella toro.
Viribus hic operi non est, hic utilis annis,
Ergo sine effectu prurit uterq; labor.
Supplex illa rogat pro se, miserisq; duobus,
Hunc iuuenem facias, hunc Cytherea uirum.

De Philostrato. 82

A sinuesanis conuiua Philostratus undis

Elpenor ¶ELPENORA,) Elpenor enim Vlyssis socius: cuius cadauere manes euocati sunt ab Vlysse: ebrius factus apud Circem lapsusq; è scalis periit. hoc mortis genus notat Ouidius in Ibin: ipse apud Homerū in carmine infernali Vlyssi narrat. ¶Nocte iubente). i. nocturno tēpore ita iam exigente. ¶Nemo habitat, Sosibianus nouo genere captationis vtebatur. nam ordinibus diuitibus partē domus suæ gratis habitandam dabat. quod cum ex liberalitate vellet videri facere: Poeta indicat eū auaríssime agere, quippe qui eo munere hæreditatem petat lōge maioris pretii, q̄ sit iusta pensio. ¶Pluris locat,) quoniam ita hæreditatem captat. ¶Qui nō dum,) Antiochi tonsoris imperitiam, à quo cum nuper tonderetur, crebris incisuris notatus est. ¶Brachia) tondebantur, qui inter se lacerantur in sacris Cybeles. ¶Enthea,) Deo plena. ¶Alcon,) medicus vulnerarius. ¶Enterocelas,) intestina. ¶Dedolat,) apta ossa. ¶Pentheus ad matrem,) Agauem, à qua laniatus fuit. ¶Orpheus,) laniatus à Ciconibus. ¶Mænadas,) mulieres furentes. nam μαίνεσθαι est furere. ¶Qualia,) quales incisuræ. ¶Picta fronte) .i. rugosa. ¶Habet cor) .i. sapiens. ¶Sidere,) Sidus est genus morbi, vt supra est dictū, quo linguæ vsus amittī solet. supra: Hoc opus est subito fias vt sidere mutus. Vnde siderati, quibus vrina pulli asini nardo admisto per coniunctionem medetur. Zoilus fellator erat, quod frequenti carmine indicauit, nūc amissa lingua cogetur futuere. ¶Lingere fellare est apud hunc poetam supra: Lingas non mihi tam proba est puella. ¶Dum lingis). i. dum fellas. vel cunnum lingis: quod placet. nam supra idem est epigrammatis argumētum in eum, qui dum cunnum lingeret, linguam amisit adeo, vt præterea nec pūtus esse, nec impurus posset. Certe non postquam lingendi vsum amisisti. ¶Leniat,) in Parthenopeū, qui tussim simulabat, vt conditis cibis vesceretur, quod supra in alium scripsit. ¶Nucleos,) conditos. ¶Dulces,) mellitas. ¶Nō sinit pueros esse truces). i. quo pueri lugētes placātur. ¶Est gula). i. propter gulā id agis. ¶Dines eras) Caridemus cum olim dives esset pædicabat, nunc factus pauper, vt amissa bona instauraret, anus sectabatur. Hoc enim genus lucri propositum erat bene mentulatis, quod carpit Iuue. Vetulæ vesica beatæ. nā illud in vniuersum dicitur: & non de vna. ¶Multis iam,) Carisianū deridet, qui cum pæ-

Sidus

Siderati

Lingere

Conductum repetens nocte iubente larem,
Penè imitatus obit sæuis Elpenora fatis,
Præceps per longos dum ruit usq; gradus.
Nō esset Nymphæ tam magna pericula passus,
Si potius uestras ille bibisset aquas.

Ad Sosibianum. 83

Nemo habitat gratis, nisi diues, & orbus apud te,
Nemo domum pluris Sosibiane locat.

De Antiocho tonsore. 84

Qui nondū stygias descendere quærit ad undas,
Tonsorem fugiat, si sapit, Antiochum.
Alba minus sæuis lacerantur brachia cultris,
Cum furit ad Phrygios enthea turba modos.
* Mitior implicitas Alcon secat enterocelas,
Fractaq; fabrili dedolat ossa manu.
Tondeat hic inopes cynicos, & stoica menta,
Collaq; pulueream nudet equina iuba.
Hic miserū scythica sub rupe Promethea radat,
Carnificem nudo pectore poscet auem.
Ad matrē fugiet Pētheus, ad Mænadas Orpheus,
Antiochi tantum barbara tela sonent.
Hæc, quæcūq; meo * numerasti stigmata mēto,
In uetuli picta qualia fronte sedent,
Non iracundis fecit grauis unguibus uxor,
Antiochi ferrum est, & scelerata manus.
Vnus de cunctis * animalibus Hircus habet cor,
Barbatus uiuit, ne ferat Antiochum.

In Zoilum. 85

Sidere percussa est subito tibi Zoile lingua,
Dum lingis cunnum, Zoile nunc futues.

In Parthenopæum. 86

Leniat ut fauces medicus, quas aspera uexat
Assidue tussis Parthenopæe tibi,
Mella dari, nucleosq; iubet, dulcesq; placentas,
Et quicquid pueros non sinit esse truces.
At tu non cessas totis tussire diebus,
Non est hæc tussis Parthenopæe, gula est.

Ad Caridemum. 87

Diues eras quondam, sed nunc pædico fuisti,
Et tibi nulla diu fœmina nota fuit,
Nunc sectaris anus. o quantum cogit egestas,
Illa fututorem te Carideme facit.

De Carisiano. 88

Multis iam Lupe posse se diebus
Pædicare negat Carisianus.
Causam cum modo quærerent sodales:
Ventrem dixit habere se solutum.

Ad Pollam. 89

Intactas quare mittis mihi Polla coronas?
A te uexatas malo tenere rosas.

In Chrestillum. 90

Carmina nulla pbas, molli quæ limite currunt,
Sed quæ per salebras, altaq; saxa cadunt.
Et tibi mæonio quod carmine maius habetur
Lucili Columella hic situs Metrophanes.
Attonitusq; legis terrai, frugiferai,
Accius & quicquid, Pacuuiusq; uomunt,
Vis imiter ueteres Chrestille, tuosq; poetas?
Disperēam ni scis mentula quid sapiat.

dicaretur: nolebat videri pædicari, sed festiue crimen suū prodidit per imprudentiā. nam cū multis iā diebus diceret se non pædicasse, & causam quæreret sodales, dixit se habere ventrē solutum. quod ipsum impedimento erat cinædo, non pædiconi. ¶Intactas,) ad Pollam, quę mittebat recentes rosas, & intactas. Poeta optat, vt rosas vexatas potius mittat eius delitias redolentes, an simul alludit festiue ad eunuchos pulcherrimos: quos Polla habebat, vt supra dictū est. ¶Carmina,) Chrestillum deridet, qui vt lasciuū carmen aspernari videretur, & seuerum laudare Lucii Lucrt. Acii: Pacuuii poetarū rudimenta, & quibus, vt scribit Quinctilios & vltima manus defuit, versus extollebat. sed tamen, vt inquit Poeta, cū eius generis carmina legeret, nō ignorabat qd saperet mentula, per quod ostēdit eum fuisse fellatorem, & inter antiquos Poetas sectari recentes mores. ¶Salebras,) duriciem. ¶Metrophanes,) hic versus est Lucilii, quem lutulentū fluere scrib. Horat. & carpit q̄ græca verba inferat carmini. Fuit autem satyrarum author, sed hoc carmē est in Metrophanem Columellam tumulatum eius seruum. vt ita legatur: Lucili Columella est hic situs Metrophanes. Columella Metrophanes nomen est proprium. ¶Lucili). s. seruus. ¶Terrai,) getitiui antiquorum quibus vtitur semper Lucretius. ¶Accius & Pacuuius,) scriptores tragœdiarum clarissimi sententiarum grauitate, vt scrib. Fab. & pondere verborum, sed his defuit expolitio. nō eorum culpa, sed temporū, quibus studia adhuc erant inculta. ¶Sapiat,) quia est fellator, & mentulam lingis: la sciuisq; nostrorum temporum moribus inter seueros antiquorum versus veteris.

* Mitius

* numeratis

* animatibus

Siderati

GEORGIVS.

¶METROPHANES.) Puerilis est explanatio, & vix digna quæ legatur, nam Columella non est proprium nomen, vt hic somniauit, sed potius, vt Donatus ait, exponens illud Terentii: Columen vero familiæ. Columellę apud veteres dicti sunt serui maioris domus. Lucius. 22. Seruus neque infidus dominoneque inutilis quā quam Lucili Columella hic situs. Ecce per Dona. quid Columella. & versus partem, quem totum Martialis adducit.

DOMITIVS.

Aeolidos Canace,) in Canacen epitaphium quę vlcere serpentis in ore extincta est. ¶Aeolidos,)alludit de Canace filia Aeoli sorore Macarei. ¶Ah facinus,) genus morbi. ¶Tenero,)puellari. ¶Oscula,) id est os ipsum. Nec sunt data,) quia parte assumpsit morbus. ¶Pierios,)in Theodorum malum poetam. in quem supra. Huius ædes incendio assumptę sunt. De quibus cum videatur conqueri Martia,quasi amicus Theodoro,exit in imprecationem,& conqueritur quòd dominus non arserit. ¶Pierios,) poeticos. ¶Dominus,) malus Poeta:ante dixit se huic suos libellos mittere nollene ille suos mittat ineptos. ¶Quod)in poetam Iudæum,qui Martia.puetum pædicabat. ¶Verpe,) Iudæe ¶Carpas,) suffureris.vt supra poeta carpit,id est suffuratur. ¶Corripias) frequenter rapias. ¶Solymis,) populi finitimi Lyciæ. Vnde Iudæorũ gens deducta est. eos Bellorophon expugnauit, vt Home.meminit. & longa est disceptatio apud Homeri interpretes de quibus Solymis poeta intellexit. Strabo de finitimis Lyciæ videtur sentire. ¶Iuras per templa Tonantis,)id est iuras per numen Romanum: quasi non sis Iudęus. ¶Anchialum,) Anchiala vrbs est Ciliciæ littoralis cõdita à Sardanapalo, vt Aristobolus scribit. In qua est statua lapidea conditoris,quæ dextrę manus digitos complicat,cum monumento literis assyriis inscripto: Sardanapalus Anacindaraxis filius,Tarsum, & Anchialim vno die condidit: Edebibe,lude,& cum te mortalem noris,præsentibus exple deliciis animum,post mortem nulla voluptas.placet igitur intelligas Anchialum numen Sardanapali,quod Solymis finitimũ est.imo littoralem hanc Cilicię partem Solymi aliquando tenuerunt, vt scribit Iosephus. ¶Iura per Anchialum,) id est per numen Sardanapali: quo simul ostendit eius molliciem & patriam. Quod nonnulli sentiunt de Anchialo puero, hactenus non legi. ¶Incideris,) festiue idem etiam docet basiari à fellatore, qui mentulas ore abluit, & mergere caput in solium vas balneorum,vbi mentulæ lauantur. ¶Puta te mergere caput,)id est abluere caput. ¶Martia,) ex Martia.de qua satis supra diximus, Germanus riuulum deduxerat in ædes,vnde nuper repulerat puerum romanũ. Poeta conqueritur Martia aqua intercidi ciuem Romanum à barbaro, cum aqua sit Romana, & ciui debeat seruire potius,quàm captiuo. ¶Sed lit,) labitur saliens. ¶Obstas,) resistis. ¶Imbre,)irrigatione & vnda. ¶Diuitis,)large fluentis. ¶Vnda victrix,) aqua Martia Romana. ¶Captiuam sitim,) id est tuam qui es captiuus. ¶Submoto,) repulso. ¶Vna nocte,)in Thelesinam deformem ad quam non poterat arrigere: quod vt ostendat non sua culpa accidere,sed Thelesinæ,hoc scribit. ¶Possum,)scilicet futurę aliquam, non possum te semel. ¶Quattuor annis,)oppositis dictionibus acumen est semel & quater. 4.annis, & vna nocte. ¶Effugere,) basiatorum osculis offendebatur Martialis: nonnulli enim blandientes solebant obuios amicos osculari. Martialis hoc longo reprehendit epigrammate, consulitque Basso, vt eos sibi faciat amicos: quos nolit basiare,ostendens se malle amicitiam aliis in rebus esse quàm in basiis,quibus,scilicet offenditur.optes,inquit,eos amicos, qui te non basient,id enim est gratius quàm basiari. ¶Non est effugere, fieri nullo pacto potest, vt possis effugere basiatores. ¶Vlcus,) deterrebit eos. ¶Pustulæ,)vlcera parua. ¶Triste mentum,)sordidi ve lichenes,) idem dixit (vt puto) nam lichenes vlcera oris erant, quæ multorum intuitus occupabant:furfurem cutis excitantia.is morbus incognitus fuit ad medium vsq; Tyberii principatum,quo tempore Perusinus quidam eques scriba quæstorius eo morbo laborans:quo in Asia corruptus fuerat multas contagione fœdauit. eum appellarunt nomine latino mẽtagram,quoniam à mento oriebatur. ¶Ceroto,) puto de cerusa intelligi. nam labra cerusata dixit in Philænim,ad emendationem vlcerum proderit, quo minus te basient. ¶Basium nuptiale,)id est munda basia,quę obstricto ore seruabant sponsæ. ¶Cucullis,) indumento capitis. ¶Asseret,) vendicabit te: ¶Lectica,)pellibus & velis sternebantur lectice, præsertim nuptiales & ritu antiquo sponsi in pelle lunata sedebant,sed hic de quacunque lectica intelligo. ¶Consulatus) si etiam fueris consul. ¶Abiget,) submouebit. ¶Curuli,)sella potes intelligere vel de prætore, vel de consule.

¶Quem

Anchiala

Sardanapali sepulchralis inscriptio

Lichenes

Mentagra

Epi. Canaces. 91

Aeolidon Canace iacet hoc tumulata sepulchro,
Vltima cui paruæ septima uenit hyems.
Ah scelus,ah facinus, pperas quid flere uiator?
Non licet hic uitæ de breuitate queri.
Tristius est leto leti genus:horrida uultus
Abstulit,& tenero sedit in ore lues.
Ipsaq; crudeles ederunt oscula morbi,
Nec data sunt nigris tota labella rogis.
Si tam præcipiti fuerant uentura uolatu,
Debuerant alia fata uenire uia.
Sed mors uocis iter properauit cludere blandæ,
Ne posset duras flectere lingua Deas.

In Zoilum. 92

Mentitur qui te uitiosum Zoile dicit.
Non uitiosus homo es Zoile,sed uitium.

De Theodoro. 93

Pierios uatis Theodori flamma penates
Abstulit,hoc musis,hoc tibi Phœbe placet?
O scelus,ô magnum facinus,crimenq; Deorũ,
Non arsit pariter quòd domus,& dominus.

In Verpum æmulum. 94

Quòd ninium liues nostris,& ubiq; libellis
Detrahis,ignosco,Verpe poeta sapis.
Hoc quoq; nõ curo,qđ' tu mea carmina carpas,
Corripias,& sic Verpe poeta sapis.
Illud me cruciat,Solymis quod natus in ipsis,
Pædicas puerum Verpe poeta meum.
Ecce negas,iurasq; mihi per templa Tonantis,
Non credo,iura Verpe per Anchialum.

Ad Flaccum. 95

Incideris quoties in basia fellatorum,
In solio puto te mergere Flacce caput.

In Germanum. 96

Martia nõ Rhenus salit hic Germane,qd obstas?
Et puerum prohibes diuitis imbre lacus?
Barbare non debet submoto ciue ministro
Captiuam uictrix unda leuare sitim.

In Thelesinam. 97

Vna nocte quater possum,sed quattuor annis
Si possum,peream,te Thelesina semel.

Ad Bassum. 98

Effugere non est Basse basiatores.
Instant,morantur,persequuntur,occurrunt:
Et hinc,& illinc,usq; quaq;,quacunq;.
Non uleus acre,pustulæ ue lucentes,
Nec triste mentum,sordidiq; lichenes,
Nec labra pingui delibuta ceroto,
Nec congelati gutta proderit nasi,
Et æstuantem basiant,& algentem,
Et nuptiale basium reseruantem.
Non te cucullis asseret caput rectum
Lectica,nec te tuta pelle,uelo;,
Nec uendicabit sella sæpius clausa.
Rimas per omneis basiator intrabit.
Non consulatus ipse,non tribunatus,
Sæuiq; fasces,nec superba clamosi
Lictoris abiget uirga basiatorem.
Sedeas in alto tu licet tribunali,
Et è curuli iura gentibus reddas,

DOMITIVS.

¶Quem Nolis,) id est amicum à quo nõ basia exigimus, id enim amoris testimonium, quod scilicet te non basiet. ¶De cathedra,)ficosam Lesbiã & pinguem deridet, cuius vestes natibus hærebant quoties surgeret. ¶Miseræ tunicæ,) vi scatæ. ¶Pædicant,) hærent culo. ¶Symplegades,)scopuli qui inter se concurrere videntur. iidem dicuntur cyaneæ & minyæ à Martiale ob cursum quem illac Minyæ. id est Argonautæ tenuerunt. ¶Nates,)apposite appellauit geminã symplegadem. ¶Vel nimias,) id est præpingues. sed magis placet, vt legas Minyas. ¶Nec sedeas) sed iacteas natibus supinis. ¶Habere,) obiurgat Flaccum, qui exilem,& nullius penè corporis amicam diligat. ¶Pungat,) præmacilentia. ¶Serra)species ferræ. ¶Eminet,) videtur eminere. ¶Carnarius,) corpulentia aliqua delector. ¶Thaida,) idẽ argumentum. miratur oculos Flacci incidisse in eam,quæ vix inspici potest, quam cum videret,dicit eum etiam posse videre incorporeum,indicans corpore carere eius amicam:quasi dicat amica tua non habet corpus. ¶Non est,) post recentem Lydię concubitum hoc scribit, quam formosam carnem habere fatetur,sed non faciem. nam caret illecebris, & insulsa est. ¶Carnem,)formosum corpus. ¶Aedilis,) præfecti templis curandis ædiles erant, siqua imago in templis aut sudasset, aut esset locuta:putabant portentum. Lydiam immobilem,& illecebris carẽtem appellat imaginem. ¶Tanta tibi,) Sophronium muliebri, & molli ore

Symplegades Cyaneæ Minyæ

Ascendet illa basiator,atq; illa
Fabricitantem basiauit & flentem,
Dabit oscitanti basium,natantiq;,
Dabit & cacanti. remedium mali solum est,
Facias amicum,basiare quem nolis.

In Lesbiam. 99

De cathedra quoties surgis,iam sæpe notaui,
Pædicant miseram Lesbia te tunicæ.
Quas cum conata es dextra,conata sinistra
Vellere,cum lachrymis eximis,& gemitu,
Si constringantur gemina symplegade culi,
Et minyas intrant:cyaneasq; nates.
Emendare cupis uitium deforme,docebo,
Lesbia nec surgas censeo,nec sedeas.

Ad Flaccum. 100

Habere amicam nolo Flacce subtilem,
Cuius lacertos anuli mei cingant,
Quæ clune nudo radat,& genu pungat.
Cui serra lumbis,cuspis eminet culo,
Sed idem amicam nolo mille librarum.
Carnarius sum,pinguiarius non sum.

Ad Flaccum. 101

Thaida tam tenuem potuisti Flacce uidere?
Tu puto,quod non est,Flacce uidere potes.

In Lydiam. 102

Non est mentitus,qui te mihi dixit habere
Formosam carnem Lydia:non faciem.
Est ita,si taceas,& si tam muta recumbas,
Qualem filet in cera uultus,& in tabula.
Sed quoties loqueris,carnẽ quoq; Lydia perdis
Et sua plus nulli,q̃ tibi,lingua nocet.
Audiat ædilis ne te,uideatq;,caueto,
Portentum est quoties cœpit imago loqui.

Ad Sophronium, 103

Tanta tibi est animi probitas,orisq; Sophroni,
Vt mirer fieri te potuisse patrem.

In Vxorem. 104

Vxor uade foras,aut moribus utere nostris,
Nõ sũ ego nec Curius,nec Numa, nec Tacius.
Me iucunda iuuant tractæ per pocula noctes,
Tu properas pota surgere tristis aqua.
Tu tenebris gaudes,me ludere teste lucerna,
Et iuuat admissa rumpere luce latus.
Fascia te,tunicæq; tegunt,obscuraq; palla,
At mihi nuda satis nulla puella patet.
Basia me capiunt blandas imitata columbas,
Tu mihi das,auiæ qualia mane soles.
Nec motu dignaris opus,nec uoce iuuare,
Nec digitis,tanquam thura,merumq; pares.
Masturbabantur Phrygii post ostia serui,
Hectoreo quoties federat uxor equo.
Et quanuis Itacho stertente pudica solebat
Illic Penelope semper habere manum.
Pædicare negas,dabat hoc Cornelia Graccho,
Iulia Pompeio,Portia Brute tibi.
Dulcia Dardanio nondum miscente ministro
Pocula,Iuno fuit pro Ganymede Ioui.
Si te delectat grauitas,Lucretia toto
Sis licet usq; die,Thaida nocte uolo,

miratur potuisse fieri patrem: non referens hoc magis ad oris molliciem, quàm ad probitatem animi. Fieri patrem, id est habere rem cum vxore. simul innuit eum raro cum mulieribus versatum. ¶Vxor vade,) dimittitur vxor à poeta & fit diuortium allatis causis iustissimi dissidii. ¶Curius)Dentatus arator. ¶Tacius,)rex Sabinorum,qui castissimi habebantur ¶Surgere,)è mensa. ¶Rumpere latus,)dicuntur operam Veneri dantes. ¶Fascia,) pectoralis, qua vtebantur mulieres. ¶Patet,)satis nuda est: quasi dicat nũquam tam nuda est quin magis nudam esse optem. ¶Opus,)nostrum coitum. ¶Motu,)crissatione. ¶Sederat equo) huius generis coitus meminit Ouidius in arte,sed contrario sensu. nam Hectorem dicit insedisse Andromache. ¶Equo Hectoreo,) vtebatur Hectore tanquam equo,nam ipsa supra erat. tantæ erant illæ illecebræ Andromaches, vt serui videntes masturbarentur. ¶Sis Luc.) id est vtaris moribus Lucretiæ. ¶Thaida,)volo te habere mores Thaidis & lasciuos.

Universidad de Deusto
Biblioteca

DOMITIVS.

(EXPLICITVM,) deridet Septitianum: qui legendum librum Martialis susceperat, non studio quidem legendi, sed vt sui quoque à Martiale legeretur. hoc cum poeta intelligat restituto libro scribit. ¶Cornua,) vsque ad vmbilicos, qui quidem ex cornu fiebant, vt scribit Porphyrius. ¶Quanuis,) vltima manus est vndecimi libri vbi se plura potuisse scribere monet: siquis esset qui munera daret, & leuaret difficultatem domesticam. ¶Lupus,) vsurarius. ¶Diaria,) quotidianum victum dicunt, & quidem seruorum, vt hic Martialis accipit, & Horat. Cum seruis vrbana diaria rodere mauis. Diaria item erant libri, quibus res quotidianæ continebantur. ¶Solue vsuram,) dandam Lupo, & diaria pueris, id est seruis.

Diaria

DOMITIVS.

Cio me,) Tribus annis in prouincia tacuerat, nunc Prisco amico veniente scribere incipit. Primum autem causam affert silentii sui, deinde in gratiam amici se intermissum opus reuocaturum pollicetur: & aditurum librum. ¶Scio) sensus est: Scio me debere defendere silentii mei contumaciam: cuius sum reus. ¶Quæ,) desidia. ¶Absoluenda,) id est excusanda. ¶Inter vrbicas occupationes,) si etiam fuissem in rebus vrbanis occupatus. ¶Molesti,) erga diuites, quos colimus, ¶Vbi,) in qua prouincia. ¶Secessimus,) id est videmur secessime. ¶Quæro aures,) id est desidero aures, quibus placeant mea carmina, quasi dicat hic nullę sunt. ¶Alieno foro,) id est videor habere causam vbi non sint mei iudices. metaphora est à litigantibus, qui nisi ad suos & præscriptos iudices citentur, forum declinant, & litem intermittunt. ita Martialis tanquam apud non idoneos lectores sile bat. ¶Auditor,) iudicium audi toris subministrault materiam scribendi se. ¶Studere,) omnibus seculis non vident se fore immortales. ¶Ad summam omnium,) id est postremo. ¶Accedit,) additur. ¶Rubigo,) rudi tas municipalium meorum. ¶Vnus aut alter,) ratio præterea quare non scripserim: quoniam quanuis pauci essent in hoc loco, qui carperent mea carmina, tamen non possent non videri multi in loco exiguo, eo quia scilicet non minus hic vnus offenderet, quàm multi in vrbe. ¶Aut alter,) id est duo. ¶Imperabo mihi,) id est præter consilium meum conferam me ad scribendum. ¶Refero gratiam,) id est cuius meritis non videor satisfacere. ¶Quæ possim,) cum multo plura debeam.

(Indulgere,)

Ad Garricum. 105

Mittebas libram, quadrantem Garrice mittis,
Saltem semissem Garrice solue mihi.

Ad Albium Maximum. 106

Albi Maxime, si uacabit hora,
Hoc tantum lege. nanq; & occupatus,
Et non es nimium laboriosus.
Transis hos quoq; quattuor, sapisti.

Ad Septitianum. 107

Explicitum nobis usq; ad sua cornua librum,
Et quasi perfectum Septitiane refers.
Omnia legisti. credo, scio, gaudeo, uerum est,
Perlegi libros sic ego quinq; tuos.

Ad Lectorem. 108

Quanuis tam longo possis satur esse libello
Lector, adhuc à me distica pauca petis.
Sed Lupus usuram, puerić; diaria poscunt,
Lector solue, taces, dissimulasq;, uale.

ARGVMENTVM.

PER Triennium nihil literarum scripserat Martia. Cuius rei se causam ac defensionem debere fatetur asserēs id vitii quod sibi desidiæ ob id contraxerit in vrbe variis curis quibus inuoluebatur haud absoluendum sibi fuisse liberum. Neque minus ybi iam per id triennii se cessisse visus est, potuisse: quoniam altero in loco otiū ac commodum, altero quibus placerent sua carmina minime agnouerit: Nunc autem iterum animum ad scribendum dicit appulisse, ne amici ab officio erga Priscum, defuisse videatur.

M. VAL. MARTIALIS
EPIGRAMMATON
LIBER DVODECIMVS.



Cio me patrociniū debere contumaciſſimæ triennii desidiæ, quæ absoluenda non esset inter illas quoq; urbicas occupationes, quibus facilius cōsequimur ut molesti potius, q̄ officiosi esse uideamur, ne dū in hac prouinciali solitudine, ubi nisi etiam intemperanter studeamus, & sine solatio, & sine excusatione secessimus. Accipe ergo rationē, in qua hoc maximū, & primum est, quod ciuitatis aures, quibus assueueram, quæro, & uideor mihi in alieno foro litigare. Siquid enim in libellis meis, quod placeat, dictauit auditor illā iudiciorum subtilitatē, illud materiarum ingenium, bibliothecas, theatra, conuentus, in quibus studere se uoluptatibus non sentiunt. ad summā omnium: ea, quæ delicate reliquimus: desideramus quasi destituti. Accedit his municipaliū rumbigo dentium: & iudicii loco liuor: & unus aut alter mali, in pusillo loco multi. aduersus quos difficile est habere quotidie bonum stomachū. Ne mireris igitur abiecta ab indignante, quæ à gestiēte fieri solebāt. nequid tamē & aduenięti tibi ab urbe, & exigēti negarē, cui nō refero gratiā si tantum ea præsto, quæ possim, imperabo mihi, cui

Aduentoria

(INDVLGERE,) Relaxare animum. ¶Sua aduentoria,) epistola aduentoria dicitur, quæ amico venienti occurrit. ¶Periclitantur,) Non sint in periculo, vt deleantur. ¶Sepositō nitore,) non desiderata expolitione. ¶Quod est difficillimum,) cum tu scis nitidissimus, & debeas iure tuo exigere nitorem. ¶Hispaniensem librum,) liber, qui Romana lingua in Hispania est cōpositus, Hispaniensis dicit. Hispanus qui in Hispania lingua hispana est compositus. Petit igitur ne desideret elegantiam, vt planè videatur mittere Hispanum, id est ruditate & lingua Hispana compositum ex Hispania. & non hispaniensem, id est lingua Romana compositum. ¶Retia,) Prisco Terentio, cuius gratia ad carmen reuersus est, libellum cōmendat legendū, quem vnius horæ spatio perlegi posse ait: quæ quidem hora si minus erit plena voluptatis: certe non perdetur, vt ostendat carmē suum non vsquequaq; contemnēdū esse. ¶Donare otia,) impartiri tempus. ¶Molossi,) populi Epiri sunt nobiles oraculo Iouis Dodonei, quod apud ipsos est: inde & venationibus canes apti mittebantur, vt Sparta Peloponensi Spartani, & à Melita Melitei, qui erant in delitiis, vt scri. Callimachus. præter spartanos & molossos, tertium genus addit Var. in re rustica pastorale. ¶Quiescit,) ab indagine venatorum. Horat. quam consumis in legendo libello. ¶Aestiuam) horam,) dicimus datam relaxationi animi & plenam voluptatis. ¶Perit tibi,) male collocatur, quia aliquam capies voluptatem. ¶Quæ modo,) librū alloquitur, quem, vt olim ex vrbe mittere solebat, ita nunc ad vrbem mittit. ¶Modo,) cum esset in vrbe. ¶Pyrgi,) vrbis in tyrrheno littore. Vnde ad. 30. stadia frequentissimum fuit Cęretanorum emporium: memnit Virg. Et Pyrgi veteres, intē pestæq; grauiscæ. de hoc oppido intelligo potius, quā aut de turribus ligneis, aut de turri Capitonis: quæ in Hispania est in media petra: quanuis pyrgos significat turrim. Pyrgos autem mittebantur catmina, vt inde mitterentur ad vrbes proximo portu, vel emporio. ¶Ad populos,) idem argumentum, commendat librum hispanum Stellæ poetæ. ¶Nuper) superioribus annis. ¶Tetrici,) quoniam eius aquis ferrum temperatur, vel ob tetricos accolas. ¶Hospes,) externus. ¶Fratres,) libellos. ¶Domus Remi,) Roma. ¶Noui templi,) nouum templum palatinum appellat, quod redditum dicit esse musis fauore Neruæ imperatoris, qui poetas amplectebatur, & apte. nā poetarum scripta in æde Phœbi Palatini erant & recitabātur eadem dicta ædes musarum in palatio, vt Horat. scribit. ¶Reddita,) fauore Neruæ. ¶Prima subburra,) prima, parte suburræ. ¶Mei consulis) Stellæ. nam consulatum adeptus erat pro quo supra Phœbum sic rogat: Campis diues Apollo sic murinis. ¶Sititor aquæ Hiātęæ) hoc est qui diu optauit Hiantidē coniugem, in cuius ædibus fontem fuisse & Papi. carmine testati sumus, & Martia. ipse indicauit, simul alludit ad fontem Parnassi. nam Hiantes populi Thraciæ Parnassum incoluerunt: vnde fons Hianteus Parnassius dici potest. ¶Vbi) apud Violantillam. ¶Torrente vitreo,) id est aquis vitreis. ¶Siccis,) sine lachrymis desiderio mei. ¶Titulū) nomē authoris. ¶Quod Flacco,) Prisco gratias agit, q̄ tanquā alter Mecœnas eū ad poeticē reuocauerit. ¶Loquax,) celebris fama. ¶Charta anus,) carmina futura antiqua apud posteros. ¶Dicet,) narrabit, & testabitur. ¶Atauis edi. regib.) Virg. & Varius in cognitū Horatiū Mecœnati cōciliarāt, qđ ipse testatur: Optimus olim Virgilius: Varius post hūc dixere quid essem. ¶Ingenuæ desidiæ) .i. otii literarii. cōtra illiberalis desidia est ignauia. ¶Longior) decimū quod supra dixit, & vndecimū emēdauit, quāuis iā essent emissi, multaq; detraxit, rogat Cæsarē, vt vtrūq; in breuitatē nouæ emendatione redactum legat: relinquatq; legendū integrū his, quibus ipse opibus, & liberalitate otiū dedit. Sed cū doctus sit fortasse etiā detracta epigrāmata leget. ¶Longior,) qui erat valde lōgus. ¶Arctatus,) noua emēdatione. ¶Vacui) carēte negotiis. ¶Hæc,) redacta in breuitatem. ¶Contigit) congratulatur poetis & virtuti, quod principē doctū & virtute prēditū Roma habeat, simul assentādo ait populos Romanorū socios optare, vt Roma semper habeat talē ducē, & Neruā, qa semper viuere non potest, diutissime. ¶Contigit,) diuinitus datus est. ¶Aulæ ausoniæ,) imperio Romano ¶Frui Helicone,) libere vacare musis. ¶Cauta,) prudens, & sapiens, & non temeraria. ¶Iam re.) in secula nostra. ¶Metus,) hoc dicit in Domitiano quem metuebant olim. ¶Tuæ,) quæ tibi parent. ¶Macte animi,) laus Neruæ, quem optimum fore vaticinatur principem, cū ei data sit potestas benefaciendi. quam olim, quanuis careret tamen multis prodesse non dubitabat, etiam sub Nerone crudeli principe. ¶Macte,) magis luctę, & felix. ¶Quem, qualem animum. ¶Quos,) quales mores. ¶Hilaris,) cum alioquin stoicæ frontis esset. ¶Census,) exercere liberalitatem. nam qui liberalitatem exercent dicuntur extendere diuitias, quoniam, vt supra dixit: Quas dederis solas semper habebis opes. ¶Breues,) cito interituros.

Hispaniensis Hispanus

Pyrgi

Indulgere cōsueueram, & studui paucissimis diebus, ut familiarissimas mihi aures tuas excipe-
rem aduentoria sua. Tu uelim ista, quæ tantum
apud te non periclicantur: diligenter æstimare,
& excutere non graueris: &, quod tibi difficilli-
mum est, de nugis nostris iudices nitore sepositō, ne Romā, si ita decreueris, non Hispaniensem
librum mittamus, sed Hispanum.

Ad Priscum. 1

Retia dum cessant, latratoresq; Molossi,
Et non inuento sylua quiescit Apro:
Otia Prisce breui poteris donare libello,
Hora nec æstiua est, nec tibi tota perit.

Ad sua Carmina. 2

Quæ modo littoreos ibatis carmina Pyrgos,
Ite sacra, iam non puluerulenta uia est.

Ad Librum suum. 3

Ad populos mitti qui nuper ab urbe solebas,
Ibis tu Romam nunc peregrine liber.
Auriferi de gente Tagi, tetriciq; Salonis
Dat patrios manes quæ mihi terra potens.
Nō tamē hospes eris, nec iam potes aduena dici,
Cuius habet fratres tot domus alta Remi.
Iure tuo ueneranda noui pete limina templi,
Reddita pierio sunt ubi templa choro.
Vel si malueris, prima gradiere suburra,
Atria sunt illic consulis alta mei.
Laurigeros habitat facundus Stella penates,
Clarus Hiantææ Stella sititor aquæ.
Fons ubi Castalius uitreo torrente superbit,
Vnde nouem dominas sæpe bibisse ferunt.
Ille dabit populo, patribusq;, equitiq;, legēdum,
Nec nimium siccis perleget ipse genis.
Quid titulū poscis? uersus duo, tres ue legātur,
Clamabunt omnes te liber esse meum.

Ad Priscum. 4

Quod Flacco, Varioq; fuit, summoq; Maroni,
Mecœnas atauis regibus ortus eques.
Gentibus & populis hoc te mihi Prisce Terenti
Fama fuisse loquax, chartaq; dicet anus.
Tu facis ingenium: tu, siquid posse uidemur,
Tu das ingenuæ munera pigritiæ.

Ad Cæsarem. 5

Longior undecimi nobis, decimiq; libelli
Arctatus labor est, & breue rasit opus.
Plura legant uacui, quibus otia tuta dedisti,
Hæc lege tu Cæsar, forsan & illa leges.

In Commendationem Neruæ. 6

Contigit ausoniæ procerum mitissimus aulæ
Nerua, licet toto nunc Helicone frui.
Recta fides, hilaris clementia, cauta potestas
Iam redeunt, longi terga dedere metus.
Hoc populi, gentesq; tuæ pia Roma precantur,
Dux tibi sit semper talis, & iste diu.
Macte animi, quem rarus habet, morūq; tuorū,
Quos Numa, quos hilaris posset hīre Cato.
Largiri, præstare, breues extendere census,

DOMITIVS.

Et dare quæ faciles uix tribuere Dei.
Nunc licet, & fas est, sed tu sub principe duro,
Temporibusq; malis, ausus es esse bonus.

De Lygia. 7

Toto uertice quod gerit capillos,
Annos si tot habet Lygia, trima est.

In commendationem Traiani. 8

Terrarum Dea, gentiumq; Roma,
Cui par est nihil, & nihil secundum,
Traiani modo læta cum futuros
Tot per secula cumputaret annos,
Et fortem, iuuenemq;, Martiumq;
In tanto duce militem uideret,
Dixit præside glorioſa tali
Parthorum proceres, ducesq; Serum,
Thraces, Sauromatæ, Getæ, Britani,
Possum ostendere Cæsarem, uenite.

Ad Cæsarem. 9

Palma regit nostros mitissime Cæsar Iberos,
Et placido fruitur pax peregrina iugo.
Ergo agimus læti tanto pro munere grates:
Misisti mores in loca nostra tuos.

De Africano. 10

Habet Africanus millia, & tamen captat.
Fortuna multis dat nimis, satis nulli.

Mittit librum ad Parthenium. 11

Parthenio dic musa tuo, nostroq; salutem,
Nam quis ab Aonio largius amne bibit?
Cuius pimpleo lyra clarior exit ab antro,
Quem plus Pierio de grege Phœbus amat.
Et si forte, sed hoc uix est sperare, uacabit,
Tradat ut ipse duci carmina nostra, roga,
Quattuor & tãtum, timidumq;, breueq; libellũ
Commendet uerbis: hunc tua Roma legit.

In Posthumum. 12

Omnia promittis cum tota nocte bibisti,
Mane nihil præstas: Posthume mane bibe.

Ad Auctum. 13

Genus Aucte lucri diuites habent iram,
Odisse q̃ donare uilius constat.

Ad Priscum. 14

Parcius utaris moneo rapiente uetedo
Prisce, nec in lepores tam uiolentus eas.
Sæpe satisfecit prædæ uenator: & acri
Decidit excussus, nec rediturus equo.
Insidias & campus habet, nec fossa, nec ager,
Nec sint saxa licet, fallere plana solent.
Non deerunt qui tanta tibi spectacula præstent,
Inuidia fati sed leuiore cadunt.
Si te delectant animosa pericula, Thuscis,
Tutior est uirtus, insidienur apris.
Quid te fræna iuuant temeraria? sæpius illis
Prisce datum est equitem rumpere, q̃ leporẽ.

Adulatorium. 15

Quicquid Parrhasia nitebat aula,
Donatum est oculis, Deisq; nostris.
Miratur scythicas uirentis auri
Flammas luppiter, & stupet superbas
Regis delitias grauesq; lusus,
Hæc sunt pocula quæ decent Tonantem,
Hæc sunt, quæ Phrygium decent ministrum.
Omnes cum loue nunc sumus beati,
At nuper (pudet, ac pudet fateri.)
Omnes cum loue pauperes eramus.

In Labienum. 16

Addixti Labiene treis agellos,
Emisti Labiene treis cinædos,
Pædicas Labiene treis agellos.

In Lentinum. 17

Quare tam multis a te Lentine diebus
Non abeat febris, quæris, & usq; gemis,
Gestatur tecum sella, pariterq; lauatur,
Cœnat boletos, ostrea, sumen, aprum.
Ebria ferino fit sæpe, & sæpe falerno,
Nec nisi post niueam cæcuba potat aquam.
Circunfusa rosis, & nigra recumbit amomo,
Dormit & in pluma, purpureoq; toro.
Cum sit tam pulchre, cum belle uiuat apud te,
Ad Damam potius uis tua febris eat.

Ad Iuuenalem. 18

Dum tu forsitan inquietus erras
Clamosa Iuuenalis in Suburra,
Aut collem dominæ teris Dianæ:
Dum per limina te potentiorum
Sudatrix toga uentilat, uagumq;
Maior Cælius, & minor fatigant,
Me multos repetita post Decembres
Accepit mea, rusticumq; fecit
Auro Bilbilis, & superba ferro.
Hic pigri colimus labore dulci
Botrodum, Plateamq;, Celtiberis
Hæc sunt nomina crassiora terris.
Ingenti fruor, improboq; somno,
Quem nec tertia sæpe rumpit hora,
Et totum mihi nunc repono, quicquid
Terdenos uigilaueram per annos.
Ignota est toga, sed datur petenti
Rupta proxima uestis. è cathedra
Surgentem focus excipit superba
Vicini strue cultus illiceti,
Multa uillica quem coronat olla.
Venator sequitur, sed ille quem tu
Secreta cupias habere sylua,
Dispensat pueris, rogatq; longos
Leuis ponere uillicus capillos.
Sic me uiuere, sic iuuat perire.

De Aemilio. 19

In thermis sumit lactucas, oua, lacertum,
Et cœnare foris se negat Aemilius.

Ad Fabullum. 20

Quare non habeat Fabulle quæris
Vxorem Themisonis? habet sororem.

Ad Marcellam. 21

Municipem rigidi quis te Marcella Salonis,
Et genitam nostris quis putet esse locis?
Tam rarum, tam dulce sapis, palatia dicent,
Audierint si te uel semel, esse suam.
Nulla nec in media certabit nata Suburra,
Nec Capitolini collis alumna tibi.
Nec cito ridebit peregrini gloria partus,

Lygia

Parthi

Seres

Sauromatæ Getæ

Veredus Veredarius

Repono

Dama Lippus

Themison

Suburra

DOMITIVS.

¶ Quae Dei,) id est dare potes, quæ Dei rogati vix dare possunt. ¶ Principe duro,) Nerone, in cuius aula versabaris. ¶ Esse bonus,) exercere liberalitatem. ¶ Toto) Caluam Triphilen appellauit supra, id est triũ capillorum. hanc urbaniter Lygiæ inesse scrib. Lygia vero nomẽ fuit vnius ex Sirenibus: hęc alia est. ¶ Trima,) trium annorum. ¶ Terrarum Dea,) Traianum laudat, cui tam longam vitam fore ait, & tantum inesse roboris. Iuue. Et lacertorum vt Roma planè confidere possit: omnes populos aspectu tanti ducis pertertitos venturos spõte in deditionem. ¶ Secundum) proximum in laude, quasi dicat extra omnem comparationem. ¶ Computaret) animo colligeret. ¶ Militem,) robur militis. ¶ Parthorum proceres,) hi omnes sunt populi, qui sæpius hostes erant Popu. Roma. parthi lingua scythica dicũtur exules, vt Trogus. nam ex orientali Scythia migrantes venerunt in Assyriam: ibiq; locatis domiciliis Parthi dicti sunt nobiles nec Crassi & pugna adeo tuti: vt maximos exercitus Romanos sæpe vel eluserint, vel deleuerint. Seres, Claudio imperante, opera liberti Annii amicitiã cum Po. Ro. iniuerunt, magnitudinem humanam non excedũt, rutilis comis, cœruleis oculis, nullum cum extremis commercium linguæ habentes: arbores lanigeras habent, vnde vestes Romanis mulieribus texebantur, quibus pellucebãt. Ferri item & pellium præstantia abundant: supra centum annos viuere dicuntur, quemadmodum Aethiopes, Macrobii, Seres lingua illa significat syluis nobiles. ¶ Sauromatæ) à Græcis dicuntur: à nostris Sarmatæ author Plin. ¶ Getæ,) Istrum flumen accolentes finitimi sunt Dacis, quorum, sermone vtuntur, sed notiores ipsi fuerunt græcis, quoniam in vtranq; ripam euagabantur. ¶ Possem osten. Cæ.) id est habeo quę admiremini, & possitis venerari hic iuuenis mihi satis est ad totum orbem in officio continendum. ¶ Palma) Traianus de Dacis & Scythis triumphauit, author. Eut. Iberos præterea Sauromatas: Arabas in fidem accepit agit gratias pœta q̃ eius triumphis, & victoriis ita sedata si Hispania, vt in quietissima viuat pace. nam palmam accipio pro victoria, quanuis suspicari liceat proprium nomen esse præfecti prouinciæ, quod placet in telligas. ¶ Peregrina,) Hispana. ¶ Iugo. pl.) imperii tui. ¶ Tuos mo.) placidos docuisti viuere moribus tuis. ¶ Habet,) Africani diuitis auaritiam carpit, qui cum multa haberet, plura seruilibus officiis aucupabatur. ¶ Nimis,) id est supra quàm necesse sit. ¶ Satis,) quantũ optat, omnes plura cupiunt, quàm habeant. ¶ Parthenio,) Parthenio præfecto cubiculariorum, quẽ superiore carmine sæpe appellauit: commendat librum reddendum imperatori. ¶ Tuo,) qui te colit. nam doctus erat. ¶ Quis bibit plus,) id est quis est doctior. ¶ De grege pierio,) id est inter poetas. ¶ Vacabit,) id est vacuus erit negociis. ¶ Breuem,) pauca continẽtem. ¶ Nunc tua Roma le.) verba Parthenii ad imperatorẽ: Deo imperatori mando cætera, id est relinquam in arbitrio imperatoris: relinquo, vt scilicet det aliquid, quasi dicat eũ duo mihi optem in hoc, id est commendationem, & munus, tibi tribuo partes commendationis: munus expecto ab imperatore. ¶ Omnia,) in Posthumum ebrium, qui madidus vino omnia promittebat, sobrius nihil præstabat, optat poeta vt cum nunquam sit liberalis, nisi cum sit ebrius, bibat etiam mane. nã si nocte ebrius promisit, & mane ebrius dabit. ¶ Genus Aucte,) supra etiam dixit in diuites eos irasci non iure, sed quia id ipsos iuuabat, quia scilicet nihil irati dabant. ¶ Parcius,) Priscum venatorem fuisse supra ostendit epigramma: Retia dũ cessant. hunc monet ne præcipiti equo imprudentius feratur. cum id non faciat sine capitis periculo. ¶ Parcius,) lentius, & tardius. ¶ Veredo,) equi veredi à velocitate rhædæ trahẽdæ dicti sunt, quorum aurigæ veredarii appellabantur. ¶ Satisfecit præd.) casu suo. ¶ Insidias,) loca parata ad mortem. ¶ Fallere,) vestigia equi. ¶ Leuiore,) quoniam querela de te esset grauior, quàm de aliis in Deos. ¶ Frena temeraria,) equi præcipitis. ¶ Equitem,) sessorem. ¶ Rumpere leporem,) defatigare. ¶ Rumpere equitem,) interimere sessores. ¶ Quicquid,) Traianus. ornamenta priuatæ mensæ Domitiani cum primũ ad imperium peruenit: dicauit Ioui, author Plin. in panegyrico ad Traianum: hoc factum laudat poeta. ¶ Parrhasia,) palatia. ¶ Flammas scythicas,) smaragdos scythicos, quod placet potius, quàm de auro scythico quod à formicis, & gryphibus eruitur. nam smaragdi scythici præter cęteros commendabantur, & in gemmatis poculis erant. ¶ Stupet,) cum admiratione inspicit. ¶ Lusus graues,) hoc est pretiosas lasciuias poculorum.

¶ Nuper,) Sub Domi. Iuppiter: carebat ornamẽto, & nos pauperes eramus omnibus opibus collatis in supellectilem priuatam. nihil enim nobis dabat. ¶ Addixti,) in eũdem fermè sensum est: quo in eum, qui seruũ edit. Hic vendit tres agellos, & totidem emit pueros. Addicere est plus pretii pollicenti aliquid vendere: quemadmodũ res sub hasta. ¶ Quare tam,) Lẽtini gulam acculat, qui febricitãs nullo genere delitiarum abstinebat, conquerebaturq;, quod febris nõ discederet: poeta respondit eam recte agere: cum tam opulentum & delicatum dominum habeat. ¶ Setino,) vino, quod Iudicio Augusti tenuit principatum. ¶ Niueam,) expressam ex niuibus. ¶ Circunfusa rosis,) id est coronis rosaceis. ¶ Nigra) vncta amomo. ¶ Purpureo,) nam tori purpura tegebantur. ¶ Dama,) lippus erat sordidus & pauper vt poeta alibi indicauit. ¶ Si tam pulchre,) id est tã bene habeat. ¶ Dum tu,) la tus otio in quod ab vrbe discesserat post. 34. annum ad Iuue. amicũ scrib. versantem in laboribus vrbanis: vitæq; suæ quietem commemorat, in qua & ætatem degere vult & mori. Duo, vt supra dictum est, fuerunt Iuu. quorum alter consulatu, & historia Taciti nobilis est: alter satyrarum scriptor sui temporis testem non habuit, præter M. qui ad eum scribit. ¶ Superba,) edita: abundans auro & ferro. ¶ Fecit rust.) vitæ rusticanæ addixit. ¶ Clamosa,) ob clamorem vendentium res. ¶ Dianæ,) cuius foribus pendebant cornua boum cum in aliis ceruorum essent. author Plutarc. ¶ Maior & minor Cælius,) ad colliculos Cælii refert, qui ita surgebant, vt ad radicem frequens esset habitatio ditiorum, nam cliuosus erat. ¶ Botrodum,) op. cum nemore. ¶ Plateam,) op. finitimũ. ¶ Dulci la.) animi relaxatione. ¶ Tertia ho.) quæ Romæ data est cauſidicis. ¶ Totum repono) quantum ego vigilaueram Romæ: tantum hic dormio & resartio quicquid Romæ amisi. Quidam nostrorum temporum scriptor accipit hoc loco repono pro scribo: heu demẽtiam hominis, ô verecundiam: nónne hic de somno loquitur? nónne dicit se reparare somnum dormiendo, quem in vrbe vigilando amiserat? plura in Iuue. diximus. Iuue. Meliora, ac plura reponit Persicus orborũ autissimus. Reponit, reparat, Irefarcit: vt hic. ¶ Toga,) vestis quæ præstãbat officium ergã diuites. ¶ Petenti,) scilicet cum surgo à cathedra. nam ibi reposita vesperi fuerat. & morem ostendit hominis rusticantis: qui dum it dormitũ vestem conijcit in cathedram solutus curis & omnes delitias asperna tus contemnens repositoria. ¶ Rupta,) auget paupertatem dum ait cathedram quoque ip sam ruptam fuisse. Ruptum pro lacerato supra dixit. Quin sanet ruptos: alludens ad morbum, & auaritiam suorum temporum. ¶ Vicini illiceti,) proximi luci. ¶ Coronat,) circundat. ¶ Sequitur,) me egredientem domo. ¶ Leuis,) politus. nam rustici fiebant tonsi abhorrentes à cultu vrbano, vbi intonsi erant. ¶ In thermis,) Aemilius cum cœnas captaret, nolebat videri id agere, & ne apud diuitem cœnaret post thermas ibidem sumebat tantum ientaculorum, vt cœna non indigeret, iactabat ergo sæpe se non cœnare foris, quod habebatur ludibrio. poeta ostendit causam quare id faciat, quia scilicet in thermis lautum sumat prandium. ¶ In thermis,) nam captatores cœnarum laudabãtur prius cum diuitibus in thermis: postea sequebantur cœnam paratam. ¶ Sumit,) gustat. ita inanem hominis iactãtiam eludit. ¶ Quare,) Themisonis discipulus fuit Aesclepiadis medici, alter hic est: qui sorore vtebatur pro vxore. ¶ Municipem,) Marcellam Hispaniam laudat, quæ & voce & moribus Romana planè videbatur. ¶ Tam rarum,) id est tam grauitatem cum comitate coniunxisti. ¶ Certabit,) & grauitate & moribus. ¶ Suburra regio vrbis dicebatur, vel quod sub muro terreo carinarum esset, vel, vt Iunius scribit, sub antiqua vrbe. ¶ Peregrini partus,) sensus est: Ne filii ex te nati cito te agnoscent putantes te esse mulierem Romanam non Hispanam, risu autem filii se parentes agnoscere testatur Virgil. Incipe parue puer risu cognoscere matrem. ¶ Peregrini partus,) id est natus ex te peregrina.

DOMITIVS.

(DVCAT Putet,) Romanã non Hispanã.(Iubes Esse) facis vt minus desiderẽ Romã.(Facis Romam,) repręsentas mihi Romam cum te audio. (Quã sit lusca,) Philænis lusca, & deformis erat tanta deformitate vt si esset cæca minus videretur: nã cum alterũ habeat oculum, & cætera conueniant: habet formam mentulę. vt supra: Cur non basio te Philæni? lusca es.(Dentibus,) Lelia anus acer sitis capillis, & dẽtibus volebat puella videri: oculi deformitatem quo carebat non poterat emendare. in quo iocatur poeta.(O iucunda) Couinnus cur rus Britanicus erat: qui sine auriga equis pusillis trahebatur. hunc donauit Helianus Marti. eius laudat solitudinem, alloquiturq; Couinnum.(Essedo) genus currus. Couinni meminit Luc. Et docilis rector monstrati belga Couinni. (Iuuante,) quoniam ego ero adiutor. (Vector niger,) sessor Maurus. (Caballi libyci,) equi massilei. (Succinctus,) velox. contra discinctus piger.(Mannuli,) equi pusilli dicuntur, quos vulgo burdos vocabant. hi sine rectore currum regebant. Horat. Si per obliquum similis sagittæ Terruit mannos, id est mannulos. mannorum meminit Pompeius. (Timerem tertiam aurem,) id est non timerem ne ipse ad alium verba nostra deferret.(Sic) mutui sermonis libertate.(Cum rogo te,) Thelesinum fœneratorem accusat, qui pecuniam non eius fidei, sed pignoribus credat.(Habes) dicis habere.(Carus.) delator tempore Domi. vt in commentariis Iuue. testimonio epistolæ Plin. demonstrauimus.(Adsit) defendat causam tuam.(Exilii,) si fueris damnatus.(Agellus erat) veniat tecum agellus: nam huic credidisti pecuniam non mihi.(A latronibus) latrones dicuntur, qui latus custodiunt, vnde idem & custodes sunt, qui assistunt regi, & qui ob fidem itinera. Senia cum nollet videri fellatrix: prædicabat se à latronibus fuisse fututã: poeta negat eos futuisse, sed irrumasse. in quem sensum supra dixit: Hi puto nõ dubie se futuisse negant.(Negant) quia irrumant.(Poto ego,) Cinnam coquerentem quòd Martia aliud potaret vinum, quàm ipse, reprimit hoc disticho, non dabatur ei bonum vinum, quoniam nimium potabat. Bibere idem, est bibere idem vinum. Bibere idem, est tãtundẽ potare. quod Mart. intelligens fatetur se idẽ non potare: intelligens tantundem. quibus verbis notat ebrietatem Cinnæ.(Deunces,) vasa vndecim vnciarum ad mensuram. (Sexaginta,) Senatorem accusat, qui plurima diuitum limina adibat vt salutaret, simul obiurgabat poetam, quòd desidiosus esset, cum ipse Senator obiret officia in diuites, & Marti. eques idem non faceret, respondet poeta, & causam docet cur idem munus non subeat, quia scilicet ille ex salutationibus suis aut consulatum asse quebatur, aut magistratus, poeta ex his laboribus vix cœnulam. (Des noua nomina,) id est cõsulatum.(Matutinum,) id est inter matutinum.(Vagus,) non constructo calceo.(Aquæ crassæ,) sudoris.(Geli-dam,) refrigerato sudore.(Nõ ego malo,) non debeo magis velle.(Idem faciamus,) id est eosdem labores.(Nec mereamur idem,) scilicet pretium.(Hermogenes,) Tigellus Hermogenes citharœdus fuit, suauitate cantus Iulio Cæsari primum placuit: tũ Cleopatræ. hic nomen fictum est in fure appositum. nam Hermogenes dicitur natus ex Mercurio. Autolycus autem Mercurii filius furacissimus fuit. est igitur Hermogenes alter Autolycus, sed is mappas surripiebat, in quarum furtis recensendis poeta risum mouet.(Massa,) Bebius Massa spoliatæ prouinciæ accusatus est temporibus Domitiani quã accusationem peregit Plin. vt ipse multis in locis epistolarũ testatur. Bebii item meminit Tacitus quem Africæ prouinciæ procuratorem fuisse scrib. Massam Senetio Bithynicæ prouinciæ aduocatus oppugnauit vehemẽter, quod nonnulli scribunt de Massa numulario, nõdum comperi, cum delatorem reum vellet nominare Iuu. inquit: Quem Massa timet, quẽ munerẽ palpat Carus.(Trahat) surripiat.(Halitus) spiritus ceruorũ, authore Lucretio & Plin. serpentes etiam e cubiculo retinentes extrahit.(Iris,) quæ fit ex mistura nubium, & percussione radiorum solis, vt scribit Plinius, aquas ad se trahit. Lucretius: Tum color in nigris existit nubibus arci &cæ.

(Myrino,)

Romanam deceat quam magis esse nurum.
Tu desiderium dominæ mihi mitius urbis
Esse iubes, Romam tu mihi sola facis.

De Philænide.

Quàm sit lusca Philænis indecenter
Vis dicam breuiter tibi Fabulle?
Esset cæca decentior Philænis.

In Lælianum. 23

Dẽtibus, atq; comis, nec te pudet, uteris emptis,
Quid facies oculo Lelia? non emitur.

Ad Iuuencum de Couinno curru. 24

O iucunda Couinne solitudo,
Carruca magis, essedoq; gratum
Facundi mihi munus Heliani,
Hic mecum licet hic luuence, quicquid
In buccam tibi uenerit, loquaris.
Non uector libyci niger caballi
Succinctus, neq; cursor antecedit,
Nusquam est mulio, manuli tacebunt,
O si conscius esset hic Auitus,
Aurem non ego tertiam timerem,
Totus q̃ bene sic dies abiret.

In Thelesinum. 25

Cũ rogo te nũmos sine pignore, nõ habeo inq̃s,
Idem, si pro me spondet agellus, habes.
Quod mihi non credis ueteri Thelesine sodali,
Credis colliculis, arboribusq; meis.
Ecce reum Carus te detulit, adsit agellus,
Exilii comitem quæris, agellus eat.

In Seniam. 26

A latronibus esse tu fututam
Dicis Senia, sed negant latrones.

In Cinnam. 27

Poto ego sextantes, tu potas Cinna deunces,
Et quereris quòd non Cinna bibamus idem?

In Auarum amicum. 28

Sexaginta teras cum limina mane senator,
Esse tibi uideor desidiosus eques,
Quod non à prima discurram luce per urbem,
Et referam lassus basia mille domum,
Sed tu purpureis ut des noua nomina factis,
Aut Numidũ gentes, Cappadocumue petas,
Aut mihi, quem cogis mediosabrũpere somnos,
Et matutinum ferre, patiq; lutum,
Quid petitur? rupta cum pes uagus exit aluta,
Et subitus crassæ decidit imber aquæ,
Nec uenit ablatis clamator uerna lacernis,
Accedit gelidam seruus ad auriculam,
Et rogat, ut cœnes secum Latorius inquit.
Viginti nummis non ego malo famem?
Quòd sit cœna mihi, tibi sit prouincia merces?
Et faciamus idem, nec mereamur idem?

De Hermogene fure. 29

Hermogenes tantus mapparum Pontice fur est,
Quantus nummorum uix poto Massa fuit.
Tu licet obserues dextram, teneasq; sinistram,
Inueniet mappam qua ratione trahat.
Ceruinus gelidum sorbet sic halitus anguem,
Casuras alte sic rapit Iris aquas.

DOMITIVS.

(MYRINO,) Gladiator erat pars hæc Myrinum, is volebat missionem impetrare, amicisq; parauerat conuiuium.(Læso) debilitato. nam debilitati gladiatores vulneribus missionem impetrabant. Iuuena Sergiolus nam reddere guttur Cœperat: & requiem secto sperare lacerto.(Creatam,) candidã. nam prætores ex ludis suis mappã mittebant in eum, hoc est emittebant in eum, qui in Circo aurigaret. Tranquil. de Nerone aurigante: Aliquo, inquit, liberto iam mittente mappam: vñ de magistratus solent. Expone igitur mitteret, id est emittere vellet, auriganti in Circo Hermogenes subiens clam subripuit.(Distringere,) nudare, & spoliare.(Pedes mẽsarum,) nã ad pedes sedebãt serui.(Vela) quibus theatrum tegitur.(Sub stringere) colligere.(Calui lini geri,) sacerdotes Isiaci dicebantur, quòd & rasi essent, & lineo vterentur habitu. nam tertio quoq; die tondebantur: ne pilorum sordibus inter sacrificandum piaculum committerent, vt Herodotus. Lineum fuisse habitum illorum testatur Tacitus, qui vbi Tranquillus dixit Domitia. Mane Isiaci cælatus habitu inter sacrificulos vanæ superstitionis scrib. solertia liberti lineo amictu turbæ sacricolarum immistus. Ouid. Nũc Dea linigera colitur celeberrima turba. Fiebant potissimum Aegyptiorum sacerdotum vestes ex lanugine, quæ ex frutice gossipio nascebatur ad superiorem partẽ Aegypti. Alii xylon dixerunt, vnde vestes xylinæ appellabãtur.(Sistrata,) Isidis sacerdotes baculo, quem sistrum appellabant, vtebantur. & supra poeta dixit: Et pileata subit, itq; reditq; cohors.(Siccus,) Aper cum pauper esset: parcam habebat mensam, volebatq; videri id agere instituto, & moribus suis. poeta derider, aitq; sibi non videri laudandũ Aprũ, q̃ sobrius sit: quoniam ea laus sit in seruo, hoc ait secutus sectam suam epicuream, in qua non sobrium esse, sed indulgere genio laus erat.(Non amicum,) quia volo amicum, qui indulgeat genio.(Hoc nemus) Marcella, cuius supra meminit, irriguos hortos ei donauerat, quos hoc epigrammate celebrat.(Textilis vmbra) dicitur quæ ex textis & insertis inuicem ramis fit.(Supina,) iacentis, & hærentis.(Ductile,) quod aliunde deriuatur.(Pæstum,) oppidum Lucaniæ, vbi rosæ vernant bis singulis annis, vt triferæ dicuntur in Samnio.(Olus,) de caule intelligit, cuius perpetua viriditate hyems etiam vernat, & colliculi Apitii industria pruina ad condimenta parabantur. supra: Algentem modo qui reliquit hortum. Nec algeat: nec vllum signum frigoris præbet.(Turris,) pisterium, siue columbarium.(Candida,) nam calce ex præcepto Columellæ tectoria obstruebantur columbaria, ne feles, & meles possent irrepẽ.(Similes aues) columbas candidas.(Regna,) Alcinoi regis Phæa. quæ naufragum Vlyssem ad regiam paternam ex littore perduxit. lõgum extat Home. carmen. Horti autem & pomaria Alcinoi in clyta sunt monumentis & Grẽcorum & Latinorum. Bifera erant vt scrib. Home. & Papin. Quid bifera Alcinoi referam pomaria regis? (Malo meos,) potius volo, quos dedit Marcella, quàm tuos.(O Iuliarũ,) Vacerram deridet, qui calendis Iuliis rus migrabat, vt diues videretur, & alicuius æstimationis. nam calendis Iuliis, vt ex Tranquil. in Tyberii vita percipi licet, senatores migrabãt rus nec ante licebat secedere nisi auaro & ignobili. poeta recensest Vacerræ totam supellectilem eunti rus, & eius quidem inopiam deridet, qui solenni die migrabat.(Pro bima,) pro pensione duorum annorum.(Ingenti,) adulta & carente viro.(Irus,) mendicus fuit Ithacensis, cui nihil erat roboris præter linguam. erat autem binominis. nam olim dicebatur Arneus: postea Irus loquacitate mendacitatis. Home. Arneo nomen erat quod indidit mater infanti. Irum pueri omnes vocabant supra, Iro pauperior licet fuissem.(Cliuum aricinũ,) id est omnes pauperes, qui Aricinum locum tenent.(Tripes) qui tribus pedibus sustentabatur.(Matella,) vas vrinarium.(Meiebat,) effluebat.(Suberat,) supposita erat.(Impudicus,) fœdus.(Gerres,) genus locustarum, vt scrib. Plin. supra: Teque iuuant gerres.(Mœnas) pisces qui colorem hyeme mutant.(Casei tolosatis,) ex Gallia caseus neumasensis optimus erat: afferebantur inde tolosates mali saporis.(Quadrima,) quatuor annis seruata.(Culei,) manipulum seruare docet Cato in re rustica ad rustica cibaria condienda.(Coronã,) manipulũ.(Restes,) appellat colligata allia.(Derides,) quid videris deridere villicos tam tenui supellectile, dum eorum paupertatẽ ipsis, ad quos accedis, repræsentas?(Ponti,) proseuchæ pontis, id est ista supellectile habitare iter mendicos ad pontem, non cum villicis.(Gratis,) sine pensione.

Nuper cum Myrino peteretur missio læso
Subduxit mappas quattuor Hermogenes,
Cretatam prætor cum uellet mittere mappam,
Prætori mappam surripit Hermogenes,
Attulerat mappam nemo, dum furta timentur,
Mantile è mensa surripit Hermogenes.
Hoc quoq; si deerit, medios distringere lectos,
Mensarumq; pedes non timet Hermogenes,
Quanuis non modico caleant spectacula sole,
Vela reducuntur, cum uenit Hermogenes.
Festinant trepidi substringere carbasa nautæ
Ad portum quoties paruit Hermogenes.
Linigeri fugiunt calui, fistrataq; turba,
Inter adorantes cum stetit Hermogenes.
Ad cœnã Hermogenes mappam nõ attulit unq̃:
A cœna semper rettulit Hermogenes.

De Apro. 30

Siccus, sobrius est Aper, quid ad me?
Seruum sic ego laudo, non amicum.

De Hortis Marcellæ uxoris. 30

Hoc nemus, hi fontes, hæc textilis umbra supini
Palmitis, hoc riguæ ductile flumen aquæ,
Prataq;, nec bifero cessura rosaria Pæsto,
Quodq; uiret lani mense, nec alget olus,
Quæq; natat clausis ãguilla domestica lymphis,
Quæq; gerit similes candida turris aues,
Munera sunt dominæ, post septima lustra reuer
Has Marcella domos, paruaq; regna dedit.
Si mihi Nausicaa patrios concederet hortos,
Alcinoo possem dicere, malo meos.

In Vacerram. 32

O Iuliarum dedecus cãlendarum,
Vidi Vacerra sarcinas tuas, uidi,
Quas non retentas pensione pro bima
Portabat uxor rufa crinibus septem,
Et cum sorore cana mater ingenti.
Furias putaui nocte Ditis emersas.
Has tu priores frigore, & fame siccus,
Et non recenti pallidus magis buxo
Irus tuorum temporum sequebaris.
Migrare cliuum crederes Aricinum.
Ibat tripes grabatus, & bipes mensa,
Et cum lucerna, corneoq; cratere
Matella curto rupto latere meiebat.
Focum ferentis suberat amphoræ ceruix.
Fuisse gerres, aut inutiles mænas
Odor impudicus urcei fatebatur,
Qualem marinæ uexit aura piscinæ,
Nec quadra deerat casei tolosatis,
Quadrima nigri nec corona pulei,
Caluæq; restes allioq;, cepisq;.
Nec plena turpi matris olla resina,
Summœnianæ qua pilantur uxores.
Quid quæris ædes, uillicosq; derides?
Habitare gratis ô Vacerra cum possis,
Hæc sarcinarum pompa conuenit ponti.

Martialis.

De Labieno. 33

Vt pueros emeret Labienus, uendidit hortos,
Nil nisi ficetum nunc Labienus habet.

Ad Iulium. 34

Triginta mihi quattuorq; messes
Tecum, si memini, fuere Iuli,
Quarum dulcia mista sunt amaris,
Sed iucunda tamen fuere plura.
Et si calculus omnis huc, & illuc
Diuersus, bicolorq; digeratur,
Vincet candida turba nigriorem
Si uitare * uelis acerba quædam,
Et tristes animi cauere morsus,
Nulli te facias nimis sodalem.
Gaudebis magis, & * minus dolebis.

Ad Calliſtratum. 35

Tanq; simpliciter mecum Calliſtrate uiuas,
Dicere præcisum te mihi sæpe soles.
Non es tam simplex, q̃ uis Calliſtrate credi,
Nam quisquis narrat talia, plura tacet.

In Labullum. 36

Libras quattuor, aut duas amico,
Algentemq; togam, breuemq; lænam,
Interdum aureolos manu crepanteis,
Possint ducere qui duas calendas,
Quòd nemo, nisi tu Labulle donas,
Non es, crede mihi, bonus, quid ergo?
Vt uerum loquar, optimus malorum es,
Pisones, Senecasq;, Memmiosq;,
Et Crispos mihi redde, sed priores.
Fies protinus ultimus bonorum.
Vis cursu, pedibusq; gloriari?
Tigrim uince, leuemq; Passerinum.
Nulla est gloria præterire asellos.

In Naſutum. 37

Naſutus nimium cupis uideri.
Naſutum uolo, nolo polyposum.

Ad Candidum. 38

Hunc qui fœmineis, noctesq;, diesq; cathedris
Incedit tota notus in urbe nimis,
Crine nitens, niger unguento, pellucidus ostro,
Ore tener, latus pectore, crure glaber.
Vxori qui sæpe tuæ comes, improbus hæret,
Non est quod timeas Candide, non futuit.

In Sabellum. 39

Odi te, quia bellus es Sabelle,
Res est putida bellus, & Sabellus,
Bellum deniq; malo, q̃ Sabellum.
Tabescas utinam Sabelle belle.

In Pontilianum. 40

Mentiris, credo, recitas mala carmina, laudo,
Cantas, canto, bibis Pontiliane, bibo.
Pedis, dissimulo. gemma uis ludere, uincor,
Res una est sine me, quam facis, & taceo.
Nil tamẽ omnino præstas mihi, mortuus inquis,
Accipiam bene te, nil uolo, sed morere.

In Tuccam. 41

Non est Tucca satis, quòd es gulosus,
Et dici cupis, & cupis uideri.

Ficetum

(Ficetum habet,) id est multos ficos, cum poeta videatur dicere nihil, nisi cõsitum ficis. ¶Triginta,) consilium est à perito, vt si velis agere felicem vitam: nulli te facies nimium familiarem. nam neq; felicitate amico rum, nimiũ ita poteris efferri, nec calamitate nimium torqueri. Siue enim nimium gaudeas: siue doleas nimium: perturbatio est vitæ quietæ. ¶Iucunda,) pars voluptatis. ¶Bicolor,) niger, & ruber. ¶Candida turba,) candidorum lapillorum. ¶Cauere,) declinare. ¶Morsus,) tristem mœrorem animi. ¶Tanquam,) eodem argumento supra scripsit in Seniam, quæ vt fellationis crimen dissimularet, dicebat se esse fututam à latronibus. nam hic Calliſtratus dicebat se esse præcisum, cum irrumationis crimen vellet tegere, quod poeta indicat ex coniectura, nemo enim scelus aliquod fatetur, nisi maius velit dissimulare. ¶Tanquam viuas mecum,) tanquam mihi soli omnia aperias. ¶Tacet plura,) vult dissimulare grauiora. & qui fellant, vt diximus, tacent. ¶Libras,) in Labullum, qui pariuis muneribus volebat videri liberalissimus, cum homines sui tẽporis auaros superaret. Poeta ait eum dignum esse laude, facile enim est auaros liberalitate superare. quòd si contendet cũ, antiquis, erit illorum vltimus. cum sibi videatur suorum temporũ primus. ¶Aureol.) Aureoli numismata erãt, quæ præter cætera tinnit ũhabebant. vt supra: Qui crepet aureolos forsitan vnus erit. ¶Ducere,) sustentare amicum duobus mensibus. ¶Optimus,) liberalissimus auarorum. ¶Redde,) mihi repræsentata liberalitate tua. ¶Sed priores) antiquos non nostri temporis. ¶Fies vltimus,) quia vltimum locum non assequeris. ¶Tigrim) supra: Vtrum ne currat Passerinus, aut Tigris nam velocissimi erant. comparat Tigrim & Passerinum antiquis. ¶Asellos,) nouis, & recentioribus. ¶Naſutus,) naſuti dicuntur, qui acriter iudicant. in eos scribit, qui vt scire aliquid viderentur: acriter potius quã perite iudicabant. ex metapho ra igitur huiusmodi homines appellat polyposos. Polyposi sunt: quorum naſus polypo morbo in fœdam magnitudinem excrescit. ¶Naſutus,) nimium iudicator. ¶Hunc qui,) mollem designat, qui vxori Cãdidi amici hærebat, vt vir videretur, cum esset cinædus. ¶Non est quod timeas,) non debes timere. ¶Glaber crure,) depilato crure. ¶Improbus) insatiabilis. ¶Non futuit,) quia est cinædus vt supra: Irrupi Lupe, non erat cinædus. quia scilicet ille futuebat, sed hic præcidebatur. ¶Odite,) Sabellum deridet qui bellus nolebat dici cũ perabsurda sit appellatio voce ipsa, vt dicas Sabelle belle. ¶Bellum,) mutilato nomine à Sabello. ¶Belle,) iocus est in voce. ¶Tabescas,) fias tabidus. Alludit ad illud: Res putida. nam res putidæ tabescunt. volo, inquit, potius bellum Sabellum, id est mallem tamen bellum præcurto nomine, quàm Sabellum bellum. nam bis bellum ita inculcamus. Sabelle belle, vocantis est, & deridentis inculcationem nominis, dicereris inepte. ¶Mentiris,) in Pontilianum, qui poetæ omne genus officii præstanti nihil dabat, sed polliceba tur se daturum post mortem. nihil ait se velle Martialis nisi vt moriatur: vt ostendat eum stultum, qui amico ex morte spem proponat, cum ea sit causa non conciliandi amici, sed vt mortem optet. ¶Gemma,) latronibus. ¶Dissimulo,) ostendo non audiuisse. ¶Vincor,) cedo. ¶Quam facis,) prædicas. ¶Accipiam bene te,) id est bonis relictis bene tecum agam. ¶Non est,) in Tuccam, & gulosus erat & ita volebat videri. eodem argumento supra in eum, qui volebat videri pauper, & erat.

Aureoli

Polyposus

GEORGIVS.

(Naſvtvs Nimium cupis videri. Naſutum volo, nolo polyposum,) Postea quam de naso toties disseruimus, iam possum coarguere hominẽ de iudicio naſi, quo non ad iudicium, sed ad dolosam irrisionem vtimur, nec est sensus quẽ hic putat, immo potius notat ineptum deriſorem, qui absurdis dictis iocetur, quo nomine polyposus, hoc est immundi & non emuncti naſi, quàm naſutus appellari potest: sed in diffinitione polypi & audax & insanus videtur plura dicere, nisi alibi de polypo abunde tractauissem. non enim naſus excrescit in fœdam magnitudinem laborantibus polypo, sed potius caro interiora naſi occupat intumescens maxime flante Euro.

(Barbatus,)

DOMITIVS.

(Barbatvs,) Seniorum nuptias celebratas iusto fermẽ ri tu testatur Iuuenal. Nubit amicus dixit. & Nero suo Pythagoræ nupsit, qui & Doriphorus dicebatur. nuper Calliſtratus Aphro nupserat celebratis nuptiis. in quo poeta verbis patientiam detestatur, quòd fileat tanquam partum expectet. ¶Rigido,) id est mentulato & mutoniato. erat enim draucus. ¶Faces,) tædæ geniales, nam ante ferebantur faces vnà cum aqua, vt ait Varro. ¶Talasse,) nuptiarum deus, proprium erat carmen vt supra: Quid si me iubeas Talassionem Verbis dicere nõ. Talassionis. ¶Vt pariat?) vt illud Iuuenal. Interea tormentum ingens nubentibus hæret: Quòd nequeunt parere, & partu retinere maritos. ¶Facũdos) Sabelli poetæ imprudentiam carpit qui compoſuerat carmen de vario concubitus genere, aitq; eum non debuisse tanti facere ingenii, & eloquentiæ suæ laudem, vt hæc scriberet puellæ. ¶Didymi,) mangonis, qui Didymus dicebatur. Nam Spasio & Hemus puellas quidem habebãt molli carmine eruditas. Papin. Dies Spasio, quos agit tumultus: Hunc intrant faciles Hemi puellæ: sed Didymus molliores habebat, nomen tali magiſtro conuenit, cum supra legerimus Didymum spadonem & mollem, hoc magis placet, quàm vt dicas Didymi, id est Phrygiæ à monte Didymo. ¶Elephantidos libelli,) scripsit varia concubitus genera Elephantis. ex eius libris Tiberius cubiculum inſtruxit editis picturis, quales libri designabant. & Virgilii lasciuo carmine Elephantis nobilis est. vbi Lalage tabellam vnam dicat Priapo'. ¶Illic,) in libris tuis. ¶Nouem) nouem genera cõcubitus. ¶Taceant) fellationem. ¶Quo symplegma te,) id est quo amplexu. Symplegma est complicatio. ¶Cathena) serie in speciem cathenæ. ¶Tanti,) id est tanti non debeas facere te haberi disertum, vt hæc scriberes: debuiſses in aliis rebus eloquentiam, & ingenium ostentare. ¶Attice cognato,) ad M. Atticum, qui elegiacum carmen scribebat, & abſtinebat heroico, ne æmulus fratri videretur, quemadmodum supra dixit de Turno in Memorem, alius codex habet vnice cognato. ¶Cognato sanguine,) quia erat affinis. ¶Propinqua,) qui eadẽ ſtudia amas, quæ ego. ¶Lesbia) amica Catulli. ¶Te posset amare,) adeo eleganter scribis. ¶Zephyri) fauor ingenii. ¶Dare vela,) scribere grauem carmen, tractum à nauigantibus. ¶Habes fratris,) & in hoc fratris officium demonſtrans quoniam non vis certare cum posses. ¶Hœdina,) pellicea veſte vtebantur olim, quam scorteam vocabant, vt dicetur in diſtichis: Phœbus nuper caput texerat indumento corii, quidam iocans dixit eum habere caput calceatum, quod vrbaniter, & vere dictum poeta laudat. ¶Nuda tempora) nam hic carens pilis, pellem hœdi apposuerat, vt ita caluam tegeret, & ostentaret pilos. ¶Vendunt,) Gallus & Lupercus mali poetæ insani habebantur: tam malorum carminum emptores inueniebant, iam sanos & prudentes esse dicit qui sciant vendere ma la carmina. ¶Difficilis,) in Varium amicum, cuius moribus modo alienabatur, modo alliciebatur. ¶Tecum,) propter acerbitatem. ¶Sine te,) propter iucunditatem. ¶Boletos,) ex stomacho scribit epigramma in captatorem, qui cœnam dabat, vt scriberetur hæres: quam cœnam, & si lauta videtur, acerbiſſimam sibi esse scribit poeta: neque tangi à se, sed malle inuitari ad tenuem cœnam, quam possit reddere. ¶Si tanquam vilia,) si legeris & non sic, vt mendoſi habent codices. ¶Tanquam vilia,) id est tanquam paruifaciens ea.

Onyx

Hypodromus

Elephantis

Symplegma

De Calliſtrato, & Aphro. 42

Barbatus rigido nupsit Calliſtratus Aphro
Hac, qua lege uiro nubere uirgo solet.
Præluxere faces, uelarunt flammea uultus,
Nec tua defuerunt uerba Talasse tibi.
Dos etiam dicta est, nondum tibi Roma uidetur
Hoc satis? expectas, uunquid & ut pariat?

In Sabellum. 43

Facundos mihi de libidinosis
Legisti nimium Sabelle uersus,
Quales nec Didymi sciunt puellæ,
Nec molles Elephantidos libelli.
Sunt illic Veneris nouem figuræ,
Quales perditus audeat fututor.
Præstent, & taceant quid exoleti:
Quo symplegmate quinq; copulentur,
Qua plures teneantur à cathena,
Extinctam liceat quid ad lucernam.
Tanti non erat esse te disertum.

Ad M. Atticum. 44

Attice cognato iunctum mihi sanguine nomen,
Quiq; geris studiis corda propinqua meis,
Carmina cum facias soli cedentia fratri,
Pectore non minor es, sed pietate prior.
Lesbia cum tenero te posset amare Catullo,
Te post Naſonem blanda Corynna sequi,
Nec deerant Zephyri, si te dare uela iuuaret,
Sed tu littus amas, hoc quoq; fratris habes.

Ad Phœbum. 45

Hœdina tibi pelle contegenti
Nuda tempora, uerticemq; caluæ,
Festiue tibi Phœbe dixit ille,
Qui dixit caput esse calciatum.

Ad Claſſicum. 46

Vendunt carmina Gallus, & Lupercus,
Sanos Claſſice nunc nega poetas.

In habentem uarios mores. 47

Difficilis, facilis, iucundus, acerbus es idem,
Nec tecum possum uiuere, nec sine te.

In Lautum inuitatorem. 48

Boletos & aprum si tanquam uilia ponis,
Qualis per cuneos hyems latinos
Plebem grandine concuti serena
Ducat nubila Iuppiter per orbem.
Et latis pluuias minetur agris:
Dum noſtri Iouis hi ferantur imbres.

GEORGIVS.

(Didymi Sciunt puellæ,) hic enarrator non solum sua temeritate Martialẽ inuoluit, sed & vna opera syluas Papinii contaminat: & patentes sensus suas quadam affectata diſquiſitione obscurat. & interim corrumpit siquidem apud Stati. legimus Diues Spasio, quos agit tumultus, quod, Id est calend. Decembris Domitiano sub noctem iuſſisset spargi in populum maſſilia omnium generum, quam rem Martia. sæpe notauit. quid non legimus spargere stipem. idem Sparsio. quid? non Sueto. de eodem Domitiano sit ait? Inter spectacula muneris largiſſimum epulum septimunciali sacrorum die quidem senatui, equitiq; panaris plebeis sportellis cum obsonio distributis initium vescendi primus fecit, dieq; proximo omne genus maſſilia sparsit: quam rem & idem Sta. significat. Nam ad Domitianũ conuersus sic ait. Vna vescitur omnis ordo mensa. Parui, fœmina, plebs eques, senatus: Libertas reuerentiam remisit. Et tu quando etiam quis hoc vocare: Quis promittere posſit hoc Deorum Nobiſcum socias dapes iniſti? Iam seq; quiſquis is est inops beatus Cõuiuam ducis esse gloriatur. & paulo infra: Iã noctis propioribus sub vmbris Diues sparsio, quos agit tumultus. quis obsecro, niſi mente captus, hæc clariſſimorum scriptorum dicta non contuliſſet. sed & Sene. scirhetorem quendã huiusmodi sparsiones odorator imbres dixisse, ad quam sententiam alludere Sta. videtur his verbibus. Nõ tãtis Hyas in serena nimbis
Terras obruit aut soluta Pleias,

Qualis per cuneos hyems latinos Plebem grandine concuti serena Ducat nubila Iuppiter per orbem. Et latis pluuias minetur agris: Dum noſtri Iouis hi ferantur imbres. At q̃ falso exponit: Huc intrant facilis Hemi puellæ. Nam cum emi sit infinitiuus ab emor emeris. contra naturam syllabæ de nomine proprio intelligit, cuius prima syllaba apud Iuuena. producitur: Cum molli Demetrius Hæmo. & recte quidem. nam per diphthõgum scribitur à Græcis, sed & sensus expeditior est, si verbum legerimus emi: hoc est quæ paruo pretio conduci possunt. quod & Martialis tetigit, vbi dicit: Si plebeia Venus gemino tibi vincitur asse. Et Horat. ait: se amare parabilem, facilemq; Venerem, hoc est quæ paruo pretio paratur.

(Imbea Vota,) id est me capis iis cibis. (Volo,) gustabo. (Vale,) non cœnabo tecum. (Protinus immo nihil,) id est cum primũ fuerimus cœnati: nihil erit. nã gulæ voluptas statim finitur. Præterea ea tota conuerteretur in emissionem ventris: quæ à cane lẽ betur, aut in lotium versa fundetur in testam proximã viæ. quodq; grauius est: hoc vinum in cœna lautissima manet: vt sulfureo colore simus & podagrosi. (Quod sciat,) spongia & ad mẽsas tergendas vtebantur & ad vasa in demissione vẽtris polluta, ea dicebatur spongia damnata. damnata enim instrumenta dicimus turpibus ministeriis dicata. (Infelix spongia) dicata tam vili ministerio. (Sciat) sentiat abstergẽdo. (Dãnatæ virgæ,) nam spongia virga alligabatur. (Quicunq; canis,) id est quid erit mihi cœnæ: quã paulopost in stercus emissam canis iambet? Verecũde se ex ea cœna nihil habiturum significat, dum vult ostendere se parui facere. (Testa,) viis prima erat in quas prætereuntes meiebant. Tityus in oratione, qua legem Fanniam suasit: Dũ eũt, nulla est in Angiportu amphora, quã non impleant, quippe qui vesicam plenam vini habent. (Pedes carnifices,) podagrosi. (Albana) epulum in Albano instituerat Domitianus, id est non tanti facere epulum albanum, vt vellem pati hæc. (Nec capitolinæ,) (intelligit de septem viris epulonibus, qui in Capitolio epulabantur. (Dapes pontificum,) lautiores, & luxuriosæ erant, hæ dicebantur adipales, vt alii scribunt, adiicia les. Festus & Plinius authores. vide Macrobi. de cœna Metelli pontificis, quàm lauta fuit. (Ipse Deus,) vel Iuppiter, vel imperator. (Imputet,) se laudat, & magnificat. (Vappa,) significat fæcem vini, vt Probo placet. vt alii scribunt, vilius vinum est. (Perfida,) id est venenata. (Magister) structor cœnarum. (Superba,) felicia, & magnifica. (Capiunt,) denuntiant, & delectant. (Subitas,) ad imparatos cibos. (Crinitæ,) Linus pædagogus libertus Posthumillæ: tantæ erat apud Patronam gratiæ, vt ei cõ mitterentur gemmæ concubini totum penu. Poeta nunc geminos poscit, cum videatur vel le petere pueros geminos, petit vniones. Acumen poetæ ex eo est, quòd ad exitum vsque epigrammatis habet lectorem suspensum, quasi petiturus sit concubinos, cum tandem petat vniones. (Turbæ crini.) puerorum crinitorum. (Nulli,) non omnibus. (Pares,) laus est vnionibus. (Non pu.) (scilicet peto vt putabas. (Sed vniones,) & ita risum mouet. (Daphnonas,) diuitis auaritiam deridet, qui locum amœnum parauerat arboribus, porticibus, balneis, riuulis aquarum nusquam aperta cœnatione amicis. locum igitur pulchrum habebat ad non habitandum, cum nec dormiret illic, nec cœnaret. (Daphnonas,) loca lauro consita dicuntur latine laureta. (Platani,) ad vmbram tantum ferebantur. (Cyparissos) cupressos. cy parissus cupressum significat. nam in delitiis erat cupressus, quæ variis animalium figuris formabatur. (Non vnius balnea,) non priuata sed magnitudine propè publica. (Solus habes,) superas alios lauretis. vel solus habes, quia hæc non communicas, cum amicis, quos cœna non accipis. vt supra: Omnia solus habes. Iuu. Gentis vitio nunquam partitur amicum Solus habet. (Stat,) erecta est centenis colũnis sustẽtata. (Onyx) lapis onychites, qui in pauimentis & thermis erat pretiosus. onyx pauimẽtum ex onychite lapide. (Hippodromos,) spatium est, quo equi cursus exercetur ἱππος græce latine significat equum: δρόμος cursum. hic accipit locum spatiosum, quo currens equus posset cũagari. (Vngula su.) id est vngula celeris. (Vbiq; sonat,) vbiq; toto domicilio. (Sed nu. locus cœnantibus). i. nusquam est cœnatio, & nec locus vbi dormias, cum ergo non habeas vbi habites, erat enim inhospitalis, & amicos non accipiebat mensa. (Tam sæpe) notat versutiam hominum suorum, inter quos vir bonus semper decipitur. Fabullus igitur ea de causa sæpe decipiebatur. (Tyro est,) id est semper imperitus tanquam miles nouus inter veteranos.

Et non esse putas hæc mea uota, uolo.
Si fortunatum fieri me credis, & hæres
Vis scribi propter quinq; lucrina uale.
Lauta tamen cœna est, fateor lautissima, sed cras
Nil erit, immo hodie, protinus immo nihil.
Quod sciat infelix damnatæ spongia uirgæ,
Vel quicunq; canis, iunctaq; testa uiæ.
Mulorum, leporumq;, & suminis exitus hic est,
Sulfureusq; color, carnificesq; pedes.
Non albana mihi sit comessatio tanti,
Nec capitolinæ, pontificumq; dapes.
Imputet ipse Deus nectar mihi fiet acetum,
Et uaticani perfida uappa cadi.
Conuiuas alios cœnarum quære magister,
Quos capiant mensæ regna superba tuæ.
Me meus ad subitas inuitet amicus ofellas,
Hæc mihi, quã possum reddere, cœna placet.

Ad Pædagogum. 47

Crinitæ Line Pædagoge turbæ,
Rerum quem dominum uocant suarum,
Et credit cui Posthumilla diues
Gemmas, aurea, uina, concubinas,
Sic te perpetua fide probatum
Nulli non tua præferat patrona,
Succurras misero precor furori,
Et serues aliquando negligenter
Illos, qui male cor meum perurunt,
Quos & noctibus, & diebus opto
In nostro cupidus sinu uidere.
Formosos, niueos, pares gemellos,
Grandes non pueros, sed uniones.

In habentem amœnas ædes. 50

Daphnonas & platanos, ac aerias cyparissos,
Et non unius balnea solus habes,
Et * tua centenis stat porticus alta columnis,
Calcatusq; tuo sub pede lucet onyx.
Puluereũq; fugax hyppodromõ ungula plaudit,
Et pereuntis aquæ fluctus ubiq; sonat.
Atria longa patent, sed nec cœnantibus usquam,
Nec somno locus est, q̃ bene non habitas.

De Fabullo. 51

Tam sæpe nostrum decipi Fabullum, quid
Miraris Aule? semper bonus homo tyro est.

GEORGIVS.

(Quod sciat infelix damnatæ spongia virgæ: Vel quicunque canis, iunctaque testa viæ,) Similis hic mihi videtur homini per tenebras ambulanti, & quicquid occurrerit apprehendenti. & perinde nonnunquam grauiter, ac turpiter casum facienti. nam de spongia nihil nisi commenticium hic nugator tradit. nos autem quæ apud Senecam legimus de spõgia subiungemus. De morte præoccupanda ad Luciliũ hec scrib. Nuper in ludo bestiariorum vnus è germanis, cum matutina spectacula pararentur: secessit ad exonerandum corpus nullum aliud illi dabatur sine custode secretum ibi lignum: quod ad emundanda obscœna adhærente spongia ponitur: totum in gulam farsit, & in præclusis faucibus spiritum emisit. hoc fuit morti contumeliã facere. Per hæc Senecæ verba, quæ foret spongia dãnatę virgę iam cognoscitur. hic ergo videtur sensus Poetæ, vt intelligat de cœna illa opipara nihil superaturum, quod sit aut custodi infelicis spongiæ dandum. Nam loca illa vbi solent saturi ventrem exonerare: mendici sępe obsident, nec non & canes comedant, hoc est agentes vitam cynicam, aut testa iuncta viæ: hoc est egeni stipem quærentes in marginibus viarum. Tertulianus in apologetico scribit morem fuisse bestiis suprema cœnantibus in publico discumbere. Quare per spongiam damnatæ virgæ bestiarium capiemus: cui in publico discumbenti cum bestiis obiiciendus foret: nihil reliquiarum de illa cœna dari posset.

(Tempora,)

DOMITIVS.

(Tempora,) Rufus in tumulo celebratur: cuius vxor rapta fuerat, sed ea deserto raptore: redierat ad maritũ. hoc totum epigramma non tam cõmemorat mortem Rufi, quã raptum Semproniæ. (Reis,) clientibus non minus q̃ poeta. (Tyndaris,) Helena. (Ad tuos rap.) id est dum audit te raptã redisse ad virum. (Absoluit). i. liberat odio. (Loca læta,) id est Elysii cãpi. (Non ali.) non alieno animo. (Iste amor,) Rufi quo arsit in te. Placet q; potius fuerit rapta à Rufo, quàm q; fuerit coniux. (Domina,) Proserpinam. (Nummi,) in Paternum auarum iocatur, qui nihil amicis dabat, afferens causam per iocũ, quòd ipse esset filius rapacitatis, vt inquit poeta, nũquam fuisti filius vitii, sed pater peruersissimus. (Ciuis rarus,) id est magni ciues. (Luci scythici). i. templi Martis. nam vel lus aureum. 60. stadiis à regia Golchorũ, vt scribit. Diodo. in templo Martis custodiebatur à dracone vigili: quem Medea veneficiis in gratiam Iasonis necauit, vnumquodq; templum suum habebat lucum, vnde lucum pro tẽplo accipimus. Scythicum autem propter Martẽ, qui Thrax & Scytha est, & illic Scythæ sunt, vnde alibi geticũ legimus Martẽ. (Et quid quæris,) id est cur non quæris. (Illudas quibus,) id est quos fallas. (Crine,) fieri non potest: vt Aspasius scribit, vt qui omnino deformis est, bonus fit: ex hoc Poeta in Zoilum scribit, quem ex oris deformitate malũ esse suspicatur. (Lumine læsus,) luscus scilicet. (Rem magnam facis,) nam tanta deformitate homines non solent esse boni. Mirum igitur est si es bonus. (Gratis,) in Aeglen meretricem, quę cum gratis fellaret: basia postea vendebat: humane inquit Poeta facit, & magno pretio vẽdit basia, ne sæpius basietur cũ sit fellatrix. Fellatricis enim oscũlũ impurissimũ est. (Hoc,) basiare. (Bene ven.) id est magno pretio. (Libra cosmiani,) id est foliati vnguenti. (Quater binos à noua moneta,) id est octo flauios. (Basia nõ muta,) id est non sine lingua inserta. (Facit hoc humane,) nam si daret gratis, multi basiarent, & oris fœtore offenderẽtur. (Lingere,) id est fellare. alibi: Lingas non mihi. (Aegrotas,) in Polycarmũ, qui vt munera ab amicis exigeret, sæpius simulabat se ægrotare. Nam conualescentes dona ab amicis poscebant, quæ Diis vouerant pro salute. ea dicebantur soteria. nam σωτηρία significat seruatrix. vnde soteria dona data amico seruato, & reduci. Papin. carmẽ quod pro Rutili Gallici salute cecinit: soteria appellauit: hoc, quod dixi mus, argumento. (Nocet nobis) quia mittimus soteria. (Aegrotas semel,) id est mores, & absolue vitam vna ægrotatione. hoc autem dixit ambigue: cum dicere videatur opto vt in vnam tantum ægrotationẽ incidas, ne sæpius ægrotes, intelligit moriaris. (Cur,) strepitus vrbanos & dormiẽtibus & mẽdicãtibus aliquid molestos fuisse luuen. testatur ex Vmbricii persona, eodẽ argumento Martia. hoc scribit, afferens causam quare secedat in nomentanum suum. nam prædium illic habuisse ipse sæpe supra testatus est. (Cur petam) id est accedã. (Sicci,) aridi, & laborantis inopia aquarum. (Magistri ludi,) nã vicinos habebat magistros vt alibi indicat. (Aerariorum) Aeratii ærarii dicuntur milites facientes stipendium. æratii item qui æs cudunt: vt hic. (Marcul,) malleoli. (Nummularius,) trapezita: latine numularius: trapezita græce. (Otiosus,) quia in otio est. (Mẽsa Neroniana,) Neronianum argentum intelligit purissimum, vt arbitror. nã vt Tranquil. scribit in Nerone, Exegit ingenti fastidio, & acerbitate numum al perum, argentum postulatum. nam argentũ pustulatum (quod alii codices habent pusulatum) erat purissimum. & pustula, siue pusula Pustula erat bractea argenti purissimi. vt supra legimus, felix pusula si ue pustula, de phiala. id argentum purissimũ insequentia verba Tranquilli demonstrãt, qui scribit Neronem exigisse præter argentum pustulatum aurum obrizum, quod est purissimum, sæpius excoctum in similem igni colorem. vel mensa neroniana, quod placet intelligit mensam Claudii fœneratoris: alludens ad vetus cognomẽ Nam Claudii Nerones dicebãtur. (Mensa neroniana,) id est mensa Claudii. de qua ante est locutus. Oppignerauerit, inquit, anulum modo ad mẽsam Claudii. (Paludis Hispanæ,) ramenti aurei, quod ex Tago Hispaniæ mittebantur. (Malleator) percussor. (Hispanę) aurum ex Hispania allatum rude in vrbe conflabatur, cudebatur q; malleis ad ramenta excutienda. In Hispania tantum in balneis, quæ appellabant chrysoplysia lauabatur. (Turba en Chrysoplysia theata bellonæ,) Cybelis in furorem actæ, id est chorybantes, qui nõ cessant à clamore, dum sacra faciunt.

Ad Sempronium. 52

Tempora pieria solitus redimire corona,
Nec minus attonitis uox celebrata reis,
Hic situs est, hic ille tuus Sempronia Rufus,
Cuius & ipse tui flagrat amore cinis.
Dulcis in Elysio narraris fabula campo,
Et stupet ad raptus Tyndaris ipsa tuos.
Tu melior, quæ deserto raptore redisti,
Noluit illa uirum nec repetita sequi.
Ridet, & iliacos audit Menelaus amores.
Absoluit Phrygium uestra rapina Parin.
Accipient olim cum te loca læta piorum,
Non erit in stygia notior umbra domo.
Non aliena uidet, sed amat Proserpina raptas,
Iste tibi dominam conciliauit amor.

In Paternum. 53

Nummi cum tibi sint, opesq; tantæ,
Quantas ciuis habet Paterne rarus,
Largiris nihil, incubasq; gazæ,
Vt magnus draco, quem canunt poetæ
Custodem scythici fuisse luci.
Sed causa ut memoras, & ipse iactas,
Diræ filius est rapacitatis.
Ecquid tu fatuos, rudesq; quæris
Illudas quibus, auferasq; mentem?
Huic semper uitio pater fuisti.

In Zoilum. 54

Crine ruber, niger ore, breuis pede, lumine læsus,
Rem magnam præstas Zoile, si bonus es.

Ad Puellas. 55

Gratis qui dare uos iubet puellæ,
Insulsissimus, improbissimusq; est.
Gratis ne date, basiate gratis.
Hoc Aegle negat, hoc auara uendit,
Sed uendat bene basiare quantum est,
Hoc uendit quoq; nec leui rapina,
Aut libram petit illa Cosmiani,
Aut binos quater à noua moneta,
Ne sint basia muta, nec maligna,
Nec clusis aditum neget labellis,
Humane facit hoc tamen, sed unum est,
Gratis quæ dare basium recusat,
Gratis lingere non recusat Aegle.

In Polycarmum, 56

Aegrotas uno decies, aut sæpius anno,
Nec tibi, sed nobis hoc Polycarme nocet.
Nam quoties surgis, soteria poscis amicos.
Sit pudor, ægrota iam Polycarme semel.

Ad sparsum. 57

Cur sæpe sicci parua rura Nomenti,
Laremq; uillæ sordidum petam quæris.
Nec cogitandi spatia, nec quiescendi
In urbe locus est pauperi, negant uitam
Ludi magistri mane, nocte pistores,
Aerariorum marculi die toto.
Hinc otiosus sordidam quatit mensam
Neroniana nummularius massa,
Illinc paludis malleator Hispanæ
Tritum nitenti fuste uerberat saxum,
Nec turba cessat entheata Bellonæ,

Soteria

Universidad de Deusto
Biblioteca

DOMITIVS.

Nec faſciato naufragus loquax trunco,
A matre doctus nec rogare Iudæus,
Nec fulfuratæ lippus inſtitor mercis.
Numerare pigri damna qui poteſt ſomni,
Dicet quot æra uerberent manus urbis,
Cum ſecta colcho luna uapulat rhombo.
Tu Sparſe neſcis iſta, nec potes ſcire,
Petilianis delicatus in regnis,
Cui plana ſummos deſpicit domus montes,
Et rus in urbe eſt, uinitorq; romanus.
Nec in falerno colle maior autumnus,
Intraq; limen lautus eſſedo curſus,
Et in profundo ſomnus, & quies nullis
Offenſa linguis, nec dies niſi admiſſus.
Nos tranſeuntis riſus excitat turbæ,
Et ad cubile eſt Roma, tædio feſſis
Dormire quoties libuit, imus ad uillam.

Ad Alaudam. 58

Ancillariolum tua te uocat uxor, & ipſa
Lecticariola eſt, eſtis Alauda pares.

De importunis baſiatoribus. 59

Tantum dat tibi Roma baſiorum
Poſt annos modo quindecim reuerſo,
Quantum Lesbia non dedit Catullo.
Te uicinia tota, te piloſus
Hircoſo premit oſculo colonus.
Hic inſtat tibi textor, inde fullo,
Hinc ſutor modo pelle baſiata,
Hinc menti dominus periculoſi,
Hinc dexioculus, & inde lippus,
Fellatorq; recenſq; cunnilingus.
Iam tanti tibi non fuit redire.

Ad ſuum Natalem. 60

Martis alumne dies, roſeâ quo lampada primũ,
Magnaq; ſyderei uidimus ora Dei,
Si te rure coli, uiridesq; pigebit ad aras,
Qui fueras latia cultus in urbe mihi,
Da ueniam, ſeruire tuis q; nolo calendis,
Ex qua ſum genitus, uiuere luce uolo.

De Sabello. 61

Natali pallere ſuo ne calda Sabello
Deſit, & ut liquidum potet Alauda merum,
Turbida ſollicito tranſmittere cæcuba ſacco,
Atq; inter menſas ire redire ſuas.
Excipere hos illos, & tota ſurgere cœna
Marmora calcantem frigidiora gelu.
Quæ ratio eſt hæc ſponte tua perferre, patiq;
Quæ te ſi iubeat rex dominusq; neges.

De Ligurra. 62

Verſus, & breue uiuidumq; carmen
In te ne faciam times Ligurra,

TRVNCO Faſciato,) id eſt mendicare alligato collo tabella naufraga. ¶Rogare) mendicare. ¶Iudæus,) Iudæi nemus Aegeriæ incolentes mendicabant. ¶Lippus,) ob opus ſulfureum. ¶Inſtitor,) negociator. ¶Mercis ſul.) id eſt lignorum ſulfuratorum. ¶Damna,) id eſt qui poſſet numera re quantum ſomnus amittit de ſuo. ¶Quod ma.vr.) id eſt mulierum Romanarũ. ¶Colcho,) propter Medeam, quæ magicam exercuit. ¶Rhombo,) carmine magico luna de cœlo trahi dicebatur, vt deſpumaret herbas paratas ad incantationẽ. Luca. Phœbeq; ſerena Non aliter diris verborum obſeſſa venenis Palluit. præterea: Donec ſuppoſitas propior deſpumet in herbas eo tempore, vt mulieres laboranti lunæ ſuccurrerẽt, æra verberabant. ſic enim incantationem impediri poſſe putabant. Iuue. de loquaci muliere: Vna laboranti poterit ſuccurrere lunæ. Rhombus inſtrumẽtum magicum, quo deducta lunarem magicam adiuuabant, vt ſupra ex Theocriti deſcriptione, & poetarum noſtrorũ verbis recitauimus. ¶Petilianis re.) vel de Petilia Lucanorum metropoli, quia illic agrum habuit: Petiliã Philoctetes à Meliboea profugus ædificauit, ¶Samnites muniuerunt. ¶In regnis petilianis) in agro petiliano. vel de domo Petilii intelligit, quæ in ſummo Ianiculo erat. ¶Nec ma.au.) id eſt nec eſt maior vindemia, nec plures fructus. ¶Curſus eſ.) id eſt ſpatium currendo, id eſt tu habes geſtationẽ: nam geſtatio erat locus vbi geſtabantur ob valetudinem: vel de Hippodramo, vt ſupra dixit: Pulueream q; fugax Hippodromon vngula plaudit. ¶Somnus in pro,) id eſt altus ſomnus eſt. ¶Nec di.ni.ad.).i. non tibi eſt lux niſi quando volueris aperire moleſtias vrbis, quas neincubiculo quidem licuit cuitare. ¶Ancillariolum) Ancillariolus dicitur & qui ancillas ſectatur, & qui ancillare officiũ præſtat. Vxor obiurgans Alaudam maritum, q; ancillare officium ſubiret, vel quòd ancillas ſectaretur, appellabat eum ancillariolum, ipſa rem habebat cum lecticariis. nam & ancillariolus & lecticariolus nomina ſunt ſeruilia. ¶Alauda,) alludit ad nomen: cum vtrunq; ſit ſeruile. Alauda hic proprium nomen, alibi eſt auis nomen, quę nomẽ dedit legioni. legionis Alaudæ meminit Suet. & Cic. in Anto. & ad Atticum, & Plin. ¶Tãtú) ſæpe deteſtatus eſt baſiatores. idem facit nunc cum amicus reuerſus à baſiatoribus diſſuauiatur. ¶Vicinia,) tribules. ¶Oſculo hircoſo,) fœtido. ¶Defioculus,) cui deeſt oculus dicitur, ita habet codex antiquus. alii codices habent dexioculum: hoc eſt qui dextrum tantum habet oculum, placet prior ſcriptura. ¶Lippus,) vtroq; oculo ſtillante. ¶Recens,) qui nuper fuit in opere. ¶Non tanti,) hoc eſt nõ debeo tãti facere reditum, vt hæc velis pati. ¶Martis,) natalem in agro celebrat, quem in vrbe ſolebat colere lautus. cauſam affert quare nõ ſit in vrbe hoc die, quia ſcilicet velit eſſe eo die liber, quod in vrbe non dabatur. ¶Alumne Martis,) calendæ Martiæ. ¶Roſeam,) ¶Phœbeam, & ſolarem. ¶Dei ſi.) id eſt huius diuinæ machinæ. id eſt cœlum. ¶Virides aras,) ad ceſpites incultos & virides. ¶Cultus meis calen.) id eſt die mearum calendarum. ¶Viuere,) relaxare animum, vt ſæpe eſt dictum. ¶Natali,) eodem argumento deridet eum, qui celebret natalem ſuum lautis & laboriоſis menſis, & ſponte tantum laboris ſuſcipiat in accipiendis amicis, quantum nollet ferre ſi dominus imperaret. ¶Pallere,) anxios eſſe. ¶Sabello,) amico inuitato. Saccus niuarius dicebatur pannus lineus quo niues attenuebantur, vnde refrigerabantur vina. Ita loquitur in diſtichis: Attenuare niues norunt & lintea noſtra: Frigidior collo non ſalit vnda tuo. Attenuebatur item vinum, vt purum eſſet & frigidum. de eo hic intelligit. ¶Liquidum,) purum. ¶Surgere tota cœna,) id eſt vſq; ad finem cœnæ: marmorea erant pauimenta in cœnationibus. ¶Verſus,) Ligurra, vt alicuius pretii videretur, ſolebat iactare ſe vereri ne Martialis aliquid in ſe ſcriberet, cui poeta reſpondet riſu, & cõtemptu. ¶Viuidum,) q; ſit timor.

Saccus Niuarius

Geſtatio

Ancillarioli

Alauda

Defioculus

Dexioculus

GEORGIVS.

CANCILLARIOLVM Tua te vocat vxor, & ipſa Lecticariola eſt: eſtis Alauda pares,) de conſuetudine Romana ſumptum verbum, atque iocũ nimis inſulſe interpretatur arrogans literator, cuius commẽtarii vſum latrinis quandoque præſtabunt. ergo humile & ſeruile nomen eſt Ancillariolus. Audi Senec. de beneficiis hæc ſcribentem: Siquis nulla ſe amica fecit inſignem, nec alienæ vxori anulum præſtat, hunc matronæ & ſordidæ libidinis, & ancillariolum vocant: inde certiſſimum ſponſaliorum genus eſt adulterium, & in conſenſu vidi cœlibatus nemo vxorem duxit niſi qui abduxit. Hic igitur erit ſenſus: Vxor tua o Alauda, quemadmodum ſolẽt matronæ Romanæ, quòd nulla amica te inſignem fecerit, nec alienæ vxori anulum præſtiteris, ancillariolum, & ſordide libidinis vocat, vt poteexiſtimans parum firmum matrimonium, quando prius nulli certo amori te addixeris, in vxore aute recte poteris conuicia regerere: ſi eam appellauceris lecticariolam, vt quæ certum nunquam amatorem habuerit, ſed ancillariolum abancilla deriuari puto dum proſtitutam, & lenoni ſeruientem ſignificat. vnde Plini. Meſſalina Claudii Cæſa. coniux regalem exiſtimans palmam elegit in id certamen nobiliſſimam è proſtitutis ancillam mercenariæ ſtipis.

Ancillarius

Ancilla Proſtituta

¶Dignus

DOMITIVS.

Et dignus cupis hoc metu uideri,
Sed fruſtra metuis, cupisq; fruſtra.
In tauros Libyci ruunt leones,
Non ſunt papilionibus moleſti.
Quæras cenſeo, ſi legi laboras,
Nigri fornicis ebrium poetam,
Qui carbone rudi, putriq; creta
Scribit carmina, quæ legunt cacantes.
Frons hæc ſtigmate non meo notanda eſt.

Ad Saturnum. 63

Antiqui rex magne poli, mundiq; prioris,
Sub quo pigra quies, nec labor ullus erat,
Nec regale nimis fulmen, nec fulmine digna
Sciſſa nec ad manes, ſed ſita diues humus,
Lætus ad hæc, facilisq; ueni, ſolennia Priſci
Gaudia, cum ſacris te decet eſſe tuis.
Tu reducem patriæ ſexta pater optime bruma
Pacifici latia redis ab urbe Numæ.
Cernis ut auſonio ſimilis tibi pompa macello
Pendeat, & quantus luxurietur honos?
Quã nõ parca manus, largæq; numiſmata mẽſæ,
Quæ Saturne tibi pernumerentur opes?
Vt ſit bis pretium meritis, & gratia maior,
Et pater, & frugi ſic tua ſacra colit.
At tu ſancte tuo ſic ſemper amere Decembri:
Hos illi iubeas ſæpe redire dies.

Ad Cordubam. 64

Vncto Corduba lætior Venafro,
Hiſtra nec minus abſoluta teſta,
Albi quæ ſuperas oues Galeſi,
Nullo murice, nec cruore mendax.
Sed tinctis gregibus colore uiuo,
Dic ueſtro, rogo, ſit pudor poetæ,
Nec gratis recitet meos libellos.
Ferrem, ſi faceret bonus poeta,
Cui poſſem dare mutuos honores,
Corrumpit ſine talione cœlebs.
Cæcus perdere non poteſt, quod aufert.
Nil eſt deterius latrone nudo,
Nil ſecurius eſt malo poeta.

De Cinna. 65

Vincentem roſeos, facieq;, comaq; miniſtros
Cinna cocum fecit. Cinna guloſus homo eſt.

Ad Clientes. 66

Matutine cliens urbis mihi cauſa relictæ,
Atria, ſi ſapias, ambitioſa colas.
Nõ ſum ego cauſidicus, nec amaris litibus aptus,
Sed piger, & ſenior, pieridumq; comes.
Otia me, ſomnusq; iuuant, quæ magna negauit
Roma mihi, redeo ſi uigilatur & hic.

De Phyllide. 67

Formoſa Phyllis nocte cum mihi tota
Se præſtitiſſet omnibus modis largam,
Et cogitarem mane quod darem munus,
Vtrum ne Coſmi, Nicerotis an libram,
An bethicarum pondus acre lanarum,
An de moneta Cæſaris decem flauos,
Amplexa collum, baſioq; tam longo
Blandita, q̃ ſunt nuptiæ columbarum,
Rogare cœpit Phyllis amphoram uini.

Venafrum

Galeſus

TDIGNVS Hoc metu,) ſcilicet vt ſcribam in te. prouerbium eſt apud Phalaridem: Elephas Indus culices negligit. ¶Si laboras legi,) ſi cupis fieri perpetuus. ¶Rudi carbone,) vatici natur illius carmen cito interiturum. nam quæ carbone aut creta deſignantur: cito euaneſcunt. ¶Frons hæc,) notat eum eſſe ſeruilis conditionis. ¶Notanda,) id eſt non es dignus vt de te ſcribam. ¶Antiqui) Saturnum inuocat. ſaturnale epulum, quod paratur luxurioſiſſime ob reditum Priſci Terentii cuius ſupra meminit. ¶Rex,) Saturne. ¶Prioris mundi,) id eſt prioris ſeculi. ¶Sub quo pigra quies,) idem carmen eſt apud Ouidium. ¶Regale) nimis terribile. ¶Digna,) quia non cõmittebantur ſcelera. ¶Sciſſa,) eius cerata vſque ad inferos, & ratione, & effuſionibus. ¶Dines erat,) producebat omnia. ¶Priſci,) nomen proprium. ¶Reddis,) reſtituis. ¶Pacifici,) qui pacem coluit. ¶Similis põpa,) id eſt apparatus obſoniorum. ¶Macello Auſonio,) id eſt romano. ¶Luxurietur,) late expoſita ſit. ¶Tibi,) in tuum honorem. ¶Pretium.) vt maiora merita referantur. ¶Illi,) Priſco. ¶Sic,) obſecrantis eſt. ¶Vncto Corduba,) in Cordubenſem Poetam, qui poetæ carmina recitabat, quod dolet cum ſua recitet, & nihil de ſe ſcribat quod Martialis pro ſuo velit oſtentare, in quo par pari referri poſſit. Nam erat malus poeta, rogatque Cordubam illius patriam, vt eum moneat ne recitet. ¶Venafro,) Campaniæ regio Venafrum oleo nobiliſſima. Tenet enim in eo principatum, proximum eſt Licianum non procul, tertio loco Bethycum Hiſpaniæ, cum quo de palma certet Hiſtrum. Blandiens poeta Cordubæ eius oleum & Venefrano & Hiſtro anteponit. ¶Vncto,) ſerente oleas. ¶Teſta hiſtra,) id eſt teſta olei Hiſtri. ¶Galeſi albi) flu. Tarentini, qui reddit oues candida lana. ¶Nec mendax,) quia lanæ bethicæ non tingebantur. ¶Viuo,) natiuo. ¶Noſtro,) Hiſpano. ¶Ferrem,) ſcilicet æquo animo. ¶Mutuos honores,) id eſt verſus: & ego pro meis recitarem. alius codex habet mutuos dolores. ¶Securius,) quia non timet, vt recitentur carmina, cum non ſcribat. ¶Vincentem) coci olim conducebantur ex macello. inualeſcente autem luxuria inter ſeruos habebantur, nuper Cinna puerum emptum pulcherrimum cocum fecit, in quo poeta iocatur, ait enim eum hoc feciſſe, quia ſit guloſus, & cum videatur intelligere de cibis conditis, intelligit eum tales pueros amare. ¶Guloſus homo eſt,) hoc eſt vult elegantes pueros ſolus. ¶Matutine,) excludit clientem qui mane acceſſerat: & ſomnum interpellabat. nam & ipſe ait ex vrbe hac vna de cauſa exierat vt dormiret, interpellatum fuiſſe ſomnum in vrbe in ſe dixit. ¶Ambitioſa,) quę delectantur iſto honore. ¶Litibus amaris,) id eſt moleſtis: & proprium epitheton eſt litis. ¶Negauit,) non promiſit mihi. ¶Et hic,) in vrbe faciebam. ¶Formoſa,) in ebrietatem mulieris quæ pluris faciebat vinum, quàm vllũ genus pretii: eiusq; amphoram petiit à Poeta, cum prius ipſe eſſet anxius an libra vnguenti, an lanas bethicas pro coitu daret. ¶Largam,) omnibus modis liberalem omni genere concubitus. ¶Vtrum n Coſmi,) tabernæ vnguentaria vt Coſmus. ¶De moneta Cæſaris,) id eſt Domitiani,) id eſt flauios. ¶Amphoram vini,) non propter vtilitatem pretii hoc deridet potius, quàm propter genus præmii: quod ebria poposcerat.

D. OMITIVS.

¶Bis Quinquagenis,) Amœnus domum centũ millibus emerat, quam minore etiam pretio volebat vendere, sed vt emptorem falleret ingenti ornauerat apparatu. in hunc poeta iocatur ¶Breuiore summa). i. minore pretio. ¶Corrumpis,) alliciendo eũ ¶Vafra,) callida, ambitiosa, luxurians, apparata. ¶Diuitiis) magnificentia apparatus. ¶Gemmantes,) argento, quia incrustabantur argento, quod Seruili. primus instituit, vel quia erant Panonini. vt in dicti. dicemus. ¶Citrum,) arbor in Atlante monte Mauritianæ, vnde citreæ mensæ maximæ luxuriæ apud Romanos, vt supra dictũ est. ¶Rara pondera). i. ingentia ligna & pretiosa. ¶Delphica) potest accipi pro nomine ancillæ, quæ ex Delphis venerit, vt alibi legimus Delphicum puerũ, vt intelligas Delphicã ancillam exposuisse venientibus argẽtum & aurum. nam & apud Home. ancillæ penu custodiunt, parantq; mensam hospiti venienti: quod cũ multis in locis poeta ostendat, Euricliam præsertim celebrat custodientem penu Vlyssis. & placet magis vt intelligas de cortina, quæ epulantibus & templo delphico communis est. Tripodes enim, siue cortinę cum Apollini in primis gratæ sint, delphicæ sunt appellatæ, vt Plin. scrib. ¶Nõ esse minoris,) non posse vendi vilius. ¶Instructam,) apparatam tantis diuitiis. ¶Maiæ Merc.) idus. Octob. natalẽ Virgilii celebrãt. Natus enim est poeta Pomp. & Crasso Consulibus, vt scrib. Eu. Idibus Octobris celebratione numinũ idus Maiæ sacræ sunt propter Mercurium, cui eo die sacrificant mercatores, vt scribit Macro. Nam tunc natus dicitur, & idus Augusti propter Dianam, quę colebatur in Auẽtino, vbi erat eius templum. ¶Creastis Merc.). i. Idibus Maius natus est Mercu. ¶Redit,) celebratur. ¶Consecrauit,) nascens. ¶Idus,) diem natalem virgilii. ¶Sic tanquam,) Paulum auarũ carpit, qui nihil dabat veteribus amicis, sed eos inter sua bona connumerabat tanquã archetypa, quę domino nihil sumptus afferuut, sed plurimũ laudis. ¶Lintea,) in Aprũ: qui, quã diu pauper fuit, solebat eos carpere qui in thermis potabant. factus diues luxuriosius ipse bibebat. ¶Nuper,) superiori tempore. ¶Vernula vac.) parui pretii. vt supra: Et vani triplices Lintea, quibus abstergeret se lotum. ¶Sederet,) custodiens vestem in apodyterio, qui locus erat: vbi ponebant vestes loturi. Entherocelici dicuntur, q entherocelas curant. hic morbus est cum intestina defluunt. ¶Vnctor,) medicus. ¶Nudorum,) eorum qui se lauabant. ¶Stillam,) id est guttam e vase quod guttum appellabant, & eo in balneis vtebantur. Iuue. Et pleno componit lintea gutto. ¶Venere,) propter hæreditatem. ¶Sobrius,) quin prius potauerit. ¶Diatheca,) dicuntur tabellæ testamentariæ. verbum est græcum, quo illi in ea significatione vtuntur. ¶Diatheca,) bona relicta testamento. ¶Quinq; comati,) quinq; pueri relicti testamẽto. ¶Nil nõ,) qui nil negat dici tur fellare, vt ipse exponet infra. nunc in Lygdum scribit quem difficiliorem supra conquestus est. nam fefellerat poetam sæpe expectantem. hunc tamen olim fuisse fellatorem indicat verecunde, vt miretur quare nunc sit tam difficilis. Idcirco superiorem locum in Gallam: Nil mihi Galla nega: ita interp̃tor, vt poscat fellationem. ¶Nil negabas,) id est dabas mihi fellationem. ¶Iugera,) Panniculũ causidicum derider, qui relicto foro agellum emerat ad busta Gallica. locus erat ad cloacam maximam, vbi coaceruata fuerunt ossa Gallorum, qui vrbem possederunt. idem dicebatur ad Doliola, quoniam in nonnullis doliolis Gallorum cineres inesse putarentur. putabunt tamen alii quædam mystica Numæ Pompi. illinc condita esse. Busta præterea erant in esquiliis: quoniam illic sepeliebantur cadauera quod primus Mecœnas prohibuit ob aeris salubritatem, authores sunt Varro, Plutarchus, & Porphyrio. Propè busta in Esquiliis, vel ad cloacam maximam. ¶Male compactæ,) ruentis. ¶Vrbanas lites,) forum Romanum vbi agebas causas. ¶Parua,) quia paruus erat agellus, qui versabantur in otio vtebantur tunica. ¶Pragmaticus,) dicebatur qui suppeditabat iura causidicis: author Quin. ¶Vendere,) quoniam mittebant tibi clientes. ¶Ptisana,) inuentum est Græcorum, conficitur ex hordeo. Ho. Ptisanarium orizæ. ¶Emis,) quia non mittuntur amplius, nec ager suppeditat. ¶Agricola,) nam agrum emisti & colis. ¶Hæredem,) Catullus hæredem scripserat poetam: vt bane eius mortem optaret: cum ait se non credere hoc nisi legerit. id enim legendum erat post mortem. ¶Nisi legero,) nisi fueris mortuus.

Diatheca

Pragmaticus

Ptisana

Ad Amœnum. 68

Bis quinquagenis domus est tibi millibus empta,
Vendere quam summa uel breuiore cupis.
Arte sed emptorem uafra corrumpis Amœne,
Et casa diuitiis ambitiosa latet.
Gemmantes prima fulgent testudine lecti,
Et maruſiaci pondera rata citri.
Argentũ, atq; aurũ nõ simplex Delphica portat:
Stant pueri, dominos quos precer esse meos.
Deinde ducenta sonas, & ais non esse minoris,
Instructam uili uendis Amœne domum.

De Idibus Maronis. 69

Maiæ Mercurium creastis idus.
Augustis redit idibus Diana.
Octobres Maro consecrauit idus:
Idus sæpe colas & has, & illas,
Qui magni celebras Maronis idus:

Ad Paulum. 70

Sic tanquam tabulas, scyphosq; Paule
Omnes archetypos habes amicos.

De Apro. 71

Lintea ferret Apro uacuus cum uernula nuper,
Et supra togulam lusca sederet anus,
Atq; oleo stillam donaret Opelicus unctor,
Nudorum tetricus censor, & asper erat.
Frangendos calices, effundendumq; falernum
Clamabat biberet, qui modo lotus eques.
A sene sed postquam nummi uenere trecenti,
Sobrius à thermis nescit abire domum.
O quantum diatheca ualens, & quinq; comati,
Tunc, cum pauper erat, non sitiebat Aper.

Ad Lygdum. 72

Nil non Lygde mihi negas roganti,
At quondam mihi Lygde nil negabas.

Ad Pannicum. 73

Iugera mercatus propè busta latentis agelli,
Et male compactæ culmina fulta casæ,
Deseris urbanas, tua prædia, Pannice lites,
Paruaq;, sed tritæ præmia certa togæ,
Frumentũ, milium, ptisanamq;, fabamq; solebas
Vendere pragmaticus, nunc emis agricola.

Ad Catullum. 74

Hæredem tibi me Catulle dicis,
Non credam, nisi legero Catulle.

¶Cum

D O M I T I V S.

¶Cvm Tibi,) erant nonnulli calices qui audaces dicebantur: insertis gemmis ex lapide obsidiano vitreo. nam vsq; eò processerunt officinæ vitri: vt pocula formarent, & pari propè artificio & toreumate, quo argentea. Erant tamen exigui pretii. nam & lapilli obsidiani inserti erãt ex specie vitrei, ex qua dicauit Augustus quatuor elephantos. distichon de his calicibus extat: Non sumus audacis plebeia toreumata vitri: Nostra neq; ardenti gemma feritur aqua. Poeta hæc pocula mittit Flacc. addito epigrãmate. ¶Circo fla.) vbi fiebãt calices. ¶Cataplus,) nauigatio. ¶Niliacus,) nam ex Aegypto crystalla afferebantur. ¶Talia mu.) i. tam vilia. ¶Solli citant,) alliciunt ad furtum. ¶Aquis ni. ca.) vt in dictis. Nostra neq; ardenti gemma feritur aqua. ¶Securo,) non observante. nam in manibus conuiuarum posita pocula pretiosa custodiebãtur à ministris. Iuu. Custos affixus ibidem, Qui numeret gẽmas, vngues q; observet acutos. ¶Non ti.) i. si frangatur. præterea, inquit, si male olenti voles propinare, poteris facile hos frangere post propinationem, & leuis erit iactura. ¶Festinat,) Polytimus cogitabat de ducẽda vxore, quod cũ ageret ex auaritia, vt haberet dotẽ: iactabat id à se fieri: quoniam affectus esset tædio puerorum, neq; aliquem repetiret qui sibi placeret. Poeta ostendẽs eum quærere dotem, ait se eos malle pueros quàm dotem ¶Inuitus:) verba Polytimi. ¶Hymnus,) nomen pueri. ¶Pastas,) pingues. tractum à suibus qui pinguescunt glãdibus. ¶Nasci pu.) vel quòd mollis, vel negat. ¶Horum,) verba M. respõdentis Polytimo. ¶Amphora,) agricola cœnam captabat, & quanuis summa esset annonæ caritas & vini, tamen aliena mẽsa ebrius semper erat, & repleto stomacho. ¶Crudus,) crudi dicuntur qui nimium edunt quod decoquere non possunt. ¶Ebrius) aliena mensa, nam captator est. ¶Multis) Aethon nomen equi solis ab Aetho, quod significat ardeo. Aethon item nomen proprium hic viri, qui pedendi vitio ita laborabat, vt nuper in templo capitolino nõ potuerit eo abstinere, sed affectus hoc supplicio, vt triduo cœnauerit domi didicit comprimere nates, ne eadem pœna iterum afficeretur. nam aliena mẽsa vtitabat. ¶Vsq; in summos vngues,) mos erat precantium vt cœlum respicientes resupini summis pedum digitis insisterent. ¶Offensus,) affectus iniuria. ¶Clientem,) sequentem diuites. ¶Domicœnio,) vt tribus noctibus domi cœnaret. ¶Patroclianas sel.) Patroclus temporibus Neronis ad consulatum vsq; ex infimo genere prouectus iuxta Capitolium inambulationem struxit cum latrinis, quas Martialis appellat sedes patroclianas à conditore. ¶Cauerit sibi,) prouiderit sibi. ¶Crepando,) pedendo. vnde ventris crepitum dixerunt antiqui. & edictum Claudii extat, nequis comprimeret crepitũ in senatu, cum deprehendisset senatorem ea de causa extinctum. ¶Nil in te.) in Bithynicum qui conquerebatur quòd poeta in se carmen emisisset, & iusiurandum exigebat à Martiale negante. Mos, in foro est, vt qui iurare non vult, soluat. Ex hoc vrbane poeta dicit se scripturum in Bithynicum, vult enim satisfacere potius, quã iurare. ¶Malo satisfacere,) scribere in te. Argute dictum, nã qui à debitore poscit iusiurandum mallet eum soluere: aduersus se igitur carmen videtur malle Bithynicus, cum poscat iusiurandum à Martiale. ¶Donaui,) nil negare est promittere omnia, nil item negare apud poetam est fellare. supra: Nil mihi Galla negat. præterea: At quondam mihi Lygde nil negabas. Ex hoc elocutionis ambiguitate iocatur in Atticillam nam quanuis plura ab eo accepisset: plura tamen poscebat, notans imprudentiam eorum, qui nihil negant. Eiusmodi enim homines, vt Augustus dicere solebat, vitam male instituerunt. ¶Quisquis nil negat,) fellat, quasi dicat adeo turpe est nil negare, vt idem etiã fellare significet. ¶Ne laudet,) nouam Callistrati versutiam notat, qui ne quem piam laudaret, omnes laudabat. Is enim non videtur laudare, qui nemi nem vituperat. ¶Dignos,) eos, qui digni sunt laude ab eo. ¶Cui nemo est malus,) id est qui neminem vituperat, quasi dicat nulla est laus laudari ab eo qui omnes laudat.

Cataplus

Crudi

Patroclus

Ad Flaccum. 75

Cum tibi niliacus portet crystalla catastus,
Accipe de circo pocula flaminio.
Hi magis audaces, an sunt qui talia mittunt
Munera? sed gemmis uilibus usus inest.
Nullum sollicitãt hæc Flacce toreumata furem,
Et nimium calidis non uitiantur aquis.
Quid, q̃ securo potat conuiua ministro,
Et casum tremulæ non timuere manus?
Hoc quoq; nõ nihil est, quod propinabis in istis,
Frangendus fuerit si tibi Flacce calix.

De Pueris. 76

Festinat Polytimus ad puellas.
Inuitus puerum fatetur Hymnus.
Pastas glande nates habet Secundus.
Mollis Dindymus est, sed esse non uult.
Amphion potuit puella nasci.
Horum delitias, superbiamq;,
Et fastus querulos amice malo,
Quãm dotis mihi quinquies ducenta.

De caritate uini. 77

Amphora uicenis, modius datur ære quaterno.
Ebrius, & crudus nil habet agricola

De Aethonte. 78

Multis dum precibus Iouem salutat
Stans summos resupinus usq; in ungueis,
Aethon in Capitolio pepedit.
Riserunt comites. sed ipse diuũm
Offensus genitor, trinoctiali
Affecit domicœnio clientem:
Post hoc flagitium miserrimus Aethon,
Cum uult in Capitolium uenire,
Sellas ante petit patroclianas,
Et pedit decies q̃, uicies q̃,
Sed quanuis sibi cauerit crepando,
Compressis natibus Iouem salutat.

Ad Bithynicum. 79

Nil in te scripsi Bithynice, credere non uis,
Et iurare iubes, malo satisfacere.

Ad Atticillam. 80

Donaui tibi multa, quæ rogasti,
Donaui tibi plura, q̃ rogasti,
Non cessas tamen usq; me rogare.
Quisquis nil negat Atticilla fellat.

De Callistrato. 81

Ne laudet dignos, laudat Callistratus omnes,
Cui malus est nemo, quis bonus esse potest?

GEORGIVS.

¶Cvm Tibi niliacus portet crystalla catastus,) O quàm impudenter amice errasti: dum nimis græce nugaris & ad Græcos omnia referre tentas. veteres codices habent catastus: nõ cataplus, dicebanturq; catasti, author Victruuio pueri formosi, & transmarini à catastis deductum nomen, vt arbitror. De his intelligere videtur Martialis vbi ait alibi: Niliacis primum puer hic nascatur in oris: Nequitiam tellus scit dare nulla magis. Quod si cataplum legerimus, planè ridiculum fuerit, & nimis affectatum nulla venustate, vel gratia inhærente, at quia minus vsitata est dictio: Victruuii verba subiungã. Caius Iulius Massiniſſæ filius: cuius erant totius oppidi agrorũ possessiones, cum patre Cæsare militauit: his hospitio meo vsus est ita quotidiano conuictu necesse fuerat de philologia disputare. interim cum esset inter nos de aquæ potestate, & eius virtutibus sermo, exposuit esse in ea terra eiusmodi fontes vt qui ibi procrearentur voces ad cantandum egregias haberent. Ideoque super transmarinos catastos emere formosos, & puellas maturasteosque coniungeret, qui nascerentur ex his non solum voce egregia, sed etiam forma non esse inuenusta.

DOMITIVS.

De Vmbro. 82

(¶Rvmae,) locatur in auaritiã Vmbri, qui olim cum pauper esset, in saturnalibus poetæ munus mittere solebat aliculã, nunc factus diues mittit aliclã.

Alicula

Brumæ diebus, feriisq; Saturni
Mittebat Vmber aliculam mihi pauper,
Nunc mittit alicam, factus est enim diues.

Alicula est maioris pretii, quã alica, sed ex nomine iocatur poeta. nam alicula diminutiuũ esse videtur minus alica: cum tamen maioris sit pretii. Alicula alicæ genus: alterum: dicebatur secundarium, tertiũ apherema: quod grande erat, & vilius. ¶Effugere,) in Menogenẽ: qui cœnam ex Thermis captabat: neq; antea desistebat minima quæq; officia præstare, quã inuitaretur. ¶Trigonem:) genus pilæ. ¶Dextra & læua,) nã in pila trigonali exercenda robur manus sinistrę commendabatur. Idcirco supra dixit: Nec laudet Polii magis sinistram. & in distichis ita loquitur: Si me nobilibus scis expulsare sinistris: Sum tua. mendose in multis codicibus fenestris pro sinistris legitur. ¶Imputet,) adscribat laborem suum in exercendis pilis. ¶Plenum,) lana. ¶Lintea,) quibus vtebantur in balneis. supra: Lintea feret Apro. ¶Sinus infantis,) semper sordidus. ¶Dente,) pectine. ¶Achilleas,) quales habuit Achilles, vt scribit Homerus, pulcherrimas. ¶Tropin,) bibebant post balnea, vt ad vomitionem incitarentur, quod in mulieribus notauit Iuuena. id vinum apte appellat tropin. nam inuersione significat, quæ stomachum agitat. ¶De fæce,) vini massiliani: quod fumosum erat. ¶Veni,) cœnatum mecum. ¶Derisor,) in Fabianũ, qui alienas hernias solebat deridere, sed cum suã pauloãte inspexisset, siluit. ¶Subito) repente præter opinionẽ. ¶Omnes colei timebant,) scilicet ne deriderentur. ¶Hydrocelas,) morbus erat ex genere entherocelarum, vt scrib. Celsus: cum intestina defluunt, colliguntur q́s. ¶Duo Catulli,) Catullus virilium mensuram hyperbolice solet dicere. Catullus mentulam habet instar triginta iugera prati. ¶Noluerã,) Polytimus tonsus factus est cũ cogitaret de ducenda vxore, vt supra est dictum. Poeta dicit noluisse vt tonderetur: verebatur enim ne deformis videretur: sed iam lætatur hoc permisisse: cum totus sit eburneus, & videatur formosior. ¶Pelops,) dicitur humerum eburneum habuisse à Cerere, quam imprudens comederat. Idcirco alludit ad fabulã. ¶Totum ebur.) totum candorem tuum. ¶Pędiconibus,) in Fabullum cunnilingum, qui animam pædiconum male olere dicebat. ¶Olere,) scilicet male. Triginta,) vascinatur hunc fore cunnilingum, & fellatorem, cum mentula vti non possit, & habeat pueros & puellas. ¶Surgit,) arrigit. ¶Quid facies,) quasi dicat linges. ¶Bis Cotta) soleas ad conuiuium gestabant, quas deponebant, cœnaturi, ne pauimenta contaminarent: seruabanturq; à seruis. Cotta paulo perimus iactabat se bis amisisse soleas, & propterea se incedere pedibus nudis. deridet hominis inopiam & iactantiam. nam ibat excalciatus ob inopiam, non quòd soleas amisisset, aut surreptum iri timeret. ¶Turbam,) facit comitatum. ¶Sagax,) ironice. ¶Facere damnum,) est pati dãnum. ¶Excalciatus,) dicitur qui deposuerit calceos. Idem verbum venit in iocum aduersus seruum Lustatii, qui dum omni tempore & loco furaretur: subreptamq; numulario pecuniam indidisset calceis, coactus est calceos deponere: vbi reperta pecunia in eum est: numularius te excalciauit, hoc est pecuniã abstulit. nam calceus significat ęs: vnde deduxit verbum excalciare auferre æs & pecuniam. ¶Tongilianus habet na.) qui iudicat acriter. Habet item nasum, qui nares habet. Tongilianus censor acerrimus, in extremam deuenerat inopiam, in hunc poeta iocatur. ¶Nil præter nasum,) hic accipit habere nasum simpliciter. nam erat pauperrimus: in superiore vero pro censura, & mordacitate. ¶Habet nasum,) id est censuram. ¶Nil præter nasum,) nam est pauperrimus, & ex hac ambiguitate iocatur. ¶Quod lana,) focale, de quo supra est dictum, recitaturi oratores sumebant, vt inter strepitus audirent nihil. ita enim erat compositum, vt aures tegeret demissum à vertice. Charinus caluus vt caluitii deformitatem tegeret induerat focale. Vrbane ait poeta eum non tueri aures, sed capillos. ¶Non aures,) id est non sumpsisti focale propter clamorem, sed propter caluitium. ¶Sed capilli,) nam propter caluitium id sumpsisti. ¶Pro sene,) Maro captator laborãte aduersa valetudine amico sene & diuite: votum suscepit pro illius salute, vt scilicet scriberetur hæres. Hac amoris significatione scriptus hæres, & post votum medicis spondentibus illius salutem, contraria vota faciebat: vt scilicet moreretur: ne si conualesceret, & promissam victimam persolueret, & hæreditatem amitteret. ¶Hemitritæos,) genus febris tertianæ, vt scribit Celsus. ¶Ne soluat votum) quia vellet eum mori. ¶Communis,)

Hydrocelæ

Excalciatus

Calceus

Habere nasum

De Fabiano. 84

Derisor Fabianus herniarum,
Omnes quem modo colei timebant,
Dicentem tumidas in hydrocelas,
Quantum nec duo dicerent Catulli.
In thermis subito Neronianis
Vidit se miser, & tacere cœpit.

Ad Polytimum. 85

Nolueram Polytime tuos uiolare capillos,
Sed iuuat hoc precibus me tribuisse tuis.
Talis eras modo tonse Pelops, positisq; nitebas
Crinibus, ut totum sponsa uideret ebur.

In Fabullum. 86

Pædiconibus os olere dicis,
Hoc si sic, ut ais, Fabulle uerum est,
Quid tu credis olere cunnilingis?

In non atrigentem. 87

Triginta tibi sunt pueri, totidemq;, puellæ,
Vna est, nec surgit mentula, quid facies?

De Cotta. 88

Bis Cotta soleas perdidisse se questus,
Dum negligentem ducit ad pedes uernam,
Qui solus inopi præstat, & facit turbam,
Excogitauit homo sagax, & astutus,
Ne facere posset tale sæpius damnum,
Excalciatus ire cœpit ad cœnam.

De Tongiliano. 89

Tongilianus habet nasum, scio, non ego, sed iam
Nil præter nasum Tongilianus habet.

Ad Charinum. 90

Quod lana caput alligas Charine,
Non aures tibi, sed dolent capilli.

De Marone. 91

Pro sene, sed charo uotum Maro fecit amico,
Cui grauis, & feruens hemitritæos erat.
Si stygias æger non esset missus ad undas,
Vt caderet magno uictima grata Ioui.
Cœperunt certam medici spondere salutem,
Ne uotum soluat, nunc Maro uota facit.

DOMITIVS.

(¶Communis,) Magulla viro nupserat, qui exoletũ habebat: quo & ipse & vxor vtebantur. sed cũ vir esset veneficus, ac puero cõtentus vxorem negligeret: timebat vxor ne veneno extingueretur: propterea eodẽ ministro mensæ non vtebatur: hoc poeta indicat. ¶Times lagœnã,) id est veneficum nã lagœna ministra est veneficii. supra: Diceris hac cœlebs factus quater esse lagœna. ¶Sæpe rogare,) Priscum derident qui sæpe rogabat quales mores induceret, si esset dives: id enim nemo potest prædicere, nisi illud vnum diuitem diuitis moribus vsurum. ¶Qua mœchum,) Fabullæ versutia ita commemorat, vt mariti simplicitatem accusset. nam hæc vt mœchum basiaret puerum morionem suis oculis madidum ei remittebat. idem faciebat mœchus. maritus stupidus hoc non animadvertebat. ¶Quanto est magis morio,) quàm stolidior est maritus qui hoc non animaduertit. ¶Scribebamus Epos,) carmen trimetrum iambicum significat epos, cui dimetrũ succedit perfecta clausula. Horat. Pede ter percusso. Forte epos acer: vt nemo Varius ducit: eo qui vtuntur epici poetæ sunt appellati. Accusat Tuccam qui omne genus carminis attingebat: in quo versaretur Martialis. ¶Cessi,) scilicet scribere. nã destiti. ¶Syrma tibi,) tragicam significat. Ita locus Iuuena. Syrma vel Antigones, id est tragœdiam Antigones quam scripsit Accius poeta. Nec placet eorum sententia, qui syrma tractum orationis exponunt. Val. Quid hic cum tragicis versibus, & syrmate facis. syrma à σύρω: quod est traho dicitur, id est & tu tragœdiã cœpisti scribere. ¶Fila lyræ,) carmen lyricum. ¶Ambitiose,) nimium cupide laudis. ¶Noua,) quia pauloante accepimus. ¶Lucilius,) primus satyrarum scriptor tanta fuit laude & æstimatione, vt non modo eius carmen poetis, sed etiam aliis anteponeretur, Fab. teste. Hunc carpit Horat. nimium ambitiose, quem ait lutulentum fluere. ¶Ludo,) ludere dicuntur poetæ cum versantur leuiori carmine. ¶Petitur,) id est inuaditur à te vt superes: vel sis par famæ meæ. ¶Musæi,) Musæus laude lyræ propè par Orpheo. alter hic scripserat mollissimos libros: qui non sine pruritu legi poterant. horum lasciuiam significat poeta Instantio Rufo. ¶Sybaritici,) libri mollissimi fuerunt cõpositi tẽporibus Ouid. dicti Sybaritici, vel à Sybari poeta, vel à Sybari, vrbe, quę ingentem luxum aucta se, suis delitiis perdidit. deleta enim est à Crotoniatis intra. 60. dies. horũ meminit Ouid. Nec qui composuit nuper sybaritica fugit: Nec quæ concubitus non tacuere suos. quo versu Elephãtidem meretricem notat, quæ genera concubitus carmine est complexa. supra: Nec molles Elephantidos libelli, & in Priapeia Lalage vouet tabellam pictam exemplo horum librorũ. ¶Paticissimos,) mollissimos. ¶Cum tibi,) vxorem accusat: quæ conquerebatur poetã habere quoldam cinædos, qui, vt ipse ostendit, plus vxori præstabant, quàm marito. ¶Nec solli. toros,) non afficiat te vlla cura. ¶Sola,) quia non accedo ad alias. ¶Chiam,) ficus chia saporem salis habet. Ficus mariscа nullius est saporis, author est Var. inde vxorem dicit esse mariscam, in cinædis chiam, quæ placet. vt supra: Hæc mihi quæ nouit pungere chia sapit.

Elephantis Meretrix

Epos

Epicus Poeta

Syrma

Lucilius

Musæus

Sybaritici libelli

In Magullam. 92

Communis tibi cum uiro Magulla
Cum sit lectulus, & sit exoletus,
Quare dic mihi non sit & minister?
Suspiras, ratio est, times lagœnam.

Ad Priscum. 93

Sæpe rogare soles qualis sim Prisce futurus,
Si fiam locuples, simq; repente potens,
Quęquam posse putas mores narrare futuros?
Dic mihi, si fias tu leo, qualis eris?

De Fabulla. 94

Qua mœchum ratione basiaret
Coram coniuge repperit Fabulla,
Paruum basiat usq; morionem.
Hunc multis rapit osculis madentem
Mœchus protinus, & suis repletum
Ridenti dominæ statim remittit.
Quanto morio est magis maritus.

In Tuccam. 95

Scribebamus epos, cœpisti scribere, cessi,
Aemula ne starent carmina nostra tuis.
Trastulit ad tragicos se nostra Thalia cothurnos:
Aprastr longum tu quoq; syrma tibi.
Fila lyræ moui doctis exculta camœnis,
Plectra rapis nobis ambitiose noua.
Audemus satyras, Lucilius esse laboras:
Ludo leues elegos, tu quoq; ludis idem.
Quid minus esse pōt? epigrámata scribeꝛ cœpi,
Hinc etiam petitur iam mea fama tibi.
Elige quid nolis quis enim pudor omnia uelle?
Et siquid non uis Tucca relinque mihi.

Ad Rufum. 96

Musæi paticissimos libellos,
Qui certant sybariticis libellis,
Et tinctas sale pruriente chartas
Instanti lege Rufe, sed puella
Sit tecum tua, ne Talassionem
Indicas manibus libidinosis,
Et fias sine fœmina maritus.

In Zelotypam. 97

Cum tibi nota tui sit uita, fidesq; mariti,
Nec premat ulla tuos, sollicitetq; toros.
Quid quasi pellicib⁹ torqueris inepta ministris,
Inquibus & breuis est, & fugitiua Venus?
Plus tibi q̃ domino pueros præstare probabo.
Hi faciunt, ut scis fœmina sola uiro.
Hi dant, quod nō uis uxor dare. do tamẽ inquis,
Ne uagus à thalamis coniugis erret amor.
Non eadem res est, chiam uolo, nolo mariscam,
Ne dubites quæ sit chia, mariscа tua est.
Scire suos fines matrona, & fœmina debet,
Cede sua pueris, utere parte tua.

Epos

Horatii locus

DOMITIVS.

VXOR Cum,) Bassum accusat, qui ex dote vxoris multos emerat comatos, in quibus officium vxoris præstabat, cum tamen mentulam vendiderit vxori pro dote. eum igitur in ius vocat: aut certe monet, vt eam seruet vxori emptrici. ¶ Bethis,) Instantium Rufum euntem in Hispaniam pro uinciam & succedentem Macro, qui eam administrabat, vt supra indicauit: Ibis littoreas Macer Salonas: hoc prosequitur epigrammate. Bethin alloquitur, rogatq; vt lætis auspiciis uenientem magistratum suscipiat. ¶ Corona oliuifera,) hoc propter vbertatem olearum dicit. ¶ Aurea,) coloris auri, quia lanæ bethicæ coloris sunt rufi. ¶ Bromius,) Bacchus: copia vini. ¶ Pallas,) propter copiam olearum. ¶ Rector,) id est dominus. ¶ Cui) in cuius gratia. ¶ Iter naui,) nauigationem. ¶ Oras nostras,) Hispaniam. ¶ Vt) ea felicitate. ¶ Onus) difficultarem. difficultas est succedere ei, qui se bene gesserit.

In Bassum. 93

Vxor cum tibi sit puella, qualem
Votis uix petat improbus maritus,
Diues, nobilis, erudita, casta.
Rumpis Basse latus, sed incomatis,
Vxoris tibi dote quos parasti,
Et sic ad dominam reuersa languet
Multis mentula millibus redempta.
Sed nec uocibus excitata blandis,
Molli pollice nec rogata surgit.
Sit tandem pudor, aut eamus in ius.
Non est hæc tua Basse, uendidisti.

Ad Bethim. 99.

Bethis oliuifera crinem redimite corona,
Aurea qui nitidis uellera tingis aquis,
Qué Bromi⁹, qué Pallas amat, cui rector aquarũ
Albula nauigerum per freta pandit iter,
Omnibus ut lætis nostras Instantius oras
Intret, & hic populis, ut prior annus, eat.
Non ignorat, onus quod sit succedere Macro;
Qui sua metitur pondera, ferre potest.

DOMITIVS.

¶ Vxor Cum,) Bassum accusat, qui ex dote vxoris multos emerat comatos, in quibus officium vxoris præstabat, cum tamen mentulam vendiderit vxori pro dote. eum igitur in ius vocat: aut certe monet, vt eam seruet vxori emptrici. ¶ Bethis,) Instantium Rufum euntem in Hispaniam pro uinciam & succedentem Macro, qui eam administrabat, vt supra indicauit: Ibis littoreas Macer Salonas: hoc prosequitur epigrammate. Bethin alloquitur, rogatq; vt lætis auspiciis uenientem magistratum suscipiat. ¶ Corona oliuifera,) hoc propter vbertatem olearum dicit. ¶ Aurea,) coloris auri, quia lanæ bethicæ coloris sunt rufi. ¶ Bromius,) Bacchus: copia vini. ¶ Pallas,) propter copiam olearum. ¶ Rector,) id est dominus. ¶ Cui) in cuius gratia. ¶ Iter naui,) nauigationem. ¶ Oras nostras,) Hispaniam. ¶ Vt) ea felicitate. ¶ Onus) difficultarem. difficultas est succedere ei, qui se bene gesserit.

In Bassum. 93

Vxor cum tibi sit puella, qualem
Votis uix petat improbus maritus,
Diues, nobilis, erudita, casta.
Rumpis Basse latus, sed incomatis,
Vxoris tibi dote quos parasti,
Et sic ad dominam reuersa languet
Multis mentula millibus redempta.
Sed nec uocibus excitata blandis,
Molli pollice nec rogata surgit.
Sit tandem pudor, aut eamus in ius.
Non est hæc tua Basse, uendidisti.

Ad Bethim. 99.

Bethis oliuifera crinem redimite corona,
Aurea qui nitidis uellera tingis aquis,
Qué Bromi⁹, qué Pallas amat, cui rector aquarũ
Albula nauigerum per freta pandit iter,
Omnibus ut lætis nostras Instantius oras
Intret, & hic populis, ut prior annus, eat.
Non ignorat, onus quod sit succedere Macro;
Qui sua metitur pondera, ferre potest.

comprehẽsionem. Lemma præterea est genus argumentationis stoicę, quod in Zenone scribit Diogenes. Primo epigrammate lusurus carmine poeta in saturnalibus ait se malle vti hoc genere ludi, quàm aut nucibus, aut alea. nam nuces pueris in saturnalibus permittebantur: alea vitis. Cordilla est genus piscis ex Thynno: vt supra est declaratum: cuculis papyraceis salsamenta vendebantur. ¶ Papyros) Papyrum ostendit primus Alexander in Aegypto condita Alexandria. nam antea palmarum foliis, postea quibusdam arborum libris: tum publica monumenta in plumbeis: priuata in linteis scribebantur: nascitur autem papyrus in Aegypto non excedens altitudinem duorum cubitorum: vt Plinius scribit eius flore Dii coronabantur. inde etiam chartæ fiebant variis nominibus. ¶ Perdite,) dando rebus venalibus. ¶ Penula,) vestis seruorum. ponit togam, & penulam pro cuculis. ¶ Blatta,) vermis vnà cum tineis corrodens papyros. ¶ Metuat famem,) id est vt blatta possit pasci. ¶ Ebria bru.) id est dies hyemalis saturnalitius, quo vino indulgetur.

Papyrus

Blatta

¶ Non mea,)

ARGVMENTVM.

DIXIMVS In Libro cui Apophoreta nomen inditum est duo munerum genera officiosique mimi Dona vicissim in saturnalibus mitti solere: Xenia primum sed quibus deinde apophoreta Romanorum mos erat remitti: De quibus igitur cum peractum sit in superioribus, nunc demũ de xeniis se Narratorẽ fore pollicetur.

M. VAL. MARTIALIS
EPIGRAMMATON
LIBER TERTIVS DECIMVS.
CVI NOMEN INDITVM XENIA.

NE Toga cordillis: & penula desit oliuis,) In saturnalibus duo munerum genera mittebantur: xenia primum, & hi quibus data erant, mittebant apophoreta. Xenia autem dicũtur muneta hospitalia, id est amicorum. nam ξένος significat hospitem. Apophoreta dicuntur ab ἀποφορέω, id est referre. hęc Vespasianum & alios imperatores dedisse legimus. Nam ipsi donati à populo xeniis, remittebant munera. Hi duo libri continebunt singulis distichis vtrunque muneris genus: priore sunt xenia, posteriore legũtur apophoreta. Quod autem nonnulli putarunt apophoreta inscribi etiam lemmata, falsi sunt. nam lemma non solum distichis, sed cuiuscunque epigrammatis, breuiter præscriptum argumentum dici potest. licet Cic. Philosophiæ præceptis seruiens lemma aliter sit interpretatus: hoc est

Xenia
Apophoreta

Lemma



NE Toga cordillis, & penula desit oliuis,
Aut inopẽ metuat sordida blatta famem,
Perdite niliacas Musæ mea damna papyros,
Postulat ecce nouos ebria bruma sales.

DOMITIVS.

¶ Non Mea,) pueri nucibus, viri alea ludebãt. In alea hæc erãt talus, tessera, alueolus, senio, canis, Venus. Tessera erat talus quatuor laterum. ¶ Talus sex,) vt infra dicetur. Talus autem dictus à talo pedis. nam talus in pede, authore Aristotele in secundo de animalibus, tres habet partes: exteriorem quam antiqui dixerũt: Interiorem quam colias. Superiorem quam atenas⁹. Inde seculum eruditius talum dolauit in sex latera, & imitatione pristinorum nominũ, vno quoq; in latere sua nomina dederunt punctis, in quibus canis afferebat iacturam. erat enim vnius puncti, vt Pollux scrib. Senio & Venus victoriam, & lucrum: Persi. Quod dexter senio ferret Scire erat in voto damnosa canicula quarum Raderet. Augustus præterea ita scribit talis iactatis vt quisq; canem aut senionẽ miserat, in singulos talos singulos denarios conferebat in medium, quos tollebat vniuersos, qui Venerem iecerat. nam Venus in talo colias dicebatur opposita cani, vt scribit Pollux. Colias Venus dicitur, authore Strab. à promontorio Atticę in quo colitur. idẽ punctus dicebatur coris, & canis. alio verbo dicebatur chius. Iuxta Venerem coliadem in Attica erat templum Panos quo per Aristonẽ spolia delata sunt oraculo ita prædicto: Coliades mulieris remos timebũt. ¶ Mea est,) meus ludus minor. ¶ Non de pugnat talo,) qui habet sex latera, & numero superat tesserã. ¶ Ebur) quia tali fiebãt ex ebore. ¶ Fritillus,) alueolus, & simum dicitur tabula, qua alea exercetur. Porphyrio putat dici fritillũ à sonitu, vt puto, quo alea mouetur. Sene. in Claud. Iam quoties resonante fritillo: Vtraque subducto fugiebat tessera talo. Antiqui preterea appellarunt pultem fritillam, qua natalium sacra celebrantur. ¶ Ista al.) carminis. ¶ Nec facit damnum,) id est non patitur damnum. ¶ Nasutus,) lectorem monet: ne sua carmina reprehendat, quoniam ipse satis ea deriserit epigrammate superiore. ¶ Nasutus,) nasuti dicuntur, qui viliora censura subsannant aliena. & Horat. à Persio dicitur suspendere populum naso, hoc est deridere. ¶ Plura,) quã ego dixerim. ¶ Licet) esse tibi tantus nasus, id est tanta censura. ¶ Latinum,) minum Domitiani, qui alios deridet. ¶ Est opus carne,) dicit eos habere carnem, qui possunt deridere. ¶ Habe virus,) morde & exerce maledicentiam. ¶ Qui se mirãtur,) qui sibi placẽt. ¶ Hoc nimium nihil,) non tamen hoc est omnino nihil. ¶ Candidus aure,) id est sine inuidia ad legenda epigrammata. ¶ Fronte venis matutina,) id est exhilarata. nam matutina frons tristior est contra post cœnam exhilarata. ¶ Omnis xeniorum,) eodem verbo vsus est Plin. ad Corn. scribens: Xenio inquit dedi, Xenia autem sunt munera quæ amicis mittuntur. ¶ Gracili li.) paruo. ¶ Turba xenio,) id est districha. ¶ Duobus) alludit ad districha, quę duorum carminum sunt. ¶ Tryphon) bibliopola. ¶ Titulos) lemmata. ¶ Non facit ad stoma.) id est non placet. & simul alludit ad esculenta, quæ sunt in distichis. ¶ Serus,) saturnalitia carmina sunt addita muneribus quæ amicis mittebantur. Duo autem erant genera, vt supra est dictum. alia enim dicebantur xenia, alia apophoreta. hæc xenia sunt in quibus initium habet thus cum sacris dicatum sit. id colligitur in Arabia in Sabota mõte excelso, regione Saba. Saba vero mysterium significat: vt Græci intepretantur. Mineum dicitur à Mineis populis, per quos primum vehitur, Carphiatum, Dactiacum, Masculum à Virgil. à rotundita te guttæ, cum in thure fœmininum non repetiatur. olim in maxima penuria, postea in abundantiam excessit armis Alexandri, qui subegit Arabiam. ¶ Serus,) alloquitur amicum Germanicũ Traianum, potes intelligere, qui Germaniam subegit, vt scri-

Senio, Talus

Venus Colias Coris Chius

Fritillus Alueolus Fimum

Nasuts

Xenia

Thus

Saba

Non mea magnanimo depugnat tessera talo,
Senio nec nostrum cum cane quassat ebur.
Hæc mihi charta nuces, hæc est mihi charta fritil
Alea nec damnum, nec facit ista lucrum. (lus.

In detractorem.

Nasutus sis usq; licet, sis deniq; nasus,
Quantum noluerit ferre rogatus Atlas,
Et possis ipsum tu deridere Latinum,
Non potes in nugas dicere plura meas,
Ipse ego q̃ dixi. quid dentem dente iuuabit
Rodere? carne opus est, si satur esse uelis.
Nec perdas operam, qui se mirantur, in illos
Virus habe, nos hæc nouimus esse nihil.
Nõ tamen hoc nimiũ nihil est, si candidus aure,
Nec matutina si mihi fronte uenis.

Ad lectorem. 3

Omnis in hoc gracili xeniorum turba libello
Constabit nummis quattuor empta tibi,
Quattuor est nimium, poterit constare duobus,
Et faciet lucrum bibliopola Tryphon.
Hæc licet hospitib⁹ pro munere disticha mittas,
Si tibi tam rarus, q̃ mihi nummus erit.
Addita per titulos sua nomina rebus habebis,
Prætereas, siquid non facit ad stomachum.

Thus.

Serus ut ætheria Germanicus imperet aula,
Vtq; diu terris, da pia thura loui.

bit Euseb. Sed magis placet de Domitiano intelligas hoc distichon Domitiani temporibus inter saturnalia compositum esse. ¶ Pia thura,) quæ mitto iam alibi ait Deos cito Herculi cœlum dedisse, sed serò daturos Domitiano. idem sæpe optat.

GEORGIVS.

¶ Non Mea magnanimo depugnat tessera talo: Senio nec nostrum cum cane quassat ebur,) Tam multa cõquirit pertinax hic, & insanus Domitius, vt iã me pudeat ea addere q̃ vanissimus iactator in defensionem suæ stultitiæ afferat, sed quæso audiamus quo pacto districha duo exponie vt vno labore corrigatur quicquid de talis & tesseris hic peccauit, cum alibi etiam distichon: Cum steterit vultu talus tibi nullus eodem: sic interpretetur: tali eburnei quo numero sint initio superioris libri dictum est: sunt pluriũ angulorum, quàm tesseræ, quæ tantum quatuor habẽt partes. Sed ipsi sex gloriantur. igitur nunc, quòd nunquam eodem puncto consistant (nam modo binos proferunt numeros, modo ternos) vicissim alternant vultu eodem, id est eodem numero pũctorum. nam quoties formæ iaciuntur tali punctum mittant. & de tessera subdit: Et si tessera pauciores, tamen non minorem habet ludum, cum grandior sæpe pecunia comitatur, quàm talus ex hoc tesseræ putant se non esse inferioris talis, quanuis numero angulorũ superantur pari numero, id est non habẽt tot puncta. nã vt apud Græcos scri. Pollux, Astragalus quem ego puto tesseram esse, quatuor tantum habet latera. nam vno latere duo puncta alterno. s. dexter. cybos autem, id est talus habet sex latera: maior alea, id est maior pecunia comitatur ludo meo, quàm talis. De forma autem iactu & positione tesserarum: atque talorum declaratum est à nobis in fine operis: in quo Galeotum carpsimus illic enim & accurate & copiosè ex sententia Eustach. quid sit tessera, & quot latera habeat, atque puncta, tum etiam quæ forma tali expositum est. hic tantum addam Plinii verba, quibus liquido cognoscitur astragalum latine dici talum: non autem tesseram. nam in naturali historia de Polycleto: fecit, & distringent in se, & nudum talo incedentem, duosque pueros item nudos talis ludentes, qui vocantur astragalizontes, & sunt in Titi imperatoris atrio, quo opere nihil absolutius plerique iudicant. hæc verba Plinii adduxit in expositionem illius: luno labor. Polyclete tuus. hic heluo & crapula omnia tractans. Victruuius item docet cubum esse tesseram his verbis: Cubus etiam est corpus ex lateribus æquali latitudine planitiarum per quadratus. is cum est iactus, quam in partem incubuit, dum est intactus, immotam habet stabilitatem: vt sunt etiam tesseræ, quas in alueo ludentes iaciunt. Iulius item Pollux: cuius verba hic gerrulus iactat, à nobis stat eaque subiungemus: διὰς δ' ἐκ καὶ πέντας ἐν ἀστραγάλοις, ὥσπερ ἐν κύβοις οὐκ ἄξιον δ' ἐστὶ πλείους, τὸν μὲν ἑξίτην κῶον, τὸν δ' ἑκκαίδεκα χίον καλέσθαι λέγουσι. Excludit ab astragalis: hoc est à talis hic scriptor duo & quinque puncta per oppositionem laterum contraria, quæ quidem in cubis habentur quod sic intelligendum est quantum docet Eusta. ex sententia his verbis ἐπαίζετε δ' ἢ πᾶσι διὰ τέσσαρσιν ἀστραγάλοις, ὧν ἕκας ⊙ πτώσεις ἔχει τέσσαρας ὧν μὲν ἓξ κατὰ τοὺς κύβους, ἑξὲς βδόμαδος κατ' ἀντίθετον συνκαμένας, ἀντέκειτο γὰρ μόνας καὶ ἓξὰς εἶτα τριὰς καὶ τετρὰς, δυὰς δὲ καὶ πέντας ἐπὶ μόνων κυβων ἢν ὡς ἐχόντων ἐπιφανείας ἓξ. Casus autem astragalorum quatuor habet oppositus: quemadmodum & cubus. Sex enim vni sunt oppositi: postea tribus quatuor. Duo enim (vt aiunt) & quinque sibi inuicem opposita in cubis solis habentur, vt pote superficies sex habentibus.

Tessera

Astragalizontes

Cubus

DOMITIVS.

Ficedula

CERREA Ficedula,) ficedula à fico, cuius cibo delectatur, dicitur. Pinguescit etiã vuis. Inter aues optimi saporis à Celso numeratur. saporis fatui est. cõditur autem sinapi, aut pipere. Piper addere cibatiis prius gloriatur se inuenisse Catius apud Horat. Primus & inuenio piper album cum sale nigro Incertum pueris circum posuisse catillis. Piper quod albũ dicitur, in pretio est. ¶ Lucet,) prę pinguedine, cerea pinguis. ¶ Cum tibi,) obuenit

Alica

forte. ¶ Nos Al.) alica ab alendo dicitur, vt Pom. scrib. inuenta est à Romanis. nam tonsa fiebat triplici genere, vt supra est dictum in secundario apheremate, ætate Pompeii magni non reperiebatur, vtilis tamen habita est, & saluberrima, siue potanda daretur in modũ ptisanæ; siue aqua mulsa. In tanto pretio erat, vt Var. scrib. morbum regium dictum esse, quòd multa pretiosissimo remedio curabatur. licet aliter supra sit dictum ex sententia Cornelii. ¶ Mulsum,) vinũ mulsum: quo elota alica vtaris. ¶ Eme mul.) nam omnino indiges si voluris vti alica. ¶ Diues,) nam mul sum diuitis est. ¶ Si sp. cõchis) fabatiæ virides dicebantur conditę liquamine coriãdro, cymino, porro conciso, & oleo, quod nisi plurimum inesset: nullus erat conchis sapor. Idcirco supra dixit in male cœnantem: Et bene si cœnas, conchis inuncta tibi est. hæc igitur si fuerit bene vncta: poteris bene cœnare sine mensa diuitum. ¶ Spumet) multo oleo. ¶ Rubra, fictili vase rubro. ¶ Potes ne.) subtrahere te. ¶ Lautorum men.) nam domi concha bene cœnabis. Iuuena. cuius conchæ tumes. ¶ Imbue) far diu in pretio fuit: quod in vsum mensæ docuit Numa: id autem cum sit salubre si igne torreatur: primus persuasit Romanis id non esse purum, nisi torreatur. in sacris igitur bis erat tostum, & patiebatur ignem, quoniã & olim fuerat igne purgatum & tunc inurebatur, authores sunt Plin. & Dion. inde farina dicitur. ccc. annis ex frumento factum clusinum: vt Plin. Var. & Columel. scribunt candore & magnitudine reliquum superauit. Pulte diu Ro. victitarunt, vt docet Enni. cum scrib. in obsidione offam infantis fuisse ereptam, plus ex farre clusino dulcem reliquit vasis saporem. Docet igitur vinum eiusmodi vase posse dulcescere, in quo puls farrea cocta fuerit. Imbuere est primum saporem dare. ¶ Plebeias,) quibus vtuntur pauperes. ¶ Dulcia musta,) id est vinum æque dulce ac est mustum. ¶ Satur.) cũ inde ederis pultem. ¶ Vacuis,) exhaustis, pulte.

Lens
Lentus homo

¶ Accipe,) Lens in Aegypto peruenit duplici genere: altero rotũdiore & nigro: altero luæ figuræ. putauit antiquitas æqui animi fieri homines, qui lente vterentur, vnde lenti dicti sunt homines qui non mouentur vllo affectu. ¶ Pelusia,) Aegyptia. ¶ Vilior alica,) id est minoris pretii, quàm alica. nam iam de ea dixerat. ¶ Carior faba,) scilicet viridi conche de qua pauloante. ¶ Nec poteris

Simila

similæ,) simila ex tritico fiebat minutim conciso. huius panis in maximo erat pretio. Condimentis item plurimis seruiebatur. vt scrib. Apitius. ¶ Non numerare poteris,) quia est minutim concisa. ¶ Pistori,) qui faciebant farinam, & panem coquebant. ¶ Pistori,) qui inde panem faciet. ¶ Coquo,) qui inde plurima parabit cibaria. ¶ Mulio,) hordeum olim panem dedit, qui damnatus est: postea destinatum fuit reficiendis quadrupedibus. demum ex cogitatum facere ptisanam ex eo quæ validissima erat & saluberrima, vt Hippocra. vno volumine testatus est. ¶ Coponi,) copo vini venditor dicitur & potus. Monet igitur amicum se mittere hordeum, quod non dandum sit quadrupedibus, cum nuper inuentum sit facere ex eo ptisanam. ¶ Mulis taciturus,) quos velit tacere. nam hinniunt pingues hordeo. ¶ Coponi,) qui ex eo faciat ptisanam. ¶ Non det mulis,) quia scilicet sublatus sit vsus hordei dandi quadrupedibus: scrib. Plin. ¶ Non tibi,) vt scilicet & facias ex eo panem, quod item damnatum est, authore Plin. ¶ Coponi) vt scilicet ex eo faciat ptisanã. nullus enim maior ex hordeo fructus percipi potest, quàm vt inde fiat ptisana, quod postremo est inuentum, authore Plin. Varr. tamen canes pane hordeaceo alendos scrib. ¶ Tercentum,) Frumentum triticeum, quod summa vbertate proueniebat, agri sæpius satis sterilescunt. mittit ergo copiam frumenti libyci, ne frequenti satione agrum suburbanum sterilem reddat, qui cõparatus est ad voluptatẽ. ¶ Moriatur,) sterilescat frequenti satione. ¶ Vt sapiant,) betæ distinguntur in duo genera ab aliis: in nigram & candidam, ab aliis in vernam & autumnalem, leuissimæ sunt omnium herbarum hortensium, sed condiuntur acrimonia sinapi, vt Plini. docet: vt Martialis Vino & pipere. ita conditę dicuntur prandia fabrorum, ab aliis dicuntur dapes rusticanæ. ¶ Fatuæ,) saporis salsi expertes. ¶ Prandia,) ientacula fabrorum. ¶ Columella: Quæque fabis humilis fabrilia miscet, de faba fabrorum loquens; ¶ Claudere,) lactucæ post cœnam olim sumebantur vt Horat. docet, nunc prima mẽsa, dicuntur à lacte, quo miconium vnum inter eas genus abundat. Solum olim cognitũ. In tria genera distingũtur, purpureas, crispas, cappadocas. ¶ Claudere,) finire. ¶ Inchoat,) id est sumitur prima mẽsa. ¶ Si vicina,) ligna acapna dicuntur, quæ ardent sine fumo: a enim fine, capnos significat fumũ. ea quo modo fiant docet Cato in re rustica: conspergunturenim amurca, & exponuntur ad solem vt eum imbibant liquorem. Nomenti villam habebat poeta: loca vicina erant palustria & saliceta, vnde Plutar. scribit Cæsarem statuisse siccare nomentanas & pontinas paludes. monet igitur vt si ad loca Nomento vicina velit accedere, ferat secum ligna acapna, quoniam illic sunt viridia & palustria. ¶ Nomento) quod erat ad. 10. lapidem. de quo alibi multa diximus. ¶ Hæc tibi,) Rapum, & rapa dicitur simplici antiquitati cibus gratissimus adeo, vt legati afferentes aurum Curio, quo eum corrũpere cogitabant, hominem reperirent rapa voluentem. Græci rapam plũbeam in templo delphici Apollinis dicarunt: eius fatuitatem indicantes. sed, vt Plin. scribit non erant Romæ, vbi Curius rapis contentus aurum contempsit. In tantam excrescunt magnitudinem: vt. 40. lib. aliquando fuerint conspectæ: Nursinæ palmam obtinent. ¶ Romulus,) per Romulum simplicem antiquitatem intelligit Romæ: quæ, vt proposuimus, rapis vtebatur. Fuit præterea alter Pollio Romulus, qui supra centesimum vixit annum mulsi potu & olei vnguento. ¶ Gaudentia frigore,) quia in vsu sunt brumali tempore. ¶ Esse,) comedere, quia non nouit alium cibum quàm rapam, vult ostendere fuisse in pretio seculo Romuli adeo, vt meliorem in cœlo non optet cibum.

¶ Ne tibi,)

Copo

Frumentum triticeum

Beta

Ligna acapna

Rapum

Piper.

Cerea quæ patulo lucet ficedula lumbo,
Cum tibi forte datur, si sapis, adde piper.

Alica.

Nos Alicã, mulsum poterit tibi mittere diues,
Si tibi noluerit mittere diues, eme.

Conchis faba.

Si spumet rubra conchis tibi pallida testa,
Lautorum cœnis sæpe negare potes.

Far.

Imbue plebeias clusinis pultibus ollas,
Vt satur in uacuis dulcia musta bibas.

Lens.

Accipe niliacam pelusia munera lentem,
Vilior est alica, carior illa faba.

Simila ex tritico.

Nec poteris Similæ dotes numerare, nec usus,
Pistori toties cum sit, & apta coquo.

Hordeum.

Mulio quod non det taciturus accipe mulis,
Hæc ego coponi, non tibi dona dedi.

Frumentum triticeum.

Tercentum lybici modios de messe coloni
Sume, suburbanus ne moriatur ager.

Betæ.

Vt sapiant fatuæ fabrorum prandia betæ,
O q̃ sæpe petet uina, piperq; coquus.

Lactuca.

Claudere quæ cœnas lactuca solebat auorum,
Dic mihi, cur nostras inchoat illa dapes?

Ligna acapna.

Si uicina tibi Nomento rura coluntur,
Ad uillam moneo rustice ligna feras.

Rapa.

Hæc tibi brumali gaudentia frigore rapa
Quæ damus, in cœlo Romulus esse solet.

DOMITIVS.

Nitrum

¶ Ne tibi,) nitrum salis genus est: quod circa Acathin & Memphim Aegypti prouenit. eo Aegyptii vtuntur ad ea, quæ nolunt inueterascere. Cucumeres eo seruantur recentes: & brassicæ ea aqua conspargunt: quia & Plin. de caule ita scrib. Nitrum etiam in coquendo viriditatem custodit. Caulis multis à Catone laudi-

Coliculi.

Ne tibi pallentes moueant fastidia caules,
Nitrata uiridis brassica fiat aqua.

Porri sectiui.

Porrum sectiuum
Porrum capitatum

bus celebratur, singulisque remediis adhibetur, eo dum imperite vteretur vxorem necauit. ¶ Brassica,) autem dicitur quasi prassica. vel à præsecando, vt Festo placet, quoniam præsecatur, hoc est præciditur ex thyrso. ¶ Brassica,) interior pars caulis. ¶ Pallentes) quia dũ inueterascunt, palleſciunt. ¶ Fiat vt.) renouetur. ¶ Fila porri,) sectiui, sectiuo porro vsus est. Neo quotidie sine alio cibo æstiuo tempore ad vocem seruandam, acrius est quàm capitatũ. Tarenti optime prouenit. Sectiuum dictum, quoniã in multas incisuras secatur, idemque sectile dicitur. Iuuena. Quis te eum sectile porrum. ¶ Oscula cla.) nolito aperire os ob fœtorem. ¶ Mittit,) porrum capitatum Hostiæ & Aritiæ optime prouenit. Columella: Et mater Aritia porri. Capitatum fiebat supposita regula, aut silice, aut aliò translatum in caput excrescere, mitius est sectiuo. ¶ Ne moralis) à nemore vicino. ¶ Præcipuos) peculiares. ¶ Virides comas,) id est folia viridia. ¶ Nos)

Napi

Napi in tria distinguuntur genera. Alii enim sunt Amiterniní, vbi principatum obtinẽt Nursini. demum præstantiores sunt rapis. Amiternum patria Sal. non procul ab Aquila. ¶ Pilas,) rapas à rotunditate, id est cum rapas habueris, poteris napis abstinere. ¶ Mollis,) asparagus ab asperitate dicitur, vel potius quòd asparagus externa lingua significat virgultũ: olim tantum reperiebatur incultus passim, postea luxuria mortalium cœpit eos colere & educare adeo, vt Rauenna trium librarum asperagum aliquando produxisse videatur, nunc mittuntur asperagi inculti, non hortenses, & altiles. Plin. de asparagis: Nullum gratius iis solum quàm Rauennatium hortorum indicauimus quorundam. hunc intelligimus syluestrum asparagũ quem Græci olim aut myacantum vocant: aliisue nominibus. ¶ Mollis,) molli cultu. ¶ Spina,) id est asparagus nam, vt Plinius scribit, Asparagus in totum spina est. ¶ Aequorea,) quia ad mare est. ¶ Inculti) sponte sua nati.) quos nunc mitto, quasi dicat Rauenna, vbi altiles spectantur asparagi, non habet meliores, quanuis hi sint inculti, quos mitto. ¶ Chia,) Chia ficus gratissima poetæ est, vt sæpe dixit. ita à Macrobio nominatur. Pungit palatum grato sapore & vini veteris, & salis. Aridis ficis, vt authore Catone excogitatum est, loco salis, & calei, sed hic de sapore Chiæ intelligit. ¶ Bacchо sen.) id est veteri vino. ¶ Portat secum merum & salem,) quia habet saporem salis & meri. ¶ Si tibi,) poma Cydonia ex Creta afferebantur, vbi proueniunt tanta vberrate, vt incuruatis ramis prohibeant parentum crescere: ea melle seruari docent Columella & Caro. Fiunt enim propè melimela, quæ mellitum saporem habent sua sponte, & dicuntur mustea à celeritate mitescendi & maturitatis. ¶ Si tibi cecropio saturata cydonia melle Ponentur: dicas hæc melimela licet,) nouisse vnde cydonia afferantur, & quo pacto seruentur. nil ad distichi interpretationem, sed potius alludit poeta à compositionem nominis. nã cum melimela cõposita sit dictio & tota græca significetq; mel & pomum, cydonia melle condita vere melimela possunt appellari, quo nomine dicunt & poma illa mustea à celeritate mitescendi denominata. ¶ Poma,) nuces pineæ in tarentinas, arpinas, phthias distinguntur, ipsæ dicatæ Cybeli ob copiam, quæ in Ida est ei sacra, sed arbor in tutela. Syluani. poma loquuntur. ¶ Nostra ruina,) ne nos ruentes cadamus in caput tuum. ¶ Sorba,) Sorba noto extant nomine. In qua tuor diuiduntur genera, arida aluum sistunt, recentia stomacho profunt. docet Cato ea cõdiri melle. ¶ Durantia,) quæ fistimus, & siccamus. ¶ Ventres mol.) id est fluxos. ¶ Puero) cuius venter sæpe mollis est, & laxus. ¶ Aurea) Cariotarum pessima folium significat arboris. hic accipitur pro ramusculo palmæ. Cariota fructus est palmæ inter cætera genera cibo & succo vberrimus, inde vina fiebant noxia capiti, ex quo nomen datũ est fructui. nam cara significat caput, vnde cariota eadem cariotis dicta est à Pap. Et latente palma Prægrandes cariotides cadebant, & à Martia. supra: Et notæ cariotides theatris: authores sunt Plin. & Strab. in vlt. Tegebatur autẽ leni bractea auri calendis Ianuariis: mittebanturq; à pauperibus. supra: Hoc limitur sputo lani cariota calendis: Quam ferè cum paruo sordidus asse cliẽs, in omen futuræ suauitatis inseminis quentis anni: vt Ouid ex Iano in fastis: Quid vult palma sibi, rigosaq; carica dixi, sed tamen quãuis aurata solet initti à paupere: qui auro caret, potes accipere petalion pro bractea illa subtilissima: qua tegebatur cariota. ¶ Tamen hoc munus,) quanuis auratũ sit. ¶ Hæc.) Syria quosdam fructus habet pecudiares: inter quos sunt coctana de genere ficorum, sed minora sunt. horũ meminit Iuuenalis. Quo pruna & coctana vento. hæc mittebantur condita menta, vt recentia seruarentur. ¶ Cõdita men. torta,) id est corona mentę. ¶ Si foret maiora,) nam sunt minora ficis, vt scrib. Plin.

Nux Pinea

Sorba

Cariotis

Coctanum

¶ LAVREA Por. la. cã. cal. Sed tamen hoc munus pauperis esse solet.) Delirat plane in hac explanatione Domi. qui nunc petbalion pro ramo accipiat paulopost pro bractea, cum nihil simile habeant ramus & bractea, sed homo nimiæ licentiæ, sine discrimine quicquid cogitauit effundit cum iactura scilicet nostrarum literarum, quam nos quoad licet corrigemus. Igitur meo periculo, fremant licet Græci & Latini, spathalium legendum dixerim, qua dictione Plau. & Plin. vsi sunt facilisq; fuit librariorum error: vt pro spathalio pethalion facerent nisi forte magis audaculus græcus veram lectionem corrupit. Verum cum originem verbi docuero, in sententiam nostram quicunque bene senserit, facile deueniet. apud Iulium. Pollucem legimus spathem appellari ramum palmæ: à quo dependeant balani, hoc est palmæ. Hoc idem in Paulo lectum est, vbi vnguenta is fieri docet: ab spathe itaq; recte forma diminutiua secundum Græcos spathalion deducitur apud Herodotum: item spathes mentionem habemus pro palma, quod cum ita sit: lectio erit verissima cum sensu absolutissimo Spathalion cariotarum: hoc est ramulus cum cariotis dependentibus, quales inauratæ calendis Ianuariis ex consuetudine mittebantur: quod si nunquam veri & integri codices aliquo fato recuperati fuerint, quam supra diximus inscriptionem cognoscemus esse verissimam: nam frequens titulus, qui est pethalion sensum confusum & penè vanum continere mihi videtur.

GEORGIVS

Martialis.

O ili

Pruna Damascena

¶Pruna,) Damascena prūna erant peculiaria Tyriæ: quæ vetustate fiunt rugosa, citantq; ventrem. mittebantur in saturnalibus, vt indicat Papini. Quæ ramis pia germinat Damascos. ¶Damascena,) dicta à Damasco vrbe & monte: in quo nascuntur. supra: et ea rugosa dixit. ¶Carie,) vetustate. ¶Peregrinæ sc.) quia ex Syria mittuntur. ¶Caseus,) Barbaræ gentes diu caseū igno rarunt, & si lacte victitabāt. Roma hoc bonum Italiæ ostendit. inter casei genera mittebantur à Luna vrbe inter Hetruriam & Liguriam: nobili portu & marmore candidissimo. hic magnitudine admirandus erat. nā singulæ massæ ad millena pondo nonnunquam premebātur. author Plin. Aptæ igitur erant ad puerorum turbam numerosam alendam. ¶Mille prandia) multas ientationes. ¶Luna) op. Hetruriæ. ¶Si,) caseus vestinus in pretio erat testimonio Plin. & Apitii. adeo, vt vicem carniū posset præstare. ¶Hæc massa,) hic caseus. ¶De gre. vestino,) id est ex ouibus vestinis. ¶Nō) Caseo caprino fur est gratia & laus, vt Plin. scribit recenti maxime. conditur præsertim fumo, qualis in vrbe conficiebatur cunctis præferendus. Velabrū & maius & minus, vt Varro scrib. in vrbe erat: vbi ganeatæ epulæ parabantur. cum ergo velit significare caseum vrbanum appellat eum velabrensem, quia in eo vrbis loco condiebatur fumo, non quia fumus velabrensis aptior esset ad condiendum alio quoq; fumo. ¶Qui bibit fumum velabrensem,) id est qui fit in vrbe. nam vt Plin. scrib. caseus qui in vrbe fiebat, præferebatur cæteris. ¶Trebula,) Trebula oppidum erat in agro reatino, vt Varro scribit in originibus. erat præterea iuxta Crustumium colonia Romanorum eodem nomine. Crustumini autem casei laudatissimi erant, præsertim ex campo Cediciæ: authore Plini. Trebulę siue igne parētur, siue aqua calida. ¶Gratia duplex,) id est duo vsus siue igne, siue aqua parantur, habent gratum saporem. Columel. ¶Cum,) Bulbi sunt minores ascaloniæ multis generibus. Cato magaricos laudat. inter eos est epimenidum, vt Theophrastus scribit, quod laudatissimum prouenit in Libya. legitimis nuptiis apponuntur sponsis, vt Varro & Apitius scribunt, cum nucleis pineis, aut cum eruce fucco & pipere ad vsum Veneris. ¶Membra mortua,) ita vt non possis arrigere, id est illo medicamine, quasi dicat, iis tantum prosunt bulbi, qui in vsum libidinis possunt recreari: iis vero quibus membra mortua sunt, & coniux anus, nihil afferunt præter saturitatem: cum pruritum excitare nequeant. ¶Filia,) Lucanica dicta est à Lucania prouincia, in qua milites id farciminis genus inuenerunt. alias fieri docet Apitius pipere, cimino, faturea, concisis carnibus. Botellus eiusdē generis est: vnde pultes coronatę mensis apponebantur. supra: Et pultem niueam premens botellus. Pultes autem fiebant vario & nomine & condimentorum genere, vt Iulianæ. præterea cum iure cœnogari cocti. ¶Grata corona,) apposita & condita. ¶Hæc,) Oliuæ picenæ mensis seruabantur in cibum. nam his tota ducebatur cœna sumptis ab initio ad finem. ¶Trapetis,) trapetum torcular oliuarum, à τρέπω, quod est verto. ¶Subducta, ablata, quia non torquebatur. ¶Inchoat,) sumitur in principio. ¶Aut,) mala Citrea eadem mala medica dicuntur, quæ Oppius antiquæ authoritatis: Martialis Plinius eadem demonstrant, quæ à Virgil. in Georgicis describuntur. Media fert tristes succos. hæc interiecta vestibus tineas arcent, vnde vestis citrosa dicta est his seruata: vt Nævius appellat. Quid velit Festus nō intelligo, qui scribit vestem citrosam dictā à similitudine citri. ¶Coreyrei) duo in pomaria commendabantur: Alcinoi: & Hesperidū. Iuuena. Qualia per petuus Pheacum autumnus habebat: Credere quæ possis surrepta fororib. Afris. ¶Draconis Massili,) id est dracone Massiliæ in hortis Hesperidum. ¶Surripuit,) Colostrum significat lac: quod exprimitur ex veribus armentorum antequā nati pullos admouere possint: cogiturq; in speciem pumicis si aqua non adhibetur: Aristoteles trophalida appellat. ¶Hœdis nondum stantibus,) id est: non erigentibus se ad vbera. Plinius: Est autem colostrum prima à partu sponsa densitas lactis stomacho accommodatissimum caprinum, quoniam fronde magis quām herba vescuntur. ¶Lasciuum,) Hirci mactantur Baccho, cum vites lædant. ¶Pecus lasciuum,) id est hœdus. vt illud: Lasciua capella. ¶Dat pœnas,) mactatur. ¶Deo,) Baccho, quia corrosit vites, ostendit eum fore inutilem mensis posteā quām cœperit corrodere vites: nam quandiu fugit lac mensis est aptus. ¶Cādida,) fractis ouis adhibebatur garum scombrum. Scombros autem aptos ad garum mittūt Mauritania, Bethica,) Carteia, & insula Herculis Hispania dicta Scombria à multitudine scombrorum, qui illic capiuntur ad garum. ¶Liquor hesperius,) id est liquamen scombrorum, qui capiuntur in Hispania salsamento, supra oua condita legimus: Diuisis cibium latebit ouis. ¶Vnda candida) ouorum. ¶Vitellos croceos,) à colore.

Caseus Lunensis

Caseus Vestinus

Caseus Velabrēsis

Trebula

Bulbus

Leucanica

Botellus

Trapetum

Vestis citrosa

Coloſtrū

Scombria

Pruna Damascena. 29

Pruna peregrinæ carie rugosa senectæ
Sume, solent duri soluere uentris onus.

Caseus Lunensis. 30

Caseus hetruscæ signatus imagine Lunæ
Præstabit pueris prandia mille tuis.

Caseus Vestinus. 31

Si sine carne uoles ientacula sumere frugi,
Hæc tibi uestino de grege massa uenit.

Caseus Velabrensis. 32

Non quēcunq; focū, nec fumum caseus omnem,
Sed uelabrensem qui bibit, ipse sapit.

Casei Trebulani. 33

Trebula nos genuit, commendat gratia duplex,
Siue leui flamma, siue domamur aqua.

Bulbi. 34

Cum sit anus coniux, & sint tibi mortua membra,
Nil aliud bulbis q̄ satur esse potes.

Lucanicæ. 35

Filia picenæ uenio Lucanica porcæ:
Pultibus hinc niueis grata corona datur.

Oliuæ. 36

Hæc quæ Picenis uenit subducta trapetis,
Incohat atq; eadem finit oliua dapes.

Mala Citrea. 37

Aut Corcyræi sunt hæc de frondibus horti,
Aut hæc Massili poma draconis erant.

Coloſtrum. 38

Surripuit pastor quæ nondum stantibus hœdis,
De primo matrum lacte colostra damus.

Hœdus. 39

Lasciuum pecus, & uiridi non utile Baccho,
Dat pœnas: nocuit iam tener ille Deo.

Oua. 40

Candida si croceos circumfluit unda uitellos,
Hesperius scombri temperet oua liquor.

GEORGIVS.

¶Non Quencunq; focum, nec fumum caseus omnē: Sed velabrensem qui bibit ille sapit. Plin. author. hoc fiebat noua infitione. ¶Vilia,) id est parui pretii. ¶Ramis maternis,) id est nostræ matris, in quibus eramus antequam insita essemus. ¶Adoptiuis,) in quibus insita sumus. ¶Cara,) id est magni pretii. ¶Picentina,) picentes pane excogitato laudantur, quem conficiebant ex alicæ materia macerata: nouem diebus, ea subigebatur vua passa: torrebaturque in furno imposita ollis. quoad frangerentur. hi ob duritiem frangi non poterant, nisi lacte mulsoue molliti. vt docet Plin. ¶Ceres picentina,) id est panes picētini. ¶Crescit,) tumescit. ¶Niueo nectare,) id est lacte, quo authore Plini. molliebatur. alitet enim frangi non poterant. ¶Argentum,) Boleti in maximo Claudii. ¶Boletos,) quia vnusquisque vult vesci potius, quàm mittere amico. ¶Rumpimus,) Tubera in lautis mensis fuisse Iuuenal. carmen testatur: Radentur tubera sivir Tunc erit. Magnitudine liberali nonnunquā visa sunt: Africana prestāt: vt scrib. Plini. inde Iuuena. illud: Tibi habe frumentum Attilus inquit, O libye disiunge boues: dum tubera mittas. Imbres autumnales: eodem authore, & crebra præsertim tonitrua ea generant. idem Iuue. Et faciant optat tonitrua cœnas Maiores. Sunt tenerrimi à verno tempore. Iuuen. Si vertunc erit. id in annalibus est de tubere: Laertio Licinio prætori mordenti tuber denarium deprehensum dentes primos inflexisse: minoris tamen pretii sunt, vt poetæ placet, quàm boleti ¶Rumpimus terram,) quia rumpitur vbi nascuntur. ¶Texta,) in coronam pendentes turdi mittuntur, qui inter aues primum obtinent saporem, iudice poeta. nobiles sunt loquacitate turdi Agrippinæ, qui sermonem humanum effingebāt: hyeme in Germania apparent. Coronæ subtiles in solennibus conuiuiis dabantur, primū ex rosis. postea, Plin. teste, datæ sunt ex foliis nardi. ¶Nardo diui.) id est pretioso. ¶Texta rosis,) id est subtilis corona. ¶Vel nardo diuite,) id est luxoriosa, nam ex foliis nardi data est. ¶Tota quidem,) Anates à nando dictæ sunt, vt placet Cic. harum pectus tantum & ceruix gulæ dabatur: reliqua inutilia. ¶Sapit ceruice,) id est & ceruix grata est. ¶Redde coquo,) sunt enim vilia. ¶Dum,) Turtures condiuntur ab Apitio, qui saginatis animalibus non est cōtentus. poeta tanti facit, vt nihil ante gustandum erit, cum ponetur turtur. Lactucę & cocleę excitando stomacho prægustabantur. supra: Non deerunt tibi si soles προγεύειν, id est prægustare. ¶Valebis lactuca,) id est non gustabo te. ¶Perdere nolo famem,) id est nolo consumere elusitionem hanc rebus vilioribus: cum habeam turturem & rem delicatam. ¶Musteus,) saliendum petasone monet Cato in re rustica. Id verbum apud alios authores rarius. præcipue commendatur: cum musteus, id est recēs, quo verbo Plin. in hac significatione sæpe vsus est, & Apitius condit petasonem ex musteis cum bilibri hordei & caricis. ¶Propera,) cito ede. ¶Sit mihi nihil,) id est non apponatur vetulus petaso. ¶Ceretana) Pernam antiqui dixerunt in sue partem cruribus propinquiorem: nam suem ita diuidebant: in pernam, petasonem, & lardum. Plin. pro cruribus accepit: nam castrandū suem prioribus pernis suspendi iubet. Ex Gallia à populis menapalis. & ex Hetruria à Ceretanis optime pernæ mittebantur. ¶Menapis,) Galliæ populi vtranque Rheni ripam incolentes per paludes & nemora. his finitimi sunt Sicambri. ¶Lauti,) delicationis mensæ homines. ¶Massa ceretana) perna ceretana, vel de Menapalis id est de Menapia.

Porcellus lacteus

Tuberes & apyrina

Perſica

Sumen

Panes picentini

Anates

Turtur

Petaſo

Perna

Menapii

Porcellus lacteus. 41

Lacte mero pastum pigræ mihi matris alumnū
Ponat, & ætolo de sue diues edat.

Apyrina, & Tuberes. 42

Non tibi de libycis tuberes & apyrina ramis,
De nomentanis sed damus arboribus.

Idem. 43

Lecta suburbanis mittuntur apyrina ramis,
Et uernæ tuberes, quid tibi cum Libycis?

Sumen 44

Esse putes nondum sumen, sic ubere largo
Effluit, & uino lacta papilla tumet.

Pulli gallinacei. 45

Si Libycæ nobis uolucres, & phasides essent,
Acciperes, at nunc accipe cortis aues.

Perſica. Nuci perſica. 46

Vilia maternis fueramus præcoqua ramis,
Nunc in adoptiuis perſica cara sumus.

Panes Picentini.

Picentina Ceres niueo sic nectare crescit,
Vt leuis accepta spongia turget aqua.

Boleti. 47

Argētum atq; aurū facile est, lanamq;, togamq;,
Mittere, boletos mittere difficile est.

Ficedula 48

Cum me ficus alat, cum pascar dulcibus uuis,
Cur potius nomen non dedit uua mihi?

Tubera. 49

Rumpimus altricem tenero de uertice terram
Tubera, boletis poma secunda sumus.

Turdorum Corona. 50

Texta rosis fortasse tibi, uel diuite nardo,
At mihi de turdis facta corona placet.

Anas. 51

Tota quidem ponatur Anas, sed pectore tātum,
Et ceruice sapit. cætera redde coquo.

Turtur. 51

Dum pinguis mihi turtur erit lactuca ualebis,
Et cocleas tibi habe, perdere nolo famem.

Petaſo. 53

Musteus est, propera, charos nec differ amicos,
Nam mihi cum uetulo sit petasone nihil.

Perna. 54

Ceretana mihi fiet, uel massa licebit
De menapis, lauti de petasone uorent.

¶ Te Fortasse,) sumen ex papillis porcarum fit ex his dem abscinditur pars: quam vuluam appellabant: quæ præsertim come debatur, si porca nondum peperisset: vnde vuluá sterilem dixit Apit. quæ nondum fœtui patuisset, & eam variis condimentorum generibus aptá gulę: nunc mittitur vulua ex porca, quæ peperit. ¶ Virgine porca,) id est sterili. ¶ Capiet,) delectat me.

Colocasia

¶ Niliacum,) Colocasia nonnulli cyamum dixerunt, peculiaris est Aegypti, vnde eam in Italia serere didicerunt. Caulem habet arenosum: cum coctus est: fila item stamen lanæ imitantia, cum comeditur. supra: Tenui colocasia filo. Ait quanuis in pretio sit colocasia: tamen ob hoc esse paruifacienda, quòd dum editur filis molesta est. ¶ Olus niliacú,) id est colocasia peculiarem Aegypto. ¶ Lanas,) tenuissima fila. ¶ Improba,) nimia. ¶ Aspice,) Iecur anserum. in amplitudinem crescit: præsertim si fartilia anseri obiiciuntur. Idem cum ita creuit, exemptum ex ventre anseris: lacte, mulsóue augetur: habebaturq; olim inter lautissima cibaria. In certum Scipio, an Metellus vir consularis, an M. Seselus eadé ætate eques Romanus id docuerit. ¶ Tumeat,) tumidum fit. ¶ Vbi,) quasi dicat in tam angusto ventre crescere adeo non potuit, sed lacte, mulsóue, vt dixi, exemptum tumescit. ¶ Tota,) Glires ita saginata animalia & dapes geneatas habebantur adeo, vt Q. Scarus & Marcus legem sumptuariam ferentes prohibuerunt ne glires apponerentur. Hyberno somno pinguescunt. his Fuluius Lupinus vinaria in doliis excogitauit ad saginam: hyeme inuenescunt, ¶ Quo,) scilicet tempore hyberno. ¶ Gaudet cuniculus) verbum hispanum est, ex genere leporum habetur: tanta multitudine messes balearicas olim populabantur: vt incolę opem petierint ab Augu. aduersus cũ niculos: horum fœtus laurices dicuntur, qui ablati vberibus non purgatis interraneis inter laudatas dapes apponebantur: ab his cunniculi viæ subterraneæ dicti sunt. nam milites terram ita fodere inde didicerunt, vt Catoni placet de re militari. ¶ Antris effo.) viis subterraneis. ¶ Hostibus,) qui vrbem obsessam viis subterraneis inde didicerunt. ¶ Inter,) Atagen auis inter raras epulas olim, sed postea Gallia & Hispania his vesci didicerãt: in Ionia præsertim optimi saporis. testis est Plin. & Horat. non afra auis: non attagen Ionicus. vocem quidem habet, sed cum capitur, obmutescit. ¶ Alitum,) auium. ¶ Pascitur,) saginare gallinas Deliaci primi inuenerunt. Id quomodo fiat Columel. & Varr. docent: tantæ olim gulę, vt C. Fannius veteri interdicto prohibuerit aliquid volucrum apponi mensis præter vnam gallinam: quæ non esset altilis. Si altiles autem apponebantur: ars culinaria erat, vt ab vno pede laceratæ tota repositoria occuparent: inde exit illud satyricum: Quo gestu lepores, vel quo gallina secetur. Eligebantur ad saginam quarum cutis in ceruice fartilibus capiendis apta videbatur. ¶ Dulci facilis farina,) id est elota mulso, lactéue adhibito & farina milii. ¶ Tenebris,) breui tegiculæ, vt docet Colu. reconditæ, & luminibus clusis altiles fiunt. ¶ Ingeniosa,) quæ sciuerit hæc excogitare. ¶ Ne nimis,) capones inter dictis gallinis lege censoria inuentum est diuerticulum legi. nam cœperũt gallos saginare adhibito lacte & conuulsis testibus vnde castrabantur apud antiquos lumbis adustis cadente ferros aut imis cruribus mox illito vulnere creta. ¶ Gallus,) Gallinaceus. ¶ Exhausto inguine,) id est sanguine in coitu. ¶ Amisit testes,) castratus est. ¶ Nunc mihi erit,) id est nunc mihi videtur gallus, id est castratus. gallum, inquit, nunc appellabo non intelligens de aue, sed castratum, vt Galli sacerdotes Cybeles idem. ¶ Sterili,) nam Cybeles sacerdotes castrati erant. ¶ Ponitur,) Perdices inter externas aues habentur, & lautissimas, tanti pretii, vt in pauperis mensam non venirent. ¶ Rarissima,) pretiosissima. ¶ In lautorum,) scilicet mensis. ¶ Ne violes,) Columbæ dicatæ sunt Veneri. eique mactãtur. Proper. Sed cape tor quatæ Venus ô regina columbæ: Ob meritum ante tuos gutura secta focos. Virgil. Maternas agnouit aues. Monet amicum cui mittit columbinos: vt si sacerdos fuerit Veneris: his abstineat. debet enim Deæ mactare non vesci. Tanti olim pretii columbæ erant: vt Largius eques Romanus quadringentis denariis vendiderit ante bellũ pompeianum. ¶ Gnidiæ deæ,) Veneri cui sacra est Gnidos. nã debes eas mactare, & non vesci, vel certe non violare: cum sint Deæ sacræ: cuius es sacerdos: quod placet. ¶ Inguina,) Palumbi & palumbes dicuntur: à columbis differunt. nam columbi assignatas in altis ædificiis, aut turribus cællas frequentant, cõueniuntq; agrestiores euagantur. ¶ Torquati,) dicuntur à signo torquis quod collo præferunt. Propertius: Torquatę Venus o regina columbæ. salacitatem retardent. ¶ Salax,) fortis in libidinem.

Perdix

Columba

Palumbus

Vulua.

Te fortasse magis capiet de uirgine porca,
Me materna graui de sue uulua capit.

Colocasia.

Niliacum ridebis olus, lanasq; sequaces,
Improba cum morsu fila, manuq; trahes.

Iecur auseris.

Aspice q̃ tumeat magno iecur ausere maius,
Miratus dices, hoc rogo creuit ubi?

Glires.

Tota mihi dormitur hyems, & pinguior illo
Tempore sum, quo me nil nisi somnus alit.

Cuniculus.

Gaudet in effossis habitare cuniculus antris,
Monstrauit tacitas hostibus ille uias.

Atagenæ.

Inter sapores fertur alitum primus
Ionicarum gustus atagenarum.

Gallina Altilis.

Pascitur & dulci facilis gallina farina,
Pascitur & tenebris: ingeniosa gula est.

Capo.

Ne nimis exhausto macresceret inguine gallus,
Amisit testes, nunc mihi gallus erit.

Idem.

Succumbit sterili frustra gallina marito,
Hanc matris Cybeles esse decebat auem.

Perdix.

Ponitur Ausoniis auis hæc rarissima mensis,
Hanc in lautorum mandere sæpe soles.

Columbæ.

Ne uioles teneras præduro dente columbas,
Tradita sic Gnidiæ sint tibi sacra Deæ.

Palumbus torquatus.

Inguina torquati tradant, hebetantq; palumbi.
Non edat hanc uolucrem, qui cupit esse salax.

GEORGIVS.

¶ Te Fortasse magis capiet de virgine porca Me materna graui de sue vulua capit,) Strepitu vigetur hæc expositio, sed rebus ipsis flaccida est. Nam vt sumẽ ex papillis porcarum fieri fatemur, ita ex iisdem abscindi partem, qua vulua sit appellata, diffitemur: mihi quoque hic poeta superuacanea scribere videretur, qui tale distichon de sumine confecit: Esse putas nondum sumen sic pubere largo Effluit: & niueo lacte papilla tumet. sed vuluam ex Plin. didicimus esse intestinorum partem: in qua conceptus fiat, & fœtus cõtineatur. Duplici autem nomine appellabatur eiectitia, scilicet & porcaria, meliorq; erat eius, quæ peperisset, quàm virginis. nam à partu statim suem interficiebant: tum habendæ vuluæ gratia: tum vt sumen optimum conficerent. turpissimum itaque fuit lectori iactabundo: hæc apud Plin. non obseruasse: nisi forte mandragoræ, vt Demostheni obiectum fuit: somniferũ succum ebibit. Repeterem hic verba Plin. nisi ea & contra Galeotum, & in commentariis in Iuue. subnotassem. Græci item & bonitatem vuluæ cognouerunt, & de ea non siluere, siquidem lego apud Athenæum vulua vsos etiam Græcos fuisse, quam conditam in fine cœnæ apponebant: cuius obsonii venditor dicebatur metropolis. Vnde est illud Alexidi in Calimedontem, quem vnũ rempubli. Athenienśum secundum Demosthenem administrantem comici Carabum contumeliose nuncuparunt & præcipue Alexis sic dicens: ὑπὲρ πάτρας μὴ πᾶς τὶς ἀποθανεῖν θέλει. ὑπὲρ δὲ μάτρας καλλιθέμων ὁ καράβου. i. pro patria quicunq; mori vult, pro vulua Calidemon. & alius de eodem: Magister meus vuluam parans Calidemonti apposuit: quam vt comedit, saltauit: vnde Carabus est appellatus.

¶ Galbula,)

DOMITIVS

Galbula Catta

¶ Galbvla,) Galbula raro visitur in Italia. nam cum fœtum eduxit euolat. à colore dicta est galbula. viridis adhuc vuis capitur visco, & retibus. ¶ Calamis,) viscatis. ¶ Rudis,) immatura. ¶ Pannonicas,) Catta auis est Pannoniæ peculiaris. Raro alibi in Italia quàm in Vmbria capitur. Aulus Pudens poetæ amicissimus, vt supra sæpius est lectum, in Vmbria municipium habebat, & agrum: cum Cattas caperet illic non nisi ditioribus mittebat quos coleret. ¶ Vmbria,) vbi præcipua est Catta. ¶ Domino) diuiti quem colit. nam dominum dicimus quem colimus. Mẽdosi codices habent Domine, sed antiqui domino, quod placet. ¶ Miratis,) Pauo in trimatu explicat caudam: quam ostentat aduerso sole vt irradietur. hanc auem inter epulas posuit primus Horten. in cœna adipali sacerdotii sui. mendose scriptum est apud Plin. adialitii cœna sacerdotii: cum scribi oporteat adipali cœna sacerdotii, quàm adialitii dixerunt mẽdose legentes hanc dictionem: eadem verba sunt apud Varronem in re rustica. ¶ Explicat,) pandit. ¶ Gemmantes,) imitantes gemmas. ¶ Sæuo,) eam laniaturo. ¶ Coquo,) quasi dicat eum pauo edat tam pulchra spectacula, non deberet laniari.

Galbula.

Galbula decipitur calamis, & retibus ales,
Turget adhuc uiridi cum rudis uua mero.

Cattæ.

Pannonicas nobis nunquá dedit Vmbria cattas.
Mauult hæc dominæ mittere dona Pudens.

Pauo

Pauo.

Miraris quoties gemmantes explicat alas,
Et potes hunc sæuo tradere dure coquo?

Phœnicopterus

Phœnicopterus.

Dat mihi penna rubens numẽ, sed lingua gulosis
Nostra sapit: quid si garrula lingua foret?

Phasianus.

Argoa primum sum transportata carina,
Ante mihi notum nil nisi Phasis erat.

Numidicæ.

Ansere romano quanuis satur Annibal esset,
Ipse suas nunquam barbarus edit aues.

Anser.

Hæc seruauit auis Tarpeii templa Tonantis,
Miraris, nondum fecerat illa Deus.

Grues.

Turbabis uersus, nec littera tota uolabit,
Vnam perdideris si Palamedis auem.

Rusticula.

Rustica sum perdix, quid refert, si sapor idẽ est?
Carior est perdix, sic sapit illa magis.

Cygnus.

Dulcia defecta modulatur carmina lingua
Cantator cygnus funeris ipse sui.

Porphyriones.

Nomẽ habet magni uolucris tam parua gigãtis,
Et nomen prasini Porphyrionis habet.

Phasiani

¶ Phasiani,) Phasiani. ex Ponto primum allatæ sunt hæ aues. Argute igitur ab Argonautis se ex Ponto allatas fuisse aiunt: illic tamen auriculas subrigunt inter plumas, quod alibi non faciunt à Phasi flu. Colchorum phasiani sunt dicti. Columella docet eos saginari à viariis insulis Italiæ adiacentibus. ¶ Argoa,) carina ab Argonautis, qui primi in Ponto fuerunt. ¶ Nil nisi Phasis,) id est in Ponto tantum erant. ¶ Phasis,) Ponti flu. de quo alibi. ¶ Anseres,) gallinæ Numidicæ Africæ etiam dicũtur & Meleagrides: vt Plin. placet. Colu. distinguit cristata quam Africæ, vt scrib. habent rubram meleagrides cœrtuleam. in genere gallinarum sunt conspersis plurimis variis notis. de his Papi. Quas vdo Numidæ legunt sub austro. Vltimæ peregrinarum auium sunt receptæ in mensas propter ingratum succum. ait igitur Martialis anserem prius in mensis fuisse. ¶ Suas aues) gallinas Numidicas, quia nondum erant datæ mensis eius temporibus. ¶ Hæc,) anser ob excitatas excubias capitolinas tantum fauoris meruit, vt publice anseres alerentur censoribus locantibus cibaria singulis annis. Solenni præterea pompa singulis annis inter ædem iuuentutis, & Sumani canes viui affixi cruci sambuceæ circunferebantur: anserem puluino insidente. nam canes qui in Capitolio erant, superati sunt vigilia anserum. hoc à paucissimis traditur. Plutarc. in libello de fortuna Romanorum, & Plin. authores. iuniores anseres ganeæ dicuntur. ¶ Seruanit,) id est clangore suo, quia excitauit excubias. ¶ Deus,) Domitian⁹. placet enim potius de hoc, quàm de Troiano. nam illa instaurauit. q.d. si fuissent tam munita capitolia dicatus est Apollini, quia prædixit sua fata cãtu. ¶ Lingua de,) i. vitali motu penè destituta. ¶ Nomẽ,) porphyriones prælonga habent crura rubẽtia, & rostra: præter aliarũ auium naturam morsu bibunt: tinguntq; cibũ sæpe aqua & pede perinde ac manu ori admouent. inter gigãtes: vt apud Lycophroni interpretẽ antiquissimũ reperio, duo principatũ teneuẽrũt: Porphyrio & Alcineous, Prasinus ité auriga. Cuius Trãquillus in Nerone meminit. Prasinus Porphyrio dicebatur: laus est porphyrionis auis, q̃ & gigãtis & nobilissimi agitatoris appellatione habeat. ¶ Prasini,) aurigæ.

Gallniæ Numidicæ Meleagrides

Ganeæ

Grues

Aues Palamedis

Rusticula

Cygni

Porphyriones

Coracinus

GEORGIVS.

¶ Galbvla Decipi. ca. & re. ales: Turget adhuc vitidi cum rudis vua mero,) Non legi, quod equidẽ meminerim: hãc auẽ vocari à colore galbulá. Plin. tradit auẽ vocare à colore, quæ si spectatur, sanari id malum tradunt, & auẽ mori. hanc puto latine vocari galbulam. Hoc idem tradunt Aristoph. atq; Sui. iecter on venalẽ proponit, vt ab iectericis spectaretur & emeretur. ¶ Turbabis versus, nec littera tota volabit: Vnã perdideris si Palamedis auem.) Quæ ab hinc sexenniũ ad Antonium Chronicum scripsi ea furripiens in expositionem suam transtulit, Philostrati mentionem facit quem, vt puto, nunquá legit. Nam infrequentẽ iam deprehendo Græcorũ scriptorũ lectorẽ: velut in hoc quod de Coracino pisce scribens nihil de nominis etymologia, atq; ratione disseruit: tantum piscem esse dixit os citabundus præceptor. Ego vero de nomine piscis inuenio hoc apud commentatores. Oppiani, coracini appellati ἀπὸ τοῦ ἀπὸ τοῦ κόρακος τὰς κόρας κινεῖν κὶ ὁ νεῦε ποτε πάνεσθαι. quod continue pupillas moueat, & nunquam cesset: vocaturque ab accolis Nili Platacas.

Mulus (SPIRAT,) Mulus piscis à colore molliorum calciamentorum nomen accipit: vt scrib. Fenestella: cum expirat versicolori squammarum mutatione nitescit. olim non reperiebatur fermè supra duas libras. Afinius Cetet temporibus Claudii mullum octomillibus numûm emit: ne fabulosum videatur quod scrib. Iuu. mullum sexmilibus emit. nunc emitur viuus in aqua marina, ad amicû inde poeta scribit. ¶ In æquore aduecto,) aqua marina, quæ vnà cum pisce aduecta est. ¶ Da mare viuum,) id est restitue eum mari viuo.

Murena ¶ Fortis,) ad fugiêdum. ¶ Quę) murena in tantis delitiis olim fuit, vt & nomê Liciniorum familiæ dederit, Varrone teste, & mortua in piscina defleta sit à Crasso pullato: habueritque in aures bauhs ab Antonia Drusi. in Sicilia obtinet principatum vbi præ pinguedine in summû pelagus erumpit: & sole torrefacta nequit se curuare, vt manu capiatur: vt Varr. scrib. in lib. qui inscribitur Gallus: tunc dicuntur græce plotæ: latine fluræ à fluitãdo. nam per summum æquor fluitant profundo mari siculo propè Rhegiû. ¶ Exustam,) quia est sole torre facta. ¶ Quanuis lata gerat,)

Rhombus rhombus est instrumẽtum magicum: de quo supra. Rhombus piscis noto ad ætatem nostram nomine Rauennæ, reliquos alibi superat magnitudo: nouam nonnunquam exigit patinam, quod satyrice in Domitianum scriptum legimus: ad

Patella hoc alludens poeta scrib. Patella mensarium vas est diminutiuum à patina: est item vas dicatum sacris ligneum resinatum, in quam accipitur significationem apud Liuium: cum scribit nihil relictum patribus prêter patellam sacrorum causa. ¶ Ebria,) Sergius Orata primus deprehendit optimum esse saporê ostreis lucrinis: quam obrem excogitatum est, vt aliû de aduecta Lucrino compasceretur, sapore dignoscebantur an essent nata Circæis: an aduecta ex Britania, quæ nouissima Italica fuperunt: designata à Iuuenale Rutupino ve addita fundo. Lucrina condiuntur ab Api. pipere & liquamine. ¶ Ebria,) compasta. alibi: Ostrea tu sumis stagno saturata Lucrino. ¶ Lucrino baiano) ad Baias. ¶ Nobile garum,) conditur ab Api. pipere & liquamine, qui etiam docuit eadem, vt mulos necari in agro sociorum, quia fierent melioris saporis. ¶ Sitio garum,) id est vellem garo conditi. ¶ Luxuriosa,) in maiores delitias. ¶ Cœruleus) Sillæ pisciculi sunt Minturnenses: qui gregatim degunt. loca vbi capiuntur. Cic. in oratione pro lege agraria Silleta appellat, quanuis nonnulli codices saliceta habeant. ¶ Lyris,) fluuius ortus in Apennino: præterlabitur Minturnas. ¶ Maricæ,) vxor olim Fauni: littoris minturnensis Dea est. ¶ Maxima turba,) quia gregatim natamus. ¶ Hic,) Scarus olim principatum tenuit inter pisces: solus ruminat: vt scribit Plinius: herbis vescitur non aliis piscibus: nomine latino caret: in mari carpatio frequens est: ignotus olim Itali. sed Eliptius, vt Plinius, & Macrob. scrib. Multos aliunde aduectos disseminauit: inter Hostiam, & Campaniæ oram edicto, vt si intra 5. annos caperentur, remitterentur incolumes, ex piscinis non est aptus: nec si aliunde, quàm ex mari capitur, gratus est. Iecinora lautissimæ gulæ sunt, quibus non caruit patina illa Vitellii cuius meminit Tranquil. ¶ Obesus,) pinguis. ¶ Visceribus,) iecinore. ¶ Cætera,) in cæteris partibus. ¶ Vile sapit,) vilis est saporis. ¶ Princeps nili ci,) Coracinus principatum in Aegypto obtinet inter pisces: quê admodum zeus siue faber Gadibus: salpa circa Ebusum: saluo in Aquitania. Peculiares autê Aegypti pisces sunt alabetæ, coracini, siluri. vt Plin. & Strab. scribunt. Alexandria vrbs condita est ab Alexandro in Aegypto Dynocrate architecto: vt Vitruuius scribit. Alexander Pellens dicitur à Pella Macedoniæ vrbe. Dicitur igitur ab eo in Aegypto cõdita Alexandria Pellea. ¶ Macellum,) locus obsoniorum. ¶ Pelleæ,) id est Alexandrinæ. ¶ Nulla gloria,) id est nullius cibi laus. Est prior potior gulæ pelleæ, id est Alexandrinæ.

Macellum Pella

Echinus ¶ Iste,) Echinus, spinas habet: quibus vtitur pro pellibus: volutur in orbem cum mouetur, incitatus naues dicitur retinere si hæserit: quod à Plin. recitatum, Luca. carmine inseruit syllaba prima producta vsus cum alibi corripiatur: In mediis echinus aquis. Miseni oriû tur grati saporis. Horat. Ostrea Circæis miseni oriûtur echini. ¶ Acuta testudine,) id est spinosa vt in castaneis est. ¶ Sanguine de nostro,) Murices inter conchylia numerantur, vnde purpura tingitur, quę in mediis eorum faucibus latet: eorum testæ vnguentis gestandis destinatæ sunt: vnde supra legimus muricem vnguenti. ¶ Esca sumus,) capiuntur in cibum etiã. ¶ In Venetis,) Gobius & gobio dicitur. Iuuenalis, Cum sit tibi gobio tantum. hic piscis captus in regione Pôti ex glacie Mæotidis nõ ostendit motum natalem, nisi calore patinæ. Romæ exigui eras pretii: in stagnis Venetis & frequentissimus capitur & lautissimis mensis olim adhibebatur: illic mutilatum seruat nomen. ¶ Licet sit lauta,)

Gobius

Lupus hoc est Veneti lautis me adhibent mensis. ¶ Laneus,) Lupus est piscis à voracitate lupina dictus: vt Var. placet. celebris est, præsertim qui capitur inter duos pontes in Tyberi. nam tãtum degunt in flumine: nullius habentur saporis. necesse est siquidem commendari culinis à marinis aquis enantê in fluuiatilibus: quales sunt qui in Liburnis ad ostia Timaui aluntur. nam & marinas combibunt aquas, & proximo Timaui flumine abluũtur. Lanei dicuntur à candore carnium. Recte interpretatus est Porphyrio: licet ambigens hoc dixerit piscem inter duos pontes apud Horat. accipi pro lupo. ¶ Ora Timaui Euganei) in populis Euganeis, ex quo Foroiulienses suum garum faciunt. ¶ Non) aurata à colore dicta: vnde Sergius Aurata dictus familiæ dedit nomen: ea maxime appetitur à gulosis: quæ conchis educata fuerit, vt Lucrino tales commendabat mulos Apit. qui & conchis & limo vescuntur.

Aurata

GEORGIVS.

Echinus ¶ Iste Licet digitos testudine pungat acuta, Cortice deposito mollis echinus erit,) Differunt hi pisces & nomine & re: siquidem echini e genere cancrorum sunt: vt scribit Plinius in quibus spinæ pro pedibus ingredi, & his in orbem voluitare detritis sæpe aculeis inueniuntur. Tradunt sæuitiam matris præsagire eos: correptisque operire lapillis. Mobilitatemque ponderis stabilientes volunt volutatione spinas atterere, quod vbi videre nautici, statim pluribus anchoris nauigia infrænant est & alius paruus admodum pisciculus, qui cogat nauigia stare: impetusq; infrenet, & rabiem mundi domet, & quia naues teneat, echineus à quibusdam appellatur: vt diximus contra Galeotum, & in commentariis in Iuuenalem.

¶ Ad palatinas

Mulus

Spirat in aduecto, sed iam piger æquore mulus
Langueſcit, uiuum da mare, fortis erit,

Murena. 29

Quæ natat in siculo grandis murena profundo,
Non ualet exustam mergere sole cutem,

Rhombus. 30

Quanuis lata gerat patella rhombum:
Rhombus latior est tamen patella.

Ostrea. 31

Ebria baiano ueni modo concha Lucrino,
Nobile nunc sitio luxuriosa garum.

Sillæ. 32

Cœruleus nos Lyris amat, quem sylua Maricæ
Protegit, hinc Sillæ maxima turba sumus.

Scarus. 33

Hic Scarus, æquoreis qui uenit obesus in undis,
Visceribus bonus est. cætera uile sapit.

Coracinus. 34

Princeps niliaci raperis coracine macelli,
Pelleæ prior est gloria nulla gulæ.

Echinus. 35

Iste licet digitos testudine pungat acuta,
Cortice deposito mollis Echinus erit.

Murices. 36

Sanguine de nostro tinctas ingrate lacernas
Induis, & non est hoc satis, esca sumus.

Gobius. 37

In Venetis sint lauta licet conuiuia terris,
Principium cœnæ gobius esse solet.

Lupus. 38

Laneus Eugenei lupus excipit ora Timaui,
Aequoreo dulces cum sale pastus aquas.

Aurata. 39

Non omnis laudé, pretiumq; Aurata meretur,
Sed cui solus erit concha Lucrina cibus.

Acipensis ¶ Ad Palatinas) acipensis (quammas ad os versas habet, & cõtra aquam natando meat. In pretio olim maximo fuit, vt ex parasito apud Plaut. in Baccharia percipitur, cuius hæc sunt verba: Qui mihi in mari acipenser latuit, cuius latus in latebras dedam meis dentibus. idem docet Cic. in libello de fato: apud quem dicitur Scipioni Numantio acipenserem esse paucorum hominum. Idê distichum poetæ indicat: quamobrem miror Plinium scribere, qui eodem tempore vexit Acipenserem, tunc non fuisse in pretio. simul diligentiam desidero in Macrobio, qui scribit opus Plinianum confectum esse tem poribus Traiani, cum & multo ante compositum fuerit & dictatum Tito Vespasiano.

Acipenser ¶ Palatinas) imperatorias. ¶ Acipensera,) id est acipenserem. dicitur etiam acipensis. ¶ Munera. tata,) qualis est acipenser. ¶ Ornent dapes ambrosias,) quasi dicat debeatur lautis & diuinis mensis. ¶ Inter aues,) & têporibus Augusti turdos fuisse saginatos Cor. scrib. & ætate sua in lepore idem fieri author est Varr. tertio de re rustica. Iudice poeta & turdus inter aues & lepus in quadrupedes est primus, & sapit melius. ¶ Qui,) apes mittitur, ex quo, vt supra, ostogintà sapore. Apitius excogitauit. Rutilius primus inter grum apposuit mensis tam luxuriosa imitatione, vt & terni aliquando postea ponerentur. fuit autem illius Rufli Rutilii in quem Cic. scripro lege Agraria. magnitudo in hoc animali in pretio erat, à qua nunc commendatur. ¶ Cuspide etola) Meleagri. ¶ Diomedeis,) id est Aetolis, quia Aetolus erat Diomedes, id est hic aper Aetolo illi propè par est. ¶ Dente timetur,) Damæ non mansuescunt, quod Plin. scrib. sed iure hæ ferę dici non possunt, quem admodũ hirũdines nec sylvestres sunt, nec planè familiares. Conqueruntur nunc sibi arma deesse aduersus canes: cum cornibus careant, & valudis dentibus. ¶ Cornua,) aduersus canes. ¶ Imbelles,) sine armis. ¶ Nisi præda,) capimur, nec reluctati possumus. ¶ Matutinarum,) de istrice necesse est intelligas, qui ex genere erinaceii: in India præsertim & Africa habebantur: cute spinis contecta: cum intendit cutem, spinę emittuntur è propinquo: cum pugnat aduersus canes: & validius iaculetur: sub primam lucem hæ capiuntur. Orix autem inter capreas numeratur, quas nonnulli solos dixerunt cõtrario pilo vestitos ad caput versõ. ¶ Matutinarum,) quæ mane capiuntur: quia sæpe mortuis canibus capitur. ¶ Morte canum,)

Orix

Ceruus canes iaculatione spinarum necantur. ¶ Hic,) Ceruus in pretio erat, vel hac vna de causa, quòd carnes tutum præstant à febribus: si mane edantur. Affirmat Plin. principem fœminam vsum diu sine febribus vixisse, quod verum maxime putant, si ex vulnere perierit. ceruis lætas longissima est, cur nonnulli cerui commemorentur torquibus obducta carne contectis, qui Alexandri ni fuisse dicuntur. Cerua præterea Sertorii fatidica nobilitatem huic ferę dedit: seorsum celebrata est Cerua campana à Silio. an tiquiores non fuerunt ceruo Cyparissi, & altero Siluiæ virgiliianæ. ¶ Cyparisse,) puer à Phœbo amatus ceruam habuit, quam eques regebat. Ouid. Nunc eques in tergo residens huc lætus & illuc Mollia purpureis frænabas ora capistris Ceruus: hic commendatur antiquitate. Cyparissus versus in arborem sui nominis dolore, quòd eum interemerit per imprudentiam. ¶ Domitus)

Capistrũ manfuefactus. ¶ Capistro, vt illud Ouid. Mollia purpureis fræna bas ora capistris. ¶ Dum) Onager cum paruus est dicitur lalisio, cuius sapore tunc Africa gloriatur. nam illic onagri habentur: in Phrygia quoque & Licaonia circa montes frigidos: vt Strab. scrib. Lalisio igitur, verbum punicum est, vt ex Plin. discimus. Quandiu sola matre, id est solo matris lacte pascitur dicitur lalisio, quod Isid. quidam addit lalisionem pasci in locis semotis vix sola matre presente: nec Arist. tradidit: ne Plin. sed confinxit. ¶ Sed bre.) nam cito adolescit, & in onagrum transit, vt ferè omnes belluæ grandiores. ¶ Sola matre,) solo lacte matris pascitur. ¶ Pendentem,) Capræ in varia distinguuntur genera. nam sunt pi pargi: sterpsicerotes: ibices. Soli. Capræ quę extremas rupes sum ma leuitate adeũt: canes sub ri pibus collocati casuram expectant, vt excipiãt, sed ipsę summa agilitate per rupes omnes euadunt: falluntq; canes. ¶ De sum. ru.) id est ex rupe fragosa ¶ Decipit ca.) qui eam sectatur. ¶ Delitium,) Dorcades à Plini. dicuntur: hę non transeunt mõtes Syris vicinos, in delitiis potius habendæ, quàm mensis. imprudenter igitur faciũt qui eas mittunt nobilioribus, vt edant. nam mittendæ sunt, vt dent filiis delitias. ¶ Iactatis togis,) nobilioribus. Iactatis togis potes & sic intelligere, vt dicat vile esse munus, & quod mitti soleat vilioribus personis, quales sunt ministri togati. ¶ Iactatis) togis. ¶ Turba,) scilicet diuitũ.

Capræ

GEORGIVS.

¶ Matvtinarvm. Non vltima præda ferarũ. Seuus orconstat quod mihi morte canum.) O certæ & notæ insaniæ hominem, qui cum toties apud Plin. de origine non pauca legerit, & item quid sint istrices: tã confidenter contendat, de istri intelligi oportere, sed eum decepit, quòd morte canum constare origem scrib. Poeta vt potè ignorantem: quo pacto interficerentur canes ab origine: nisi iactu spinarum, ceu orix cornu non habeat in fronte: quo in maturino spectaculo quoties bestiæ in pugnam exhibebantur manes, in arena configeret. Et quanquam de origine in commenta Iuuena. multa dixerim: tamen hic repetam: Origem esse de genere caprarum & vnicorne: quam rem tradit Ari. in. 2. de animal. & Plin. in. 11. Lapri. item de commen. Cæsa hic ait: Viriũ ad conficiendas feras tantarum fuit: vt elephantum centro trãsfigeret, & orix cornu vasto transmitteret. At qui insipide interpretatur: ¶ Matutinarũ ferarum,) id est quia mane capiuntur: cũ spectacula intelligat matutina. Solebant enim mane, vt Sene. scri. spectacula ferarum exhiberi his verbis: Mane leonibus & vrsis homines meridie spectatoribus suis obiiciuntur: interfectores interfectis iubent obiici, & victorem in aliam retinent cædem. & alibi. ¶ Nam multa exempla in ludo bestiario, quàm in ducibus belli ciuilis ostendam, cum adueheretur nuper inter custodias: quidam ad matutinum specta culum. Illud autem quod meridie exhibebatur: Pomeridianum in libris confessionum Augusti appellat, Martialis Garum sociorum. Gal. Foroiulienses vero ex lupo pisce garum conficiebant: præstantissimum cognomen est garum sociorum mendose est apud Plin. vbi de mulis ait: eos ne cari in sociorum garo. nam ea res cognomen inuenit, deprauatum est pro sociorum insectorum, quem errorem indicat. 31. libro. Georg. ab ingenio & more suo non discedit Calen. qui inuentorem se eorum scrib. & sibi vendicat, quæ olim ad Chroni, cum de menda Plin. scripsimus, de insectorum scilicet garo. Debebat hic aliquid apponere quod suum vere dici posset: quam rem nostro periculo nunc faciemus: quæsiui sæpe, cur sociorũ cognomen inditum garo foret. Tandem ab Auso. poe. non incelebri videor hoc elicere posse: Fastidiebant prisci Latini, & quidem scientissimi vocabula græca. Vnde cum garo sæpe vtendum foret. & ferè ex Hispania & à sociis Romani populi mitteretur: ideo sociorum garum appellatum est: vt voce latina adiuncta fastidium Græci nominis leuaretur.

Matutina spectacula Meridiana

Pomeridianum Augustinus Garum Sociorum

Lalisio

Deliti um paruo donabis dorcada nato,
lactaris solet hanc mittere turba togis.

DOMITIVS.

(¶PVLCHER Adest,) Onager quàm prouinciam sit: supra est dictum. hoc distichon est tanquam è media venatione offerente se onagro venationi, dum venator indagaret elephantes. A laboriosa igitur venatione elephantorum reuocat venatorem ad onagrum, qui se obtulit, vt ostendat maiorem eiusmodi venatione voluptatem inesse, cum sine vllo periculo peragatur. ¶ Dentis ery.) elephanti qui indicus dicitur. Sunt enim & indici elephanti authore Plinio. ¶ Sinus,) retia quibus non indigemus ad onagrum. Is enim facilius & maiori voluptate capitur. Iuue. Impleuitq; sinus, id est retia. ¶ Hoc ti.) Oleum venafranum in Campania nobilissimum duabus de causis, q & optimi esset saporis, & odorem vnguẽti haberet secunda palma erat oleo liciano ex proximo agro, de tertia palma contendebat Histria, & Bethica nobilitas ex carmine Iuue. etiã indicatur: Ipse venafrano piscem perfundit oliuo. ¶ Baca,) oliua. ¶ Sudauit,) emisit per sudorem: non autem ad fæcem expressistis. ¶ Sumis vnguentum,) id est olfacis vnguẽtum. ¶ Olet) Plin. scrib. vnguento adhibetur, vnde id vnguentum olet. ¶ Expirantis,) garum erat liquamen salsum, quod olim ex garo pisce fiebat, vnde nomen accepit. didicit luxus è scombris piscibus facere tanta æstimatione, vt singulis millibus nummum vix singuli congii emerentur: non tamen omnes scombri ad hoc erant apti, sed qui ex Hispania mittebantur ab insula Herculis, quæ Scombria appellabatur: aut à Clazomenis Asiæ palmam obtinuerunt, aut à Pompeiis Italiæ: aut à Lepti Africæ. Foroiulenses vero ex lupo pisce garum conficiebant. præstantissimum cognomen est garum sociorum. mendose est apud Plini. vbi de mulis ait eos necari in sociorum garo. nam ea res cognomen inuenit. deprauatũ est pro sociorum insectorum: quem erorem indicat lib. 31. vbi garũ sociorũ aperte nominat. ¶ Expirantis) viuentis. ¶ Fęcosum,) nã q multam habebat fæcem cõmendabatur. & garum nihil aliud est q fæx liquore denso. ¶ Fęcosum,) ita habet codex antiquus si fastorum legis hoc refertur ad epulas lautiores, vel ad cerimonias, in quibus garo vtebantur, authore Plin. confectione piscibus squamma carentibus. ¶ Antipolitani,) liquamina tres habebant gradus: garum primum è scombris: alterum muria, & thinnis: tertium è minutioribus piscibus alec, qui nihil videbatur q fæx colata. Antipolis op tribus in locis, vt supra: in Asia vbi in primis capiebantur thynni: vnde muria antipolitana è Dalmatia item mittebatur, & ex Hetruria. mittitur antipolitana nunc hoc disti. ¶ Sic es.fc.). i. si essem garum ex scombro, quod pretiosissimum est. ¶ Non tibi mis.fo.) sed sum missa quia non sum tam pretiosa, sum enim muria ex thynno, non garum ex scombro. ¶ Hoc tibi) mel atticum toto orbe celeberrimũ est magnis laudibus, vt Plin. tradit. præsertim ad Hymettum mõtem, vnde marmora etiam effodiuntur, quæ hymettia dicuntur: vt Stra. scrib. ¶ Populattrix) quæ populatur flores. ¶ Hoc nectar,) id est mel. quod est perinde ac si esset nectar. ¶ Hymetti Thesei,) id est Hymetti Attici à Theseo rege. ¶ A syluis Pallados,) id est à syluis atticis. nam Athenæ sunt Palladis. ¶ Cum,) hybleum mel tam notæ gloriæ fuit, vt eius causa Hybla ab Hyblone rege dicta, auth. Thucydide, pristi num seruauerit nomen, cum à Megarensibus esset secundo condita, & Megara dici deberet. Hybla mons, & oppidum. ¶ Cecropios,) dices eundem saporem hyblei mellis & attici quasi dicat hybleum non est inferius attico. ¶ Licet dicas,) poteris iure appellare. ¶ Gnosia,) passum vinum post græcum, cilicium, & africum probatur. fit ex vua quam Græci sticamnos appianam dicimus ex scripula. præterea diutius adustis sole vuis, aut feruenti oleo donec paulo amplius dimidium supersit tonsas leuiter exprimunt: inde fit passum dulce, tum addita aqua vinaceis fit secundarium. vsus vini meminit Plau. in pseudulo. passum myrinam dulce quidẽ, sed minoris pretii, vt Varr. morbum regium dictum putet, quod eo remedio curetur, authore Varrone, & Plin. supra: Nos alica: mulsum poterit tibi mittere dives. Ait igitur hoc distichon pas sum à paupere haberi loco mulsi. ¶ Solet esse mulsum pauperis,) id est loco mulsi apud pauperem. ¶ Hæc de vitifera,) Vinum,) picatum, hoc est piscis odore excogitatum est à Viennensibus, authore Plin. cum eodem reste: vitesq; eius odoris vuas habebant in Italia sponte nasci cœperunt. Mittitur ergo nunc vinum pica. non a medicatum à Viennensibus: sed natũ in solo Romano. id enim erat gratius. ¶ Ipse Romulus misit mihi,) id est natum est in agro Romano. ¶ Attica) Mulsum vinum de quo paulo ante dictũ est magno impẽdio fiebat mel le temperatum. huius cõfecturam docet Colu. & Plin. ¶ Misceri,) propinari à Ganymede in cęlo. supra: Ambrosias ornẽt munera rara dapes. ¶ Hoc,) cũ bona vina bonas fermè vuas esui habere non soleant, vinum albanum habebat vuas prædulces. id oriebatur in vicinis collibus Albæ, quæ ab Iulo Aeneę filio condita est. ¶ Mitis vind.) quia sunt vuæ ꝑdulces. ¶ Quæ sibi placet,) gloriatur. ¶ Monte Iuleo,) albano ab Iulo. Aeneæ conditore. ¶ Cællis Cæsa.) nam Do. Cæsar successu albano oblectatur. ¶ Surrentina) Surrenti num vinum à patria nomen accepit vbi oritur in Campania olim in pretio fuit ob salubritatem, sed Tiberius Cæsar dicere solebat medicos hoc iactare, vt ei authoritatem afferrent: alioquin esse generosum acetum. Caligula idem appellabat nobilem vappam: eodem ex loco afferebatur terra, vnde nobiles calices fictiles fiebant. ¶ Picta,) maculis distincta. ¶ Hæc,) vina surrentina. ¶ Suos calices,) populares. nam surrẽtinos etiam habebis calices. ¶ De Sinuesanis,) vinum Falernum secũda palma fuit in agro oriebatur, qui à ponte campano incipit, nomen sortitum à falerno agricola, qui primus eas vites coluisse dicitur, si fabulosis Silii carminibus credimus: inis collibus nascebatur, mediis faustianum, summis gauranum. Centum falerni amphoris triumphales cœnas Cæsar ornauit: eiusdem vini meminit Anaxipolis comicus, eadem massica dicebantur. Sinuessa iuxta Falernum. ¶ Consule,) nam consulum nomina amphoris addebantur. Horat. O nata mecum cõsule Manlio. ¶ Nullus erat,) anteq̃ consules essent, diffusum fuit: tostendit vetustatẽ. ¶ De Antipoli,) quoq; & antipolitana muria dissidentia hic scribit: cum Antipolis authore Plinio & Ptolemæo oppidum Latinum in Gallia Narbonensi esset. vnde & Gellius scribit, laudatissimus thynnus erat & Antipoli, meritoque à nomine loci poeta muriam Antipolitani thynni commendauit.

¶ Pendula,)

Passum

Vinum picatum

Falernum

Massicum vinum

GEORGIVS

Onager.

Pulcher adest onager, mitti uenatio debet
Dentis Erythræi: iam remouete sinus.
Oleum Venafranum. 100
Hoc tibi Campani fudauit bacca Venafri,
Vnguentum quoties sumis, & istud olet.
Garum Sociorum. 101
Expirantis adhuc scombri de sanguine primo,
Accipe fæcosum munera chara garum.
Muria. 102
Antipolitani, fateor, sum filia thynni.
Essem si scombri, non tibi missa forem.
Mel Atticum. 103
Hoc tibi Thesæi populatrix misit Hymetti
Pallados à syluis nobile nectar apis.
Faui Siculi. 104
Cum dederis Siculos mediis de collibus Hyblæ,
Cecropios dicas tu licet esse fauos.
Passum. 105
Gnosia Minoæ genuit uindemia Cretæ
Hoc tibi, quod mulsum pauperis esse solet.
Picatum Vinum. 106
Hæc de uitifera uenisse picata Vienna:
Nec dubites, misit Romulus ipse mihi.
Mulsum. 107
Attica nectareum turbatis mella falernum,
Misceri decet hoc à Ganymede merum.
Albanum. 108
Hoc de Cæsareis mitis uindemia cællis
Misit, Iuleo quæ sibi monte placet.
Surrentinum. 109
Surrentina bibis: nec myrrhina picta, nec aurum
Sume, dabunt calices hæc tibi bina suos.
Falernum. 110
De sinuesanis uenerunt massica prælis:
Condita quo quæris consule? nullus erat.

Garum

Scombria

Garum Sociorũ

Antipolis

Hymettus Hybleum mel Hybla

DOMITIVS.

Setinum vinum Setia

(¶PENDVLA,) Setinum diuus Au. primus, postea reliqui principes illius iudicium secuti primo loco statuerunt nomen à Setia vrbe non procul à Velitris celebre est testimoniis Plin. Strab. ¶ Silius,) Ipsius mensis sepositа lyei Setia ¶ Pendula) in colle sita ¶ Pampineos,) vitiferos ¶ Vetulos ca.) vinum vetus. ¶ Hæc,)

Fundanũ vinum

fundanum vinum à Fundis oppido Campaniæ, vbi nascebatur, commendatur hoc disticho à vetustate, & à precipua cœli tẽperie, quæ fuit L. Opimio consule sexcentesimo & tricesimo quarto anno ab vrbe condita: ea dicta est coctura: qua omnia vina eius anni solis opera præcipuum habuerunt saporem: nataq; sunt magna copia, vt in ducentesimum annum fuerint seruata, deuenerintq; in speciẽ mellis, vnde vinum opimianũ supra legimus & expositũ est. Cic. aniciana vina eadem vetustate celebrat ab Anitio consule. ¶ Opimi,) consulis Opimii. ¶ Mulsum) vinum opimianum appellat, quoniam in speciem mellis erat. laus vini est ꝙ eo anno quo expressum esset iam mulsum, hoc etiam mulsum videretur. ¶ Non sum,) trifolinũ an trifolinum sit legendum non satis habeo coper tum. Trifolinam vrbem fuisse multis in locis docet Strab. sed in Italia trifolinum agrum legimus: nõ trifolinum. Iuu. Te trifolinus ager fœcundis vitibus implet. Hoc vinum inter plebeia numerabatur. ¶ De primo lyæo,) de primo vino. ¶ Septima vitis,) id est septimo loco. Nam septẽ genera vini iam numerauit poeta. ¶ Cæcuba,) Cęcubum vinum principatum vendicauit: nascebatur in Campania in locis paluſtribus, sed interiit negligentia colonorum, & fossa prę sertim Neronis, quam inchoauerat nauigabilem à Baiano lacu, Hostium vsq;. ¶ Amyclis,) vrbs Laconiæ patria Castoris: & Pellucis eiusdem nominis iuxta Terracinam, quæ sunt deletæ à serpentibus: vt historiæ credimus: quanuis ex versu Lucilii ob silentium periisse apparet. nam ait mihi loqui necesse est: nam scio Amyclas tacendo periisse. alius codex habet

Amyclæ

ahenis. ¶ Coquuntur,) sole perueniunt ad maturitatem. ¶ Potabis,) Signinum à Signa patria cuius meminit Strab. inter medicamẽta numeratur. nam fluxum alut sisti. ¶ Morantia,) sistentia ¶ Ne nimium sistant: ne nimium morentur. ita habet codex antiquus. ¶ Sit sitis,) id est parce bibas, & sitias. ¶ Amphora,) Messana vrbs Siciliæ, à Græcis condita, vt meminerunt Thucydides & Strab. habitata olim à Mamertinis populis Campaniæ, vt Polybius refert: vinum optimum ferebat, quod cum Italicis & præstantissimis, vt Strab. ait certaret. nam de Siculo intelligo omnino, neq; aliqua est mihi suspicio: de Campano Messanense dictũ est: mamertinum à Mamertinis: qui tenuerunt Messanam: Immo messanense non dicimus, sed mamertinum, vt Strab. tradit. ¶ Quod vis) i. potest & cæcubum & falernum dici. vt supra: Et quicquid voluit testa vocatur anus. ¶ Tarraco,) oppidum Hispaniæ nobile emporio & portu conditum à Phocensibus, vinũ mittebat nobilissimum, sed Lusitania maiore copia, cum in Tarraconensi sit maior elegantia. Silius in. 3. Phocaicę dant emporio dat Tarraci pubem: Votifero & latio tantum cessura lyęo. ¶ Thusca.) vino thusco. ¶ Nomentana,) Nomentanum vinum à Nomentano patria. 10. lapidem vbi ager olim erat sterilis, sed cura colonum optima vina cœpit ferre: ibi Palæmon grammaticus habitauit, & Martialis vt ipse dixit, & Qui Martialis amicus qui vina diligentius illic colebat & habebat meliora: vnde in eum dixit tertio: Centenis quòd emis pueros, & sæpe ducenis: Quod sub rege Numa condita vina bibis. ¶ Meum Ba.) ex agro nomentano mitto tibi vinum. ¶ Bibes commo.) quia ipse potest dare meliora. ¶ De Spoletinis,) Spoletinum sola vetustate conditur, vt antiquissimum possit optimo musto falerno comparari. ¶ Cariosa,) antiquissima. ¶ Massica,) Peligni pessimum mittebant vinum, vt supra indicauit: Non hæc pelignis agitur vindemia prælis. ¶ Tuus libertus,) cui peius vinũ dandũ est. ¶ Amphora,) acetum in Aegypto ex vino mareotico, & ex vilioribus vinis fiebat maiore pretio q̃ ipsum vinũ esset. ¶ Vilis,) significat contẽnendus & parui pretii. ¶ Non sit vilis,) non contẽnatur à re. ¶ Vilior) i. minoris pretii. ¶ Cũ,) Massilianum vinum à Massilia vrbe Galliæ cõditum fumo. vt supra: Aut cocta fumis musta Massilianis. præterea: Improba Massiliæ quicquid fumaria cogũt. docuerunt Massilienses medicari vinis, nõ solum fumo, sed aloe, vt Plin. tradit. ¶ Expugnet,) gregatim pascit, cum multos habeas clientes potes dicere Massiliẽse. ¶ Ceretana,) Nepos agrum ceretanum habuit vt supra meminit: vbi vinũ colendo optimum seruabat, quo paucis cum amicis exhilarabatur. ¶ Cum tri.) allusit ad triclinii, quod à triplici ordine dictum est.

Trifolina Trifolinus ager

Signinum Vinum

Mamertinum vinnum Tarraco

Nomentanum

Emporiæ conditores

¶ TARRACO Cam. tãtum cessi lyæo. Hæc ge. thu. æmu. vicadis) Tarraco Romanos non Phocenses conditores habuit. Plin. Tarraco Scipionum opus sicut Carthago Pœnorum: stipulatur autem Plin. Soli. Carthaginẽ apud Iberos, quæ mox colonia facta est, Pœni condiderũt: Tarraconem Scipiones: ideo est caput prouinciæ Tarraconensis, sed audiant quæso docti viri, vt intelligant quantũ confidentissimi hominis inuenta à veritate absint, manifestissime appareat in omnibus enarrationibus istum meras effucias ab ore studiorum offerre. addu cit versus: Silii de emporiis, & Tarracone in confirmationem scilicet stultitiæ suæ, velut probaturus Tarraconem emporium & portum habuisse, & à Phocensibus conditam, cum Silius de emporiis loquatur, quæ lõge absunt à Tarracone, de quibus hæc Liuii. Iam tunc emporiæ duo oppida erant muro diuisa. Vnũ Græci habebant à Phocea, vnde & Massilenses oriũdi, alterum Hispani, sed græcũ oppidum in mare expositum totum orbem muri minus quadringentos passus habebat: Hispanis retractior à mari triumil. pas. in circuitu murus erat. Tertium genus Romani coloni à Iulio Cæsare post deuictos Pompeii liberos allecti: nunc in corpus vnũ confusi omnes: Hispanis prius: postremo & Græcis in ciuitatẽ Romanã ascitis, miraretur quis cũ cerneret aperto mari ab altera parte, ab altera Hispanis tã fera & bellicosa gẽte obiectis, quę res eos tutaret, disciplina erat custos infirmitatis: quã inter validiores optime timor cõtinet. Ad quã historiã egregius vates respiciẽs phocaicas emporias dixit, sed quæ mala ratio linguã hominis ad hæc mouita. polluit scriptores oẽs quorũ manes euocãdi forẽt, vt pariter iniuriã, & dedecus à se ppulsarẽt.

GEORGIVS

Setinum.

Pendula pampineos quæ spectat Setia campos,
Exigua uetulos misit ab urbe cados.
Fundanum. 112
Hæc fundana tulit felix autumnus Opimi,
Expressit mulsum consul, & ipse bibit.
Trifolinum. 113
Non sum de primo, fateor, Trifolina lyæo.
Inter uina tamen septima uitis ero.
Cæcubum. 114
Cæcuba fundanis generosa * coquuntur ahenis,
Vitis & in media nata palude uiret.
Signinum. 115
Potabis liquidum signina morantia uentrem,
Ne nimium sistant, sit tibi parca sitis.
Mamertinum. 116
Amphora nestorea tibi mamertina senecta
Si detur, quod uis nomen habere potest.
Tarraconense. 117
Tarraco campano tantum cessura lyæo,
Hæc genuit Tuscis æmula uina cadis.
Nomentanum. 118
Nomentana meũ tibi dat uindemia Bacchum,
Si te Quintus amat, commodiora bibes.
Spoletinum. 119
De Spoletinis quæ sunt cariosa lauinis.
Malueris, q̃ si musta falerna bibas.
Pelignum. 120
Massica Peligni mittunt turbata coloni,
Non tu, libertus, sed bibat illa tuus.
Amphora aceti. 121
Amphora niliaci non sit tibi uilis aceti,
Esset cum uini uilior illa fuit.
Massilianum. 122
Cum tua centenos expugnet sportula ciues,
Fumea Massiliæ ponere uina potes.
Ceretanum. 123
Ceretana nepos ponat, setina putabis,
Non ponit turbæ, cum tribus illa bibet.

* colũtur

DOMITIVS.

Aulon

(NOBILIS,) Tarentinum vinum. (Aulon,) Iuxta Tarentum opus Achiuorum nobile vino & lanis tarentinis. (Det pre.) lanas, quasi dicat, sola vina mihi placent. Loquitur ex sententia & secta Epicuri. (Vnguentum heredi,) Vnguentum mittit cuius luxum multis versibus carpit Plin. Nam hæredi non relinquitur: cum omnis alia supellex pretiosa ad hæredem perueniat. est enim comparatum ad luxũ & præsentem voluptatem ex secta epicurea. igitur Martia. hortatur amicum ad vnguentum & vinum. vt supra etiam dixit: Et potius plenos ære relinquere cados. (Hæc,) scilicet vina. (Dat,) coronę roseæ in solennibus cœnis sumebãtur, sed cum non essent hyemes: ramentis argenteis effingebantur: de mum diligenti satione in Cæsaris gratiam excogitatæ hyemem præuenebant. vnde illud supra Mitte tuas messes, accipe mille. rosas. (Festinatas,) ante legitimum tempus. (Veris) quia vere prouenichant. (Nunc facta tua est,) nam mensis October Domitiano dictus est, authore Tranquil. Referatur igitur hoc ad nomen mensis quod placet. nam dicebatur Domitianus. (Facta tua,) id est tuo mense prouenit o Domitiane.

DOMITIVS.



Intheſibus,) Vltimus est qui inscribitur Apophoreta, vt superioris initio dictũ est. Tranquil. hoc verbum vsurpauit pro muneribus, quę ab imperatore ciuibus remittebantur: ait enim Caligulam agitatori Cythico apophoretis vicies sextertiũ contulisse, & Vespasianum dedisse apophoreta viris in saturnalibus: mulieribus calendis Martiis. addit hũc cum nihil aliud habeat agendum. (Synthesibus,) describit dies saturnales, quibus senatores & equites synthesibus vtebantur depositis togis, aliis diebus vti synthesi luxuriosum habebatur. Vnde illud notatur in Neronem, quòd synthesinam vestem indutus discalciatus aliquãdo in publicum prodierit. Sumebantur præterea pilea à seruis in libertatis indicium, quæ illis diebus permittebantur. In monumentis tamen Cesii est: seruos pileatos vænales fuisse in toga quemadmodum in libello coronati vendebantur: vt Cato docet. & versus Aristophanis in Plutone. (Nec timet spectare ædilem) nec timet ędilem venientem cum ludit. (Cũ vi verna,) id est cũ videat omnia vernantia propè dies saturnales quibus omnia vernabãt. (Gelidos lacus,) descri. in vrbe & si hyems erat non placet legas. (Verna,) id est seruus est. nam nullus est sensus nisi ita exponas: quòd verna non timet ludere, cum videat gelidos lacus. cũ videat esse Decembrem mensem & saturnalia, quo tempore ludus aleæ permittebatur. (Alternas sortes,) mutua munera. (Nostrum Iouem,) conueniunt clementiæ nostri imperatoris. (Ædilem,) ædiles præficiebantur aleæ prohibendæ in saturnalibus. (Apinæ,) nam res leuiores solebant mitti in apophoretis. (Apinæ,) ab apino fructu fragilis corticis. (Tricæ,) impedimenta dicũtur. vnde extricari expedire quasi tricę, vt placet Marcello, hoc est capilli quibus gallinarũ incessus impeditur. Ci. hoc verbo vsus est, Trinas, scilicet domesticas: loquens de uiolis. (Quid agam po.) quàm scribam tale carmen. (Pro cœlo,) vnde olim te deiecit. (Troiã,) bellum. Troianũ. (Mycenas,) id est classem Mycenam. (Nucibus,) pueri nucibus ludebant in saturnalibus. (Lemmata) vt supra bis est expositum: inscriptiones dicuntur: quæ argumẽta continent: quales sunt in distichis. Explosus est error eorũ qui putarunt hunc librum lemmata inscribi, cum id non magis huic libro, quàm superiori conueniat, supra pro argumento accipit. (Si ma.) scilicet legere solas inscriptiones, quòd pigeat legere disticha. (Secta) pugillares tabellæ sunt: in quibus scribere licet: has ex ligno formauit Homeri carmen in causa Bellorophontis, quando ad Litiorum regem missus est, vt ante epistolas pugillares fuisse demonstrentur: hi mittebantur in saturnalibus, quia cultus humani elegantioris author habitus est Saturnus. Primus luxus citreos cœpit componere: cum ex citro ligno solæ mensæ magna æstimatione dolari solerẽt, vt supra est recitatum, quę à dentibus elephantinis sustinebantur. Mendosa dictio in plerisque codicibus inualuit. nam cum onus scribi oporteat, videtiã veteris scripturæ opus est inuersum. (In rẽ. ta.) pugillares. (Nobile onus,) quia mensę fuissemus, & sustentatę à dente elephantino. (Dentis li.) dentis elephanti, quo mensæ citreę sustinebantur.

Tarentinum Vinum. 124
Nobilis, & lanis, & felix uiribus Aulon
Det pretiosa tibi uellera, uina mihi.
Vnguentum. 125
Vnguentum hæredi nunq̃, nec uina relinquas,
Ille habeat nummos, hæc tibi tota dato.
127 Corona Rosea. 126.
Dat festinatas Cæsar tibi bruma coronas,
Quondam ueris erant, nunc tua facta rosa est.

Tricæ Extricari

Lemmata

Pugillares

ARGVMENTVM.

SATVRNALIA Festa Decembri mense per dies septem Romæ celebrari mos erat. Quæ quidem cum letitiæ & gaudii plena essent, Romanis toga deposita synthesim breuiorem vestem sumere licebat & officio si animi munera vltro citroq; mitti ac remitti solebãt, seruisque quod per ædiles negatum erat, aliisque temporibus, Aleæ ludus impune concessus erat. Quoniam igitur, quæ ad huiusmodi festa spectarent poeta non haberet (Troianum enim bellum aut Mycenam classem tractare iucongruum videbatur) operæpretium fuit rum existimauit se totum hoc opus descriptione eorum munerũ (quæ apopherata appellauit) dipsum claudere & absoluere.

M. VAL. MARTIALIS
EPIGRAMMATON LIB. XIIII
CVI INDITVM NOMEN APOPHORETA.



Intheſibus dum gaudet, eques dominusq; ſenatus,
Dumq; decet noſtrũ pilea ſumpta Iouẽ,
Nec timẽt ædilem moto ſpectare frillo,
Cum uideat gelidos iam propẽ uerna lacus,
Diuitis alernas, & pauperis accipe ſortes.
Præmia conuiuæ det ſua quiſq; ſuo.
Sunt apinæ, tricæq; & ſiquid uillius iſtis,
Quis neſcit? uel quis tam manifeſta negat?
Sed quid agam potius madidis Saturne diebus,
Quos tibi pro cœlo filius ipſe dedit?
Vis ſcribã Thebas, Troiamq;, malasq; Mycenas?
Lude, inquis, nucibus, perdere nolo nuces.
Quouiſcunq; loco potes hunc finire libellum,
Verſibus explicitum eſt omne duobus opus.

Apophoreta.

Lemmata ſi quæris cur ſint aſcripta, docebo,
Vt ſi malueris, lemmata ſola legas.

Pugillares Citrei.

Secta niſi in tenues eſſemus ligna tabellas,
Eſſemus libyci nobile dentis onus.

GEORGIVS.

(DAT Festinatas Cæsar tibi bruma coronas Olim veris erat, nunc tua facta rosa est.) Iam oportet hũc hominem circumagi, quem laruæ exagitãt. obsecro nónne insani est secũ dissidentia dicere, & tempora quæ vel imperitum vulgus discreta nouit enarrando confundere? quam rem hic facit cum exponit festinatas brumæ tempore coronas per Octobrẽ mitti, quo mense ne brumæ quidẽ principium habetur, autumnales præterea fructus & flores serẽ serotini dicuntur, atque tarda probis scriptoribus. ergo hic modo exponi distichon oportuit studio & arte hominum per brumam rosas, quæ alioquin vere perueniunt accedente clementia benignioris cœli Domini. dari. non enim festinatæ possent esse rosæ per Octobrẽ datæ.

(Cæde,)

DOMITIVS.

Quincuplices tabellæ

(CÆDE) Quincuplices tabellæ dicebãtur à numero quinq; foliorum, cum alii pugillares leuioribus rebus essent dicati: his triumphus decretus nunciabatur imperatori vel consuli. hunc montem distichon demonstrat. (Cerea quin.) tabellis quincupli cibus. (Calet ce. iuuencorum,) id est tepescit cæsis iuuencis inhecatonben. (Languida,) pugillares eburnei dabantur senioribus & lippis, vt apertior his esset visus ad scribendum. (Nigra. li.) nigrum atramentum. (Languida,) debilia. (Tristes ce.) id est obscuræ tabellæ ceraræ quibus alii solent vti. (Tunc tri.) à tribus foliis, quincuplices à quinq; sed hi rebus amatoriis & leuioribus seruiebant. (Esse,) Membrana charta inuenta est Pergami in Asia: vt Var. tradit, & repetitum est à Plin. vnde pergamena dicta est tanta crassitie pugillares in de fiebant, vt non secus quàm ex tabella scripta deleri possent. (Puta enim ce.) id est tabellas ceratas, quia eũdẽ vsum præstabit. (Nouare,) scribere. (Nondum,) Vitellianæ chartę viris amicis scribentibus seruiebant, vt triplices mulieribus ad viros. (Nouit quid cupiant) quid velint sibi. (Seu,) cum varia essent chartarum genera auth. Plin. ea quæ dicebatur augusta authoritatem retinebat in epist. hæc nunc mittitur. (Ista char.) augusta. (Suos,) alludit ad inscriptionem, vt Cic. Lentulo suo. (Leuiter no.) parum noto. (Hos) Loculi minores capsulæ dicebantur, in quibus seruabantur pecuniæ. vnde Tranquil. scrib. Galbam ex priuatis loculis cano tibicini dedisse pecuniam. Hi cum erant eburnei aureolis seruandis destinabantur. (Flaua moneta) aurea. (Ligna vilia,) id est loculi lignei viles. (Siquid,) loculi lignei cum vilem monetam seruarent: parum diligenter exhauriebantur, hærebatq; fundo sæpenumero denarius. ex hoc loquentes loculi lignei iocantur. (Fæce,) fundo, tractum à vino: culus fæx est in fundo. (Erit munus,) habebis hoc munus. (Locelli erit,) scilicet munus. (Nihil est) si nihil pecuniæ. (Quæ,) nummi Vitelliani sunt loculi ex corio vitelliano confecti: cũ autem id genus chartæ soleat mitti amicæ, vt supra dixit: Nondum legerit &c. & loculus ex vitellianis sit inanis. iocatur: Tu, inquit, putas hanc chartam mitti amicæ: cum sit vitelliana, sed falleris. nam est loculus Inanis ad pecuniam seruandam ac commodatus, & cum velit ostẽdere inanem esse, subdit. (Rogat num.) quia nullos. si. intus habet. (Non,) chartæ maiores sunt loculi chartei grandiores quæ puellæ mittuntur inanes: vt supra sunt vitelliani. (Chartas) charteos loculos vacuos. (Cũ ste.) Tali eburnei quo numero sint initio superioris libri dictum est, sunt plurium angulorum q̃ tesseræ quæ quatuor tantum partes habent, sed ipsi sex. gloriantur Publiumque Mandris: & vitreo latrone clusos. (Si ludis bella,) si delectaris ludo latronum. (Iste,) calculus. (Gemmeus,) vitreus. (Erit miles, & hostis,) quia inde habebis tuos milites, & reliquos hostes.

Triplices Charta Pergamena

Vitellianæ chartæ

Charta augusta

Loculus eburneus

Loculus vitelliani

Loculi chartei

Tali Tesseræ

Quincuplices.

Cæde iuuencorum domini calet area felix,
Quincuplici cera cum datur altus honor.

Pugillares Eburnei.

Languida ne triſtes obſcurent lumina ceræ,
Nigra tibi niueum littera pingat ebur.

Triplices.

Tunc triplices noſtros non uilia dona putabis,
Cum ſe uenturam ſcribet amica tibi.

Pugillares membranei.

Eſſe puta ceras, licet hæc membrana uocetur,
Delebis, quoties ſcripta nouare uoles.

Vitelliani.

Nondum legerit hos licet puella,
Nouit quid cupiant Vitelliani.

Chartæ epiſtolares.

Seu leuiter noto, ſeu charo miſſa ſodali,
Omnes iſta ſolet charta uocare ſuos.

Loculi eburnei.

Hos niſi de flaua loculos implere moneta
Non decet, argentum uilia ligna ferant.

Loculi lignei.

Siquid adhuc ſupereſt in noſtri fæce locelli,
Munus erit, nihil eſt, ipſe locellus erit.

Iidem Vitelliani.

Quòd nummos cernis, mitti nos credis amicæ,
Falleris, & nummos iſta tabella rogat.

Chartæ maiores.

Non ſunt munera quæ putas puella,
Cum donat uacuas poeta chartas.

Tali eborei.

Cum ſteterit nullus uultu tibi talus eodem,
Munera me dices magna dediſſe tibi.

Teſſera.

Non ſim talorum numero par teſſera, dum ſit
Maior, q̃ talis alea ſæpe mihi.

Turricula.

Quærit compoſitos manus improba mittre talos,
Siper me miſit, nil niſi uota facit.

Tabula luſoria.

Hic mihi biſſeno numeratur teſſera puncto,
Calculus hic gemino diſcolor hoſte perit.

Nuces.

Alea parua nuces, & non damnoſa uidetur.
Sæpe tamen pueris abſtulit illa nates.

Theca calamaria.

Sortitus thecam calamis armare memento,
Cætera nos dedimus, tu leuiora para.

Calculi.

Inſidioſorum ſi ludis bella latronum,
Gemmeus iſte tibi miles, & hoſtis erit.

igitur nunc quòd nunquam eodem puncto consistant. nam modo binos proferunt numeros, modo ternos, viciſſimq; alternant. (Vultu eodem,) id est eodem numero punctorum. nam quoties fermè iaciuntur tali, punctum mutant. (Magna munera,) cum eodem munere tantam videbis varietatem. (Non sim,) Tessera, & si pauciores habet partes, tamen non minorem habet ludum cum grandior sæpe pecunia tesseris committatur, quã talis, ex hoc tesseræ putant se non esse inferiores talis, quanuis numero angulorum superentur. (Par numero,) id est non habeam tot puncta. nam vt apud Græcos scrib. Pollux, astragalus, quem ego puto tesseram esse, quatuor tantum habet latera. nam vno latere duo puncta: altero quinque desunt: autem, id est talus habet sex latera. (Maior alea,) id est maior pecunia committatur ludo meo quàm talis. (Quærit,) Turricula instrumentum erat quo concussi tali emittebantur: ne lusoris fraude compositi optato puncto consisterent. Horat. verbo græco vsus est: Talos mitteret in pyrgum. nam pyrgus turrim significat. Pyrgus hæc igitur gloriatur, quòd dolose manus fraudes compescat. (Facit vo.) facere vota, id est optare & suscipere vota. manus ergo cũ iacit talos per turriculam: nihil aliud potest facere quàm vota, id est potest optare bonum punctum: certum præstare minime. (Per me) turriculam. (Hic mihi,) tabula lusoria, alueum puto intelligi. nã & in annalibus illud est Pom. e tertio triumpho alueum lusorium reportasse è gemmis: cum tesseris latum pedes trislongum quatuor: eadem tabula & tesseris & calculo seruiebat. In calculis autem, vt infra dicetur alii dicebantur milites: alii hostes. hic numeratur, id est hæc tabula seruit tesseræ calculis. (Alea,) nuces permittebantur pueris in saturnalibus: si præterea ludebant, vapulabant à magistro. supra: Iam tristis nucibus puer relictis Clamoso reuocatur à magistro. (Parua alea,) paruus ludus. (Et non damnosa,) quæ scilicet ferant aliquid damni. (Nates,) verberatas à magistris. (Sortitus,) Theca repositorum cuiuscũq; Theca rei dicitur: Libraria, siue calamaria, quæ communes librorum. hanc donat sine calamis. (Sortitus,) cum ea tibi in sorte data sit. (Leuiora,) calamos. (Insidiosorum,) Calculi idem latrones dicebantur, qui vitrei Calculus erant duas in partes diuisi, cum alii milites, alii hostes. dicerentur. Ouid. Siue latrocinii sub imagine calculus ibit: Fac pareat vitreo miles ab hoste tuus. supra. Sic vincas Nouiumq; Tali

Graphiarium

Graphium

Stylus

Dentiscalpium

Detifriciũ

Lentiscum

Auriscalpium

Verminari

Acus

Tenia

Sapo

(THAEC) Graphiarium à γραφω dicitur, quod significat scribo Latini stylum dixerunt, vnde extat fœdus Porsenæ cum Romanis, ne alicui liceret ferro præterquàm ad agriculturam, quo stylo etiam comprehendatur. nam, vt additum est annalibus, non satis tutum habebatur scribere stylo. Is si longior fuerit telum habetur, & dicitur graphium: quali Cæs. vtebatur, & vsus est in vulnere Cascæ. de graphio, id est stylo ad scribendum Sueto. in Claud. Graphium & libellos, quos tenebat i manu. stylus autem totus ferreus est. (Puero,) pueri stylo vtebant ad scribendum. (Lentiscum melius,) Dentiscalpium instrumentum quo dentes scalpebantur, id ex lentisco fiebat frutice celebrato monumentis Virgilii: Plin. & Ciceronis, aut certe & ex penna rubra. supra: Stat exoletus, suggeritque rustanti Pennas rubentes, cuspidesque lentisci. Contra dentificium dicebatur quicquid remedium dentibus tergẽdis aptum erat. (Lentiscum,) instrumentum ex lentisco. (Leuare,) expurgari. (Melius,) quàm penna. (Frondea cuspis,) lentisci. (Si tibi,) Auriscalpium scalpendis auribus instrumentum olim in pretio, cum prurientem aurem scalpere summe sit voluptatis. antiqui verminari dixerunt pro torqueri à vermibus, qui facile se torquent: author est Macer. (Arma,) instrumenta. (Libidinibus tantis morosa, prurigine,) difficili & nimium eleganti. nam morosi dicuntur qui niniiam quærunt elegantiã à moribus, quos peculiares & ab aliis separatos habere videntur. (Tenia Acus) piscis genus acus: item crinalis componendis cribibus inuenta est, quale Propertius celebrat amomo vncti crines in globum colligebantur antequam vitra tegerẽtur. nullum enim seruabant ordinem & decor omnis amittebatur si passis & vagantibus superinducerẽtur vltra præsertim cum vncti essent. Capillorum igitur globus acu sustinebatur. hæc mittitur. (Tenia,) verbo græco vsus est nam ταινια græce, latine vittam significat. (Figat) globum. (Madidi) amomo. (Quid,) iocatur in caluum, qui pectine non indiget, cum non habeat capillos: fiebat ex buxo vt nunc. (Buxus multifido dente,) piphrasis pectinis. (Caustica,) sapo in uentus est à Gallis capillis rutilandis ex seuo & cinere. cinis autem fagnus & seuum caprinum in hoc tenent palmam: Germani eodem vtebantur liquido & denso: sed viri potius, quàm fœminæ: vt author est Plini. ea dicuntur habere vim causticam, quæ siccitate aduruntur: vt cinis. nam καυστικὸς græce: latine significat ignitum: hoc verbo multis in locis vsus est Plini. Mituli, inquit, in cineribus vim causticam habent. Sapo igitur nihil aliud est, quàm spuma caustica. in quo poeta seruata metaphora dixit accendit. (Captiuis co.) germanicæ dictæ sunt in Domitiani gratiam, qui Germaniam domuerat. supra hisdẽ verbis vsus est. (Spuma capil.) sapo. (Accendit,) rutilat. (Cõmunis ca.) germanis capillis si sapone vti volueris. (Si,) Mattiacũ Mattiacum oppidum Germaniæ, vt Pto. scrib. quanuis latinus codex mendose sit scriptus. iuxta sunt Artanum & Nuessium. Sapo canus vsui est vt rutilentur crines: caluis non necessarius. ex hoc constat distichon. (Mutare,) rutilatione. (Accipe pilas,) id est saponem factũ in speciẽ pilarũ, vt ũc apud tonsores cernimus. (Quo tibi calua,) id est quẽ vsum potest tibi præstare o calua mulier? quasi dicat nullum. nam caluis non est necessarius. (Quo tibi,) illud interpositum est si, iam tibi, legis: nec antiquam seruas scripturam, nec vllus est sensus. alibi eadem locutione vsus est: Quo tibi decoctæ nobile frigus aquæ. (Accipe,) Vmbella exiguum erat tentoriũ: quo singuli tegi poterant, vnde diminutiuum accipit ab vmbra: vsui erat cum flante vento spectacula edebantur in theatro. nam vel ad superiora omnibus communia agitata solem admittebant. (Tua vela,) Vmbella tua. (In Pompeiano,) Gausapa verbum externum est: quod nusquam præterea legit: nisi apud Valer. Max. significat autem tentorium, quo spectans populus solebat vti cum agitata vela ventis ea negarentur. (Tectus,) gausapa. (Negare vela,) propterea vtar gausapa, qua rectus spectabo. (Excipient) Venabulum telum venatorium, quod Pisæus primus inuenit, vt Plin. placet: longiorem habebat cuspidem, excipiebatque quanuis feram modo forti dextra conficeret. (Excipient,) vulnere. (Firma) fortis. (Si deiecta) duplici telo aduersus grandes feras vtebantur: altero longiore, quod venabulum dictum est: breuiore altero vt venabulo more feræ occupato hoc vulneratum conficerent, præcipuæ formæ fuisse verba Trãquilli demonstrant, qui scribit Lixam ex Illyrico deprehensum fuisse in cubiculo Augusti cinctum cultro venatorio. (Cõminus,) propè. (Geres,) proprium est venatoris cum premit feram telo. (Longo rostro,) vel venabuli vel feræ quod placet. nam apri os acutum rostrum videtur.

Gausapa

Venabulũ

(Militiæ,)

Graphiarium. 21

Hæc tibi erunt armata suo graphiaria ferro,
Si puero dones, non leue munus erit.

Dentiscalpium. 22

Lentiscum melius, sed si tibi frondea cuspis
Defuerit, dentes penna leuare potest.

Auriscalpium. 23

Si tibi morosa prurigine uerminat auris,
Arma damus tantis apta libidinibus.

Acus aurea. 24

Tenia ne madidos uiolent bombicina crines,
Figat acus sparsas sustineatq; comas.

Pecten ad caluum. 25

Quid faciet nullos hic inuentura capillos,
Multifido buxus quæ tibi dente datur?

Crines, Sapo. 26

Caustica teutonicos accendit spuma capillos,
Captiuis poteris cultior esse comis.

Mattiæ pilæ. 27

Si mutare paras longæuos cana capillos,
Accipe mattiacas (quo tibi calua) pilas.

Vmbella. 28

Accipe quæ nimios uincant umbracula soles,
Sit licet & uentus, te tua uela tegent.

Gausapa. 29

In Pompeiano rectus spectabo theatro.
Nam uentus populo uela negare solet.

Venabula. 30

Excipient apros, expectabuntq; leones,
Intrabunt ursos, si modo firma manus.

Culter uenatorius. 31

Si deiecta geres longo uenabula rostro,
Hic breuis in grandem cõminus ibit aprum.

Paracon Paracos

(MILITIAE,) Paracon officii genus est sumpto nomine à vehiculis: quæ præit. Varro: Hic omnia erat idem sacerdos præter paracos. Paracos item significat principẽ populi: qualis est tribunus. Paracos telum est, vt hoc loco: quod nomen cum commune sit quod significat tribunũ: poeta ex his facit distichõ, & ait paracon telum, quod mittitur esse omen futuri tribunatus: cum paracos caput populi significet. Qui parazonium scripserunt decepti sua interpretatione, à veteri scriptura discesserunt, & à sensu poetæ. (Hoc,) paracon (Nomen grati honoris). i. tribunatus. (Arma digna cingere latus tribunitiũ,) cum paracon significet caput populi: sunt qui tueantur multis etiã contumeliis suum errorem: eõ tendantq; legendum esse parazoniũ quod sit ensis: dicaturq; para, quod est ab, & zoni cingulum, quia. s. cingulo pẽdeat. O impudẽtiam, si errorem suum intelligunt, & defendũt. O ignorantiam & stultitiã, si non percipiunt: proferte Martia. codicẽ antiquum, quem habetis quod léma est parazon inquient: vel parazoniũ. O vanos homines, nõ pudet affirmare parazoniũ extare vsquam: quod nunquã legistis, ni à vobis deprauatũ? Nullus codex: nulla pagina tã mẽdosa est: quæ parazoniũ habeat. Atq; parazõ dictio est imperfecta: vt Imp. pro imperatore. op. max pro optimo maximo. ne arguti vobis sunt oculi & admodum curiosi: qui ex parazon parazonium legatis: ingenium vero nullũ: quod ita parazon scribi putetis: vt opti. vt max. vt imp. notas antiquas peruertistis: boni viri Mar. verba dissipatis, inuertitis, confunditis: prõ Dei immortalis fidem, quis nunquam persuaderi poterit parazon parazonium scriptum esse: nisi idem temerarius, insanus, amens sit: An aliæ inscriptiones apud hunc poetam vsquam sunt mutilatæ? nimium hæc vna dictio imperfecta esse debuit? Quis præterea obsecro vos, parazonium vnquam vel apud Græcos vel apud Latinos scripsit? Paracon legendum esse contendimus. nam ne vobis quidem inficiantibus immutata litera, parazon in antiquis extat codicibus. paracon autem caput populi esse Var. scrib. quẽ admodum & parici quęstores dicebantur, qui solebant creari causa rerum capitalium quęrendarum, & siue picos siue paracos legas, & Nonius & Festus id verbum interpretari conati sunt. Nomus aliter ex Varronis testimonio: ait enim paracon esse etiam populi caput: quàm Festus, qui paricon legit: scribitque esse rei capitalis quæsitorem. Nam cum vterq; eam dictionem pro magistratu apud antiquos legeret originis ratione inuestigata: Nonius paracon legendum putauit à paroco, id est vehiculis. Id cũ affirmaret ex Var. verbis docuit paracon esse pòpuli caput. Festus, vt proposui parrico legit parricidio. nam rei capitali præerat parricus. Quid multa: paracos vox antiqua est & magistratum significat: vel quæstorem, vt Pompeio placuit, vel caput populi, id est tribunum, vt ex Var. discimus ad quod alludens distícho poeta mittit eodem nomioe ensem: aitq; cum paracos dicatur omen esse futuri tribunatus: illud tantum istos offendit: quòd tribunus militum non sit populi caput. locus est poetæ de mentissimi homines, & non ad milites, sed tribunum argute alludit qui populi caput est. sed iam valeant isti cum suo parazonio quod merito tanquam filium amant. Ipsi enim id crearunt, ipsi fecerunt, neq; vsquam præterea reperitur. nos paracon legamus ex fide veteris scripturæ, & Var. authoritate. (Pugio,) telũ exacuatum ferro tẽperato aquis Salonis fluuii Hispaniæ in vsu erat: nomen è pugno sumpsit: cui subest dum infert vulnus. (Salo,) Hispaniæ fluuius. (Stridentem,) nam ferrũ candens stridet mersum aquis. (Breuis orbita,) appellauit breuem orbitam signa viarum: qualia in ferro sunt bene temperato. (Pax,) falx agricolæ putatoria se ex telis militaribus conflatam ait: cum pace à Domitiano comparata armis opus non sit. (Certa,) pax firma. (Placidos,) imbelles. (Ante,) cum essem telum militare nondum pace comparata. (Cum,) Securim in bello Panthesilea prima inuenit: quæ parua ciues Romani vtebantur in acie. Bellis igitur ciuilibus multis ciuibus prodeuntibus in aciem & securiculam gestãtibus singuli, facta est summa penuria huius telis adeo: vt. cccc. millibus numũ veniisse dicatur. (Auctio tristis,) subhastatio bonorum viuiũ, & proscriptorum à Cæsare: cuius tẽpus describit. (Hæc,) securicula, quasi dicat omnia tunc fuerunt ferro viliora. (Tondendis,) Ferramẽta tonsoria saturnalibus dabantur. quæ Augustus Cæs. etiam iisdem diebus dedit. Nã Tranquillo authore, dedit forpices: & eius generis res. in his alia erant resecandis vnguibus: alia tondendis capillis. & instrumẽtum resecandis vnguibus: tonsorum esse demonstrat Horat. qui otiosum apud tonsorem resecare vngues scribit. (Illa,) nouacula. (Vtilis genis,) scilicet tondendis. (Constrictos,) vnguenta seruabantur Scrinio, & res pretiosiores, ex luxu persico Alexander id inuenit victo Dario: nunc admissurũ libros monet vt prius compingatur, ne tineis aditus sit. (Tineas,) vermes corrodentes chartas, (Blattas,) vermes. (Constrictos,) compactos. & scrinium Darii Alexander libris Homeri seruandis destinauit, vt scribit Plinius.

Pugio

Salo

Patici quæstores

Securicula

Nauacula

(MILITIAE Decus hoc: & grati nomen honoris, Arma tribunitium cingere digna latus. Nunquam vidi hominem pertinacius falsa defendentem, & vt de mulieribus poeta dixit: Iras atque animos à crimine sumit. nam cum in hac parte veræ lectionis admonitus fuerit, velut crimen diluturus, rabularũ more vecordissimus iste clamitat: quia scilicet quæ in vnum congesta sunt tum friuola, tum falsa sunt, nec Nonius Marcellus, quo scripto re nititur paracum ex dictis Varronis sentit esse caput populi, sed velut irridens sic ait de quodam: Hic enim omnia erat idem sacerdos præter parochus: denique enim senatus idem populi caput: hunc enim significat fungentem omnibus superioribus magistratibus: vno & eodem tempore, sed eum miror, qui græca nouit ad etymologiam nominis minus respexisse. Fit enim à verbo græco παρέχω: quod est præbeo. inde parochi: præbitores, siue copiatii, vt exponit Porphyrio. Horum erat publice magistratibus præbenda conducere. Vnde Ventidius, velut parochum, scribit Gellius victum sibi ægre quæsiuisse: eumque sordide inuenisse comparandis mulis & vehiculis magistratibus, qui sorti prouincias forent: præbenda publice conduxisse. Hoc idem ex Horatio colligimus: cum ait: Proxima Campano ponti quæ villula rectum Præbuit, & parochi quæ debent ligna, salemque. Et alio loco tum Vibidius Balatroni: Nos nisi damnose bibimus, moriemur inulti: Et calices poscit maiores vertere pallor: Tum parochi faciem nil sic metuentis. Græci quoque ipsi hac dictione in hoc significato vtuntur, sed quia audacter nimis pernegat parazonium non inueniri: nos contra dicimus, authore Eustac. parazonida inueniri pro gladio à zona dependente. Apud Athenæum vero parazonidion altera forma diminutiua legi: cuius verba ad conuincendam inauditam Domitii stultitiam subnotare volui: πυρὶ δ' οὐ ἀπὸ τῆς τόας φιλόσοφος ἐν τῇ τρίτῃ ποιησορίων διηγούμενος περὶ τοῦ μαπαμέων πρὸς λαρισσαίους πολέμου γράφει. τὰ δὲ παραξονίδια καὶ λόγχας ἀνειλημότα καὶ ἀποκειμένα. Subiungit sumpta de Festo incõstans expositor, quòd parici quæstores appellabantur: qui solebant creari causa rerum capitalium quærendarum: quæ verba manifesta arguunt hunc hominem alluc inantem: & sibi ipsi parum constare. aliud est enim crimina inquirere: aliud vehicula: & ad viam necessaria publice præbere: quare, me authore, vetus & vera scriptura asseratur: hoc est parazonium eiecta ista contentiosa, atque vanissima hoc in loco de parochos sententia.

Vnde parochi Officium parochi

GEORGIVS

Parazonium. 32

Militiæ decus hoc, & grati nomen honoris,
Arma tribunitium cingere digna latus.

Pugio. 33

Pugio, quem curuis signat breuis orbita uenis,
Stridentem gelidis hunc Salo tinxit aquis.

Falx ex ense. 34

Pax me certa ducis placidos curuauit in usus,
Agricolæ nunc sum, militis ante fui.

Securicula. 35

Cum fieret tristis soluendis auctio nummis,
Hæc quadringentis millibus empta fuit.

Ferramenta tonsoria. 36

Tondendis hæc arma tibi sunt apta capillis,
Vnguibus hæc longis, utilis illa genis.

Scrinium. 37

Constrictos nisi das mihi libellos,
Admittam tineas, trucesq; blattas.

Calamus

(DAT,) Calami apti chartis ex Aegypto mittebantur: cum haberent cognationem quandam cum papyro, Gnydii ex Creta præstantiores sunt: vt ait Plin. quanuis hoc nonnulli tribuant Gnydo insulæ dicatæ Veneri: nascebantur item ad eundem vsum in Asia ad Anticum lacum: ex calamis autem: qui chartis non seruiunt domorum tecta in septentrione conficiunt: durátq; altissima vt Plin. tradit. glorianter igitur calami ægyptii: quasi soli chartis apti sint: aiunt reliquas arundines debere parare tecta. (Texantur,) conficiantur. (Reliqua palude,) reliquis arundinibus palustribus, quasi dicat nos tátum chartis sumus habiles. (Dulcis lucerna,) Candelabrum prius in vsu fuit, quã lucerna: vt Varro scrib. dicta hæc à luce, quod placet ex eodem authore: vel à lychnos: quod lucernam significat. Cubicularis dicebatur: quæ vna tantum flamma cubiculo seruiebat: ea quæ plures haberet flãmas destinata esset conuiuiis illustrandis. (Licet facias quicquid vis,) relaxa animum in quanuis voluptatem, & tuo arbitrio sis in cubiculo. illud Propertii: Quam multa apposita narramus verba lucerna. (Ancillam,) Candela pauperiores vtebantur: vt Festus scribit, quod & luue. ostendit: Cuius dispensо & tẽpero filum. dicitur ancilla lucernæ: quòd cum lucerna hæreat immobilis: ipsa circũ gestatur in omnes angulos. (Sors,) nam sorte dabantur hæc munera. (Vigil,) quæ ardet (Exigit,) expellit. Vult enim ostendere ne paruum munus mittere videatur: quanuis candela sit pauperis: tamen eã præstare eundem vsum quem cereorum & lucernarum lumina. Data inquit candela tibi. (Quæ vigil,) id est cũ ardebit totas tenebras expellat, quasi dicat nihil plus alia lumina præstant. Audio temerarios quosdam commentariorum nostrorum calumniatores hoc loco à nobis dissentire, & vernaculam quandã vocem sectantes: non candelam, sed cicindelam deleta veteri scriptura pro lemmate proponere. aiũt enim cicindelam lampadẽ esse: quæ ex vitro partim aqua, partim oleo impleatur: atque ita vulgo nominatur sumpto nomine à lampadibus: quæ cicindela dicuntur, authore Plin. Id me ignorasse prædicant: quod me fateri non pudeat cum ipsi idem male à vulgo didicerint, pyralem, pyrantem, nitedulam, noctilucam, cicindelam volucrẽ esse iam pridem legi apud Plin. & grammaticos nostros. sed cicindelam ipsi iactent pro lampade magnificant, & istud suum inuentum amentime certe riualem non habebunt, qui eiusmodi voces nisi antiquorum vel authoritate vel vsu confirmentur: facile vulgo vtendas relinquo. Dicite obsecro qui docti haberi vultis, & eo nomine plurimum gloriamini: vbi cicindelam pro lampade legistis. Plin. id lampadis genus lychnum pensilem appellat. Is autem quæ scriptoris est diligentia & cura, si aut vitrea, aut ænea fuisse cicindela, aut certe lampas aliquo in loco appellasset. Quę ista est temeritas, quæ imprudentia, quæ stultitia, vt cum in omnibus codicibus reperiatis candelam pro lemmate scriptam, cicindelam inculcetis, &, si diis placet: etiam ostentetis. Nimium amatis vernaculam linguam & plebeiam. nam &, vt multa alia omittam, in Polybio: quem totum aut peruertitis: aut certe red didistis barbarum: pro conferere manus: venire ad manus nõ puduit sæpissime transferre, & pro sociis Annibalis, sequaces Annibalis scribere. Cur, nimirum? quia ita vulgo loquimur. O homines plebeios, vulgares & planè contemnendos. Sed de Polybio alia est lucubratio: quam infantiam vestram & puerilem sermonem facile vel refellimus, vel certe in communem vtilitatẽ emẽdauimus. Videte ne cum parum Festi Pompeii verba percipitis nouum vobis cõcinnetis verbum. Festus enim Cicindela, inquit, genus est muscarum: quod noctu lucet: videlicet à candeo, vnde etiam candelabra putantur appellata. Aperite oculos, qui plautinis vobis sunt duriores. Adhibete aures Festo: quasi clamanti: nõ dixit cicindelam esse candelabrum, sed cicindelam muscam à candeo, id est mico & ardeo deriuari, quòd noctu lucet: vnde etiam candelabra à candeo dicta putantur, quòd candeant & luceant. Candela inquam scribendum est: nam hæc in saturnalibus mittebatur. inter munera autem saturnalitia, quæ apud Martiallem sunt: nullum est candelæ distichon præter hoc. Codices & antiqui & recentes ita habent. Videte quid inter meam & vestram interpretationem interest: ego latinum verbum: vos vulgare sequimini. ego antiquam scripturam: vos nullam nisi à vobis depraua tam. Virgil. autem candela expellit totas tenebras: non quia tota nocte ardeat: quòd calumniator noster deridet: sed quia cum nihil est, id est ardet: quocunque illata fuerit: expellit totas tenebras & locum illustrat: vt non minoris vsus videatur, quàm cereus aut lucerna, quæ nihilo plus præstat, & ex eo etiam laudatur, quòd sit ancilla lucernæ pretiosæ, scilicet & vnctæ: quoniam vt proposui ea immobili hærente ipsa circungestatur in omnes angulos domus. nam lucerna nec solet, nec facile potest circunferri. Pudet refellere puerilem Iuuenalis interpretationem: aiunt enim quod apud Iuuen. est. Cuius dispso & temperoẽ filũ: quod vt ostenderemus cã delã pauperis esse: nõ pauloante vsurpauimus ita accipiendũ, vt intelligas iuuenẽ è fenestra prætereuntes aspicere, quo testas in os iaculet. Est ne hoc interpretari poetas: an peruertere cicindelam: quod nusquam extat pro lampade? Videtis locum apud Iuu. aptum: expositum, facilem non intelligitis. Id enim dictum est de iuuene: qui occurrentes pullabat pauperes: non autem fenestra dispiciebat. Sed nimium insector istam vestram sententiam, quæ sua leuitate ab omnibus facile est explosa. De cereo vero quod diximus: candelabro, & lucerna suis distichis explicatum est. (Illustrem,) ὑγρὸς significat lucernæ angulum. lucerna polymixos dicitur: quæ habet multos angulos: & totidẽ flammas: author est Suidas: qui id confirmat epigrammate. Et Pollux, qui cum scribit de naribus myxam: ait nares appellari à Sophocle, vnde, & dimyxa lucerna potest videri dicta: ita & polymixa dicetur. i. habẽs multos angulos cum lychnis & flammis. Calũniator quasi polymicon & non polymixon legerimus: hoc loco clamat & obiurgat. Atqui & apud Suidam, & apud Polluceẽ hæc iandiu legimus: sed olim quoniam scriptum reperiebã polymicum: ex ea quoq; scriptura sententiam alteram dixi. Cum vero emendarentur commentarii, hanc tantum probaui, vt. s. polymyxos legatur. itaq; in hoc sine aduersario litigat, sed illud præterire non possum, quod scrib. Obeliscos: Lychnon militarem esse lampadem, ita est vt ait: quod Pollux scribit testimonio Theopompi, & Arist. in. 4. de rep. & Plin. notans suorum temporũ luxum in tribunis militum: qui candelabra corinthia magno emebant. Nec pudet, inquit, tribunos militum salariis ea emere: quod ipse non intelligens salmis scripsit pro salariis: quia, vt ipse interpretatur, ex candelabri tribuni salina constabant: quod periculũ est sentire nos ex hoc Plinii loco in commentariis Iuu. diximus tribunum illis versibus designari à poeta: Quẽ coccina lena &c. Multum præterea flammarum & ænea lãpas. Quod autem cõtendit μυξον, pro secessu & angulo non posse accipi, longe fallitur. Sed de græcis literis quas vix primis rudimẽtis didicit: nõ est à nobis cum eo disputandũ. nam quanuis parum græce sciamus, tamen si audiret cũ in academia Romana docemus: vbi literas quoq; græcas publica mercede profitemur: fortasse ita proficeret: vt aliquando græca in latinã vocem conuerteret: quod nondum potuit: nam in eo aliena vsus est ope. Sed hæc in alia sunt lucubratione nostra: quã edere tot exemplis noluimus. Neq; enim nos constantiæ nostræ pœniteat: quanuis lacessitos hæc, vt proposui, conuiuiis illustrandis erat destinata. (Tot myxos) .i. tot angulos in speciẽ nariũ. (Vna lucerna). q.d. vsum compluriũ lucernarum præsto: & tamen lucerna tantum appellor. (Hic) Cereus mittebatur ditioribus: vt scrib. Festus. nam illi soli iis vtebantur. Cur autem mittebantur in saturnalibus, in superioribus libris fuit expositum, quia scilicet Publitius tribunus plebis cum diuites per occasionem saturnaliorum grauiora exigerent à pauperibus munera, edixit, ne quid mitteretur præter cereos. Lucerna maioris erat luxus, quod Plin. vel ex eo ostendit, cũ ait Iuliã Paulinam tot gẽmis processisse: vt ad lucernarũ lumen spectaretur. (Cereus) secũdũ tenebat locũ: quã estimationẽ hoc distichon poeta ostẽdit. (Subducta lu.). q.d. cũ careas lucerna cereo vtaris.

Fasces calamorum. 38

Dat chartis habiles calamos memphitica tellus,
Texantur reliqua tecta palude tibi.

Lucerna cubicularia. 39

Dulcis conscia lectuli lucerna,
Quicquid uis facias licet, tacebo.

Candela. 40

Ancillam tibi sors dedit lucernæ,
Tutas quæ uigil exigit tenebras.

Lucerna polymyxos. 41

Illustrem cum tota meis conuiuia flammis,
Totq; geram myxos, una lucerna uocor.

Cereus. 42

Hic tibi nocturnos præstabit cereus ignes.
Subducta est puero nanq; lucerna tuo.

Lucerna cubicularis

Candela

Cicindela

Crndelabrum

Lucerna polymyxos

Cereus

(Esse,)

Candelabrum ligneum

(Esse,) Candelabrum à candelis ibi ardentibus nomen accepit. vt Plin. & Varroni placet. nam funes in eo fixi accendebantur. Ligneum fuisse hic indicat locus & et edimus: cum Cicelychno ligne olo delectaretur. vt ipse scribit: & Cecilius in meretricẽ ita ait: Memini hic vidisse candelabrum ligneum ardentẽ. (Vides lignum,) me esse lignum. (Magna lucerna,) nam pariter ardebit candelabrum. (Nomina can.) ex ære cœperunt fieri candelabra: e quibus æginetici homines superficiem optime elaborabant: Tarentini scapos. Nullum tamen erat Corinthiũ quanuis Corinthia dicerentur: vt Plin. tradit sed ex proximis Corinthio Achaiæ vrbibus mittebantur: cum Mumius Corintho deleta æra corinthia in proxima oppida dispserit. Non igitur corinthium intelligas Corinthi laboratum, sed ex ære corinthio: quod propinquis locis datum est. Lucerna candelabro successit: vt proposui maiore luxu: quod etiã hic locus affirmat. Et Varro scribit his verbis: Candelabrum à candela: ex hoc enim funiculi ardentes figebantur: lucerna post inuenta: quæ dicta à luce. &cæ. (Nomina candelæ,) dicta sumus à candelis. (Vncta,) oleo. (Parcos patres,) quasi dicat cũ maiores nostri parci essent, vncta lucerna non vtebantur: sed id postea est inuẽtum: propterea sumpsimus nomen à cãdela quæ est hominis pauperis & frugi: non autẽ lucerna: quę nunc vsurpatur. (Hæc quæ,) Pila paganica à Pagis dicta est: vbi primũ est inuenta: hæc nec tam mollis erat: quàm follis: nec tam dura quàm pila rusticana est: erat enim & ad rusticorum voluptatẽ inuẽta. (Turget,) plena est. (Pluma diffici.) asperiore. (Arcta) stricta & dura medium tenet inter follem, & pilam. (Si me.) pila trigonalis. In Gymnasio hæc pila erat: in qua iactanda sinistrarum industria & fortitudo commendabatur. supra: Palmam det tibi de trigone nudo: Nec laudat Polybius magis sinistras. nam Polybius sinistra in hoc ludo palmam obtinebat. alibi: Captabat tepidum dextra, læuaq; tegnem: Imputet acceptas vt tibi sæpe pilas. Mendose igitur scriptum est fenestris: cum & antiqui codices sinistris habeant, & ita sit legendum. (Sum tua) potes ludere. (Rustice,) indocte. (Redde pi.) depone. (Ite procul,) follis pila laxior erat: quæ pueros & senes exercebat spiritu tumefacta: qui nec paganicæ nec trigonali pares habebant vires: hac exercitatione vsus est Augustus, teste Tranquillo. (Ite procul,) facessite. (Mitis ætas,) imbecillis. (Hæc,) Harpasto exercebantur tyrones in palæstra. in quo Gymnasio opus erat velocitate: dum harpastum è terra raptum certatim ad olefcentes tollerent curuato dorso sese erigentes. nam palæstrita qui pectus retroflectit peritissimus olim habebatur. infra de palæstrita: Nõ amo qui vincat, sed qui succumbere nouit: Et dicit melius τὴν ἀνακλίνου πάλιν: id est retroflexionem: qua aduersarium exceptum suspẽdit: mox dejecit in terram facilius ea arte: huic industriæ harpastum assuefaciebant: quod drauci hoc exercerentur supra ostendit: Harpasto quoq; subligata ludit: Et flauescit Aphe: grauesq; draucos Alterno: facili rotat lacerto. (Antæi,) Antæus palæstræ certamine claruit. (Draucus Antæi,) id est palæstrita studiosus Antæi. (Qui facit grandia colla,) nam hac exercitatione producebat collum: cuius longitudine in palæstra opus est. Iuue. Longis ceruicibus æquat Herculi Antæum procul à tellure tenentis. (Vano labore,) molli & delicato harpasti labore. nam labores Gymnasii vanos solet appellare. nam molliorum hominum sunt, mox. Quid pereunt stul. &c. (Quid,) quæstio est Aristo. in quinto problematum, quare alteribus vtentes agilius saliant. sunt enim alteres ponderа: quibus pariter manibus cõprehensis exercemus corpore vel ambulãtes vel saltantes. iis vtimur vt agilius saliamus: Arist. Saltans põderibus susceptis innititur, & qui currit manus obquatiens se sustentat. cur ille plus prosilit habens alteres, quàm non tenens. hic velocius currit manus obquatiẽs, q̃ nõ obquatiẽs. molitie huĩ Gymnasii carpit. (Alteres,) ab alo: qđ est salio. (Pereunt,) conficiunt. (Stulto altere,) id est vano alteris labore. (Melius exercet,) meliorẽ præstat exercitationẽ. (Ne lutet,) Galericulum capitis erat indumentum: quo crines operiebãtur. hoc capiti adoptauit Otho vt scribit Tranquil. propter raritatem capillorum. In vsu etiã erat palæstritis: ne crines ceromate contaminarẽtur: quid sit ceroma supra exposuimus. (Pelle,) galericulo ex pelle. (Lutet,) contaminet. Apto verbo vsus est. nam ceroma ex luto, & oleo erat. (Pergamus,) stringere est radere vt ait Marcellus: vnde strigiles instrumẽta: quibus sudantes in thermis radebantur vncti oleo. Tranquillus scribit Augustum læsisse cutem nimio strigilis vsu. & ita exponendum est apud Iuu. Et sonat vnctis strigilibus. nam parabantur ad balnea. Et pleno componit lintea gutto. nã & lintea in vsum balneorũ veniebant supra, Lintea ferret apro. Pythagoras laudatur, q̃ quendam se distringentem ita expresserit dicatum ab Agrippa ante thermas. vt Tiberius imperator id signum in cubiculum trãstulerit, quod statim restituit efflagitante populo. Tó aproximenon, id est se distringentem. Strigiles græce strlengites dicuntur: & quæ corpore eraduntur strigmẽta: quorum multitudinem miratus est Strabo: factam ab Argonautis Populoniæ. Pergamus ex Asia hoc instrumentum misit. (Has,) strigiles. (Destringere,) radere. (Lintea,) quibus vtebantur in balneis, hoc est tu potes strigilibus ita purgare: vt fullo non purget lintea sæpe: quia non contaminabũtur si te prius strigilibus erasum linteis absterges. (Gestauit,) Guttus, siue guttum vas erat, quod gutta in aquã emittebat. hoc vtebantur in sacris ligneo: vt placet Var. vnde Curius negauit se ex præda habere quicquã præter guttum saginum ad sacra. erat itẽ corneus guttus ad balnea ex cornu rhinocerotis, vnde & rhinoceros dicebatur: & ita intelligendum est apud Iuuen. Cũ rhinocerote lauari, vt de hoc vase sit locutus. nunc mittitur guttus ex cornu iuuenci, sed tanta arte laboratus, vt rhinocerotis videatur. (Iuuencus,) sum ex cornu iuuenci. (Nuper,) repetit spectaculum rhinocerotis: qui taurum non secus ac pilam iactauit: vt in spectaculis legimus. (Arena au.) theatro Domitiani. (Hic,) id est hic guttus est confessus ex cornu illius rhinocerotis: qui taurum vt pilam iactauit. ita vas laudat à nobilitate materiæ. (Siquis,) Crepitaculum instrumentum erat, quod nomen assumpsit à frequenti crepitu in delitiis puerorum ad fletum sedandum: quod & Quint. ita docuit, ne sonum reddant penè pueriliũ crepitaculorum. (Vernacula,) puer. (Garrula fistra,) crepitacula ad sedandum fletum, quæ fistra videntur.

Candelabrum ligneum. 43

Esse uides lignum, serues nisi lumina, fiet
De candelabro magna lucerna tibi.

Candelabrum Corinthium. 44

Nomina candelæ nobis antiqua dederunt,
Non norat parcos uncta lucerna patres.

Pila Paganica. 45

Hæc quæ difficili turget Paganica pluma,
Folle minus laxa est, & minus * arcta pila.

Pila trigonalis. 46

Si me nobilibus scis expulsare sinistris,
Sum tua, si nescis, rustice redde pilam.

Follis. 47

Ite procul iuuenes, mitis mihi conuenit ætas,
Folle decet pueros ludere, folle senes.

Harpasta. 48

Hæc rapit Antæi uelox in puluere draucus,
Grandia qui uano colla labore facit.

Alteres. 49

Quid pereunt stulto fortes altere lacerti?
Exercet melius uinea fossa uiros.

Galericulum. 50

Ne lutet immundum nitidos ceroma capillos,
Hac poteris madidas condere pelle comas.

Strigiles. 51

Pergamus has misit curuo destringere ferro,
Non tam sæpe teret lintea, fullo tibi.

Guttus corneus. 52

Gestauit modo fronte me iuuencus,
Verum rhinocerota me putabis.

Rhinoceros. 53

Nuper in Ausonia domini spectatus arena
Hic erit ille tibi cui pila taurus erat.

Crepitaculum. 54

Si quis plorator collo tibi uernula pendet,
Hæc quatiat tenera garrula sistra manu.

Candelabrum ligneum

Candelabrum Corinthiũ

Paganica pila

Pila trigonalis

Follis

Harpastũ

Alteres

* apta

Galericulũ

Strigiles

Stringere

Strigmẽta

Guttus corneus

Gutrus ligneus

Crepitaculum

DOMITIVS

PROFICIES,) Flagello vtebantur aurigæ agitandis equis. Menda est in hoc distichо recẽtiorum codicum, nam in antiquis purpureo legitur, & non puluereo. & est ita legendũ: Prasinum agitatorem fuisse celeberrimum temporibus Neronis celeritate equorum supra ex poetæ carmine & Tranquilli testimonio re citauimus: eundem appellatum Purpurionem distichon superioris libri docet: Et nomẽ Prasini Purpurionis habet. Appellat gregem purpureum equos Purpurionis: qui velocitate præstabant. Non proderit, inquit, tibi flagellũ hoc ô auriga, si certaueris cũ equis purpureis quia omnino superabuntur. non placet intelligas de equo spadice cuius colorem honestum commendat Virgil. ¶ Cædas,) verbere. ¶ Currit ti.) certat tecũ: vel dicat, si habueris equũ ex grege equorum Prasini non indigebis flagello. nam licet eum assidue verberes: nihilo plus curret quã sponte, quasi dicat tam sponte currit, q̃ cẽsus. ¶ Quid) dentifricium frequens verbum est apud Plini. dum poliendis dentibus remedium assignat: id est appellat dentifricium. datur non carenti omnino dentibus, & puellis quæ habent nigriores dentes. ¶ Quid mecum est tibi,) Dentifricium ipsum alloquitur anum habentem dẽtes emptos. & ait: Quid vsus potero tibi o anus præstare: quæ habes dentes emptos? alibi ad Aeglen dixit emptis dẽtibus vti. ¶ Puella,) quæ scilicet suos habent dentes. ¶ Emptos dentes) quales tu ô anus habes. Quod,) Myrobalanum nomẽ arboris est ferentis glandẽ aptã vnguentis in Troglodytis Thebaide & Arabia: vt Plin. scrib. vnde nomen accepit μύρον enim significat vnguentũ, & βάλανον glandem. hanc compositionem docet distichon poetę iocantis. & Plin. affirmat. Corticе tamen ab vnguentariis premebantur: nuclei à medicis. ¶ Quod nec Virgi. nec Hom.) id est myrobalanum. ¶ Ex vnguento,) id est miro. ¶ Et balano,) nam nec Home. dixit vnguẽrum quod est latinum: nec Virg. balanum: quod est græcũ. neuter igitur dixit vnguentum balanum, sed solus Martialis. dicebatur autem myrobalanum. ¶ Rusticus) Aphronitrum componitur ab Aphros: quod significat spumam: & nitrum. nam erat spuma nitri, quæ colligebatur in Asia specubus: quos collegas appellabant. mittebatur ex Aegypto in vasis picatis: ne liquesceret. ¶ Rusticus,) indoctus. ¶ Spuma nitri,) id est ita latine vocor cum literas græcas ignoras. nec. ¶ Græcus es Aphronitrum,) ita codex antiquus habet, vt dicat Græcus es? interrogantis, id est si scis græcas literas. ¶ Aphronitrum,) id est dicor aphronitrum, quasi dicat apud græcum dicor aphronitrum. ¶ Balsama,) balsamum in sola Iudæa nascitur, vt Theophrastus, Plin. Trogus scribunt. in duobus tantum hortis regis arboris cortex vulneratur, vnde succi manantis guttacolligitur in cornua lanis abstergentibus: hoc dicitur opobalsamum simile oleo crassiori durescit: in rubrum exit colorem miri odoris. huius præstantiam laudat distichon: quam viris conuenire ait cum vnguenta assyria, vt amomum & alia sua mollicie conueniant mulieribus. Menda est in recentioribus codicibus, in veteribus minime. nam cum scribi oporteat Nin inuersum est Cosmi, cum non perciperent, Ninum hoc loco poni pro vnguento assyrio. nã balsamum Iudæum est. quidam legunt Hini. ¶ Delitias) vnguenta assyria. nam Ninus rex fuit Assyriorum. ¶ Vos,) vobis enim conuenit. ¶ Gratum munus,) Lomentum è farina fabę emendandis rugis vteri aptum erat: quo mulieres vtebantur ne in balneis spectatæ ludibrio essent. supra: Lomento rugas vteri quod condere tẽtas. ¶ Scisso,) rugoso. ¶ Dux Laterna,) à latendo est dicta laterna: nam lumen occultat. hæc cornea dum pellucet videtur aurea. in de est distichon. ¶ Aurea,) habens colorem aureum. ¶ Clausis flam.) dum lumen est inclusum. ¶ Lucerna,) quæ in laterna collocatur. ¶ Cornea,) laterna ex vesica. ¶ Sum fuscior,) id est minus luminis habeo, quasi dicat non. ¶ Haud,) id est non putat vesicam: quia videor cornea. ¶ Ebria,) manaulos dicitur vnica tibia: quam Mercurius inuenit, authore Plin. geminis vti docuit Marsias. Idem duas potes sumere & aliquando vnicam. quod distichо poeta docet. ¶ Tibicina,) mulier. ¶ Nos) duas. geminarum autem tibiarum certamẽ propositum est. 14. olympiade, vt scrib. Pausanias. ¶ Taurino,) Mamillare compescendis mamillis indumentum inuentum. ex hoc iocatur in mulierem mammosam. ¶ Taurino tergo,) alludit ad carmen Virgil. simul notat magnitudinem mamillarum. ¶ Lambere,) flabella abigendis muscis inuenta muscaria dicuntur: ea ex cauda pauonis fiebant. vt & Propertius canit. Argum autem in pauonem conuersum fabula est vulgatum. ¶ Eximiæ alitis,) id est pauonis. ¶ Peccantis,) Copta rhodia panis durissimus qui ex Rhodo mittebatur. Copton item insula in Aegypto sacra Isidi. ¶ Coptam,) panem durissimum, qnæ per antiphrasim dicta est. nam copto significat incido.

¶ PECCANTIS Famuli pugno ne percute dentes: Clara Rhodos coptã, quã tibi misit, edat.) Nimis fatua est hæc enaratio: vt pote quæ ab insulissimo homine pfecta est: siquidẽ copta genus est placentæ: quæ apud Athenæũ legitur κοπτοπλακοῖς ἀμιξίδαδ' πλακοῶντ' ἐγκυκέπτιν φαμέν: genus esse placentæ tradit, quã alii coptam vocitent: de qua intellexit Aristophanes in fabula: quæ inscribitur νεφέλαι, hoc est nebulæ, ὃν πρῶτον ὁ δολὸν ὁ λαβον ἁλιασικὸν τοῦτου πᾶσιν σοι δασίοις ἁμαξίδα, id est curricula. Qualia frequenter pistores dulciarii & faciunt & vendunt ante sacras ædes, festis diebus potissimũ.

¶ Si vis esse,) vtraq; inguina ex siligine fiebant apud antiquo aptissima esui, vt illud supra, siligineis pinguescit adultera cunis. nunc mittitur Priapus siligineus. ¶ Eris purus,) non fellabis quia hæc inguina sunt siligineа: non vera inguina. ¶ Iste porcus,) in domesticis tantum suibus dicitur: vnde verbũ deduxit Columella proculator pro custode suum: vt à suibus colendis subulculum dixerunt. nunc in saturnalibus factus pinguis in sylua inter apros. nam cum ita fiebant altiles porci gratioris erant saporis: & maioris æstimationis. ¶ Bona saturnalia,) lautã mensam saturnalitiam. ¶ Sordida) cauda bouis in speciem muscarii pauonini excutiendo pulueri delegata erat: quemadmodum pauonis cauda abigendis muscis. ¶ Cauda leuis) bubula. ¶ Tenui verbere,) pulsatione. ¶ Qui ve. botulus:) initio hyemis conficiebantur farcimina: inter quæ & botulus struebatur: gratus quidem omnibus mensis sed celebratus præcipue in saturnalibus, dum ex eo corona fieret pulti: supra dimi nutiuo vsus: et pultem niueã premens botellus. Et Festus Pom. botulum scrib. esse farciminis genus. Saturnalia ad. 14. calend. Ianua. vno tantum die rudis antiquitas celebrauit: mox in triduum sunt producta intercalatis diebus à Cæsare quibus annus perficiebatur: accedentęq; dicto Augusti quitriduo eo obseruari iussit. Sumebãt igitur initium ad. 16. calend. Ianua. desinebantq; in. 14. sed cum sigillaria, & alia munera mittenda essent interiecta in. 7. creuerũt dies: ex quo numero. 5. tantum festi habebantur. ¶ Medio tempore brumę,) id est mediis saturnalibus. ¶ Venerat,) quia ante factus est initio hyemis. ¶ Psitacus,) psitacus græce dicitur ψιττακὸς au's indica effingendi sermonis humani industria celebris. Imperatores salutat: vt Plin. tradit. inde exit distichon. ¶ Cæsar aue,) nã vt dixi, imperatores salutat: & hoc in assentationem imperatoris dicitur. ¶ Corue,) Coruus sermone exprimendo nulli cedit: nobilitatus olim funere publico quatuor seruis ferentũ iubeuntibus sepultus ad secundũ lapidem in flaminea: hic erat qui Cæsarem Augustũ magna omnium admiratione salutabat. ore concipere hanc auẽ putat vulgus inseito maris rostro ꝙ libidinis genus cum fellationisimillimum sit's coruus dictus est fellator. Ex hoc iocatur Poeta quo pacto fellatio possit videri in coruo esse: cum nulla inseratur membrula, sed rostrum. ¶ Saluta tor,) epitheton corui ex historia. nam olim, authore Plin. & Macrob. Augustum salutauit. Aue inquiens imperator: aue triumphator. ¶ Flet,) notissima est fabula Prognem in hirundinem conuersam esse, & Philomelam sororem, cui Tereus linguam abscinderat, in luscinia. Probus tamẽ in commentariis bucolicorum secutus quorundam Græcorum fidem scriptum reliquit Philomelam in hirundinem, Prognẽ in luscinia fuisse conuersam. Thamyridis aliter huius auis musicam compluribus verbis laudat. Plin. affirmans eis studium tantum esse: vt plerunq; ad extremũ spiritum certet mutuo cantu: solaq; nec die nec nocte vocẽ intermittat. Augurium dedit suauitati carmini Stesicori poetæ: in cuius infantis ore cecinit. ¶ Tereos in.) quo commisit stuprum cũ Philomela. luscinias cæsarei iuuenes habuerunt græco & latino sermone dociles: piterea medicantes in diem & assidua noua loquentes longiore etiam cõtextu. ¶ Pica) Pica loquacitate sermonis contendit cum superiorib⁹: nec cederet nisi memoria falleretur. Quanuis meditetur assidue tradita verba adeo ficta difficultate verbi exprimendi plerunq; interiit: præstantiã sermonis laudat distichũ. ¶ Negabis auem,) quia putabis esse hominem. ¶ Si tibi talis,) virgæ argenteæ ebori insertæ caueam faciebant: qualem describit Papi. At tibi quanta domus rutila testudine fulgens: Connexuq; ebori virgarum argenteus ordo. nunc mittitur exiguaq; quæ vix passerculum capere posset. ¶ Hic,) in cauea ebo-
rea ¶ Artis ebur,) Narthetium genus ferulę est leuissimæ. vnde Baculi senibus dabãtur excogitatis etiam remediis ex ea dem arbore à medicis: quę quidem venenata habebantur. sed mistura emendabat veneficiũ. Narthetium igitur virga medica est. ¶ Ebur,) dicitur vel à candore: vel quoniam scipiones eburnei fiebãt magno pretio, vt scrib. Liui. in quorum locũ succedit narthetium. alii codices habent: Artis opus &c. ¶ Habere Munera, quæ cuperet Pactius esse sua,) laudat præstantia muneris: cum dicat Pactiũ desiderare tale munus. nam Pactius orbus erat temporibus Martia, cui munera mittebantur multa. Iuuen. Gallita & Pactius, quasi dicat ne ipse quidẽ Pactius: cui multa mittuntur munera: tam præclarũ munus habet. ¶ Ludite,) Flagris serui cædebantur, sed in Saturnalibus his. 5. diebus. qui festi habebantur: domini seruis ius omne remittebant. Loquitur nũc dominus depositis flagris. ¶ Sed tantũ ludite) abstinete scelere. ¶ Signata,) clausa. ¶ Quinque die).i. in saturnalibus: quibus vobis data est libertas. ¶ Inuisę) Ferula puerorum magistri vtebantur ad manus cædẽdas. Columella: Nec mitis manibus ferulas. Nobilitatem ferula accepit à furto Promethei: qui ignẽ de cœlo ferula detulisse dicitur. hanc fabulam primus cecinit Hesiodus in carmine rustico. historiam tradiderũt alii: quòd scilicet primus Prometheus docuerit ignem optime ferula seruari: Aegyptia ad id aptissima habebatur: Vtrunque igitur vsum ferulæ distichon ostendit. ¶ Pueris,) quia cæduntur ferulis. ¶ Gratæ ma.) quia his retinent pueros in officio. ¶ Ligna clara,) nobilia. ¶ Munere,) furto Promethei. nam ferula surreptum ignem seruauit. ¶ Nè men.) philosophi cynici pera: & scipione vrebantur. cum igitur nunc pera mittatur: rogat ne detur: designans in quẽ vsum frequẽter accipitur. ¶ Nudi barbati,) id est philosophi Cynyci qui habebant longam barbam. ¶ Cane tetrico).i. cũ cynico.

Flagellum. 55

Proficies nihil hoc cædas licet usq;, flagello,
Si tibi purpureo de grege currit equus.

Dentifricium. 56

Quid mecum est tibi? me puella sumat,
Emptos non soleo polire dentes.

Myrobalanum. 57

Qd' nec Virgilius, nec carmine dixit Homerus,
Hoc ex unguento constat, & ex balano.

Aphronitrum. 58

Rusticus es, nescis quid græco nomine dicar,
Spuma uocor nitri, græcus es? Aphronitrum.

Opobalsama. 59

Balsama me capiunt, hæc sunt unguenta uirorũ,
Delitias Nini uos redolete nurus.

Lomentum. 60

Gratum munus erit, scisso nec inutile uentri,
Si clara Stephani balnea luce petes.

Laterna cornea. 61

Dux laterna uiæ clausis feror aurea flammis,
Et tuta est gremio parua lucerna meo.

Laterna ex uesica. 62

Cornea si nõ sum, nunquid sum fuscior? aut me
Vesicam contra qui uenit esse putat?

Fistula. 63

Quid me compactam ceris, & arundine rides?
Quæ primum structa est fistula, talis erat.

Tibiæ. 64

Ebria nos madidis rumpit tibicina buccis,
Sæpe duas partes, sæpe monaulon habet.

Soleæ lauatæ. 65

Defuerit si forte puer, soleasq; libebit
Sumere, pro puero proderit ipse sibi.

Mamillare. 66

Taurino poteras pectus constringere tergo,
Nam pellis mammas non capit ista tuas.

Muscaria pauonina. 67

Làbere quæ turpes prohibet tua prædia muscas
Alitis eximiæ cauda superba fuit.

Copta Rhodia. 68

Peccantis famuli pugno ne percute dentes,
Clara Rhodos coptam, quam tibi misit, edat.

Priapus Siligineus. 69

Si uis esse satur, nostrum potes esse Priapum,
Ipsa licet rodas inguina, purus eris.

Porcus. 70

Iste tibi faciet bona saturnalia porcus,
Inter spumantes ilice pastus apros.

Cauda ad tergendas uestes. 71

Sordida si flauo fuerit tibi puluere uestis,
Colligat hunc tenui uerbere cauda leuis.

Botulus. 72

Qui uenit botulus mediæ tibi cẽpore brumæ,
Saturni septem uenerat ante dies.

Psitacus. 73

Psitacus à uobis aliorum nomina discam,
Hoc didici per me dicere, Cæsar aue.

Coruus. 74

Corue salutator, quare fellator haberis?
In caput intrauit mentula nulla tuum.

Luscinia. 75

Flet Philomela nefas incesti Tereos, & quæ
Muta puella fuit, garrula fertur auis.

Pica. 76

Pica loquax certa dominum te uoce saluto,
Si me non uideas, esse negabis auem.

Cauea. 77

Si tibi talis erit, qualem dilecta Catullo
Lesbia plorabat, hic habitare potes.

Narthecium. 78

Artis ebur medicæ narthetica cernis habere
Munera, quæ cuperet Pactius esse sua.

Flagra. 79

Ludite lasciui, sed tantum ludite serui,
Hæc signata mihi quinq; diebus erunt.

Ferulæ. 80

Inuisæ nimium pueris, gratæq; magistris
Clara Prometheo munere ligna sumus.

Pera. 81

Ne mendica ferat barbati prandia nudi,
Dormiat, & tetrico cum cane pera roget.

(IN Pretio,) domus, quæ venerunt purgamenta ex pauimento. Cic. hic mihi quasi dissipare videtur. Sunt enim ipsa verriculo quæ ex virgis vlmeis aridis fiebant præcepto Catonis ad tergenda vasa: ex palma arbore ad mensarum reliquias verrendas. Palmæ igitur pretio scopæ olim erant in æstimatione: inualescēte aūt luxu, vt ipse ajūt, poterunt haberi ptio: qa pretiosissimas reliquias ciborum verrantur. (Analecta,) reliquiæ dicuntur, vt in superioribus libris expositum est. (Palma) ex qua, scilicet scopæ olim fiebant ex tamarice etiam fiebant vt scrib. Plin. Tamarix inquit scopis tātum nascitur. (Testatur) argumento est scopas fuisse in pretio. (Sed ana).i. reliquiæ ciborum quas nunc verrūt. (Dabunt pretium,) id est afferent æstimationem scopis. Ita suorum temporum luxum notat, & apte opponuntur priore versu: In pretio & sequenti: Sed pretium. ita codices antiqui habent. alii habent otia sed mendosa scriptura: quare in superioribus libris eo loco Analecta quicquid & canes reliquerunt. Ibi aliam sententiam diximus de analectis, quòd scilicet instrumenta quædam essent ad reliquias colligendas. Placet tamen sentire analecta reliquias esse. Qui otia legendū putant: aiunt hoc distícho pauimentorum luxum à Poeta notari: q. scilicet cū pauimenta subregunlanea erant & barbarica dicebātur: scopis euerri poterant. Postea inuenit luxuria alia pauimentorū genera elaborata arte picturæ, quæ euerrinō poterāt: sed ex his manu purgamenta colligebantur, vnde & asarota dicta sunt: ab a particula priuatiua, & σαρόω verro. de his locutus est Lucilius poeta: ante pauimenta atque emblemata vermiculata. & Pap. Superantque nouas asarota figuras. Faciunt mihi, difficilem errorum multitudine confutationem: nam vide initium sumam: non satis statuere possum. à Plin. hæc de pauimentis verba accipiunt inuersa illa quidem, & planè confusa partim ignorantia: partim verbis additis quæ Plin. non scripsit, sed quod ad disceptationē nostram pertinet: in eo maxime occupati sunt, vt ostendant asarota non solita esse verri scopis: sed purgari reliquis manu collectis, propterea inquiunt Otia erāt scopis: quòd asarota non verrebant. O vanitatem & verecundiam vestram: Si scopæ iam cessant: nec vllum præstant vsum: cur mittuntur ab amico: Nullum enim apud hunc poetam munus mittitur: cuius vsum & commodum non ostendant, præsertim si id exiguū fuerit, vt scalptorium quod sequitur: Defendet manus hæc scapulas. Solet enim Poeta cum parua mittuntur munera: vt ferulæ, scopæ, scalptorij, manuale, & reliqua id genus, ca aliqua vsus commendatione extollere. Accipite quàm arguta sit, & Mar. digna sententia. istorum interpretatio. Nam si eos audiemus iterit exponendum: Mittimus nūc scopas, quæ olim in pretio fuerunt adeo vt ex palma arbore fierent. Nunc vero cessant, & nullum præstant vsum. Cur ergo mittuntur boni viritan vt inter tabulas & signa collocentur? discite tandem aliquando melius & loqui & tentire: pudeatque illud addere Asarota non solita esse verri: cum asarota dicta sint quòd diligenter verrantur. apud Papi. docuimus eo loco: Gaudet huius superatque nouis asarota figuris: cum publice syluas profiteremur. Non enim asarota ab a particula priuatiua dicuntur, sed ab a particula intentiua: & quæ auget, quod apud Græcos plerunq; fit: & σαρόω verro. nam diligentissime verrebatur. Iuue. Verre pauimentum, & nitidas ostende columnas. Plin. de asarotis: Celebertimus fuit in hoc Zenodotus, qui Pergami strauit, quem vocant asaaton: & qui reddens rationem quare asarotas dicatur: subdit, quoniam purgamenta cœnæ in pauimento quoq; euerri solent, veluti relicta. éstne obscura Plin. interpretatio, cur dicantur asarota: quoniam scilicet bene verrantur? vt ipse scrib. Sed iam vos quoque (vt arbitror) pudet stultitiæ vestræ: Quid ergo ineptius, quàm dicere cœnæ purgamenta manu solita esse colligi? Quis instruit, quis potuit cernere: vt serui tanquam canes triclinia lustrarent purgamenta manu colligentes sordidi, & contaminati, vbi hoc, vel legistis, vel vidistis vnquam? codices præterea fermè omnes: Sed pretium habent: non otia. & ita est legendum. Nā laudantur scopæ: etiā quòd olim fuerint in pretio. ait poeta argumento esse quòd ex palma arbore nobilissima fiebant: nunc æstimationem accipient à delicatissimis ciborum reliquiis: quas verrent, & ita, vt proposui, temporum luxus notatur. De lucilliano versu nihil laboro: quanuis eum quoque male accipiant. Plin. enim non vt de asarotis Lucillium locutum ostendat, hunc versum refert, sed vt pauimenta antecimbricum bellum frequentata fuisse demonstret. verba hęc sunt Plini. Frequētia vero pauimēta ante cimbricū bellū magna gratia animorum indicio est ille Lucillianus versus: Ante pauimenta atq; eblemata vermiculata: quem versum Cicero quoq; q̄ isti ignorabāt, in suo oratore anteaquam Plini. inseruit. Sed iam satis explosimus eorum leuitatem, & ignorantiam. (Defendet,) scalptorium instrumentum erat eburneum in speciem manus confectum: quo pruritus scapularum terebatur: cum manus eò protēdi non posset. (Scapulas,) pruritū scapularū. (Si quid sordidius) id est pediculus. (Ne toga,) tabulæ erant ex abiete: quibus libri seruabantur: ne vsu attriti fierent pilosi aut sordidi. (Hæc abies,) hæc abiena tabula (Barbatos,) id est pilosos. vt supra: Quæ duro nondum inhorruit mento. (Nomina dat,) Tabulæ citreæ erant in magno pretio: vndatim imitantes oculos pauonum: author est Plinius, vnde mensæ ex his confectæ pauoninæ dicebantur: & Tricliniorum lecti discubitorii pauoninī his tabulis operti. Lectos autem acere arbore aut citro fuisse opertos scrib. Plin. mittitur igitur nunc lectus pauoninus ex fabula pauonis. (Nomina dat spōdę,) id est lectus accipit nomen à pauone. nam dicitur pauoninus. nam ex tabula citrea pauonina consistit. (Stragula,) Ephippium sella in equo dicitur n ἐπί significat supra, ἵππος equū. (Veredi) equi velocissimi in vsu venatorum. supra: Parcius vtaris moneo rapiente veredo: hic ephippio indiget: cum sæpe excutiat sessorem nudus. (Stragula,) id est ephippium. quicquid sternitur stragula sunt. (Solet surgere pectus,) id est excuti sessor. (Equo nudo) non habente ephippium. vt supra dixit de veredo: Hunc datum esse frāgere sępius sessorem, quàm leporem. Alia scriptura habet Ficus, vt dicat ficus solet surgere: quod sessor sine ephippio ficosus fiat podice attrito dorso equi. (Accipe,) Stipadium locus erat aptus cœnationi, vt epistolā Plinii docet: nunc mittitur triclinium testudinem in speciem stipadii, vbi octo poterant discumbere. de tricliniis factis supra est expositum. (Scriptum,) districtum & pictum. (Sigma octo,) octo discumbentes. supra: Septem signa capiti: ex sumus adde, id est voca: Lupum. (Lunata testudine,) in speciem lunæ. (Veniat,) ad octauum vsque. (Fœmineam,) Gustatorium mensa erat: vbi gustabant tecti è testudinibus sectis e quibus & lecti & triclinia operiebatur: quod inuentum est temporibus Neronis. quædam erant testudines terrestres in desertis Libyæ inuentæ: quæ in operibus chersinæ dicebantur: hoc est terrestres. nam chersos significat terram. Alebantur rore: neque eodem in loco aliud aliquod animal nascebatur: Erant præterea testudines aquaticæ, ex quarum maribus testæ in tegendis lectis aut tricliniis palmam tenebant. loquitur gustatorium ex persona testudinis affirmans se non constare ex terrestribus testudinibus: qui viliores sunt, sed ex marinis, & ex maribus. nam sunt præstantiores. (Fœmineam cherſon,) testudinem fœmineam.

Analecta

Tabula Citrea

Ephippiū

Stipadium

Gustatoriū

Cherſinæ testudines

Scopæ. 31

In pretio scopas testatur palma fuisse,
Sed pretium scopis nunc analecta dabunt.

Scalptorium. 32

Defendet manus hæc scapulas mordēte molesto
Pulice, uel siquid pulice sordidius.

Manuale. 33

Ne toga barbatos faciat uel penula libros,
Hæc abies chartis tempora longa dabit.

Lectus pauoninus. 34

Nomina dat spondæ pictis pulcherrima pennis
Nunc lunonis auis, sed prius Argus erat.

Ephippium. 35

Stragula succincti uenator sume ueredi,
Nam solet à nudo surgere pectus equo.

Stipadia. 36

Accipe lunata scriptum testudine sigma,
Octo capit, ueniat quisquis amicus erit.

Gustatorium. 37

Fœmineam nobis Cherson si credis inesse,

(Præda)

DOMITIVS.

(PRAEDA Masculā,) mares captę in mari non cherſinę. (Accipe,) Atlas Mauritaniæ mons citrum arborem producit: vnde mensæ citreæ fiebant tanta taxatione: vt harum sumptum fœminæ viris exprobrarent. Venditæ sunt magno pretio ex hereditate Asinii Pollionis & multorum. in his laus erat, vt media commissura non appareret: sustinebanturque pedibus elephantis. (Syluas felices,) mensas pretiosas ex atlantea. (Minora dabit,) quasi dicat hæc dona superant aurea. (Non,) mensa ex acere arbore confecta proximam citreæ dignitatem obtinebat: & cum citreum desideraretur: succedebant tabulæ acernæ. Mensa igitur acerna loquens ait se non minus lautis epulis ornari, quàm citrea soleat. (Non sum crispa,) id est nō sum citrea crispis venis pretiosa. nam citreæ quæ in vena erant crispæ magnæ erant texationis: & Tigrinæ dicebantur, author Plinius. (Pilia,) non sum nata. (Syluæ Mauræ,) id est citri atlantici. nam Atlas Mauritaniæ est mons. (Grandia,) inualescente luxu excogitatum est pedes elephantinos mēsis citreis supponere, quod supra repetito carmine poeta sæpe ostendit, & ita exposuimus locum illum in iactabundo: qui in septis volebat omnia coemere, qui poposcerit ebur alte expositum, id est dētes elephantinos. Plinius hunc luxum detestatur in duodecimo naturalis historiæ: Nondum, inquit, natum erat ius ex eodem ebore: vt Deorū simulachra aspectarentur, & pedes mensarum. Nunc igitur pedes eburnei ex dentibus elephantorum confecti habent hoc distichon. (Portant,) sustinent. (Taurorum,) qa tauri iactātur in theatro ab elephantis. (Trabes Libycas,) id est mensas citreas. (Puncta) Quincupedal à mēsura quinq; pedum nomen habet. hoc vtebantur ad parietes ædificatos dimentiendos tanto artificio: vt etiam si redemptor: hoc est qui susceperat parietē ædificandū male ex edificasset, hoc instrumēto deprehenderetur. (Ilex) pertica ex ilice. (Puncta notis,) id est distincta signis mēsarum. (Clausa acuta cuspi.) cōpacta. (Clausa,) munita. (Prodere,) deprehendere. (Notis,) mensura. (Furta,) si minus ædificauit. (Non,) pocula archetypa nota sunt huius poetæ carmine. nam sæpe hoc verbo vsus est. Et nos didicimus ea esse pocula archetypa, quæ antiquissimorum opificum manibus elaborata ferebātur. vnde alia ad exemplum effingerentur. Mentor autem nobilis monumentis antiquorum summam laudem adeptus est argēteis poculis elaborandis. (Nec est gloria nostri cæli,) id est non est gloria artifici nostrorum temporum. nam cælum sculptoris instrumentum est, quasi dicat, hæc pocula non sunt elaborata ad alienum exemplum, sed ipsa Mētoris artificio elaborata aliis exemplo stant. Sunt enim archetypa & hæc forma primum in iis à Mentore edita est. (Non sumus,) Calices audaces vitrei erant exigui pretii ad Circum maximum expositi suis officinis. de his supra extat carmen. Audaces dicti quòd vasa crystallina falsa ipsi imitarentur. nunc negant se appellandos esse audaces: cum plebei sint, & vitrei & gemmas non habeant, quæ aquis calidis solent vitiari in aliis poculis. supra: Et nimium calidis non vitiantur aquis. (Vitri,) cum sumus vitrei. (Plebeia toreumata,) vasa tornata plebeia. (Feritur aqua ardenti,) id est vitiatur aqua calida: vt alia pocula. (Quanuis,) phiala aurea cælata cum aliis vasis. cælaturæ fiebant gemmis aut crustatione aliqua inserta phialæ celebrantur, ex sua tantū materia erant aureæ, adeo vt duarū vnciarū phiala à Phithea sculpta incredibili æstimatione venerit. erant autē in emblemate Vlysses & Diome. palladiū furripientes, nunc phiala se anteponit aliis vasis hac vna laude, quòd nihil habeat insertum, aut alienum, sed totum emblema ex eius constet materia. (Magis glorior arte,) id est maiorē habeo gloriam ex emblemate. (Iste labor,) emblema. (Meus est,) ex me. (Vilia,) Vatinius Beneuentanus calices conficiebat prominētibus nasis: modo singulis: modo binis: modo quaternis. Iuuenalis Et Beneuētani sutoris nomen habentem Siccabis calicem nasorum quatuor: vilia quidem erant vasa: sed Vatinii opificio commendabantur: ex hoc extat distichon. (Sutoris,) magistri. (Nasus,) illa prudentia, & ars Vatinii: alludit ad nasum. nam Vatinius Sutriniæ alumnus distorti corporis erat temporibus Neronis, vt ex historia Cornelii Taciti propagatum est: quanuis vilia hæc sint: tamen à perito opifice confecta sunt. (Lōgior nasus,) calicis. erat enim nasutus Vatinius, & peritus. (Grandia lances,) chrysendeta patinæ erāt latiores aureæ, quibus pisces in primis gestabantur, sed pretiosiores, quales erāt muli. (Nec viola,) ne affice ignominia. (Vt minimū,) ad minimum: (Aretina,) vasa fictilia ex terra aretina fiebant magna laude: vt Plin. tradit. Rudis antiquitas fictilibus vtebatur: quod Numa instituisse & docuisse dicitur. Agathocles Siciliæ rex cum ex humili condītione in regiam peruenisset dignitatem, prioris fortunæ non oblitus fictilibus perpetuo vsus est. Nunc ait poeta Porsena vsum est Aretinis. duo desīgnās & temporibus Porsenæ hæc in vsum fuisse magna æstimatione: & Aretinos illi paruisse. erat enim rex Clusinorū in Hetruria. (Tuscis,) aretinis. (Barbara,) Bascauda vas erat peregrinum. nam Britania hoc dedit ferato patriæ nomine. Iuuenalis Addas & Bascaudas & mille escalia. Escalia, id est escis apta. Picti dicuntur Britani: quoniam glasti, ea est herba similis plantagini, succo tingebantur: vt horribiliores in bello essent. nam eo nigrescebant in speciem Aethiopum: eorumque vxores eodem medicamento vtebantur in quibusdam sacris Plutonis. (Barbara,) vasa peregrina. (Pictis,) glasto. (Suam,) quia dicit me Romanam. (Si non,) menda est apud Ptolemæum pro panacis populis Rhetiæ panari scriptū est: inde mittebantur vasa vinaria de nomine paruæ panaca dicta. Rheti autē populi in Italiam vsque supra Veronam & Comum extenduntur: habentque vina iudicio Virgilii falerno tantum cedentia: Strab. sententia certantia cum omnibus grata Augusto, vt scribit Tranquil. Rhetii à Rheto duce. (Si non est ignota,) id est, si aliquando fuisti Veronæ. (Potasti vina rhetica,) panaca. (Mea testa,) me panaco vase.

Atlas Mensa citrea

Mensa acerna

Tigrinæ mensæ

Quincupedal

Redemptor

Archetypa

Cælum

Chryſendeta

Bascauda

Britanni picti Glastum

Deciperis, pelagi mascula præda sumus. Mensa citrea. 88

Accipe felices atlantica munera syluas,
Aurea qui dederit dona, minora dabit.

Mensa acerna. 89

Non sum crispa quidem, nec syluæ filia Mauræ,
Sed norunt lautas & mea ligna dapes.

Dentes eborei. 90

Grandia taurorum portant qui corpora, quæris
An Libycas possint sustinuisse trabes?

Quincupedal. 91

Puncta notis ilex, & acuta cuspide clausa,
Sæpe redemptoris prodere furta solet.

Pocula archetypa. 92

Non est ista recens, nec nostri gloria cæli,
Primus in his Mentor dum facit illa, bibit.

Calices. 93

Non sumus audacis plebeia toreumata uitri,
Nostra nec argenti gemma feritur aqua.

Phiala aurea cælata. 94

Quanuis callaico rubeam generosa metallo,
Glorior arte magis. nam Myos iste labor.

Calices Vatini. 95

Vilia sutoris calicem monumenta Vatini
Accipe, sed nasus longior ille fuit.

Lances Chrysendetæ. 96

Grandia ne uiola paruo chrysendeta mulso,
Vt minimum, libras debet habere duas.

Vasa Aretina. 97

Aretina nimis ne spernas uasa monemus,
Lautus erat Thuscis Porsena fictilibus.

Bascauda. 98

Barbara de pictis ueni bauscauda Britanis,
Sed me iam mauult dicere Roma suam.

Panaca. 99

Si non ignota est docti tibi terra Catulli,
Potasti testa rhetica uina mea.

DOMITIVS.

¶Cvm Mihi Boleti,) Boletaria vasa condiendis boletis compa
rata ex forma,sed destinabantur coliculis,qui inter cibaria ganea
ta numerantur sententia Apicii:qui id docuit temporibus Tybe
rii:conquirebantur quòd cum nomen habebãt à boletis,coliculis
seruiant. ¶Prototomis coliculis,)id est teneris,& qui primi succi-
duntur. ¶Nomen tam nobi-
le,)quia dicor boletaria. nã bo
leti nobilissimi erant. Alibi,bo-
letos mittere difficile. ¶Accipe,)Surrenti in Cãpania à qua
æstimatione terra erat:ex qua
vasa confecta cum Aretinis cer
tabant,sed præstabant leuitate.
nã lenigabantur. ¶Nõ vili,)nõ
ignobili. ¶Leue)politum rota.
¶Setinos,)Niues seruatæ in pe
nu vina refrigerabant hoc pa-
cto.nam cola,hoc est sacci niui
bus implebantur,per quas effu
sa vina colabantur gratissimo
frigore,hoc est quod supra di-
xit vina transmissa sacco sollici-
to.cola autem laut oribus ser
uiebant.habebanturq; maioris
pretii. nam ex politis viminibus,aut certe panno crassiore
constabant: eadem vuis exprimendis erant apta. Virgil. Tu
spissò vimine qualos: Colaque prælorũ fumosis deripe tectis.
conficiebantur itẽ sacci ad eun
dem vsum linteis:sed minore
pretio. Cola autem dicta sunt à
colando.nam inde vina colabã
tur. Plin:Hi niues, illi glaciem
potant, pœnasq; montium in
voluptatem vertunt: seruatur
algor æstibus, cogiturque vt
alienis mensibus nix algeat.
¶Frange trientes setinos,) cola
vina setina,hoc est præstantissi-
mum,nullo inferius. ¶Nostra)
id est per nostram niuem. ¶Li-
na,)hoc est vinum vilius potes
colare per saccos lineos. ¶Attenuare,)Saccus niuarius ait se
non inferiorem esse colo, quan
do niuibus suis colatum vinũ
non sit minus recens quàm ma
net ex colo niuario. ¶Nostra
lin.)panni linei. ¶Tuo co.).s.
niuario. ¶Salit,)exit. ¶Frigida)
Vrceoli ministratorii dicebantur,quibus frigida & aqua calida ministrabatur mensæ: cum
vtraq; vicissim miscebat. Mo-
nent potaturum:ne nimis mo-
rosam temperationẽ,& mistu
ram disquirat. ¶Ludere,) lasci-
uire. ¶Siti mo.)difficili, & quæ
nulla mensura contenta sit.
¶Hic tibi do.) Vrceus fictilis
hoc loco commendatur ab opi
ficio:quo vel seueriſſimum cõiuã ad sitim aquæ gelidæ quę
luxuriantibus tantum datur allicere posset. ¶Fronto,)in historia
est Cor. Taciti de quo non loquitur hoc loco:est item epistola
Plin. Secundi laudatus ad artem dicendi. ¶Fronto,) tertius stoi-
cus,cuius meminit poeta:quoniam recentiorum temporũ erat.
¶Panda an.)lata ansa & discreta,vt pansi boues habentes cornua
in diuersum tendentia. ¶Stoicus,)quanuis stoicus esset. ¶Nõ sa.)
Calathi bacchanalibus celebrãdis dicati erãt calices vinarii. Virg.
Vina nouũ fundam calathis aruisia nectar. Horum vsu nunc glo
riatur. ¶Satyrus,)comes Bacchi. ¶Bacchus,) cuius sacra peragi-
mus. ¶Tigris e.)quæ vino delectatur. ¶Quæ,)Saguntum mitte
bat terram vasis fictilibus aptã, vnde lagœna Saguntina à Iuu. di
citur Saguntinis calicibus conserta pugna, nunc cõmendatur &
cum alia pocula tractẽtur & custodiãtur magna solicitudine in
his nulla cura opus sit. Sunt enim vasa vilia,& si franguntur: aut
nullam,aut certe paruã afferunt iacturam. alibi: Ficta Saguntino
cymbia malo luto. alibi: Septenaria synthesis Sagunti. Papi. Vnã
mittere synthesim quid horres Alborũ calicum,atq; cacaborum.
¶Gemmatum,) Calicibus inserebantur gemmæ,smaragdi in pri
mis: qui scythici dicuntur: quo
niã illinc aduecti cæteris præ-
stãt: author est Plin. eo vsq; pro
cedente luxu: vt multi gẽmas
digitis detractas poculis insere
rent. Iuue. Nam Varro (vt mul
ti)gẽmas ad pocula transfert A
digitis. ¶Ignibus scy.).i. smarag
dis scythicis perlucidis. ¶Au-
rum).i. poculum aureũ. ¶Hac
licet,) Ampulla potoria vnguẽ
tis tantũ dicata erat,sed in bibẽ
dis vsum vsurpata potoriæ co-
gnomen sibi adoptauit. Ex hoc
iocatur Poeta: itaq; aliquẽ pos
se vti ampulla,siquidem pota-
re vnguenta foliata: quæ nardi
na dicebantur. ¶Cosmi,) vnguẽ
tarii. ¶Si fi.fo.).i. vnguentũ fo-
liatum optas bibere. ¶Frange-
re,)Crystallina ex gelu concre
ta pretiosissima vasa arena:hęc
mittebat Oriẽs. Indica cæteris
præstabãt. nascebantur præte-
rea in Asia ad Alabandã & Dro
siam. Xenocrates author est.
Vas Crystallinũ sextariorũ qua
tuor ex India fuisse allatũ. mit-
tuntur nunc monẽt poeta: quo
pacto seruari possint:ne frangã
tur,vt.s.seruus,qui ea tractabit
nec nimiũ negligat: nec nimiũ
sit solicitus. nam & non curan
ti temere excidunt, & à timẽte
sustineri nõ possunt labantibus
manibus. ¶Peccant) finunt exci
dere. ¶Ablo.)Nimbus vitreus
vas erat cuius in primo memi-
nimus,vitreũ,quo spargebatur
in theatris crocũ vino dulci mi
stũ. supra, Et cilices nimbis hic
maduere suis. nomen datũ est
à nimbo cœlesti: cuius instar
adoramẽta illa fũdebat. ¶Nim
bus,) cœlestis. ¶Hic nimbus,)
hoc vas. ¶Vina mi.).s. croco.
¶Hãc,)de patina cumana hoc
scribi existimo. nã cum patina
rum luxuriã multis verbis re-
darguisset Plinius, addit Rhe-
gium & Cumas hæc nobilitari:
hoc est rheginas,& cumanas es
se in pretio: erat autẽ hæc fictã-
lis. ¶Casta,)virginitate nobilis.
¶Municipẽ,)municipio suo cu
mano. ¶Aspicis,)vitrei ex Ae-
gypto aduehebantur elaborati
magno opificio: pereũtesq; sæ
pe in medio opere:dũ opifex
plus industriæ adhibet, vt faciat
ornatiores. ¶Ingeniũ Nili,)calices ingeniosè factos ab Aegyptiis.
¶Plura)ex artificio. ¶Perdidit o.).i. fregit. ¶Si cal.my.)vasa myr
rhina cõstabãt ex quodã humore sub terra cõcreto in varias ma
culas. Parthia & Carmania præsertim hæc vasa suppeditabãt: Myr-
rhina itẽ genus vini erat cõditi myrrhæ odore: vt Plau. in persa
fabula docet: & in Pseudulo,dũ dulcia vina recẽset hæc ait, & qd
habeãt roga myrrhinã: passum,defrutũ,mella. nũc de vasis loqui
tur: quorũ colore iocãs ait posse his fieri calidũ vinum. nam eo-
rum maculæ ex purpura & lactis colore igneſcũt. Odor etiã in
his cõmẽdatur: authore Plin. ¶Myrrha,)vas myrrhinũ. eodẽ ver
bo vtitur Pap. in Carino Myrrhasq; graues. i. vasa myrrhina. ¶Fit
melior,)quia odor in myrrhinis commendatur.

¶Spoletina,)

Boletaria. 100

Cum mihi Boleti dederint tãm nobile nomen,
Prototomis(pudet heu)seruio colliculis.

Calices Surrentini. 101

Accipe non vili calices de puluere natos,
Sed Surrentinæ læue toreuma rotæ.

Colum Niuarium. 102

Setinos moneo nostra niue frange trientes,
Pauperiore mero tingere lina potes.

Saccus Niuarius. 103

Attenuare niues norunt & lintea nostra.
Frigidior colo non salit unda tuo.

Vrceoli ministratorii. 104

Frigida non desit,non deerit calda petenti,
Sed tu morosa ludere parce siti.

Vrceus Fictilis. 105

Hic tibi donatur panda ruber urceus ansa,
Stoicus hoc gelidam Fronto petebat aquam.

Calathi. 106

Nos Satyrus,nos Bacchus amat,nos ebria Tigris,
Perfusos domini lambere docta pedes.

Calices Saguntini. 107

Quæ non sollicitus teneat,seruetq; minister,
Sume Saguntino pocula ficta luto.

Calices Gemmati. 108

Gemmatũ Scythicis ut luceat ignibus aurum,
Aspice quotdigitos exuit iste calix.

Ampulla potoria. 109

Hac licet in gẽma quæ seruat nomina Cosmi,
Luxuriose bibas,si foliata sitis.

Crystallina. 110

Frangere dũ metuis,frangis crystallina,peccant
Securæ nimium,sollicitæq; manus.

Nimbus uitreus. 111

Ab Ioue qui ueniet miscẽda ad pocula,largas
Fundet nimbus aquas,hic tibi uina dabit.

Patella Cumana. 112

Hanc tibi Cumano rubicundã puluere testam
Municipem misit casta Sibylla suam.

Calices Vitrei. 113

Aspicis ingenium Nili,quibus addere plura
Dum cupit,ah quoties perdidit author opus.

Myrrhina. 114

Si calidum potas,ardenti myrrha falerno
Conuenit,& melior sit sapor inde mero.

DOMITIVS.

¶Spoletina,)Lagœna niuaria aqua ex niuibus expressa
magni habebatur pretii. apte igitur monet lagœna niuatia: ne
aut spoletino:aut peligno vino hoc aquæ genus misceret: sed tan
tum falerno,& aliis,quorum pretio conuenit. Loquitur autem
de aqua decocta,quæ niuibus refrigeratur,qualis est,apud Iuue.
Frigidior geticis petitur deco-
cta pruinis. & Plin. Seruatur al
gor æstibus,excogitaturque,vt
alienis mensibus algeat nix: de
coquũt alias quas mox & illas
hyemant. ¶Cællis marsis,) peli
guis. ¶Quo tibi,) id est in quẽ
vsum erit tibi. ¶Spoletina,)pes
sima,scilicet vina bibis.in quẽ
igitur vsum poscis aquam ni-
ueam,quæ præstantissimo tan-
tum vino solet infundi. ¶Nobi
le fri. aquæ decoctæ).i. aquã,
hæc non est in tuum vsum,si
aut peligni,um,aut spoletinum
bibis, quæ pessima sunt vina,
sed bonis adhibenda est. ¶Nõ)
eadem lagœna. ¶Cõmẽta est,)
inuenit,id est excogitauit aquã
decoctam. ¶De niue) refrigera
tam ex niue. ¶Massiliæ,) idem
argumẽtum. ¶Vndis ni.) aqua
refrigerata ex niue. ¶Pluris cõ
stet,q̃ tale vinum, quasi dicat,
isto vino est hęc aqua ptiosior.
Matella ¶Dum,) matella vas vrinariũ
quod à domino poscebatur pcussu digitorũ. supra: Digiti cre
pãtis signa nouit eunuchus: Et
delicatæ suscitator vrinæ. ¶Pel
lex)ab vxore dicitur meretrix
viri. ¶Culcitra pellex,) fit ma-
tellæ,cum in eius locum per-
funditur. ¶Mea pellex,)perfu-
sa ex loco meo cum ego debe-
rem. ¶Quanuis)ligula instru-
mentum argenteum tractan-
dis aromatis aptum,quod in sa
turnalibus mittebatur. est itẽ
vinculi genus,quo calcei alliga
bantur: vt Festus scrib. & Pol-
lux apud Græcos. Ligula vero
gladius erat à similitudine lin-
guæ dictus: author est Gel. Cũ
autem & illud instrumentum
argenteum linguæ speciem ha-
beret: lingula dicebatur à grã-
maticis contendentibus primi
tiui rationem seruandam esse:
& cum à lingua lingula dicere
tur,lingulam esse accipiẽdum,
sed ciuili quadam vsurpatione
ligula dicebatur, indoctis grãmaticis volentibus analogiam ser-
uare,quasi dicat in vsu est ligula,in ratione, de qua sunt soliciti
grammatici, Lingula, sed indocte faciunt: quòd ligulam vsui ad-
uersantes me appellant. ¶Sum,) cochlearia à cochlearum simili-
tudine dicta sunt. nunc interrogat quare dicantur cochlearia: cũ
non minus aliis cibis seruiant, quàm cochleis: sed appellata sunt
à specie cochlearum: non ab alicuius cibi vsu. Oua autem &
cochleæ mensarum initio apponebantur. supra: Et cochleas tibi ha
be: perdere nolo famem. ¶Ante,) Anuli in vsu equitum erant.
Equites Equites autem ante legem Othonis à Domitiano renouatam
complures erant multis infra censum equestrem dignitatem oc
cupantibus, sed post legem illam rati facti sunt. nam pauci pote-
rant se equites ostentare: nam & à consessu in. 14. theatri arceban
tur, & nusquam pro equitibus habebantur, qui infra cẽsum erãt.
supra: Rarius nunc adhibetur eques. Equites dicebantur, qui fa-
ciebant stipendium equo: hic erant alieni. nam in militiam con-
ducebantur aliena stipe: ad quorum differentiam qui censu &
dignitate erant equites: dicebantur equites non alieni, sed sua tan
tum dignitate & censu equites. ita locus ille exponatur, vt supra:
Aut quem prosequitur non alienus eques, id est eques diuitis &
censu non conductus militia, qui alieni dicebantur ex historia.
Itaque renouatæ legis à Domitiano anuli mittuntur hoc disti-
cho. ¶Ante,)scilicet quàm renouata esset Othonis lex. ¶Fre-
quens,)id est multi, qui se dicebant equites: supra: Vt posset do-
mino,id est Cæsa. plaudere iustus eques. ¶Nunc,) id est post re-
nouatam legem. ¶Rarus,)id est pauci. Nam pauci sunt qui ha-
beant cẽsum equestrem,& anu
los mittere possint tãquã equi-
tes. ¶Felix,) ille potest videri
¶Cui eques non alienus comes
est,)nam equites comites erãt.
imperatorum, vt supra, ac si di-
ceret adeo pauci nunc equites:
vt planè felix sit, qui habet e-
quitem comitem magnę nunc
dignitatis. ¶Sæpe,) dactylothe- Dactylo-
ca nomen habet latinum: signi theca
ficat autem plures gemmas eo
dem repositorio collocatas, &
repositorium ipsum, id Scau-
rus Syllæ priuignus primus in-
uenit. Pompe. dactylothecam
mithridaticam in Capitolio di
cauit. nunc loquitur, & vsum
sui laudat. ¶Elabitur,) effluit.
¶Grauis,) ponderosus. ¶Mea
fi.)mea custodia, quia seruabo
gemmam,id est anulum. ¶Ro- Togatus
manos,) Toga versus Virgil.
sed, vt puto, aliter acceptus à
Poeta, quàm scripserit Virgil.
Nam ille intelligit per gentem
togatam romanum populum
cum toga olim Romanorum
tantum vestis esset nulla inter
eos discretione. poeta in vsum
venit tantum eorum, qui diui-
tes sequebantur: vnde togati
sæpenumero dicti sunt à poe-
ta anteambulones. Gentem igi
tur togatam ipse intelligit com
mites togatos: vt dicat Domi-
tianum, qui patrem cœlo con-
secrauit, facere, vt Romani sint
domini rerum & habeant toga
tos. ¶Magno patri,) id est Ve-
spasiano. ¶Astra,)id est cœlum
¶Gentem togatam,) id est co-
mites togatos. vel arma dedit
magno patri: quoniam Domi-
tianus adhuc puer Capitolium
defendit cum Sabino patruo.
Tacitus & Sueto. authores.
¶Dedit arma,) suppeditauit
præsidium. ¶Magno patri,)id-
est Ioui. ¶Si)idem est argumen
tum, quo indicatur vsus togæ:
quæ sumebatur ab his, qui di-
uites salutabant, & eorum comites errabant per vrbem. ¶Sæpe
sportula veniet,)id est dabitur tibi. ¶Si facile potes mane surge
re. Alibi de salutatione: Discursus varios, vagumque mane. Iuue.
Sollicitus ne Tota salutatrix iam turba peregerit orbem. ¶Pau-
peris,) Endromis vestis villosa, quæ in gymnasiis sumebatur ab Endromis
his qui se exercebant in palæstra: mittebatur è Gallia, quanuis no
men esset lacedæmonium. supra: Quæ lacedæmonium barba-
ra nomen habet. Iuuenalis. Endromidas tyrias & fœmineum ce-
roma. Exigui erat pretii: licet à diuitibus tantum vsurparetur.
nam soli diuites in gymnasiis exerceri solebant. ¶Pauperis est
munus,)pauperes mittunt. ¶Non est vsus pauperis,) nam soli di
uites in Gymnasio exercentur: vnde alibi Gymnasii labores, mo
do vanos, modo stultos appellat. ¶Hæc tibi,)lanæ canusinæ nul- Lana Ca-
lo medicamento: suo tãtum vellere rutilæ erant: quas erythreas nusina
appellabant: imitabantur igitur colorem mulsi, sed cum erant
fuscæ, speciem mulsi misti præ se ferebant. nunc mittuntur fuscę
quæ hac vna re possunt commendari, quòd diu eundem retine
bunt colorem: nec cito, videbuntur attritæ. ¶Simillima mulso
tur.)id est misto & confuso ita enim subrufum videbatur. ¶Non
fiet anus,)id est non videbitur attrita.

Lagœna niuaria. 115

Spoletina bibis,uel Marsis condita cællis,
Quo tibi decoctæ nobile frigus aquæ?

Niues. 116

Non potare niuem,sed aquam potare rigentem,
De niue commenta est ingeniosa sitis.

Idem. 117

Massiliæ fumos miscere niualibus undis
Parce puer,constet ne tibi pluris aqua.

Matella fictilis. 118

Dũ poscor crepitu digitorũ,& uerna moratur,
O quoties pellex culcitra facta mea est.

Ligula argentea. 119

Quãuis me ligulam dicant equitesq;, patresq;,
Dicor ab indoctis lingula grammaticis.

Cochlearia. 120

Sum Cochleis habilis,sed nec munus utilis ouis,
Nunquid scis potius cur cochleare uocer?

Anuli. 121

Ante frequens,sed nunc rarus nos donat amicus,
Felix cui comes est non alienus eques.

Dactylotheca. 122

Sæpe grauis digitis elabitur anulus unctis.
Tuta mea fiet sed tua gemma fide.

Toga. 123

Romanos rerum dominos,gentemq; togatam
Ille facit magno qui dedit astra patri.

Idem. 124

Si matutinos facile est tibi rumpere somnos,
Attrita ueniet sportula sæpe toga.

Endromis. 125

Pauperis est munus,sed non est pauperis usus,
Hanc tibi pro togula mittimus endromida.

Canusinæ fuscæ. 126

Hæc tibi turbato Canusina simillima mulso
Munus erit,gaude,non cito fiet anus.

(GALLIA,) Bardacucullus vestis gallica erat: cuius supra meminit. Hæc cum & vilis esset, & noua quadam forma consuta, videbatur penula cercopithecorum. cercopitheci autem simię caudatæ sunt. (Santones,) populi Galliæ. (Penula,) vestis. (Roma,) Canusinæ rufę suo, vt diximus vellere rubebant, sed ex his fuscæ tantum placebant Romanis: rufæ autē Gallis pueris, & militibus. (Fuscis to.) canusinis fuscis. (Ingrediare,) Penula

Scortea scortea pellibus consuta dicebatur. nam scortea apud antiquos pelles significabant: vnde impudicæ mulieres nomē duxerunt. Vetus est ædilitiū edictum: nequid scorteum: hoc est ex pellibus templis inferatur. Nefas enim erat aliquid

* quid morticinium adesse, vt scribit Var. Hæc autem arcendis pluuiis sumebātur. (Ad subitas,) id est si subito & repente plueret. (Nusquam desit,) quin tecum afferas. (Si ve.) de cocco satis in superioribus libris dictum est: cuius color notus est. nunc cum mittantur lacernæ coccineæ: iocatur poeta amicum monens: vt si aut prasinæ aut venetæ factionis est. (nam prasinus & Venetus agitatores suas habebant factiones, quem admodum alii aurigæ habent. authores sunt Festus & Tranquil.) Nō induatur veste cocci nea: hoc autē ait iocans ex colore: nam Prasinus agitatoris nomen, quanuis proprium sit: tamen in latinum conuersum significat viridem: & Venetus color subobscurus erat. Qui igitur induit coccineas: à Prasino & à Veneto discedit. Ne fias transfuga: ne relinquas factiones. (Ista sorte) munere vestis. amplius enim nec Veneti nec Prasini, quorum neutrius colorem habebis. (Si pos.) Pileum libertatis indicium in saturnalibus: in quibus cum lacernæ etiā sumerentur: causam affert pauper: quare eas non miserit cum pileo. (Munera capiti,) pileum. (Non est,) Lana bethica, authore Plin. rutila erat: vt canusina. lacernæ ex ea confectæ nunc gloriātur, quòd nullo medicamento sint coloratæ: sua tantum natura: in quo præferri volunt tyriis, quæ aheno purpure tinguntur. (Lana mendax,) tincta. (Sic placeant,) id est esto quòd placeant, & sint gratæ tyriæ suo medicamine. (Ouis,) quia ita eram colorata: vt nunc sum in oue. (Tinxit,) nam in oue ita nata sum. (Fasciam,) fascia pectoralis compescendis papillis dabatur: ne nimium tumescentes deforme pectus redderent. (Nostra manus,) id est vt papillæ stent intra gratam mensuram, id est vt manibus comprehendi possint: nam ita sunt gratiores. (Amphitheatrales.) prodibant in spectaculum imperatores comite senatu: & equestri ordine gestantibus omnibus lacernas albas nonnunquam. supra: Sancto cum duce candidus sederet. hunc vsum disticho profitentur lacernæ albæ. (Vsus amphitheatrales,) vsus spectaculorum. (Nec,) vestis cœnatoria: quæ intra domum sumebatur ad mensam suum profitetur vsum. Numero tamen multitudinis & genere neutro: supra dixit cœnatoria mittat aduocato: & hoc loco. (Nec fora,) hoc dicit propter vestem quæ forensis dicebatur à foro: vt Cicer. scribit vbi tantum gestabatur cœnatoria vult præferri forenſibus: quia ipsa sunt ad quietem, & otium. (Nobis fora,) vt vestes forenses. (Hoc opus est) hoc agimus nos. (Pictis toris,) pauoninis, & cultis triclinīis. (Si recitaturus,) Focale capitis tegmentum erat ad aures promissum: quo recitaturi oratores vtebant, vt inter strepitus obau dirent actioni intenti: à faucibus dictū. Fabi. Quin. hoc delicatis tātum oratoribus & valetudinariis permittit, vt eo distincto expositum est: Quid recitaturus circundas vellera collo: Conueniunt nostris auribus ista magis. ex hoc distícho exigit argumentum, vt ostendat focale non conuenire oratoribus, sed audientibus: ne obtundantur inanem & delicatum nimis vsum focalis designās. (Asserat,) vendicet à strepitu. (Libellum,) meum. (Tempore,) Læna vestis hyemalis apud Græcos chlena dicta villos grādiores habebat: & super induebatur palliis. sola igitur non poterat frigus arcere: sed pallia superinducta crassitudine villorum calefaciebant. (Leuio,) id est vestes leues. alius codex habet lænia, id est vestes lanæ. (Mei villi,) pallia vestra: quæ subsunt. (Nobilius,) Mantile mappa vilior erat, quanuis abusione virgilianæ alicuius videtur authoritatis, qui mantilia pro mappis dixit: tonsísque ferunt mantilia villis. mappæ autem villosæ citreis mensis ob nobilitatem erāt delegatæ. mātile nullum mensæ genus repudiabat: erat enim vile. (Lintea) panni ex lino quicunque sint. lintea item peculiari significatione in vsu thermarum erant corporibus abstergendis: ea dicebantur lintea teritoria, quòd sordes tererent & corporibus: nunc lintea villosam mappam significat, quæ villorum subtilitate erant in pretio. (Orbibus in nostris,) hoc est in mensis rotundis quanuis regimus: quod dixit propter mensas citreas: quæ rotundæ erant: & orbes libyci appellatæ sunt à Martiale Circulus: panis erat mista farina, caseo, & aqua: quem qui incondite faciebant lixulæ, & similixulæ dicebantur. hic autem accipit circulum pro omni genere rotunditatis ex quo uis lignō: cum mantile dicat circulū etiam sibi satis esse quę tegat: adeo à citreis orbibus abest. (Iungere,) liburnicæ lanæ similiores erant pilis, quàm vellēribus inutiles pexis vestibus: textorum tantum arte commendatæ: vnde togæ textæ tinctæ rufo colore, parum eum retinebant inficientes super inductam lacernam: accusat igitur ille: qui liburnicis superinduat albas lacernas: nam rufo colore inficiuntur. (Iungere,) superinduere. (Callaicas,) rutilas. vel ab auro callaico: quod rutilum est, vt ab herbis callaicis: quæ rutilæ sunt. (Nos hos,) Cilicia dicuntur indumenta ex caprinis pilis contexta à Cilicibus, qui ea primi instituerunt. Vdones verbo peregrino calciamenta sunt. nunc mittuntur: indicatque ex quo genere lanæ constent. (Mariti olentis,) hirci. (Planta,) pes. (Sinu cinyphio,) pilis hircinis. nam hirci cinyphi sunt dicti à cinyphio Africæ flu. ad quem sunt magna copia.

(Dum,)

Bardacucullus. 127

Gallia santonico uestit te Bardacucullo,
Cercopithecorum penula nuper erat.

Canusinæ rufæ. 128

Roma magis fuscis uestitur, Gallia rufis,
Et placet hic pueris, militibusq; color.

Penula scortea. 129

Ingrediare uiam cœlo licet usq; sereno,
Ad subitas nusquam scortea desit aquas.

Lacernæ coccineæ. 130

Si ueneto, prasinóue faues, qui * coccina sumis?
Ne fias ista transfuga sorte, uide.

Pileus 131

Si possem totas cuperem mittere lacernas,
Nunc tantum capiti munera mitto tuo.

Lacernæ Bethicæ. 132

Non est lana mihi mendax, nec mutor aheno,
Sic placeant tyriæ, me mea tinxit ouis.

Fascia pectoralis. 133

Fascia crescentes dominæ compesce papillas,
Vt sit quod capiat nostra, tegatq; manus.

Lacernæ. 134

Amphitheatrales nos commendamur ad usus,
Cum tegit algentes nostra lacerna togas,

Cœnatoria. 135

Nec fora sunt nobis, nec sunt uadimonia nota,
Hic opus est pictis accubuisse toris.

Focale. 136

Si recitaturus dedero tibi forte libellum,
Hoc focale tuas asserat auriculas.

Læna. 137

Tempore brumali non multum leuia prosunt,
Calfaciunt uilli pallia uestra mei.

Gausapa uilloſa, uel mantile.

Nobilius uilloſa tegant tibi lintea citrum,
Orbibus in nostris circulus esse potest.

Cuculli Liburnici. 138

Iungere nescisti nobis ô stulte lacernas,
Indueras albas, exue callaicas.

Vdones Cilici. 139

Non hos lana dedit, sed olentis barba mariti,
Cinyphio poterit planta latere sinu.

DOMITIVS.

Synthesis (TOVM,) Synthesis vestis saturnalitia nota superioribus libris luxum sumpta nonnūquam à Nero. quanuis saturnalia non agerentur: cum tantum induatur saturnalibus deposita toga. Synthesis item vas fictile. supra: Septenaria synthesis Sagunti. & Pap. Vnam mittere synthesin quid horres: Alborum calicum, atque cacaborum. (Tuo iu.) sine reprehensione. (Per quinas lu.) id est in saturna. quę durabant. 5. diebus. (Vellera,) tunicæ patauinæ contextæ multa lana in tantam complebantur crassitudinem, vt perinde ac tabulæ secari posse viderentur. Strab. copiam vestium & pannorū missam fuisse à Patauinis Romam testatur: triplices dicuntur triplici litio textæ. (Sumant,) dū texuntur. (Multa vellera) multam lanam. (Hęc,) spongia gręca dictio est vnde integram seruauimus appellationem perfusa aqua mensarum colorem in staurabat tergendo. (Sorte,) muneris. (Tumet,) inflatur aqua eadem in mūdis vasis tergendis erat in vsu. supra: Damnatæ spongia virgæ. (Is mihi) Penulę seruorum vestes & pauperiorum ex lana appula optime texebantur. Panni gausapini villosi dicuntur. nam gausape stramentum erat militare: grossioribus pilis penulæ igitur gausapinæ: quanuis hyemales essent: æstate tamen poterant delectare, quod supra diximus: Mense vel Augusto sumere gausapinas. (Is candor,) id est talis candor esset. (Media messe,) quanuis sim hyemalis.

Cerulica (Tinge,) Cerulica ex plumis refertum sustentandæ cerulci iacentium paratū erat: eratq; in vsu tantum delicatorum hominum: idcirco conducuntur apud Iuue. Cerulica amicæ clamante. Plinius: Vsq; eo processisse delitias: vt ne cerulices qui dem virorum sine pennis sustineri possint: inde monet eum cui mittitur cerulica: vt tingat caput nardo tanquam luxurioſum & delicatum hominem. (Folio nardi) ex quo foliatum vnguentum fiebat. (Pluma,) cerulica. (Tenet,) seruat. (Stragula,) cubicularia stragula erāt cubiculi. (Gausapina,) id est villosas. vt supra exposuimus. Iocatur in eū qui habet vxorē anum. Etenim nihil possunt calore suo prodesse: cum proxima vxore congelatur. (Stragula villosa) cubicularia. (Tapetis purpureis,) instar tapetorū. (Congelat vxor) quasi dicat & si villosa sumus: nihil prosumus tibi ad calorem. (Nudo,) Lodicibus totus lecti apparatus contegebatur. erant autē geminæ in opertorium coeuntes: hunc vsum ex se docent. (Nos,) lodices. (Toro nudo,) id est lecto nō operto à nobis. (Stragula essent nuda,) nisi nos essemus quæ ea tegimus. (Mammosas.) Amictorium indumentum erat pectoris dormiēti. ne temere iactatus nocturno frigore offenderetur. erat autem ex lino: mulieribusque maxime in vsu. Rogat nunc amictorium, vt tradatur potius puellæ quàm mammosæ. (Lina,) id est ego lineū. (Niueo pe.) scilicet puellæ. (Hæc tibi,) polymita dicebantur multis litis contexta: quæ Alexandrini primi inuenerunt. author est Plinius in. 7. natu. historiæ. tanta autem arte exercebantur: vt maiore fermè industria singula in his distinguerentur: quæ Babylonia acu possent. nam Babylonii acu vestes intexere cœperunt: quanuis Homer. hoc texturæ genus tribuat Helenæ: quam introduxit intexentem varia certamina Troiaruente. (Memphitis,) Martialis memphiticam tellurem dixit: cum alii hoc de Alexādria scribant, sed tamen Alexandria in Aegypto est: vt memphiticam exponas. i. Aegyptiam. (Victa est) superata est. (Niliaco,) Aegyptio. (Longa:) Zona puellę datur monens se tādiu fore vtilem ad cingendum: quoad venter non intumuerit. placet hoc referas ad puellam potius exponens. (Dulci pōdere,) id est fœtu quàm ad omnes exponēs dulci pondere: hoc est gulæ voluptate, quæ ciborum suauita te capta pondus immittit ventri. (Lodices:) Gausape stramētum erat, vt diximus, militare grossioris villi: quadratū dictū à forma: vt ego arbitror. nam & Fenestella scribit: Triclinia se puero quadrata & compacta aut acer operta: ac cedro cœpisse. erat autem hoc gausape pauperiorum: cum lodices stragulis in eundem vsum lautioribus seruirent. (Elicaonia) id est patauina. nam Licaonia finitima Pamphilę socios dedit Antenori: qui Patauium condidit: dicta olim Elicaonia ab Elicaone rege, sed postea Licaoniam Strab. Plin. & Pto. dixerunt. supra: Si prior euganeas clemens Licaonis ad oras. (Terra Cat.) Verona. (Dent,) Semicinctum cōpositione declarat quid sit: nam mediū cingebat hominem tunica demissum. (Vtrunq;,) togam & semicinctum. (Ebria,) color in lanis amethistinis dictus est à colore lapidis amethysthi. Amethysthus aūt ab a particula priuatiua, & methysthis: quod significat ebrius dicitur. ex ratione nominis iocatur: cum sint ebriæ purpura laconica: quæ runt quare amethysthinæ dicātur: quasi nō ebriæ: sed, vt diximus, appellationē sortitæ sunt à lapide, non à nominis deriuatione. (Tinctæ purpura,) Tyria. Tyriæ amethysthinæ dicebātur: & ita puto oportere scribi lemma lanæ tyriæ amethysthinæ. (Lana sobria,) id est amethysthina. (Velleribus) Lanæ albæ candore certabant. Plini. Var. ita distinguentibus: vt Apuliam omnibus ante ferrent: secundam palmam darent lanæ: quæ Græci pecoris

Amethysthina lana

Amethysthus lapis

finitima Italia dicebantur: tertiam Milesię. Martialis hoc distícho aliū seruat palmæ ordinem. (Parma,) oppidum Galliæ cisalpinæ. (Tertia ouis,) tertia palma lanarum. (Altinum,) non procul à Taurisio erat nobile oppidum. (Nos,) purpura tyria cæteris anteferebatur: quanuis laconia suum etiam locum vindicaret. Gloriantur igitur lanæ tyriæ se in Laconia quoque vbi purpura est habita: fuisse pretiosi muneris: quod argute dicunt: dum aiunt se à Paride donatas fuisse Helenæ, & purpuram Ledæ: hoc est purpuram laconicam fuisse deteriorem. (Pastor,) Paris. (Amicæ,) Helenæ. (Deterior,) nobis.

Synthesis.

Dum toga per quinas gaudet requiescere luces,
Hos poteris cultus sumere iure tuo.

Tunicæ Patauinæ. 141

Vellera cum sumant Patauinæ multa trilice,
Et pingues tunicas, serra secare potest.

Spongia. 142

Hæc tibi sorte datur tergendis spongia mensis
Vtilis, expresso cum leuis imbre tumet.

Penula gausapina. 143

Is mihi candor ineſt, uillorum gratia tanta est,
Vt me uel media sumere messe uelis.

Ceruical. 144

Tinge caput nardi folio, ceruical olebit,
Perdidit unguētum cum coma, pluma tenet.

Cubicularia gausapina. 145

Stragula purpureis lucent uilloſa tapetis,
Quid prodest, si te congelat uxor anus?

Lodices. 146

Nudo stragula ne toro paterent,
Iunctæ nos tibi uenimus sorores.

Amictorium. 147

Mammosas metuo, teneræ me trade puellæ,
Vt possint niueo pectore lina frui.

Cubicularia polymita. 148

Hæc tibi memphitis tellus dat munera, uicta est
Pectine niliaco iam Babylonis acus.

Zona. 149

Longa satis nunc sum, dulci sed pondere uenter
Si tumeat, fiam tunc tibi zona breuis.

Gausape quadratum. 150

Lodices mittet docti tibi terra Catulli,
Nos Elicaonia de regione sumus.

Semicinctum. 151

Dent tunicam dites, ego te præcingere possum,
Essem si locuples, munus utrunq; darem.

Lanæ Amethysthinæ. 152

Ebria Sidoniæ cum sim de sanguine conchæ,
Non uideo quare sobria lana uocer.

Lanæ albæ. 153

Velleribus primis Apulia, Parma secundis
Nobilis, Altinum tertia laudat ouis.

Lanæ Tyriæ. 154

Nos Lacedemoniæ pastor donauit amicæ,
Deterior Ledæ purpura matris erat.

Polentia

NON,)Polentia oppidum ad alpes, quod & Potentia diceba tur nigris lanis ferax: Nigrig; ferax Polentia villi. In Hispania es se Polentiam scribunt Plin. & Strab. vnde & lanæ mittuntur, & calices fictiles: quemadmodum ex eadem prouincia Saguntini & Astei. Duplici igitur munere laudatur nunc Polentia lanis scilicet & calicibus. ¶Pullo vellere,)lana nigra. ¶Lana,) idem indicat lana polentina se vestibus seruilibus aptam esse: his præsertim seruis, q deformes sunt.

Tomentũ Lingonicũ

¶Tristis,)fusca. ¶Tonsis ministris,)deformibus. ¶Mensa,)officiũ mensæ. ¶Oppressæ,) Tomentum farcimen erat culcitrarum ex quauis re. Tomentum farcimen ex pilis & lana panno detonsa & Lingonia regione. Tomentũ à τέμνω quod est incido. nam quicquid in farcimen inciditur, tomẽtum est.

Cadurci

Cadurci Galliæ populi in tomẽtis culcitrarum ex suo lino palmam obtinebãt. Varro sagum aut tomentum in culcitrã solitum inculcari scrib. ¶Fascia,) vt author est Porphyrio, lecti sustinebantur: & Cic. Deserta ad coniectorem quendam somniasse se ouum pendere ex fascia lecti sui cubicularis. Cum igitur lectus erat plenus pluma ob tenuitatem facile opprimebatur ad fasciam vsq;. Tomentum igitur lingonicum meliorem potest præstare vsum: quãdo ita lectum implet: vt fascia non sentiatur. ¶Rasa,)id est detonsa. ¶Sagis leuconicis,) ex sagis detonsa. ¶Tomentum,) tomentum Circense erat è stramine grossiore: quod legebatur in palude Circensi. nam Circæi olim paludem habebant. antiquitas in lectis stramento vtebatur, authores sunt Varro & Plinius, sed inualescente luxu ad tomentum lingonicum peruentum est: cum tantum pauperes stramẽto vterentur. ¶Cõcisam,)nã arundines palustres ad farcimen conciduntur: vnde & ipsæ tomentum sunt. Plinius de arundinibus, aut enim pro pluma strata cauponarum replet, aut vbi limosiore callo induruit &c. ¶Pro lingonico,) nõ enim potest lingonicũ emere. ¶Lassus,)pluma cygni tãtis delitiis lectũ inplet: vt nõ alia vti dicatur Venus. hæc nobilissima est præsertim quę superemi nẽtibus pẽnis subest. ¶Interior lana,)id est interior pluma cygni: quæ lana videtur. ¶Pluma amyclæa). i. pluma cygni Amyclæi. nam cygni assiduo epitheto amyclæi dicuntur. Papinius: Amyclæos ad fræna citauit olores. ¶Fraudata:)& fœno pro tomẽto vtebantur pauperiores, qui hac vna re lætari possunt: q; nulla ambitionis cura torquẽtur, ex hoc fœnum se anteponit plumæ, quando quietẽ præbet sine vlla cura. ¶Tumeat tibi,)impleatur à te. ¶Fraudata pluma)excluſa pluma. ¶Pallida,)quæ facit homines pallidos. ¶Duros toros,) id est fœno repletos. ¶Redde,)Tintinabulũ instrumẽtũ erat quo gymnasio lauaturi reuocabantur ad thermas paulopost claudendas. monetur igitur is qui in Gymnasio est, vt si lauari vult sonãte tintinabulo lauari properet. nam paulopost non erit lauandi locus clausis thermis: oportebitq; lauari aqua frigida, si quidem lauari volet. ¶Redde pilam,)id est depone pilam. suprasi nescis rusticus,)id est cantus. ¶Cantus,)alludit ad illud ferrum rotæ vinciendę. ¶Anulus,) trochus. ¶Garrulus,)resonans. ¶Vagatur,) flectitur. ¶Turba obuia,) hominum. ¶Hoc illi,)signa fictilia in saturnalibus mittebantur veteri instituto siue vt in monumentis est Epicardi authore Macrob. quoniam Hercules ex ponte Sublicio hominum simulachra pro numero sociorum amissorum deiecit, vt nudi in patriam veherentur, siue quod Pelasgi eadem simulachra instituerint pro hominibus, qui olim Saturno mactabantur redigentes crudele sacrum ad mitiorem ritum, cum reliqua munera dentur sorte, signum, inquit, Victoriæ Germanico extra sortem dandum est: cum toties Pop. Roma. victoriam pepererit hoc signum Victoriæ. ¶Decies,) pro numero literarum. ¶Germanici,)id est decem cyathos in hilaritatem, satis supra.

¶Gloria,)

Lanæ Polentinæ. 155

Non tantum pullo lugentes uellere lanas,
Sed solet & calices hæc dare terra suos.

Idem. 156

Lana quidem tristis, sed tonsis apta ministris,
Quales non primo de grege mensa uocat.

Tomentum Lingonicum. 157

Oppressæ nimium uicina est fascia plumæ,
Vellera Lingonicis accipe rasa sagis.

Tomentum Circense. 158

Tomentum concisa palus circense uocatur,
Hæc pro Lingonico stramina pauper emit.

Pluma. 159

Lassus Amyclæa poteris requiescere pluma,
Interior cygni quam tibi lana dedit.

Fœnum. 160

Fraudata tumeat facilis tibi culcitra pluma,
Non uenit ad duros pallida cura toros.

Tintinabulum. 161

Redde pilam, sonat æs thermarũ, ludere pergis,
Virgine uis sola lotus abire domum.

Discus. 162

Splendida cum uolitant Spartani põdera disci,
Este procul pueri, sit semel ille nocens.

Cithara. 163

Reddidit Eurydicen uati, sed perdidit ipse,
Dum sibi non credit, nec patienter amat.

Idem. 164

De Pompeiano sæpe est delecta theatro,
Quæ duxit syluas, detinuitq; feras.

Plectra. 165

Feruida ne trito tibi pollice pustula surgat,
Exornent docilem garrula plectra lyram.

Trochus. 166

Inducenda rota est, das nobis utile munus,
Iste trochus pueris, at mihi cantus erit.

Idem. 167

Garrulus in laxo cur anulus orbe uagatur,
Cedat ut argutis obuia turba trochis.

Signum uictoriæ. 168

Hoc illi sine forte datur, cui nomina Rhenus
Vera dedit decies, adde falerna puer.

Tintinabulum

Discus

Pustula Pusula

Trochus Cantus

Saurony tius

¶GLORIA,)Lemma βρέφους παιδίον, id est Bruti pusio: nam Brutus ille qui in philippicis occubuit, puerum amando cognomẽ dedit: quem Apollodorus cognomine insanus æneum fecit, vt scrib. Plin. nunc idem est fictilis. ¶Sigilli)statuæ. ¶Obscura,)incognita. ¶Aduersonytius: siue Saurocτonos. σαυρὸς græce: latine significat lacertam: τιτρώω significat vulnero. Sauronytius igitur erat puer æræ expressus obseruans lacertam obrepentẽ, vt vulneraret. ¶Corinthio,) id est ex ære Corinthio fabrica tus. ¶Cupit perire,)videtur vel le mori. ¶Flectit,) Hyacinthus puer pictus moribũdus ex vulnere disci. ¶Masculus,) Hermaphroditus marmoreus. ¶Fonte,)Salmacidis. ¶Vtrunq;,)fœminam & virum. ¶Patris) Mercurii. ¶Matris,) Veneris. ¶Cur) Danae picta corrupta auro à Ioue. ¶Si Leda,) quæ erat pulchrior. ¶Dedit gra.)sine pretio, cur accepit Danae pretium à te? quasi dicat non debuit. ¶Sũ) signum erat captiui Germani fictile. ¶Batavi,) populi qui incolunt Rhenum domiti à Domitiano. ¶Lusus,) lasciui ingenii figuli, qui ludens me ita effinxit. ¶Pater,)Domitianus. ¶Timet,) nam Batavi hostes fuerant Domitiani. Alii sic legunt hoc vltimum carmẽ: hæc puer ora timet. ¶Elidit) Hercules Corinthius, id est ex ære corinthio expressus in cunis necat angues: ex histo. fabulosa inde poeta ludit distícho. ¶Respicit,)non auertit vultum. ¶Hydra,)quæ ab adulto fuit domita. ¶Iam,) cum videret id puero fieri. ¶Sum) Turianus à Fregellis accitus est à Tarquinio rege Iouis effigiem fecit in capitolio: & Herculẽ fictilem, qui perpetuo cognomine dictus est Hercules fictilis. hoc igitur signũ Herculis, quod nunc mittitur, cum fictile sit: hoc gloriatur: quòd Hercules habebat suũ cognomen, quod dicatur in vrbe Hercules fictilis. ¶Sigillum,) paruum signum. ¶Meum nomen,)appellari fictilem. ¶Dic mihi,) Palladis clypeus quẽ ægidem appellant imaginibus Domitiani additus est: inde Pallas imagines sine ægide formabantur. hoc autem erat familiaritatis indicium cum numine quod imperator præcipue coluit mittitur nunc imago Mineruæ argentea. ¶Cæsar ha.)respondet Pallas. datam auré ægidem Domitiano supra indicauit Martialis: Accipe belligerę erudũ thoraca Mineruæ. ¶Mutari,)hanc Iuppiter taurus traiecit in Cretam. Argute, ineuit poeta, tunc oportuisse Iouem mutari in taurum: cum Io, quã amabat, versa est in bouem. fellisse enim custodem, & iniisse bouẽ. ¶Clamabat,) nota fabula in freto Sestiaco: cũ ad Heropuellam nataret, mersus est: quæ mors ob eam causam ei fuit acerba quòd ante optatũ puellæ amplexũ moreretur. ¶Audax) qui se commisit aquis natatu. ¶Ebrius,)sigillum Giberi fictile in saturnalibus dabatur. ¶Giberi,)hoc est gibbosi signum. nam Cleppus fuluo giber & toto aspectu fœdus Gegania fabricatus est ex ære: vnde defluxit mos, vt talis hominis forma in saturnalibus fingeretur. ¶Prometheus,) primus fuit, qui fictile signum fecit. ¶Hæc monstra,)hominem gibbosum. ¶Lusit,)lasciuit. ¶Luto,)fictili in saturnalibus mittẽdo. ¶Perlege,)Homeri batrachomyomachia de origine tribus verbis conpositum. batrachos significant ranam: myos mus: machi pugna: opus est Homeri ita inscriptum, de mutum & ranarum pugna. Contendunt tamẽ multi, authore Plutar. hoc opusculum ab Ho. non fuisse scriptũ: Papi. & alii nostri ita credideret. Mittebantur autem libri in saturnalibus: quoniam etiã Saturnus cultus humani author habitus est: & cuius tẽporibus Hercules primus in Italia literas docuit: vnde Herculis numen cum multis colebatur. authoribus. Plu. & Mac. ¶Ranas,) puguam ranarum. ¶Męonio,) Homerico. ¶Soluere frontem) exhilarare. ¶Ilias,)quadraginta octo libros edidit Ho. quorum 24. excidium troianum cõplectuntur, reliqui errores Vlyssis. illi Ilias inscribuntur. hi Odyssea ab Vlysse: mittuntur vnà cõpacti. ¶Vlysses inimicus &c.)id est odysseæ liber. ¶Multiplici pelle,)id est multa charta pergamena. nam in. 48. lib. surgit. ¶Accipe,) Culex virgilianum opus culicis fatum defletur ni hil magis admirandum habet, quàm quòd à poeta puero editus sit, vbi magnitudinem illã nonnunquam assurgendo designat, quam in eneida impleuit. huius meminit Papi. Ante annos culicis Maroniani. Vnde Lu cũ Iuuenis Orpheũ exple uisset ait: Quid ad Culicẽ Virg. ¶Culicem,) opus Culicis maroniani. ¶Positis nu.)id est iocis & ludis saturnalitiis, quasi dicat leuiora in saturnalibus sunt legẽda. ¶Arma,)id est Aeneida. ¶Quam bre.) id est tria opera Virg. eodẽ volumine cõpacta. prima pagina poetę per sonã profert. nam Tityrus primo verbo carminis bucolici Virgilium designat. ¶Membrana,)volumen. ¶Maronem immen.)tria opera Virgilii. ¶Hæc primum,)Menandri Thais comœdię author apud Crœcos iuuenum amores & fraudes meretricias singulari ingenii laude expressit. celebrat autẽ Thaidem nobilissimum scortũ: cui omnes meretricias veneres cõcedit: vnde Thais Menãdria dicta est à Proper. Glycere alterũ scortum, quod cum poemate non celebretur: tanta carminis præstantia quanta Thais perscripta est: nullum illecebratum nomen est adeptum, quibus maxime valebat. Thais igitur Glycere anteponitur carmine Menandri. ¶Nec Glycere, uere Thais amica fuit. ¶Vere Thais am. fuit,) ob illecebras visa est vere amica. Meretricis laus est, si persuaserit se amari. ¶Hęc,) Thais Menandri, id est Thais in comœdia Menandri. ¶Lusit,)decepit, quia illic erant amores iuuenum deceptorum.

βρέφους παιδίον. 169

Gloria tam parui non est obscura sigilli,
Istius pueri Brutus amator erat.

Sauronytius Corinthius. 170

Ad te reptanti puer insidiose lacertæ
Parce, cupit digitis illa perire tuis.

Hyacinthus in tabula pictus. 171

Flectit ab inuiso morientia lumina disco
Oebalius Phœbi culpa, dolorq; puer.

Hermaphroditus marmoreus. 172

Masculus intrauit fontes, emersit utrunq;,
Pars est una patris, cætera matris habet.

Danae Picta. 173

Cur à te pretium Danae regnator olympi
Accepit: gratis sitibi Leda dedit?

Persona germanica. 174

Sum figuli lusus Rufi persona Batavi,
Quæ tu derides, hæc timet ora * pater.

Hercules Corinthius. 175

Elidit geminos infans, nec respicit angues,
Iam poterat * teneras hydra timere manus.

Hercules Fictilis. 176

Sum fragilis, sed tu moneo ne sperne sigillum,
Non pudet Alciden nomen habere meum.

Minerua argentea. 177

Dic mihi uirgo ferox cum sit tibi cassis & hasta
Quare non habeas ægida? Cæsar habet.

Europa Picta. 178

Mutari melius tauro pater optime diuũm
Tunc poteras, Io cum tibi uacca fuit.

Leander Marmoreus. 179

Clamabat tumidis audax Leander in undis,
Mergite me fluctus, cum rediturus ero.

Sigillum Giberi fictile. 180

Ebrius hæc fecit terris puto mõstra Promethus,
Saturnalitio lusit & ipse luto.

Homeri Batrachomyomachia.

Perlege mæonio cantatas carmine ranas,
Et frontem nugis soluere disce meis.

Homerus in membranis. 182

Ilias & Priami regnis inimicus Vlysses
Multiplici pariter condita pelle latent.

Virgilii Culex.

Accipe facundi culicem studiose Maronis,
Ne nugis positis, arma, uirumq; canas.

Virgilius in Membrana. 184

Quã breuis immẽsum cepit mẽbrana Maronẽ,
Ipsius uultus prima tabella gerit.

Menandri Theis. 185

Hæc primum iuuenum lasciuos lusit amores,
* Nec Glycere, uere Thais amica fuit.

* puer

* tales

* Hæc

DOMITIVS.

(Si (Comes) Cii.n membranis. Alluſio eſt ad chartas membranas: quæ à mẽbris dicuntur. nam qui ſcriptus fuerit in membranis videtur in mẽbris eſſe Cic. qui in membris eſt. ¶Cum Cic.) nã in his membranis viuit. ¶Cinthia,) monobyblos Propertii carmẽ inſcribitur, qui ardentiſſime amauit Hoſtiam ficto nomine appellatam Cinthiam: non nullorum iudicio primas tenet partes in carmine elegiaco: authore Quintiliano. nam amoris affectus præſertim qui ardentiores ſunt, melius expreſſit nemo. ¶Accepit ſa.) carmine Propertii. ¶Nec minus de.) nã poeta eo carmine claruit. ¶Pellibus,) Titi Liuii magnitudo ex primitur, qui orſus hiſtoriam à condita vrbe in cẽtum & 40. libros excreuit deſcendens ad Auguſti tẽpora. ¶Pellibus ex.) membranis. ¶Hic,) Sallu. cum Thucydide certat authore Quin. maior laude futurus ſi verbis Catonis Cẽſorini ex originibus abſtinuiſſet. nã inde magnam verborum copiam deduxit diſticho prodente furtum: Et verba antiqui multum ſurate Catonis Criſpe Iugurtinę cõditor hiſtoriæ. Breuitas in eo laudatur à Fabio: laceratus eſt ea Laneo Põpeio Pompeii magni liberto: quoniam ſcripſiſſet Pompeium oris probitatiſque animi in uerecũdię prima hiſtoria laudem obtinet. ¶Corda do.) i. vt docti homines iudicant. ¶Hæc maſ.) volumen. ¶Vſſit,) Nemeſis nomen eſt deæ quę caret nomine latino: hęc colebatur aduerſus ſuperbos in Capitolio: male accipiunt qui pro fortuna interpretãtur. eſt item puella amata à Ioue, vt Higi. ſcrib. altera à Tibullo, qui Planiam amauit ſub nomine Deliæ dele ctatus paupertate, vt initio ſcribit: Me mea paupertas vitæ traducat inuerti. Sed inde diſtichon, quod ipſe poeta ſcribit de amica: Illa regat cunctos, illi ſit omnia curæ: At iuuet in tota me nihil eſſe domo, ad quod alludens Mar. ait. ¶Quem,) id eſt cui optatum fuit. ¶Nil eſſe in tota domo,) qui ita ſcribit: At iuuet in tota me nihil eſſe domo. ¶Sunt,) Lucanus hiſtoricis potius quàm poetis imitandus: vt Fa. ſcrib. dum grauitatem ciuilis hiſtoriæ ſequitur hiſtorico, q̃ poetæ propior: iudicio tamen fermè omnium in poetarum ordine eſt redactus. ¶Tantum) Catul. varietate carminis, & antiquorum ſimplicitate: laudem inſignem meruit: Cloam amauit quam Lesbiam appellabat: Firmionem peninſulam lacus Benaci habet patriam in agro veronẽſi, ſed Verona eum ſibi vendicat ciuem: quę Mantuæ opponit oſtentãti Virg. ¶Debet,) ob nominis laudẽ frigidæ & caldæ mittuntur, ſed natarent aquas ſuas quàm emitti extenuans. ¶Quæ fuerunt,) id eſt quæ aquarum nomina deſcribunt. ¶Dicunt,) fatentur. ¶Melius na.) mergenda eſt hæc charta alibi: Vis puto cum libro Marce natare tuo. ¶His,) ex mulo & equa, authore Plin. naſcitur Hinnus mulus exiguus: quẽ alii gi num dicunt: ſunt præterea inter mulas, quæ pumiliæ dicuntur: hoc eſt nanæ: nam Pumiliones nani ſunt. ¶Altius,) quàm ſit mula. ¶Delitias,) Catella gallicana in delitiis: vt meli[illegible]a, & iſſea. ¶Pagina eſt breuis,) non ſufficit. ¶Hic breuis,) in Galitia & Aſturia prouincia Hiſpaniæ equi naſcũtur paruis q̃ crura alterna molliter explicant glomerando: di cunturque aſturcones ab Aſturia prouincia: inde eundem inceſſum arte docere præceptũ eſt. de his carmen extat Silii: cũ de Aſturib⁹ populis loquit: His paruus ſonipes nec Marti notus, at idem Aut inconcuſſo glomerat veſtigia dorſo: Aut molli pacata celer trahis eſſeda collo. ¶Equus aſtur,) qui venit ex Aſturia. ¶Ad numerũ,) in ordinem. ¶Auriferis gentibus,) id eſt Hiſpanis. ¶Non,) Canes vertagi, qui ſponte in venationem exeunt: leporibus inſidiantur: quos morſu comprehenſos domum referunt. verbum eſt peregrinum: quanuis alii à vertendo, & agendo vertagum inepte deducunt. ¶Nõ) palæſtrita in gymnaſio vincebat maxime ſi cedens reducto pectore aduerſarium reflecteret. hæc exercitatio dicebatur clinopali, hoc eſt inclyta palæſtra: nam κλίνω ſignificat inclino: πάλαι palæſtra: vnde Domitianus cõcubitũ appellabat clinopalem tanquam palæſtræ exercitationem: anaclinopali ſignificat reflexionem in palæſtra. τὴν ἀνακλινόπαλιν: id eſt reflexionem palæſtræ: in quo longo collo opus erat. vt ſupra Grandia qui vano colla labore facit. & Iuuenalis: longis cer uicibus æquat Herculis Antæum procul à tellure tenentis. ¶Nouit ſuc.) id eſt qui ſcit retroflectere pectus tãquã oneri ſuſpenſi aduerſarii ſuccumbat. Inde enim aduerſarium pẽdentem inclinato latere deiicit. ¶Qui vincit,) id eſt qui tantum & ſimpliciter, ac ſine arte ſuperet aduerſarium, quaſi dicat plus delectat in palæſtra ars, quàm robur tantum. ¶Callidus,) Simiam genere tantum fœminino proferre putauit Porphyrio in Hom. ſimiumque ab Horat. ſcriptum tanquam inſitatum notauit: eodem genere hic profertur à Martiale hac laude adhibita: quòd haſtas immiſſas declinare ſciat. Id Mutianus cum de ſimiarum ingenio ſcriberet: non tradidit: neque eum ſecutus Plinius illud tantum affirmant eas latrunculis ecera fictis nonnunquam Iuſſiſſe, nuceſque diſtinguere viſu. ¶Eludere,) propulſare. ¶Eram cercopithecus,) id eſt ſimia caudata: ¶Tam,) à Gadibus laſciua ſaltatione eruditæ puellæ mittebantur, venereos motus ſaltando edentes, nunc mittitur puella Gaditana. ¶Ipſum Hippolytum,) exemplum pudicitiæ. ¶Fecerit maſturbatorem,) coget maſturbari allectum illecebris ſuis.

Cicero in membranis.

Si comes iſta tibi fuerit membrana, putato
Carpere te longas cum Cicerone uias.

Propertius.

Cinthia facundi carmen iuuenile Properti
Accepit, famam nec minus ipſe dedit.

Liuius in membranis.

Pellibus exiguis arctatur Liuius ingens,
Quem mea non totum bibliotheca capit.

Salluſtius.

Hic erit, ut perhibent doctorum corda uirorũ,
Primus Romana Criſpus in hiſtoria.

Ouidii metamorphoſis in membranis

Hæc tibi multiplici q̃ ſtructa eſt maſſa tabella,
Carmina Naſonis quinq; decemq; gerit.

Tibullus.

Vſſit amatorem Nemeſis laſciua Tibullum,
In tota iuuit quem nihil eſſe domo.

Lucanus.

Sunt quidam, qui me dicunt non eſſe poetam,
Sed qui me uendit bibliopola, putat.

Catullus.

Tantum magna ſuo debet Verona Catullo,
Quantum parua ſuo Mantua Virgilio.

Calda & frigida aqua.

Calda & frigida aqua.

Mulæ Pomiliæ.

Hæc tibi, quæ fuerint caldarum nomina dicũt,
Ipſa ſuas melius charta * natabit aquas.

Catella Gallicana.

His tibi de mulis non eſt metuenda ruina,
Altius in terra * penè ſedere ſoles.

Aſturco.

Delitias paruæ ſi uis audire catellæ,
Narranti breuis eſt pagina tota mihi.

Canis uertagus.

Hic breuis, ad numerũ rapidos qcolligit ungues,
Venit ab auriferis gentibus Aſtur equus.

Palæſtrita.

Non sibi, ſed domino uenatur uertagus acer,
Illæſum leporem qui tibi dente feret.

Simius.

Non amo qui uincit, ſed qui ſuccumbere nouit,
Et dicit melius τὴν ἀνακλινόπαλιν.

Puella Gaditana.

Callidus emiſſas eludere ſimius haſtas,
Si mihi cauda foret, cercopithecus eram.

Tam tremulũ criſſat, tã blandũ prurit ut ipſum Maſturbatorem fecerit Hyppolitum.

Tam tremulũ criſſat, tã blandũ prurit ut ipſum
Maſturbatorem fecerit Hyppolitum.

Nemeſis

notabit

ſæpe

Lucanus

Catullus

Hinnus

Aſturcones

Canes vertagi

Clinopali

(Hęc) carmine deſcriptæ aquę inquit poeta hi verſus melius debeant: ſui carminis laudem

(Aera,)

DOMITIVS.

(Aera,) Cymbala inſtrumenta ſacerdotum Cybelis: quibus ſacra numinis agẽtes ſomno lugebant Athin puerũ quo: Cybele olim potiri [illegible] potuerat. ¶Celenæos,) Phrygios. Celenæ patria Athis Phrygię & Marſiæ. ¶Sit pumice læuis,) nam expoliebantur pumicibus qui molles volebãt videri. Pli. Sed hi pumices: qui ſunt in vſu corporum leuigandorum fœminis: iam quidem & viris, atq; vrait Catul. libris. ¶Collo,) ceſtos ſignificat baltheũ Veneris: quo Martis adulteria reprimebantur: cum Deus eo cædebatur. de hoc plura dicta ſunt in imagine Iuliæ in ſuperioribus libris: quicunq; habebat hoc baltheum poterat, quem vellet, ad amorem incitare. ¶Meros amores,) id eſt ceſton calentem. ¶De ſinu Veneris,) qui nuper à Venere acceptus eſt. Hoc flagellum dixit Venerem alloquens: Sublimi ferias Cloem flagello. ¶Sume cytheriaco,) dem amatorem Iouem. hoc eſt ex verſu Homeri: qui ſcribit Iouem cohibẽdum baltheo à Iunone: & compulſum ad amorem fuiſſe cum alienis tamen amoribus antea eſſet deditus. ¶Currant,) Notarii dicebantur, qui aliquo orante verba ſingula excipiebant notis deſignata horum velocitas in pretio erat: author eſt Plutar. in vita Catonis Vticenſis. ¶Currant,) velocia ſint. ¶Suum opus,) extulit verba. ¶Dextra,) notarii. ¶Peregit opus,) ſcripſit. ¶Leuis,) Papyraceæ chartæ leuigabantur, authore Plinio, dente concauo: quod puto ſcribendum dente, concaue. inde illud apud Ciceronem: Res agetur temperato calamo, & dẽtata charta expoliebanturque vt ſplenderet. & vt facilior eſſet curſus calamo. ¶Cortex mareotica,) id eſt papyrus ægyptia. nam Mareotis inſula eſt Aegypti. ¶Inoffenſa via,) id eſt leuigata vt calamus offendere non poſſit, & nuſquã hærere. ¶Non,) hoc diſtichũ ſupra recitauimus: Morio dictus erat viginti millibus: Redde mihi nummos Gargiliane, ſapit. nam moriones dicuntur, qui mentis ſimplicitate quadã & deformitate oris delectant: nihil ſcurrile ſuo excogitantes ingenio: hi cum aliis ſtulti videantur, ſapientes iudicantur à Martiale perpetua enim fruuntur quiete nullis anxii curis: qualem vitam delegit Epicurus, & Martialis eum ſecutus. ¶Stupor) hebetudo: hoc eſt non ſimulant ſe ſtupidos, ſed ita nati ſunt. ¶Nec fingitur,) vt à ſcurris. ¶Non ſapit,) non anxius eſt, & is grauitatem quandam ſuſtinet. ¶Sapit,) iudicandus eſt ſapiens, vt Morio. ¶Mollia.) Phryxęi ſeciſti: Caput arietinum & cor bubulum in ſaturnalibus mittebantur veteri inſtituto. ¶Mariti Phryxęi,) qualis Phryxum & Hellem trajecit aries. ¶Meruit hoc,) aries ex quo ſæpe habuiſti tunicam. luuenalis notans hunc morem capitis ſcilicet veruecini mittendi: Et elixi veruecis labra comedit. ¶Si ſolum,) Pumilio latine, græce nanus dicitur. Inter portenta olim erat: ſed in delitias luxu temporum eſt receptus authore Plin. ¶Caput) nam nanus habet magnum caput. ¶Hectora) fortem & magnũ, vt Hector fuit. ¶Aſtyanacta,) id eſt paruum, vt fuit Aſtyanax filius Hectoris, qui puer de turri deiectus eſt. Apte cum Hectorem patrem nominaſſet, ſubdit Aſtyanactem filium. ¶Hæc,) Parma magna in digebat arte in ludo theatrali, in quo Agathinus præcipuam obtinuit laudem. eſt autem brevior clypeus: ſcutum autem longius totum contegit hominem. Quę igitur parma eſt grãdiori homini: eadem eſt ſcutũ pumilionis: quæ totũ tegit: hoc igitur in laudem Agathini, quę ſupra laudauit victorem in ludo parmæ. ¶Vinci,) ab Agathino. ¶Tibi,) magno. ¶Scutum pumilionis) paruiſcilicet. ¶Nõ ſatis eſt ars) pueri comœdi, qui in agendis comediis placebant corpori elegantia, & arte verbo attico dicebantur δισεξάποδοι: hoc eſt iucũdiſſimi & maxime optandi, contra qui non placebat, dicebantur μισομέγεθοι: hoc eſt odio digni. Egregia nunc comœdorum puerorum turba mittitur. ¶μισομέγεθος,) id eſt dignus odio. ¶δισεξάποδος,) iucundiſſimus, & qui placebit. ¶Dic mihi,) fibula hiſtrionis indumentum ab vmbilico ad genua, non tam ad pudenda velanda, quàm ad venereũ coitum reprimendum: quo hiſtriones rauceſcebant: vnde fiebat vt mulieres in rem negatã pronæ: magno pretio coitum ab hiſtrione conducerent: vt in ſuperioribus libris copioſius eſt expoſitum. Iuuena. Solutur his magno comœdi fibula. ¶Futuant,) conducti à mulieribus ¶Carius,) maiore pretio, verba ſunt fibulæ reſpondentis. ¶Prædo,) Accipiter prædo volucrum, ſcilicet olim libertinus nunc quoq; capit aues, ſed domino. ¶Mœret,) dolet quod domino, non ſibi capiat aues. ¶Non,) viſcatis calamis aues aut boribus inſidentes veteri aucupio capiebantur: dum auceps in digitos ſurgentes eos ſubiceret auium pedibus. hoc ſupra eſt expoſitum & confirmatum carmine Silii: ſimul cãtus mulcebantur: ne interea euolarent. ¶Silius,) Vt qui viſcata populatur arundine lucos: Dum nemoris celſi procera cacumina ſenſum tractare certat &c. Sublimẽ calamo ſequitur creſcente volucrem. ¶Calamis,) viſcatis. ¶Creſcit,) ſubiicitur. ¶Dici) obſonator dicitur qui emit obſonia. quo verbo vſus eſt Tranquil. Huius eſt pares conuiuatũ numero epulas parare pretio quo dominus iuſſerit. ¶Quotus,) quo numero. ¶Necaddideris verbum,) nec moneas quid ſit emendum.

Cymbala.

Aera Celenæos lugentia matris amores
Eſuriens Gallus uendere ſæpe ſolet.

Puer cinædus.

Sit nobis ætate puer, non pumice læuis,
Propter quem placeat nulla puella mihi.

Ceſtos.

Collo nectẽ puer meros amores
Ceſton de Veneris ſinu calentem.

Idem.

Sume cytheriaco medicatum nectare ceſton,
Vſſit amatorem baltheus iſte Iouem.

Notarius.

Currant uerba licet, manus eſt uelocior illis,
Nondum lingua ſuum, dextra peregit opus.

Concha.

Læuis ab æquoreo cortex mareotica concha
Fiat, inoffenſa curret arundo uia.

Morio.

Non mendax ſtupor eſt, nec fingitur arte doloſa.
Quiſquis plus iuſto non ſapit, ille ſapit.

Caput arietinum.

Mollia Phryxæi ſecuiſti colla mariti,
Hoc meruit, tunicam qui tibi ſæpe dedit.

Pumilio.

Si ſolum ſpectes hominis caput, Hectora credes,
Si ſtantem uideas, Aſtyanacta putes.

Parma.

Hæc, quæ ſæpe ſolet uinci, quæ uincere raro,
Parma tibi ſcutum pumilionis erat.

Pueri comœdi.

Non erit in turba quiſquam, ἰσόμηνος iſta,
Sed poterit quiuis eſſe δισεξάποδος.

Fibula.

Dic miſſi ſimpliciter comœdis & citharœdis
Fibula quid præſtas? carius ut futuant.

Accipiter.

Prædo fuit uolucrum, famulus nunc aucupis: idẽ
Decipit, & captas non ſibi mœret aues.

Calami aucupatorii.

Non tantum calamis, ſed cantu fallitur ales,
* Pallida dum tacita creſcit arundo manu.

Obſonator.

Dic quotus es, quanti cupias cœnare, nec unum
Addideris uerbum, cœna parata tibi eſt.

Cymbala

Aera Celenæos lugentia matris amores
Eſuriens Gallus uendere ſæpe ſolet.

Puer cinædus

Sit nobis ætate puer, non pumice læuis,
Propter quem placeat nulla puella mihi.

Ceſtos

Collo nectẽ puer meros amores
Ceſton de Veneris ſinu calentem.

Idem

Sume cytheriaco medicatum nectare ceſton,
Vſſit amatorem baltheus iſte Iouem.

Notarius

Currant uerba licet, manus eſt uelocior illis,
Nondum lingua ſuum, dextra peregit opus.

Concha

Læuis ab æquoreo cortex mareotica concha
Fiat, inoffenſa curret arundo uia.

Morio

Non mendax ſtupor eſt, nec fingitur arte doloſa.
Quiſquis plus iuſto non ſapit, ille ſapit.

Caput arietinum

Mollia Phryxæi ſecuiſti colla mariti,
Hoc meruit, tunicam qui tibi ſæpe dedit.

Pumilio

Si ſolum ſpectes hominis caput, Hectora credes,
Si ſtantem uideas, Aſtyanacta putes.

Parma

Hæc, quæ ſæpe ſolet uinci, quæ uincere raro,
Parma tibi ſcutum pumilionis erat.

Pueri comœdi

Non erit in turba quiſquam, ἰσόμηνος iſta,
Sed poterit quiuis eſſe δισεξάποδος.

Fibula

Dic miſſi ſimpliciter comœdis & citharœdis
Fibula quid præſtas? carius ut futuant.

Accipiter

Prædo fuit uolucrum, famulus nunc aucupis: idẽ
Decipit, & captas non ſibi mœret aues.

Calami aucupatorii

Non tantum calamis, ſed cantu fallitur ales,
* Pallida dum tacita creſcit arundo manu.

Obſonator

Dic quotus es, quanti cupias cœnare, nec unum
Addideris uerbum, cœna parata tibi eſt.

Mareotis

Morio

Fibula

* Callida

Obſonator

¶Pauper,)Puto de crumena legendum esse in formam cordis nam & bullam legimus formam cordis habuisse: authore Macrobio: quæ nonnunquã ex loro fiebat: mittitur nũc causidico: qui poeticæ nonnunquam dabat operam causis omissis, reprehensor carminis Mar. supra, Carpere causidicus fertur mea carmina. datur igitur ei cor bubulum angustissima crumena cum male scribens carmina nullam consequatur pecuniã: vel, si placet, intellige de corde bouis. ¶Cor quod habes,) id est accipe cor bouis, quia imprudens est, & alter bos. ¶Non,) Ars coquinaria non satis est. ¶Debet habere,) scire gulam domini. ¶Parua craticula) dimi nutiuum à crate: quæ ferrea est. ¶Ofella,) ofellam condiri e carnibus docet Varro. Hæc potest coqui craticula: cum aper: & grandiores ferræ torreantur. veru. ¶Fumet,) dum torretur. ¶Cuspide,) veru. ¶Mille,) Pistor dulciarius ad differentiam pistoris dicitur qui panem tantum conficit. hic enim mel adhibet & crustulam variis figuris formar. Ars adeo laudatur vt dicat Martialis apes mel suũ confice re propter hunc unum. ¶Ista manus,) pistoris. ¶Parca apis,) quia melle abstinet. ¶Laborat huic,) id est propter hunc virum mel conficit. ¶Surgite,) Ientacula cibi geneati dicuntur qui à pueris emebantur summo mane à pistore, quasi igitur noctem saturnalitiam egisset: euagatus per munera à singulis distichis monet diem aduentare impositurus vltimam manum, à duabus autem rebus lucis aduentãtis signum accipit: & à pueris ementibus ientacula, & à gallis canentibus: qui authore Plinio, geniti à naturæ sunt ad excitandos mortales in opera, & somnum rumpendum.

Ientacula

Cor bubulum. 216

Pauper causidicus nullos referentia nummos
Carmina cum scribas, accipe cor quod habes.

Coquus. 217

Non satis est ars sola coquo seruire palato,
Nanq; coquus domini debet habere gulam.

Craticula cum veru. 218

Parua tibi curua craticula sudet ofella.
Spumeus in longa cuspide fumet aper.

Pistor dulciarius. 219

Mille tibi dulces operum manus ista figuras
Extruit, huic uni parca laborat apis.

223 Ientacula. 220

Surgite, iam uendit pueris ientacula pistor,
Cristataeq; sonant undiq; lucis aues.

Finis.

DOMITII CALDERINI VERONENSIS DEFENSIO CVM RECRIMINATIONE IN CALVMNIATOREM COMMENTARIORVM IN MARTIALEM: QVOS NONDVM EDIDERAT: AD CORELIVM PATRIS AMPLISSIMI CARDINALIS NEAPOLITANI NEPOTEM.

DOMITII CORELI SALVTEM



ON Potuimus assequi id quod vel tu optabas Coreli, vel qđ studiis nostris maxime cõsentaneũ erat: vt Martia. interpretatione sine vlla animorum contẽtione absolueremus. Nam qui partim nuper cœperat inuidere: partim odio habet iandiu: nullum detrahendi & insectandi finem facit: quod quandiu intra parietes ab eo actũ est apud te: Theodorum Nicolaum præsulem Modrusiensium: viros plane bonos & doctos æquissimo animo iniuriã tuli: aut certe dissimulaui. Sperabam enim magnopere fore aliquando: vt cũ suæ æstimationis, ac dignitatis rationem haberet: tum veteris obseruantiæ meæ. nam etsi fidem in eum, & beneuolentiam, pietatem nunquam ipsi vni quod videam probare potuit: tamen officio meo plurimum delectabar, cuius fructum vel exeo capiebam maximum, quòd sapientissimorum virorum consiliis, Niceniq; in primis voluntati, in cuius erant familia, me satisfacere intelligebam, fuissem profecto illo etiam amisso in eadem institutione, à qua maledictis, iurgiis, iniuriis grauissimis me nunquam depellere potuit, nisi pauloante epistola quadam agitatũ iampridem animum penitus exulcerasset. ita enim me lacessit: ita vocat in ius: ita accusat: vt silentium pro confessione sit profuturum: quod sanè grauissimum esset in hominem præsertim innocentem, & qui optimam causam habet. Qua in re non magis me offendit, quã cauillatoria quadam versutia, parum quidem illa digna libero homine, sed teste fortasse vel infirmitatis, vel facti iniquissimi non enim scripsit ad me: non passus est suo nomine epistolam reddi: sed quendam subornauit, qui ostenderet mẽtitus se aliunde accepisse. Si iure dissentit, cur apud nos hoc non profitetur ingenue & docet? Si iniuria oppugnat: cur audet scribere? conqueri? vociferari? declamare quotidie? quasi vero nihil ad eum magis pertineat, quàm quòd Martialẽ profitemur cum multa pro hominis instituto & officio proposita sint: in quibus maiore cum laude versari & possit & debeat. Equidem vel seueriſſimi censoris reprehensionem non aspernor: modo iusta sit, & pro animi æquitate proficiscatur: huc enim industria, labores, vigiliæ nostræ omnes spectant: vt tuis, aliorumque auribus dignum aliquid afferamus: quod posteris etiam speremus vtile futurum. Id siue maleuolorũ obiurgatione, siue mea opera fiat: non laboro veheméter. Satis præstare videbor: si mea causa quæ à multis incognita habentur: & disputata fuerint, & literarũ monumentis commendata: quod si nunc aliquid docere: tagerem illi gratias & nos omnes maxime debere arbitrarer, sed quicquid proponit & iactat nostrum est: nos dictauimus: in nostris est cõmentariis: præter contumelias quas ex suo ingenio addidit. Nos illic vtranque sententiam complexi, alteram probauimus. In eo vero mecum præclare agit: quòd non modo perpetuo epistolæ argumento, sed singulis fermè syllabis eum animum præ se ferat: vt nemo non intelligat cur hæc meditetur: & tanta cura, tantaq; solicitudine corruptis auditoribus scripta nostra perquirat. Vtinam is esset qui esse debeat: nam & ego aliquando hæc cum eo communicassem, & ipse multis in locis melius sentiret. Remitto illi contumelias & maledicta: quibus me intemperãter onerauit: tãm autẽ immerito audio, quã ille inhoneste iactat. Tribuo hoc personæ quam sustinet: nihil scribam: quod ipsius animum merito offendat: causa tantum posita veniam ad alterationem: ex qua viri docti aperte diiudicabũt: an ego aliquid inepte meis auditoribus dictauerim: an ipse scriptis nostris admonitus quẽdam ex Strabone: ex quo fonte sententiam nostram hausimus, iudiciose admodum repetat, & pronunciat. Susceptam autem olim sententiam, ex qua deturbari non vult, parum tueatur. Singulis epistolæ partibus non respondebo: quod semper existimaui infirmi ingenii & perturbari: omnino alienum a veritatis cognitione. Illud in primis præterire non possum: quanuis in quem scriptum sit: ignoro. Iactat enim sequendam nebulonem nouo actu elusisse, in quo vereor ne ipse accusandus sit. Nam fieri negat: quod cur fieret pauloante interrogauerat. Eorum enim quæ proponebantur rationem illum docere oportuit. Theophrastus quoque se demonstrasse scribit: cur ita nonnullæ in India arbores nascantur ex militum Alexandri vernis, quod si alter easdẽ nasci audiuerit alias item causas allaturũ pollicetur. Quod initio me communem ãmicũ appellat, facile patior: modo vterque intelligat, se non esse erga me in officio. Quod gloriabuntur: ego neque hoc iactaui vsquam: neque hominem nominaui: Extant commentarii verborum nostrorum testes sempiterni. De myrina quod refutaui scriptum (libet enim omnem disceptationem ad veritatem conferre) id erat in nonnullis codicibus: qui ab ipsius recognitione defluxerant: qua in re me ab eo dissentire plane profiteor: quod vt vel iniquis iudicibus probetur: rationes nostras proponimus: tum refellemus quæ de myrina exponuntur. Epigrammatis initium est apud M.V. Martialem: Campis diues Apollo sic murinis: ita codices vetustissimi habent, quod aperte fatetur. Quid emẽdasti igitur inquiet se myrinis quod in

aliis

aliis codicibus mendose scriptum fuerat? Sic murinis iussi scribere: nónne hoc est emendare: si dixi locum hunc apud Poetam in uersum me correxisse: non sum mentitus: quid angitur, quid ingemiscit: vt campis myrinis legere potius quàm murinis? hæc impulerunt poetam obtestatum esse Apollinem sentio per numen: quod omnẽ nobilissimum esset. Quis enim Apollinem rogauerit tortorem: qui in vrbe colebatur omisso palatino, quis didymeum æretheum potius quàm chryseum, vel delphicum. Celeberrimum autem Smintheum fuisse Apollinem & Homeri carmine: & antiquitatis religione: quę multis in locis eo nomine colebatur: vel vnus Strabo cuius verba referamus: satis demonstrabit, quo loco multa stomachũ facere possent: nisi totũ in præsenti quidem causa cum nonnullis eius in me officiis: tum meæ in eum obseruantiæ plane condonassem. nam se multa de Smintheo Apolline addidisse ait: quæ fortasse magna ex parte ignorauerim: cum tamen ex eodem ea accipiat: vnde nos pauca quędã quæ ad carminis interpretationem satis fore viderentur, auditoribus recitauimus: in vrbe Chrysa est Apollinis Sminthei delubrum, & signum: quod nominis veritatem seruat. Nam mus qui dam pedi statuæ subiacet. hanc statuam Scopas primus fecit: historia siue fabula quæ de muribus narratur: huic loco congruit. nam Teucris Creta profectis: de quibus primo Callimachus Elegiarum Poeta tradidit: post multi sunt secuti: datum erat oraculum ibi eos sedem posituros: vbi terrigenæ adorirentur: id circa Amaxicum dicunt contigisse: maximamque agrestium murum multitudinem noctu exortam quicquid ad armorum & vtensilium inuenisset: correxisse: Teucros ibi mansisse: atque Idam ab Ida quæ in Creta appellasse. Heraclitus Ponticus author est mures circa templum abundare, & sacros existimari. Simulachrum vero ita instructum esse: vt murẽ pedibus premat: & paulopost sed multis in locis Sminthei nomẽ. Nam iuxta Amaxicum duo loca sunt: quæ Sminthea vocantur: præter eum, qui est iuxta tẽplum. item alia Lariſſæo agro proxima. In Paranio etiã agro locus est Sminthius appellatus. Item apud Rhodum & Lindum: & alia plurima loca nunc templum Sminthiũ vocant. Hæc illa sunt quæ ipse iactat se addidisse: piget eius verba referre: ne bis eadẽ repetamus. Non sentis quia ridiculum sit hominem ex vno Strabonis loco variam recensere historiam: vt vel plura addere videatur, quàm nos accipimus: vel inanem quandam eruditionem ostendet. Curio puer meus, quem hoc anno è Gallia duxi, hũc locum totum transcripsisset, si iussissem, sed cum pauca illa retulissem in commentarios nostros: nolui fabulosam historiam pluribus prosequi: hunc locum, scilicet ignorabam quem, non modo apud Strabonem legeram, sed hisdem verbis apud Eustachium in primum Iliados cuius testimonio in commentariis vsus sum. [illegible] sciussi abs te ad Titum eius auditorem scribi: vt præceptori ostenderet. Sic enim fore sperabam, vt in opinione sua erroris plena & prorsus puerili tenaciter cõfirmaretur. Literas istas: nec vnquam vidi: nec missas fuisse arbitror: quòd enim me noua ascensione cõfirmaret: cuius sententiã auditores iam exceperãt. Quid si mihi præstare authorem: qui Homerum, Straboné, Eustachiũ duces haberem præstantissimos. Quorum authoritati ipse nec accedere debet, nec detrahere potest. Videan voluerit videri hoc commento nõ ignorasse, quod olim nequaquam perceperat. An inquit Domitius Chrysam non procul à Thebe patria Andromaches portum habere: vbi sit Sminthei Apollinis delubrum: & hoc Strabo his verbis testatur: Chysa oppidũ erat ad mare portũ habens cui proxima Thebe imminet: hic fuit Apollinis Sminthei delubrum. Thebe patriam Andromaches fuisse ex carmine Homeri inseruimus. Grammaticos quosdam secutus à necatis muribus dictum iactauerat. in authoribus nominum splendorẽ sequi non soleo, sed quod probabile videatur Fabii Quinti. præcepto numina colebantur: quòd aduersus infesta opem ferrent: Aegyptii ibant aduersus serpentes: Bœotii Apollinem Pronopionem aduersus culices: Lydii ob sedatam colebant pestilentiã. Idem salubritatis author habitus est: quòd terræ humorem radiis tollat: vnde noxia creantur animalia. Volui igitur in grammatico historiam naturæ accommodatam sequi. Quoniam Heracliti & Suidæ, ex quo duo verba græce inculcauit aliorumque qui alia de causa Smintheo appellationem datam sentiunt. Fabula mihi non probatur. Quid minus simile veri est, quàm Poetã elegantissimum: & cuius in primis linguæ facilitas laudatur: nouo atque insolenti verbo vti voluisse, & per Smintheum Murinum dicere? Quis vnquam Murinum Apollinem legit: aut murina loca: aut murinos campos: cum Smintheo Apolline: & smintheis locis, & smintheis campis omnia sint plena? Nihil Poetam deterruit: quo minus à mure murinus deduceret, qui non modo non vitat verba noua, sed cum alia fingit: tum ardelionem: domi cœnium nusquam præterea inuenta carmini inseruit: plurimum profecto inter meam & accusatoris sententiam interest. murinũ nouum: & insolens verbum putat. ergo & festiue factum à Poeta pro Smintheo. & Plin. vero hordeum murinum dixit & probandum. nam cum Apollinem Homerus Smintheũ dixit à Smintho, id est mure: ipse latino nomine murinũ appellauit. Idẽ enim est Smintheus apud Græcos, quod apud nos murinus. Quẽ versum apud Strabonem à Gregorio Tiphernate latinum factum: ipse etiam protulit vt alia: Smintheum præclare tendi dominator Apollo. Martia. vt est Homeri studiosus: & versuum admodum memor: quod multis in locis facile agnoscas: eam inde flexit appellationem, & pro Smintheo, quod Latinis nouum erat, (nam quis apud nostros vnquam Smintheum dixit?) murinum apte, & concinne pronunciauit. At si clamat, quis murinos campos legit, aut murinum Apollinem? Audiat obsecro: quis murinos campos, aut murinum Apollinem: vel scripsit, vel audiuit vnquam, plena esse omnia Apolline Smintheo non satis exploratũ habeo. Nullus enim nostrum eo verbo vsus est: & meo cubiculo mures quidem gregatim errant. Nullum autem extat Apollinis Sminthei simulachrum. Quid rides? ego etiam incessi omnibus lætitiis: quòd nimiam habui voluptatem. Nosti vnde sit illud Cęlianum. Vt igitur simile aliquid experirer: sostendi heri Martialẽ meum vetustissimum: in quo aperte, quòd luce clarius scriptũ erat, Sic murinis, vt ipse censui emendandum. Si Antonium oratorem audiuisset, hoc tacuisset profecto, quòd illius rationis, aut cõuellit penitus, aut certe infirmat. Antiqua enim in codice manus: non paruam fidem obtineat necesse est: constans præsertim & vbique eadem, quod pluribus de syllaba disputando oportere affirmat: Sic muri. Trocheum id nobis incopertum fuisse: nec ipse quidem scribit: qui eam metri rationem vel pueris cognitam faterur: syllabæ adeo peritum esse nesciebam: qui versus aut nunquam facit, aut certe malos: quorum ipsum quoque pudeat: non negauerim mures priorem syllabam producere: & murinis idem oportere: quod eo loco in commentarios nostro retulimus. At cum reliqua omnia meæ sententiæ cõuenirent: multaque memoria repeterem: qua primitiuorum numerum mutant: vt quem acceperint: productum corripiant: faciles sum passus Martia. in verbo: quod ipse pro Smintheo recensuerat: eadem syllabæ venia vti: quã à numeris scriptis nũquam discedit, veluti in deriuato à Getulia primum & alteram syllabam corripuit: quibus longis cæteri vtantur: Traducta est Getulis: nec cepit arena nocentes. Virgil. Hunc ego Getulis agerem si syrtibus exul: quod Ephestio præcipuę in syllabarum ratione authoritatis fieri debere scribit: vt si deriuatiua syllaba mutantur: prodeant potius in breuem: quàm à breui in productam exeant: acer acerbus: lotũ lotiũ: vado vadũ: odi odiũ: moles molestus: luceo lucerna: offa offella: currus curulis curule: sedes sedi le: eodem genere primam contraxerunt syllabam: cum in primitiuo longa esset. Quare eum id exemplo à poeta fieret: nolui constitutam grauem dignam authore interpretationem nõ amplectí: quòd præsertim, quæ de murina comperiebam: aures nõ implebant. Hic est alter epistolæ nostræ locus: qui in confirmatione totus versabitur. quippe, erroris ratio facile intelligi potest: cum maxima inter. u. &. y. literas affinitas sit: quæ tanta ista est affinitas? sũntne ita vbique celebratæ nuptiæ: vt nusquam dissidium appareat? Si myrinus aliquando Poeta scripsit: cur in nullo antiquo codice illius manus extat? non fuisset (mihi crede) tãtus librariorum omnium in hac menda consensus: vt ne per imprudentiam quidam aliquando myrinis scripserint: si ex aliquo exemplo deducẽdum erat. Sed murinis propagatum est: quod ab authore scriptũ fuit. De myrina vero pigneraſſe videamus: quod tradimus in commentariis nostris: ita vt tutò scriptũ est? Myrinam Aeoliæ vrbem fuisse Homerus quidem, Strabo & Ptolemæus testantur, sed illic Apollinis cultum reperio. Num se deceptus? quis vnquam legit Myrinam vrbem Apollinis numẽ habuisse? Homerum & Ptolemæum prætermitto: Strabonis sententia subiiciam verbis latinis inserto Homeri carmine: vt à Gregorio Tiphernate in nostros numeros conuersum est. In Iliensi cãpo cumulus quidam est: Hunc homines proprio Bateam nomine dicunt: Aſt immortales volucris monumenta Myrinæ: tum & Myrina vrbs ex ea nominata est. Alio præterea loco intra sinum est Myrina ad stadia. 60. Aeolica vrbs vbi Strabo Apollinẽ cultum in ea vrbe tradidit: vt satis constet, quod diximus, Apollinem illi vno coli celebri aliquo nomine, Mox subdit: Achiuorum portus vbi sunt. 12. Deorum arætne hoc quidem ad Apollinem refertur: demum Gryneum Myrinæorum oppidum, & Apollinis fanum, & vetustissimum oraculum. Gryneum Apollinem historia sanè traditum & Virgiliano carmine nobilem non

Apollo Smintheus

Sminthei Apollinis delubrum

Chrysa

Universidad de Deusto
Biblioteca

Apollo bryneus

ignorabam. Sed nec eundem dici Myrinum ex hoc Strabonis loco persuadebit: nec quisquam vel apud Græcos, vel apud nostros vnquam vllo scripturæ genere, aut Myrinos campos, aut Apollinem Myrinum nominauit. Quid enim Gryneum celeberrimũ appellatione perobscura confundat: nimirum Martialis Gryneum, Apollinem Myrinum nuncupauit: quasi aut non poterit Gryneum dicere: quod ab omnibus est concessum: aut licuerit Myrinum appellare: nec ratio grammatices permittit. Ad eam enim particulam venio: Myrinos igitur campos à Myrina vrbe recte dici quis neget? quemadmodum à Palæstina vrbe Palæstinos: à Solyma Solymos, & à Gryneo oppido Gryneum Apollinem, A Myrina Myrneum dicinõ Myrinum, & analogia & vsus ipse docuit: nec eadẽ ratio est in Palæstina & Solyma: quæ si aliter ex se deriuatiua emittere debebant: tamen in Græcorum, Latinorumque vsum peculiari quadam lege recepta fuerunt. Nam & triumphos palæstinos dicimus, & solymum puluerem: quẽ nõ à nobis, sed authoribus Græcis instituta sunt. At iidem Myrnæos dicunt: non Myrinos, & quidem cum diphthongo: quod vel ex superiore Strabonis loco satis percipi potuit. Deinde Grynium Myrinæorum oppidũ: non Myrinorum, quo in nomine eorum authoritatem non minus sequi debemus: quàm in Palæstinis & Solymis. At si Palæstina & Solyma eiusdem generis omnino existimat: cur non palæstinum & solymeum dicimus? vt myrinæum: quod Strabo supra vsurpat? ea scilicet de causa, quod alius illorum nominum vsus est: quàm huius. Gryneum autem oppidum: & Gryneum Apollinem: quid commune habet cum Myrina & Myrinus? cum & longe diuersus sit exitus: & Gryniũ oppidum dicamus non Gryneum: Gryneum vero Apollinem. Conferamus aliquando nostras cum illius rationibus. Homerus Smyntheum nuncupat. Inde Martialis murinum sub verbo, & apposito eius celebritatem antiquorum monumenta testantur. Antiqui codices sic murinis proferunt: non sic Myrini: quorum rationem habendam & olim Gellius, & doctissimi homines omni tempore iudicauerunt: syllabam corripi non dissimili aliorum licentia demonstrauimus. Myrinum nec vetus scriptura probat: nec vllus vnquam author enunciauit: nec ratio grãmatices permittit. Vtrum tandem magis nouum erit verbum Myrinum: ne quod æque damnatum est omnibus: atque omissum: an murinum in quo Poetæ ingenium existit celeberrima appellatio exprimitur: Homerum, Heraclitum, Strabonem authores habemus. recte ergo Poeta Apollinem murinis campis diuitem vocat: siue quòd ramentis abundet aureis, siue ob fertilitatem regionis, seu quòd templum eius ibi est lapide candido sumptuosissimum, in campis Apollinis Smintheĩ nullam fertilitatem habeo: quam referam præter helleborum: quod ibi præparari ipse scribit: cum Antyciræ id Theophrastus, & Plin. tribuat: qua ratione ditissimum Smintheum fuisse contenderim multorum ingenio id purgationis genus desiderante. Ego potius ita eum locum interpretor: vt Poeta obsecrans Apollinem optat: vt sic cãpis murinis diues sit, id est religiosissime colatur. Nam poetarum est dites aras appellare ad quas multæ hostiæ mactantur, diisque non diuitias, quibus non indigent, sed cultum precamur: qui vnus eorum numina amplificat, & planè facit diuina. Sic sis diues in campis murinis, id est sic colaris magnifice in campis Smintheis: quos multis in locis fuisse Strabo: vt proposuimus, scriptum reliquit.

Helleborũ

¶ HAEC Coreli secuti sumus, vt campis murinis legeremus quàm myrinis: quæ bonis & doctis hominibus me probaturum admodum confido: quod si redarguẽt, eorum sequar iudicium, & plurimum huic debeo: cui in eodem genere gratiam fortasse aliquando referre potero: immo nihil iam prohibet errantem docere. Nam si beneficiũ cõtulerit hac re satisfecero: sin minus, nobis certe nostri officii gratia erit deuinctus. Quid est inquiet superioribus diebus: cum apud librarios ex Martialis codice eius manus emendato nonum & decimum legerem: nonnullique auditores adessent: cum multa nos offenderunt, tum risu abstinere non potui: cum ineidi in illud epigramma cui est initium: Vare paretonias latia modo vite per vrbes: Nobilis & centum dux memorande viris? quod ipse ita correxerat: lata modo voce per vrbes: Nobilis. simul dolui hominem tam imprudenter lapsum esse, cum libri antiqui scriptura latia vite habeat: & ita sit omnino legendum. Nam Varus centurio erat quo nomine vitem latiam gestabat. Plin. in natu. histo. Centurionum jo manu vitis. Lucanus de Scæua centurione: Q ui longo latia gerit ordine vitem. Iuuenalis Post hæc nodosam frangebat vertice vitem. Silius, Nam vitis honore Præfunctus latiæ subito stimularat agrestis, denique lege cautum est: vt si miles Centurioni castigare se volenti vitem tenuerit: militiam mutet. Cur autem lata voce inuertendo scripserit: non satis dispicio: nisi de patrono apud .c. viros dictum putauerit: quem, vt alterum Stentorem homericum: aut Trachalum, qui à tribus subselliis exaudiebatur fuisse oportuit. Siquidem lata voce per vrbes paretonias nobilis erat: quod quã ridendum sit vel ipse intelligit. Monebis igitur statim deprauatum locum recognoscat, ne vno exemplo compluribus menda imprimatur. Multa præterea apud hunc poetam aut inscitia parum intellecta: aut temeritate deprauata ex nobis & in superiores nouem libros didicit: & post hac audiet quæ dissimulare nõ potest. Nam quod illius in censura collega & laboris, quem olim diuinum prædicabant, socius edidit in manibus est: in quo aliquando ipse veniam impetrat, cum sermonem latinum nondum formauerit: sed quæ iam deprehensa sunt iudicibus aliquando deferentur. Quod quàm plurima loca se notaturum denunciat: nihil respondeo. id enim ea perturbatione animi addidit: qua reliqua scripsit: quod in fine collocatum esse non miror. Nam pleraque noxia animalia aculeos venenatos ex caudæ apice emittunt: nisi fortasse errorem putat quicquid ipse percipere non potest. Ego nec soleo mentiri: nec ipse debet. illud certe multis testibus liquido affirmare possum: me intra paucos dies supra ducenta eius errata in lucem prolaturum, ex quibus aut in Polybio peruertendo infantem: aut in Martialis & aliorum castigatione censorem iniquissimum planè agnoscas. Quid si de moribus disputare volueris? deerit ne scribendi argumentum: an verba? Descriptis meis concipiat animo & meditetur: quæ velit quomodo perfecta fuerit: quod ego quoque coram dixi vix sex librorum interpretationem, quæ apud nos est, hactenus recognouimus. nam tradita auditoribus quotidie: aut confirmantur pluribus exemplis: aut melius explicantur: vt aliquando vel alieni hominis & iniquissimi iudicis aures impleant, quod vel hoc loco, de quo disputauimus, actum est. Nam multa diximus copiosius, quàm in commentariis sit: vt sententiam nostram facile ei percipere licuerit, & sese errore isto liberare. Id quod alibi plerunque præstamus, sed abortum à nobis rapit: quoniam partus formati pulchritudinem, ac dignitatem inspicere non poterit. Tenésne memoria Coreli, quàm inuectus sit in nostram de disticho illi sententiam? Coccina famosæ donas, & hyanthina mœchæ: Vis dare quæ meruit munera? mitte togam. Ita enim docuimus: Hic famosæ & notissimæ mœchæ maximi pretii vestes mittebat. Poeta iocans non sine fellis aspergine monet, vt mittat togam: siquidem vult mittere vestem mœcha famosa dignam. Nam mulieres in adulterio deprehensæ toga indutæ in publicum ducebantur. Martialis alibi: Thelin viderat in toga Spadonem: Damnatam Numa dixit esse mœcham. hoc cum legisset in Commentariis nostris: quod proposuirudes ac impolitos quotidie surripit non veritus & apud te, & Nicolaum præsulem Modrusiensium clara voce affirmare me id falsò suspicatum esse: neque vllis maiorum monumentis extare. Id cum audiuissem: statim inseri iussi Porphirionis & Acronis verba in eum locum Horatii: Ancilla preceſſue togata. Togatæ autem, vt vniusque authoris verbis vtamur, In publicum procedere cogebantur fœminæ adulteriĩ admissi conuictæ. & Iuuenalis est mœcha Labulla Damnetur si vis etiam Carphinia: talem Non sumet damnata togam. Nullum præterea verbum fecit: ne idem iterum contingat, nostri opusculi editionem expectet necesse est: ne siquid interea fuscet: eum odisse ac inuidere potius, quàm docere videatur: tum in maledicta incurrere: in quibus declinandis non minus prudentiæ exitit, quàm in ferendis moderationis.

Varus

¶ Georgius

GEORGIVS ALEXANDRINVS ANGELO ADRIANO ORATORI REGIS SALVTEM.

EGimus Angele iucundissime scriptores in conquerendis bibliopolis, atq; librariis: quorum fide, ac diligentia, quos emisturi essent, libri exscriberentur: non mediocrẽ curã habuisse. Adeo soliciti erant vt integera & castigata, quæ scripsissent suis temporibus haberentur: et eadem incorrupta atq; fidelia ad posteros trãsirent. Quam diligentiã si posteriores alii qua ex parte seruassent: non adeo acceptus per manus error increuisset. vt præstantium scriptorum pleraque volumina ad hoc ætui ita mendosa venerint: vt in illis intelligendis: nec frequens lectio, nec pertinax conferre vel minimum possit. Quare cum in plurimis planè diuinandum sit: intacta vel à doctissimis huiusmodi scripta quodam modo manent. Id quod cum multis euenerit: tum in epigrammatis Martialis adeo frequẽs, & multiplex vitium fuit: vt sine rerum varietate: siue reconditarum vocum significatione incognita: siue morum antiquorum ignoratione, etsi non mediocri eruditione viri in eo laborent: plurima tamẽ tum obscura, tum ignota habebantur. Quod opus cum nuper imprimendum foret: peterentque nonnulli, vt eo perlecto quippiam vel temporum iniuria vitiosum vel literatorum quorundam arrogantia depraua tum offendissem: id corrigerem: & quo ad possem in veram lectionem redigerem: diu quidem repugnaui. quippe qui in me ipso plura ad hoc munus pertinentia desiderarem: vererérque, ne dum rei literariæ prodesse cuperem: tum maxime obessem. Nam immutato, aut deraso verbo. cuius mens teret significatio: non solum sensus peruerteretur, sed honesta forsitan dictio: pro qua veteribus, qui significanter locuti sunt: gratia habenda esset penitus intercideret. Atq, in eam vituperationem incurrerem: qua nonnullos nostri temporis doctissimos taxari grauissime video. Sed quo magis onus hoc detrectabam: eo magis vrgebant: quòd non solum ex lectione falsa poetæ mẽs percipi non posset: sed inter varias & dissidentes quorundam emendationes: quam potissimum reciperent, ignorarent. Suscepi itaque onus quod recusare non poteram. Quodque ex sese laborem nobis alterum peperit: plurimis profecto profuturum. Nam facilitate nostra freti: quod per nos castigatum fuit: id vt publice enarremus effecerunt: videlicet vt discerent quibus rationibus, quàue scriptorum veterũ authoritate damnata frequẽti scriptura nostram emendationem tueremur. Igitur altera no- iniuncta est cura. Et qui pauloante in deprehendendis, corrigendisque iis: quæ mendosa videbantur, laborauimus, nunc in percipiendo, explicandoque epigrammatõ sensu soliciti sumus. Sed legentes vt boni consulant quæso, & si per immutationem, transmutationem, detractionem, addictionem & inuersionem literarum: vel metri ratio confusa, vel ex iis quæ trita & peruulgata habentur, deprauatum quid fuerit, id mihi vitio non vertant, sed eorum indiligentiam accusent, qui artificio præpositi sunt. Tum autem cum paucula quædam mihi, tum dubia, tum ignota sint: de quibus nihil nos mutauimus si varia & assidua lectione: vt fieri per studiosos solet, quid illa significent deprehenderint: iuuent & ipsi rem latinam, & quæ perceperint nobis vere ignorata notent: atque subinde aperiant. Nam vtcunque ad me scripserint: illis non potero gratias non habere maximas. Et quia petiuisti tu quoque Angele, aliquid de poeta ingenioso, & acuto memoriæ proderem: strictim quædã de Poetę vita & operibus subiunxi.

¶ MARTIALIS Festiuissimus Epigrammaton scriptor: se Hispanum ex vrbe Bilbili genitum fuisse confitetur. Enutritus autem atque institutus Romæ liberalibus disciplinis sub Flauiis Principibus potissimum floruit. In Flauiæ siquidem gentis laudem ex qua tres Cæsares nati sunt: frequentibus epigrammatis assurgit. In primis Domitianum Cæs. tanquam Deum laudans: à quo & opes habuit, & ius trium natorum, quod tunc honestissimum habebatur, impetrauit: ad Neruæ, Traianique tempora peruenit. Plurimis & charus, & iucundus. nam iunior Plinius & amore mirabili eum amplexus est, & abeuntem viatico prosecutus fuit: vt ex Epistolis eius apparet. Hic Poeta relicta trita poetarum orbita: ad epigrammata conuersus parem iis laudem adeptus est qui aut bella heroico carmine denotassent, aut amores suos miserabili elego cõquesti forent: aut plectro lyrico Deorum, heorumque laudes cecinissent. Quod si ingenue quæ sentimus fateri voluerimus, vt salibus, ac facetiis vbique conspersum opus habemus: sic non vulgarem, & vtilem Romanorum temporum cognitionem colligimus: quæ ad plurima volumina intelligenda: in quibus alioquin frustra laboratur, conferunt plurimum. Sed vtrique facessant, & qui velut musæ lychnas & vlcera lambẽtes lasciuioribus quibusdam epigrammatis semper inhærent. Et qui ambitiosa quadam seueritate ducti se vel tactu licentioris libri pollui, & interim purificatione indigere putant. Quando diuus Hieronymus ad Demetriadem mollitiem iuuenum exagitans: particulam epigrammatis velut in testimonium adduxerit. sic dicens: Non bene olet, qui bene semper olet. Scripsit quatuordecim, quos habemus, libros quorum duodecim epigrammata appellauit. Tertiumdecimum xeniorum nomine inscripsit: quòd munera sint hospiti danda, Vltimo lemmata nomen indidit: siue Apophoreta, munera scilicet, quæ saturnalibus remittebantur. Nonnulla extra ordinem epigrammata edita: tum in amphitheatri laudem: quod à Vespasiano cœptum per Titum dedicatum est. Titique thermas. Tum in venationes, & ludos frequenter populo in arena exhibitos in principio libri posita sunt.

FINIS.

SERIES CHARTARVM

A B C D E F G H I K L M N O P

Omnes sunt quaterniones præter P sunt quinternionem.

Venetiis apud hæredes Petri Rauani & socios, Anno Domini M D LII. Mense Augusto.



g Vel hoc refelligse ꝺz antiq̃ tẽpo/ra quando nõ erãt p:o/hibita ſ õn Lau.

Sal. iiij.b

SDis. Mali.i. naturaliter nõ est mala: tamen prohibetur: qz propter assiduitatẽ labi/tur talis in idololatriaz, sicut est in iuramẽto[a]: vt xxij.q.j.z iurahunt. Jo.

CHic ita respondetur.

¶ Hec est.ij. pars.q.in q̃ pbat cõtrarũ per.ix. au/tho. sanctorũ. Jo. de fan.

¶ Easius. Hic respondet Bza. allegatis dicẽs qꝺ in veteri testamento mul/ta permittebant, scz sorti legia z alia: que hodie nõ permittuntur. Nam in vete. testamẽ. pmittebat copula sacerdotalis vel consanguineorũ: q̃ hodie est penitus interdicta, sic z sortilegiuz prohibetur: non q̃ sortibus insit ali/quid mali: sed q̃ sub spe/cie diuinatiõis ad cultũ idololatrie pueniatur. Et q̃ sortilegia sint prohibi/ta, probatur authoritate apostoli. Idem seruant catholici de astronomia vel astrologia.

CQuod aũt ¶ Easius. Hunc pbat Bza. q̃ sorti/bus credi non debet. z ad hoc inducit sequentia ca.

QOn statim. ¶ Easius. Docet Hie/ro. in hoc ca. q̃ non ideo sortibus credere debem⁹, q: Jonas est per sortẽ in/vitio deprehẽsus, z Ma/thias in apl̃m electus.

SDis nõ est aliquid mali[a]; sed res in humana dubieta/te diuinam indicãs voluntatem,

[2] Quis itaq; respõdeꝝ. Anteq̃ cuã/geliũ clare ceret, multa pmitte/bãtur que tẽpore perfectionis di/scipline penit⁹ sunt eliminata. Co/pula nãq; sacerdotalis vel cõsan/guineorũ nec legali nec euangeli/ca vel apostolica authoritate, p/hibetur: ecclesiastica tñ lege peni/tus interdicit. z sic sortibus nihil mali in esse monstrat: prohibeꝝ tamẽ fidelibus: ne sub specie diui/nationis ad antiq̃s idololatrie/ cultus reddirẽt. Cñ quibusdã cõ/stellatiões z futurorũ signa custo/diẽtibus apl̃s ait: Dies obserua/tis z mẽses z tẽpora z annos: vñ timeo ne forte sine causa labora/uerim in vobis. Sic z astrono/miam seu etiaz astrologia apud ca/tholicos in desuetudinẽ abijt: q: dũ propria curiositate his nimis/ erant intenti, min⁹ vacabãt ijs q̃ saluti animaz erãt accõmodata.

Quod autem sortib⁹ credi non/ oporteat, Hieronymus testatur/ scribens super Joannem, ca.j.

CExẽplo Jone vel Mathie nõ est sortib⁹ indifferẽter credẽdũ.

QOn statim debem⁹ sub exẽ/plo Jone[b] sortib⁹ crede/re: vel illud de actib⁹ apostolorũ/ huic testimonio copulaꝝ, vbi sor/te Mathie

Intelligi voluit dñs etiam illa que a diuinantibus non secundum Deum dicũtur si acci/derint que dicunt, non sic accipiẽ/da sunt vt fiãt q̃ precipiunt ab eis/ aut colantur que coluntur ab eis:

Idem libro secundo de doctri/na Christiana.

CInstitutiones hominum que sunt superstitiose, vel non.

Illud quod est secundũ institu/tiones hominũ, partim/ superstitiosum est: partim nõ/ superstitiosum. Superstitiosum est quic/quid institutum est ab hominibus[f] ad faciẽda idola z colẽda perti/nens, vel ad colẽdam sicut, cñ creaturam, partẽ vel vllam/ crea/ture: vel ad cõsultatiões z picta quedã significationũ cũ demoni/bus placita atq; federata: qualia sunt volumina magicarũ artiũ: que quidẽ cõmemorare potius q̃ docere assolent poete: ex quo ge/nere sunt (sed quasi licẽtiori va/nitate) haruspicũ z augurũ libri. Ad hoc etiã genus pertinẽt oẽs ligature atq; remedia, que medi/corum quoq; disciplina cõdẽnat, siue in precantationibus, siue in quibusdam notis quas/ charac/te/res vocant, siue in quibuscũq; re/bus suspendendis atq; ligandis, vel etiã saltã dis quo dãmodo, non ad tẽperationẽ corporũ: sz ad quas dã/ signi/ficatiões aut occultas aut etiã manifestas: que emi

a Exo. xx.

b Ro. xiij.

c Ecclesiastici xxxiij.

d Deu. xviij.

e Licẽtiori. i. non videꝝ in tantum peccare.

f Eminẽtiori. i. pulchriori vel maiori.

g CVẽtriloqua. q̃ habe/bat spm̃ pythonis in ven/tre: q̃ multis diebꝰ segue/bat ¶ Paulũ z alios pdi/catores, z clamabat, isti/ sunt serui dei, q̃ annũciãt/ vobis salutis. vñ offensus/ Paul⁹ ad eã. Quers⁹ ẽ, vbi/ rit spiritui: pcepio tibi vt/ ab ista recedas. z statim/ recessit. Additio. Sub. z/ ppter hoc apl̃s pcussus/ est a dñis ancille: q: amiſ/serũt lucrum qꝺ recipi/bãt ex diuinationib⁹ an/cille predicte. Jo.

CEi sine. ¶ Easius. Quidam demetes erãt

Hemia vẽ triloq̃ pau/lum diu se/cuta est.

molimi/na.

Universidad de Deusto
Biblioteca